Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EM. NUELE
14
12 N
22

CANONES CONCI LII PROVINCIALIS COLONIENSIS.

SVB REVERENDISS. IN CHRISTO PATRE D. HERMANNO S. COLONIENSIS EC CLESIAE ARCHIEPISCOPO ETC. ANNO M D XXXVI CELEBRATI.

ITEM ENCHIRIDION CHRISTIA NAE INSTITVTIONIS OPVS OMNIBVS CHRISTIANAE PIETATIS CVL TORIBVS LONGE VTI LISSIMVM.

Diligentiam, qua nos in operis caſtigatione uſi ſumus, prudens lector per ſe ipſe facile (ſi uolet) animaduertet.

Indicem in calce quærito.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. ERIO EMANUELE

VERONAE,

APVD ANTONIVM PVTEL LETVM. M D XLI.

[illegible] maria sup. Minervam

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. IN CHRISTO Patri D. Herculi Gonzagæ Cardinali Mantuano, Antonius Putelletus Bibliopola Cliens Salutem.

AD librum hunc Canonum Concilii prouincialis Colonienſis unà cum chriſtianæ inſtitutionis Enchiridiò proximis hiſce annis primò in Germania editum, denuo hic edendum, animum iampridem adieceram. Cum enim a pleriſq; uulgo mirabiliter eum ferri ac laudari uiderem, ſtudioſéq; a multis & piis & eruditis hominibus quotidie in omnibus fere librariorum tabernis flagitari, illud ferre non poteram, ꝙ iniquiſſimo ab iis, penes quos eſſet, precio eum uendi audiebam, atq; adeo ut pleriq;, & ii præſertim, quorum cauſa potiſſimum is ſcriptus eſſet, ab eius emptione deterrerentur. Itaq; in breuius ipſum aliquanto uolumen redactũ, eiuſmodiq;, quod modico precio ab omnib. parari facile poſſet, uenalem cogitabam proponere. Cæterum quo minus id ante hoc tempus præſtiterim, eæ cauſæ fuere, ꝙ neq; uidelicet ita omnium, a quibus eum cõmendari uidebam, iudicio eam fidem tribuebã, ut cum mihi, tum cæteris, qui ipſum eſſent lecturi, utile futurum confiderem, ſi illum edidiſſem, his præſertim temporibus, in quibus in huiuſcemodi nouorum librorum editione periculoſe ualde a nobis erratur: neq; a rebus ad eum imprimendum neceſſariis ita eram paratus, quemadmodum res poſtulaſſet. Verum ubi ex familiaribus Epiſcopi noſtri Veronenſis in ſermone (ut fit) accepiſſem, opus hoc duobus ſingulari & eruditione & pietate uiris collegis tuis Contareno Poloq; ita probatum, ut ipſi omnium primi Epiſcopo Romã illud legendum miſerint, ipſumq; Epiſcopum incredibiliter eius lectione fuiſſe delectatum, tum uero ita eius imprimendi cupiditate quadam maiore incenſus ſum, ut confeſtim ſine ulla cunctatione Epiſcopum ipſum adierim, eiq; coram uoluntatem hanc meam expoſuerim. qui cum & me magnopere, uti negocium aggrederer, eſſet hortatus, & præſenti etiam ope liberaliter adiuuiſſet, nihil habui prius, quàm ut enixe operam darem, ut, quoad fieri poſſet, quam emendatiſſimus ex officina noſtra liber prodiret, caſtigatiorq; aliquanto, quàm ex ſua, in qua primum in lucem eſt editus, Colonienſi exiuiſſet. Id quod qui exemplar utrunq; contulerit, ſi non ubiq; (ꝙ nos quoq; homines ſumus) at certe plurimis in locis uidere nos poterit aſſecutos. Cæterum cum opus ego eximie a laudatiſſimis uiris laudatum in nomine etiam laudati alicuius uiri uehementer nunc a me cuperem apparere, ſane hoc munere nemo mihi te dignior occurrit optime ac religioſiſſime princeps. Quem enim aſſidue cum ab aliis pleriſq;, tum præcipue a familiaribus Epiſcopi noſtri, quibus cum quotidiana mihi ferè intercedit conſuetudo, Eccleſiæ tuæ Mantuanæ ea pietate audirem præeſſe, ut nihil maiore in ſtudio haberes, quàm ut quæ ad pium Chriſti cultum pertinent, ea uel reſtitueres collapſa, uel ſuperiorum temporum uitio deprauata corrigeres, et in priſtinũ ſplendorem obſoleta reuocares, gratiſſimum ſine dubio huncce tibi librum hac forma à nobis editum fore iudicaui, nõ quidem ea re, ꝙ eum me primo nouum tibi legẽdum oblaturum putarem, quem quidẽ te multo ante oportet perlegiſſe, ſed ꝙ datam ſacerdotibus tuis, quos præter morũ ac uitæ integritatẽ, ſcientia etiam earũ rerũ, quæ maxime ipſorum munus exornãt, eſſe excultos cupis, facultatem uideres, per quam modico admodum impendio doctrinam eam, quam Paulus ſanam uocat, largiſſime poſſent hauri

re. quę ſi hac tempeſtate, in qua magno cum totius reip. Chriſtianę malo, ueritatem euangelicam tantopere uidemus iactari, ex uno aliquò libro, de innumerabili pene multitudine illorum, qui quotidie alii ſub alios exeunt, haberi explicata poteſt, certe ex nullo ea, non meo quidem, (neq; enim is ſum ego, qui de huiuſmodi rebus iudicem me debeam interponere) ſed doctorum iudicio, neq; cõmodius, neq; expreſſius, magis ue ad normam Eccleſię ueteris haberi poteſt, quàm ex hoc ipſo. uſq; adeo & neceſſaria ad ueram pietatem diligenter in eo ſunt omnia comprehenſa, & ſuperuacanea prudenter reiecta, & pernicioſa acute animaduerſa, ſcienterq; ac ſine omni iracundia confutata, ut plane appareat, nihil hic aliud, quàm ut ueritas illuſtraretur, quęſitum: & qui librum hunc penès ſe habeat, eum cæteris omnibus, qui in hoc genere ſcripti ſunt, facile poſſe carere. Hoc autem eo feci ſtudioſius, ꝙ cum intelligerẽ quæ Epiſcopi noſtri in te mira quędã eſſet obſeruãtia, tuaq; uiciſſim in illum beneuolẽtia, rẽ me ipſi quoq; credidi gratã facturũ, ſi ex hac ſua, qua ad me uſus eſt, hortatione, ad ſacerdotes tuos primo, quibus nõ minus quã ſuis commodatum cupit, fructum ſciret aliquem perueniſſe. Hoc igitur ſi tu eo animo a nobis munus acceperis, quo certe nos te accepturum confidimus, nihil erit, quod non poſthac tuiq; ſimiles & dignitate & religionis laude excellẽtes uiri de ſtudio diligẽtiaq; in hoc genere noſtra (quoad tamen nobis per facultates licebit) ſibi ſuisq; fidenter poſſint polliceri.

Vale optime ac religioſiſſime Princeps. Veronæ. Cal. Februarii. M D XLI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HERMANNVS DEI GRATIA SANCTAE COlonień eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, princeps Elector VVeſtualiæ & Angariæ dux, ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis Legatus natus, ac Adminiſtrator eccleſiæ Paderborneń. &c. uniuerſo clero ac populo prouinciæ noſtræ Colonienſis, ſalutem in domino ſempiternam. Inter innumera huius calamitoſæ tempeſtatis aduerſa, quibus iuſto dei iudicio premimur, nihil ita ex eo potiſſimum tempore, quo nos deus optimus, maximus, licet indignos, adminiſterii epiſcopalis functionem uocare dignatus eſt, animum noſtrum torſit, q̃ quod uidemus eccleſiæ nauiculam, uelut indormiente ipſius Nauclero Chriſto Ieſu, in mediis conſtitutam fluctibus, turbulentiſſimarum procellarum impetu, iam nimium diu ſummo cum rei Chriſtianæ periculo iactari, nec interim in tanta rerum deſperatione laborantibus, ullum alicunde ſalutis portum, in quem ſe tuto recipiat, Chriſti nauis uel de longinquo adfulgere, Nam ꝙ aliquot abhinc annis pleraq; remedia tentata ſint, id nos diſcruciat magis, quum animaduertimus hactenus pene nihil actum, ſed omnino fruſtra laboratum eſſe. Et quis, quæſo, tam ſtupidus eſt, qui non ſentiat omnem conatum noſtrum idcirco irritum atque inanem fuiſſe? ꝙ huc uſque nec ſyncera in deum fide, nec unanimi uoto indormiſcentem dominum ardentibus precibus inclamauerimus, ſed incredulitate torpentes, ac corruptiſſimis animorum affectibus, ſtudia in contraria currentes non reſpexerimus toto corde in eum, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Neq; enim ille uel immemor eſt promiſſi uel manus eius abbreuiata, ut ſaluare non poſſit, qui nō derelinquit omnes ſperantes in ſe, ſed iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & illum, atque utinam iam tandem reſipiſcentes ſtudeamus, repurgatis per dei miſericordiam mentibus noſtris, uel tantillam fidē a domino impetrare, quantula Apoſtoli præditi erant, quum in mari intumeſcenti comprehenſi, dominum pariter acceſſerunt, atq; in ceruicali reclinantem ſuſcitarunt, inclamantes: Domine, ſalua nos, perimus. Quæ ut tum nō ſatis integra fuerit, ꝙ uiciſſim audirent, Quid timidi eſtis modicæ fidei? tanta tamen fuiſſe perhibet, ut Ieſus ille ſeruator excitatus ac ſurgens, imperaret uentis & mari, adeo ut ſtatim ſubſequuta ſit tranquillitas magna. Quā inferior ergo illa, licet modica, unanimi tameń diſcipulorum fide, noſtra erga deum fiducia hactenus fuerit, quam indignos gratia dei pro Apoſtolis, quanq̃ adhuc rudibus, nos hucuſq; præſtiterimus, res ipſa actionumq; noſtrarū euentus ſatis ſuperq; declarāt. Quid enim tot comitiis, tot conuentibus, tot deniq; cum priuatis tum publicis conſultationibus ſuper componendis hiſce fluctibus, non ſemel habitis, aliud effectū

eſt,

eſt,q̃ quod tempeſtas propemodum facta eſt cõcitatior? Tandẽ ad uniuerſale Concilium,uti ad ultimum aſylum reſpeximus omnes,ꝙ in primis inuictiſſimus,perinde ac pientiſſimus eccleſiæ pugil.Carolus, eius nominis quintus,Romanorum Imperator, ſemper auguſtus, authoritate Apoſtolica indici,magna cum inſtantia poſtulauit,beatiſſimus ſubinde Pontifex pientiſſimæ poſtulationi aſſentiens,futurũ promiſit, totus denique orbis ingenti cum deſiderio hactenus expectauit, Sed ut non leuis momenti res eſt, generalem eccleſiæ Synodum conuenire, ita permulta ſunt,quæ omnis diſſidii parente,diabolo procurante,ſubinde ſuboriuntur impedimenta,quibus etſi non omnino ſpes indicendi,cogendiq; Cõcilii adimatur,tamen res omnium maxime neceſſaria, in lõgum ſaltem protrahitur,Nos igitur rationem officii epiſcopalis nobis concrediti ſolicite animo uerſantes, quanq̃ maluiſſemus rebus labentibus, publico atq; adeo totius orbis Chriſtiani auxilio ſuccurri,q̃ priuatim in prouincia noſtra de neceſſario remedio diſpicere, In tam longa tamen expectatione,dilationeq; ſperatæ opis,nullam excuſationẽ inuenimus, diutius in officio noſtro ceſſandi,maxime ꝙ hæreſum ac ſchiſmatum peſtilentiſſimis,exitialibusq; flatibus prouinciã noſtram undecunq;,idq; agminatim impetentibus,ſcelerum quoq; ac morum longe corruptiſſimorũ lue ac fluctibus,magis ac magis inundantibus,omnem dehinc moram extremi plenam periculi iudicemus.Proinde & diuina uoce cõmoniti,& ſacrorum canonum iuſſu cohortati,prouinciale Concilium in ciuitate noſtra Colonia Agrippina deo authore,celebrãdum indiximus,In quo quum nobiſcum reuerendorum Suffraganeorum noſtrorum, Leodieñ. Epiſcopi ac Monaſterieñ.& Oſnaburgeñ.cõfirmati. Adminiſtratoriſq; Mindenſis eccleſiarum Legati(Traiecteñ.interim epiſcopi procuratoribus, quo minus ad nos ſe reciperent, inter eundum per obuios milites, quemadmodum ipſorum literæ excuſatoriæ continebant, prohibitis) ſimul & cum uenerabili clero noſtro,in dei nomine cõuenerint, ipſiuſq; dei ac eccleſiæ cauſam(quantum is,a quo omne datũ optimũ, ac omne donum perfectum deſcendit,pater luminum conceſſit)diligenter pertractarint.Tandem diſcuſſis omnibus,quæ repurganda uidebantur,reformationem quam omni ope molimur & ex animo optamus,in Canones quoſdam diuinæ legi ac patrum ſanctionibus conſentaneos contraximus,quos Viſitatione diœceſeos noſtræ effectui mancipare(quoad eius fieri poteſt)deo adiutore adnitemur,ut habeat prouincia noſtra, donec generale illud indicatur Concilium,aliquantulam ſaltem opem, qua ſe aduerſus ingruentes ac inundantes diſſidiorum fluctus ac ſcelerũ luem, ſeruet ac tuetur.Oĩa tamẽ,quæ hoc libello cõtinentur,iudicio ſacroſanctæ apoſtolicæ ſedis,quam merito ueneramur,ſubmittentes.

INDEX TITVLORVM PRINCIPALIVM AC CApitulorum Concilii prouincialis Colonieñ. quæ ſub illis ad Chriſtianæ pietatis augmentũ comprehenduntur.

Folio. IX.

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Epiſcopi poſt uerbi prædicationem, conſiſtit potiſſimum in impoſitione manuum, & uiſitatione eccleſiarum.

DE impoſitione manuum, quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum. Cap. i
Ad certũ titulũ eccleſiæ miniſtros canonice deligendos, ordinãdosq;. ii
Manum nemini cito imponendam. iii
Humani adſectus & uenalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. iiii
Beneficia eccleſiaſtica, priuſquam uacent, nemini promittenda. v
Dignis tantum beneficia eſſe conferenda. vi
Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. vii
In eligendo, ætas, mores, literatura & ſacer ordo ſpectanda. viii
Electionem ſynceram eſſe oportere. ix
In confirmatione electionis, quæ expendenda, x
Per patronos idoneos præſentari oportere. xi
Quid incumbat Archidiaconis. xii
Aliquot abuſus Officialium inter uiſitandum corrigendi. xiii
Omnes qui de beneficiis diſponunt, ſui officii admonendi. xiiii
Moderatio patronos laicos reſpiciens. xv
De officio Vicariorum in pontificalibus. xvi
Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. xvii
De ætate ordinandorum. xviii
Teſtimonium uitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. xix
De eruditione ordinandorum inquirendum. xx
Videndum quo affectu ad ordines accedatur. xxi
Quanto temporis ſpatio. ante maiorũ ordinũ receptionem, initiandi ſe pſentare debeant. Item, & quid initiandi tũ ſecũ allaturi ſint. xxii
Quale teſtimonium adferendum. xxiii
Die Mercurii proxima ante ſuſceptionẽ ordinum, examinandi, qui initientur ſacris. xxiiii
Neminem ab examinatione immunem eſſe oportere. xxv
Cuius admonendi ſint pridie ordinationis die, initandi ſacris. xxvi
In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. xxvii
Ab initiandis nihil exigendum. xxviii

Literæ dimiſſoriæ nulli temere concedendæ. xxix
Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. xxx
Peregrini Clerici quomodo admittendi. xxxi
Odioſa beneficiorum pluralitas in una eademq́ perſona. xxxii
Diſpenſationes inſpiciendæ ut occurratur abuſibus. xxxiii
In reſignatiōibus ac pmutationibus bñficioꝝ q̄ cura adhibēda. xxxiiii
Præſtat paucos eſſe bonos, q̄ mul tos inutiles ſacerdotes. xxxv
De Viſitatione ultimo loco dicendum. xxxvi
Folio. XIIII.
DE officio priuato ac publico, uitaq́ ac morib⁹ clericoꝝ gnātī. Ca. i
Vnde clerici appellatio deriuata. ii
Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. iii
Duplex Clericorum miniſterium. iiii
Biblia a Clericorum manibus nunquam dr ponenda. v
De horariis precibus indies perlegendis, & reformandis Breuiariis. vi
Pro cuiuſlibet affectu, nō facile nouādū q̄d ī eccl'iaſtico officio agit̄. vii
Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. viii
Summa deuotione miſſæ ſacrum celebrari oportere. ix
Arguuntur, qui polluta mente altare domini accedunt. x
Reuidenda Miſſalia ac Breuiaria. xi
Quæ omitti aut ꝯcurtari, uel organoꝝ ul' cātoꝝ ꝯcētu haud dēant. xii
Quemadmodum Miſſa legenda. xiii
Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. xiiii
Organorum melodia quemadmodum temperanda. xv
Singulis dominicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicenda. xvi
Confeſſio, miſſæ præambulum, deuote recitanda. xvii
Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat. xviii
Omnis cultus diuinus ſumma cum ueneratione peragendus. xix
De uita ac moribus clericorum. xx
Ob quam cauſam Clerici male audiant ac puniantur. xxi
Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. xxii
Ambitionem ac faſtum clericali officio maxime repugnare, xxiii
Omnis luxus Clerico interdictus. xxiiii
Clerico ñ licet ul' cauponē ager, ul' tabernas, niſi neceſſitatis cā ītrar. xxv
Habitus, ſeu exterioris corporis cultus modeſtia, a clericis exigit̄. xxvi
Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe uenditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. xxvii
Suſpecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta. xxviii
Auaritia in clero execrabilis. xxix
Honeſto artificiolo uictum quærere Clerico licet. xxx
Clerici ne mercatores ſint, multo minus feneratores. xxxi
Damnantur Clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac leuiculi. xxxii
Folio XVIII.

DE metropolitãis, cathedralibꝰ & collegiatis eccleſiis & ĩ his mini-
De officio Decanorum. ii. (ſtrãtibus Cap. i
De officiis in eiuſcemodi eccleſiis miniſtrantium. iii
De canonicorum uita & officio. iiii
Quemadmodum preces horariæq; aliæq; diuinæ laudes decantãdæ. v
Inter ſacra nihil ne cogitãdũ qdẽ, qđ dei aut eccleſie oculos offendat. vi
Decani templi ſummi poteſtas in præuaricatores. vii
Quem oporteat eſſe ueſtitum miniſtrantium in hiſce eccleſiis. viii
Decani undiquaque aduigilabunt. ix
Ante omnia uero, ut Canonici ſacris adſint. x
Vicarii, ut diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. xi
Ad perſonalem reſidentiam cogendi, quibus hæc per fundationes bene-
ficiorum eſt impoſita. xii
Lucri tantum cauſa ſacris a ᵈeſſe non oportere. xiii
Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. xiiii
Officium Decani in rebelles. xv
Contentioſi ad pacẽ & ꝯcordiã per Decanũ & Capitulũ reuocãdi. xvi
Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. xvii
Quo tempore Capituloꝝ quotidianoꝝ conuentus obſeruãdi. xviii
Volumina ſtatutorum reuidenda. xix
In Capitulis a iuramento facili exactione temperandum. xx
Inter uiſitãdũ de moderãdis annis (q expectãtiæ appellant) uidẽdũ. xxi
Non oportere a Canonico recens admiſſo, pecuniam ſtatutariam dupli-
catam ob anteceſſorem exigi. xxii
Cõmuni neceſſitati eccleſiæ, cõmuni cõtributione conſulendũ. xxiii
Tribunalia extra templa collocanda. xxiiii
Optandum ut deambulationes in hiſce eccleſiis prohiberi poſſint. xxv
Theatrales ludos non inferendos templis. xxvi
Cuiuſdam abuſus abrogatio. xxvii
Proceſſionũ Collegiatarũ eccleſiarũ, q̃ ad maiorẽ fiũt moderatio. xxviii
De proceſſionibus non abrogatis. xxix
Quomodo ad anniuerſaria Epõrũ in maiori eccleſia ꝯueniẽdũ ſit. xxx
Minora miniſteria idoneis cõmittenda ac decenter peragendæ. xxxi

Folio XXII.

DE parochis ac eorum uicariis, aliiſq; uerbi miniſtris. Cap. i
Qui admittendi. ii
Orandus deus, ut mittat operarios in meſſem ſuam. iii
Vnde dinoſcere oporteat Pſeudo eccleſiaſtes. iiii
Soli authoritate ordinaria cõprobati, ad uerbi miniſteriũ admittẽdi. v
Qui ſunt legitimi parochi, & illorum uicarii, modo tamen hi examina-
ti ptius & admiſſi ſint. vi
Fratres mendicantes quatenus admittendi. vii
Quã modeſtiã fratres mẽdicãtes ĩ uerbi p̃dicatiõe ſeruare oporteat. viii

Nõ feredi, q in iuriſdictiões & poteſtates temere ad plebẽ inuehuntur. ix
Abuſus eſt, qui parocho ſuo officio interdicit. x
Fratres mendicãtes his ſynodalibus ꝯſtitutionibus erunt parentes. xi
Decet quoq;, ut fratres eatenus ordinariæ poteſtati ſubiiciantur. xii
De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſſis nõ temere retrahendis. xiii
Qui nulla legitima authoritate innixi, ſe uerbi miniſterio ingerunt, uti ſeditioſi comprimendi. xiiii
Prohibenť oẽs apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. xv
De Terminariis quatenus admittendi. xvi
Priuilegiis fratrum nihil derogatur. xvii
Monachoꝝ eccl'iæ p ſeculares (ut uocãt) presbyteros gubernandæ. xviii

Folio XXV.

DE uita ac moribus parochorum. Cap. i.
Vita ut doctrinæ in parocho conueniat, neceſſarium. ii
Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. iii
Vitanda parocho in primis auaritia. iiii
Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. v
Parocho luxus omnino cauendus. vi
Pudicitia ſeruanda parocho. vii
Quæ fugienda & quæ ſectanda parocho. viii

Folio XXVI.

DE diſſeminatione uerbi. Cap. i.
Quid parocho meditandum. ii
Fidelitas in primis in parocho requiritur. iii
Quis ſit fidelis uerbi diſpenſator. iiii
Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. v
Summa euangelicæ prædicationis. vi
Parocho cautiſſima ſolicitudine in prædicatione uerbi utendum. vii
Quemadmodum ſermo temperandus. viii
Quid cauendum inter concionandum. ix
Nihil aut fabuloſum aut ſuſpectum adferendum. x
Loquacitas uitanda. xi
Quemadmodum parochum aduerſus hæreticos pugnare oporteat. xii
A ſcommatis & conuitiis abſtinendum. xiii
In contentioſis dogmatibus, quomodo docendus populus ſapere. xiiii
Qualem oportet eſſe parochum in reprehendendis criminibus. xv
Manifeſta reprehenſio utriuſq; poteſtatis uitanda. xvi
Quomodo corripiendi magiſtratus. xvii
Admonendus populus, ut oret pro magiſtratibus. xviii
Notantur qui ſecus docens. xix
Summa doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion contrahenda. xx
Enchiridion quæ docebit. xxi
Ordo concionandi, quem ſimpliciores ſequentur. xxii

Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ. xxiii
Allegoriæ quomodo explicandæ. xxiiii
Quomodo finienda concio. xxv
Quid recitandum finita concione. xxvi
Quō, finita concione, populus excitãdus ad orandũ pro defunctis. xxvii
Folio XXIX.
DE adminiſtratione ſacramentorum. Cap. i.
Inſtruendus populus, quid agat in cuiuſlibet ſacri exhibitione. i
Quid agatur in baptiſmo. iii
Cuius ſint admonendi ſuſceptores infantis. iiii
Populus docendus, quid uelint externa ſigna. v
Quomodo accedendum ad baptiſmum. vii
Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus: vii
In confirmationis exhibitione quid docendum. viii
Quomodo ad ſacramentum confirmationis accedendum. ix
Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. x
De moderandis donariis, quæ ſuſceptores infantibus donat. xi
Docendus populus de ſignis externis. xii
De ſacroſancta Euchariſtia. xiii
Quid docendus populus in huius ſacramenti miniſtratione. xiiii
Quibus perſuaſum eſt utranq; ſpeciem, laicum participare oportere, quomodo docendi. xv
De ueneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. xvi
Quō tantum miraculũ in hoc ſacramento fiat, populus docendus. xvii
Quō admonenda plebs ad ſumendã Euchariſtiam accedens. xviii
Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. xix
Quatenus alteri q̃ ſuo parocho cõfeſſus, ad Euchariſtiã admittẽdus. xx.
Intra annum ſaltem ſemel communicandum. xxi
Quorũ admoneri pplus, hoc ſacrm participaturus maxime debeat. xxii
Docẽdus quoq; cur hoc ſacrm ſub ſpecie panis & uini iſtitutũ ſit. xxiii
Quō ſingulis dñicis diebus plebs ad audiẽdã miſſam ſe ꝑparabit. xxiiii
Docendus populus generatim, quid agatur in miſſa. xxv
Corripiendus abuſus eorũ, q ante finitã miſſam irreurrẽter diſcedũt. xxvi
Docendus populus, quale ſit miſſa ſacrificium. xxvii
Exequiæ ac miſſæ ꝑ defũctis, qñ, & cũ q̃ admonitiõe celebrãdæ. xxviii
Qui ad exequias euocandi. xxix
¶ De pœnitentiæ partibus. xxx
Prima pœnitentiæ pars cõtritio, in ſuggeſto ſemper pertractanda. xxxi
Neminem non ad pœnitentiam inuitari. xxxii
Presbyter qui a confeſſionibus eſt, qualis eſſe debeat. xxxiii
Quid confitentem docebit presbyter confeſſarius. xxxiiii
Remedium pro ratione morbi adhibendum. xxxv
Nimis anxii, quomodo tranquillandi. xxxvi

Moderatio in caſibus reſeruatis. xxvii
Publicæ pœnitentiæ uſus in eccleſiam reuocandus. xxxviii
Recitata confeſſione, quid agendum per parochum. xxxix
¶ In matrimonii ſacramento quid agatur. xl
Quemadmodũ monendi ſunt, qui matrimoniũ cõtrahere affectant. xli
Matrimonium tria complecti. xlii
Piũ uotum & in clandeſtine contrahentes cenſura. xliii
Coniunctio coniugum in facie eccleſiæ peragenda. xliiii
Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio non coniungendos. xlv
In gradibus cõſanguinitatis & affinitatis cõciliũ gñale obſeruãdũ. xlvi
Ludicra tollenda, xlvii
¶ De ſacro ordine dictum eſſe prius. xlviii
Cur adhibeatur extrema unctio. xlix
Quomodo impendenda unctio extrema. l
A ſepultura nemo in communione diſcedens, repellendus. li
Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. lii

Folio XXXVI.

De uictu parochorum. Cap. i.
Parochis uictus neceſſarius ſuppeditandus. ii.
Vicecuratos quos uocãt, ex prouentibus eccleſiæ congruã ſuſtentationẽ (recepturos. iii
Qui ecclias unitas habẽt, uicariis ppetuis portionẽ cõgruã aſſignare o-(portere. iiii
Vbi redditus non ſuffecerint, quid agendum. v.
Denarius conſuetus, ſed duplicatus pendendus. vi
Laudabilẽ cõſuetudinẽ Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. vii

Folio XXXVII.

De conſtitutionibus ac conſuetudinibus eccleſiaſticis. Cap. i
Ieiunia ab eccleſia indicta, reuerenter obſeruanda. ii
Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. iii
Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. iiii
Quid in ieiunio potiſſimum ſpectandum. v
Redarguuntur qui quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. vi
Lætaniæ & Rogationes cur inſtitutæ, & quõ pplus admonendus ſit. vii
Proceſſiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. viii
Admonendus populus, cur feriæ inſtitutæ. ix
In feriis ſoli deo uacandum. x
Dies dedicationis templi extra Coloniam, uno die ubiq; celebrandus, & quomodo ſit admonendus populus. xi
Cur templa & altaria conſecrentur. xii
Populus docendus, qd agať & ſignificeť in cõſecratione temploꝝ & alta-(rium. xiii
Cur benedicantur campanæ. xiiii
Docendus populus ut ſignatis potius quam ſignis inhæreat. xv
Quicqd i cerimoniis ad abuſum ſpectat, caute ac diligẽter cauendũ. xvi
Cur reconcilietur templum aut cœmiterium, xvii

Q uæ pollutio reconciliationem requirat. xviii
Q uorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. xix
Immunitatem eccleſiaſticam in duobus potiſſimum ſitam eſſe. xx
Q uemadmodum fraternitates reformandæ ſint. xxi

Folio XL.

DE uita ac conuerſatione monaſtica. Cap. i.
Neminem monachiſmi profeſſione temere alligandum. ii
Admonẽdi parentes, ne liberos inuitos in monaſteriũ detrudant. iii
Q uo affectu monaſtica uita amplectenda. iiii
In monaſteriis habendus, qui doceat legem domini, v
Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. vi
Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. vii
Moniales non eſſe alligandas, ut nulli quã ſuo(ut uocant)patri aut præpoſito confiteantur. viii
Mutatam eſſe paulatim faciem monaſteriorum, ac uſurpatum hoſpitii ius ſimul cum acceſſu moderandum. ix
Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. x
Sũptuoſi monialiũ Prępoſiti abrogãdi, & frugales œconomi ꝯſtituẽdi. xi
In monaſteriis monialium uictũ ac menſam communẽ eſſe oportere. xii
De Præpoſitis ſolitarie commorantibus. xiii
Viſitãdæ domus fratrũ Teuthonicoꝝ diui Ioh. Bap. & Antonitaꝝ. xiiii
De uita & conuerſatione monachorum. xv
Monachorum ſtudia atq; exercitationes quales eſſe oporteat. xvi
Monachos uagos ſub cuſtodiam reuocandos. xvii
Literas priuatas monacho aut monachæ, iniuſſu Abbatis reſignare non licere. xviii
Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. xix

Folio XLII.

DE hoſpitalibus & orphanotrophiis, aliiſq; id genus piis locis. Cap. i.
In hoſpitalibus in primis animæ curandæ, deinde corpus. ii
In hoſpitalia qui recipiendi. iii
In hoſpitalia pauperes eius loci, ubi cõſtituta ſunt, potiſſimum recipiendos, maxime contagioſis morbis implicitos. iiii.
Mendicãtibus ualidis hoſpitalia clauſa, & mẽdicitatẽ ĩterdictã eſſe oportere. v
Magiſtrorum hoſpitalium praui affectus damnantur. vi
Q uam grauiter peccent, qui ex pauperum uictu ſe ditant. vii

Folio XLIII.

DE ſcholis, typographis, ac bibliopolis. Cap. i.
Scholæ inter uiſitandum repurgandæ, ac inſtituendæ. ii
Apũd ſingulas eccl'ias hñdus uir eruditus, q clericos ei⁹ eccl'iæ inſtituat. iii
Q ui huic uiro uictum ſuppeditabunt. iiii
Q uemadmodum Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. v
Pium uotum ad ſtudia ſubleuanda. v

Decre

Decretalem Honorii tertii,quoad eius fieri pōt,renouari æquū eſſe. vii
Quid curandum in Academiis. viii
Nihil imprimendum aut uendendum,niſi reuiſum prius. ix
Folio XLV.
DE iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. Cap .i.
Excommunicationis origo & præcipuus uſus. ii
Quur paſſim ī oēs inobedientes excōicatiōis cēſura diſtringi cœperit. iii
Vſum excōmunicationis in publice criminoſos in lucem reuocandū. iiii
Quid cauendum in decernenda excommunicationis cenſua. v
Excommunicatos uitandos. vi
Non paſſim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. vii
Manifeſti criminoſi pro quæſtu nequaquam ferendi. viii
Clerici grauiſſimoꝗ criminū rei,ſecundū canōicas ſanctiōes puniēdi. ix
De teſtamentis inſinuandis,approbandis ac exequendis. x
Bona presbyteri ab inteſtato defuncti.in piam cauſam conuertenda. xi
Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur,minime grauis. xii
Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrenanda. xiii
Formula inquirendi hæreticos delinianda. xiiii
Folio XLVI.
DE uiſitatiōe ac ſynodis Archiepiſcopalib⁹,Archidiaconalibuſqꝫ.ca.i
Quo ordine uiſitatio inſtituenda. ii
Quæ ubiqꝫ corrigere oporteat. iii
In primis reformandos eſſe Decanos. iiii
Inquietos,& prælatis rebelles,corripiendos. v
In monaſteriis quomodo abuſus percipiendi. vi
In uiſitatione Parochiarum quid agendum. vii
Habenda concio per Viſitatores. viii
Interrogandus Parochus,quo titulo miniſterium gerat. ix
De uita,moribus,& doctrina inquirendus. x
De habitu,tonſura,ac reliquis externis uidendum. xi
Num hæreſis quæpiam ſerpat,diligenter inueſtigandum. xii
Num aganť,alia,quæ cū dei & eccl'iæ inſtitutis pugnēt,diſpiciendū. xiii
De puerorum inſtitutione & hoſpitalium cura quærendum. xiiii
Vitia quibus aſſueuerint Parochiani,acriter corrigenda ac reſecanda. xv
De officio Parochi inquirendum. xvi
Synodus epiſcopalis anno bis habenda. xvii
Quid agendum in ſynodo epiſcopali. xviii
De ſynodis Archidiaconalibus ac ruralibus. xix
Officiales archidiaconoꝗ,& decanos rurales,uiros graues eſſe oportere. xx
Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ ſe ferunt. xxi
Abuſus in ſynodoꝗ Archidiaconalium ac ruralium obſeruatione. xxii
Inter uiſitandum abuſus corrigendi. xxiii
Procurationem ſuo officio recte fungentibus pendi,æquum eſſe. xxiiii

LOCI COMMVNES THEOLOGICI

INSIGNIORES, QVI IN INSTITVTIONE doctrinæ Chriſtianæ, conſtitutionibus conciliaribus ſubiunctæ, ſparſim tractantur ac explicantur.

De deo.
De trinitate perſonarum unius deitatis.
Quomodo agnoſcatur deus.
De creatione.
De creatione hominis & uiribus ante lapſum.
De lapſu hominis ſeu peccato, & cauſſa peccati.
De pœna peccati.
De duplici peccato originali & actuali.
De humanæ naturæ uiribus poſt lapſum, ac libero arbitrio.
De præſcientia & prædeſtinatione dei.
De rerum & actionum noſtrarum contingentia.
De natura & ui legis.
De triplici lege.
De lege naturæ.
De lege diuina & eius uſu.
De duplici teſtamento, ueteri & nouo.
De diſcrimine legis & Euangelii.
De diſcrimine legis naturæ & Euangelii.
De duplici gratia.
De gratia ante iuſtificationem, & eius operibus.
De iuſtificatione hominis ſeu regeneratione.
Quod iuſtificatio duo complectatur.
De triplici fide.
De fide qua accipit, retinet, ac augeſcit iuſtificatio, & de eius certitudine.
De bonis operibus.
De operibus legis.
De operibus fidei ſeu ſpiritus.
De ſpiritu & litera.
De meritis operum fidei.
Quatenus lex homini poſſibilis.
De libertate Chriſtiana.
De ſcopo epiſtolæ ad Romanos, & canonicæ Iacobi Apoſtoli.
De quadruplici uoluntate dei.
De fide, ſpe, & charitate.
De iugi ſabbatiſmo, qui relinquitur populo dei.
De cruce toleranda, & poſt Chriſtum portanda.
De uero uſu nominis diuini.

De ratione orandi deum.
De ieiunio & eleemoſyna.
De eccleſia & eccleſiæ uiſibilis ſeu exterioris authoritate.
De regno Chriſti ſpirituali.
De authoritate communis conſenſus eccleſiæ omnium temporum.
De Sacramentis & cauſſa inſtitutionis eorum.
De uerbo elemento & efficacia ſingulorum.
De baptiſmo.
De fomite qui in baptizato remanet, & an is uere ſit peccatum.
De baptiſmo infantium.
De Confirmatione.
De donis ſpiritus.
De Sacramento Euchariſtiæ.
De ueritate corporis Chriſti in Euchariſtia.
De miſſa.
De natura & diſtinctione ſacrificii.
De ſacrificio propitiatorio.
De ſacrificio euchariſtico ſeu ſpirituali.
Quod homo conditus ſit tantum, ut ſacrificet deo uiuenti.
De ſcopo epiſtolæ ad Hebræos.
De ſacrificio eccleſiæ.
Quatenus miſſa ſacrificium repreſentatiuum, & quatenus euchariſticum & ſpirituale ſit.
Quid ſit in miſſa præſens, quod patres non uerentur appellare pretium redemptionis noſtræ, aut uictimam ſalutarem.
De uero canonis intellectu & ſententia.
De pœnitentia.
De peccato in ſpiritum ſanctum.
De tribus pœnitentiæ partibus.
De contritione.
De duplici timore, ſeruili & filiali.
De Confeſſione interna & externa.
De triplici confeſſione peccatorum externa.
De confeſſione ſacramentali, & quatenus ea ſit iuris diuini.
De clauibus eccleſiæ.
De canone, Omnes utriuſq; ſexus, &c.
De ſacramento pœnitentiæ.
De correptione fraterna.
De ſatisfactione.
De ſatisfactione propitiatoria, & illius applicatione.
De ſatisfactione pœnitentiæ, & ui ac uſu illius.
De ſatisfactione publica & priuata.
Abolita culpa non ſemper aboleri pœnam.

De radice indulgentiarum.
De ueteris eccleſiæ ſeueritate,& præſentis indulgentia.
De ſacramento ordinis.
De maioribus & minoribus ordinibus.
De ſacerdotio eccleſiæ externo.
De officio ſingulorum ordinum.
Quomodo ſcripturæ ex ſuggeſtis tractandæ.
De matrimonio & cauſſa inſtitutionis eius.
De poligamia.
De repudio.
De ſacramento matrimonii.
Quo differat matrimonium Chriſtianum a Iudaico & Gentili.
De bonis Chriſtiani matrimonii.
De carnali copula & quatenus ea in matrimonio licita.
De clandeſtinis matrimoniis quid cenſendum.
De ſacramento unctionis infirmorum.
De ueneratione ſanctorum.
De imploratione ſanctorum,& quatenus licita.
De ueneratione reliquiarum.
De ueneratione imaginum.
De cura pro mortuis gerenda.
De templis & oratoriis,& eorum uſu.
De uſu rerum externarum per uerbum dei benedictarum.
De eccleſiæ cerimoniis,& uſu illarum.
De conſtitutionibus eccleſiaſticis, ac eorum ui & uſu.
De uotis.
De uoto perpetuæ caſtitatis.
De magiſtratibus ciuilibus,ſeu poteſtate ſeculari(ut uocant)& illius præſtantia & authoritate.
De legibus ciuilibus,& quatenus eæ per Euangelium abrogatæ ſint.
Quatenus iure ciuili experiri,contrahere, bellum gerere,& reliqua, ſine quibus externa policia non retinetur,agere liceat.
De iuramento,& an Chriſtiano iurare liceat,& quando.
De reſurrectione mortuorum.
De uita æterna tam inchoata q̃ glorificata.

Alios locos Chriſtiano homini cognitu neceſſarios,in hac inſtitutione quiſq; inter legendum facile deprehendet.

¶ Tabula alphabetica habetur in fine huius operis.

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIVM EPISCOPI POST VERBI PRAEdicationem conſiſtit potiſſimum in impoſitione manuum,& uiſitatione eccleſiarum.

EPISCOPI MVNVS IN DVOBVS POtiſſimum conſiſtit. Primum,in impoſitione manuum, quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum. Deinde in uiſitatione diocæſeos. Vtrunque beatiſſimus Apoſtolus ad Titum, dilectum filium, Cretæ Epiſcopum ſcribens, cõplectitur. Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas,& cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Alterum uero idem Apoſtolus, cum a Mileto diſceſſum maturaret, profecturus Hieroſolymam, ac certus quod amplius haud uiſurus eſſet faciẽ eorum omnium, per quos tranſiuit, prædicans regnum dei, uocatis illo ad ſe ab Epheſo, eccleſiæ presbyteris apoſtolica uehementia inculcat, cum ait: Attendite uobis,& uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Et quoniã ſcio, inquit, ꝙ intrabunt poſt diſceſſionem meã lupi rapaces in uos, non parcentes gregi,& ex uobiſipſis exurgent uiri loquentes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe, propterea uigilate. Cui muneri, ut ambo illa apoſtolici ordinis eximia luminaria, nimirũ Petrus, ac illius collega Paulus, ſatisfacerent, alter tranſiuit & inuiſit uniuerſos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, cõfirmans eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorũ, nimirũ non tantum uerbo, ſed & exemplo, Epiſcopos cõmonentes, ut qui ſpeculatores in dei eccleſia conſtituti ſunt ac appellantur, prouinciæ ſibi mandatæ, uigilantiſſime intendãt, fidem, conuerſationẽ, mores & uitam ſingulorũ explorent, examinentq́;, ac prouideãt, ne alicubi quis in ea uocatione, ad quam a deo uocatus eſt, torpeſcat.

Titum.1. Acto.20. Acto.9 Acto.15.

DE IMPOSITIONE MANVVM, QVAE EST ORDInum eccleſiaſticorũ collatio, ac inſtitutio miniſtrorũ. Cap.I.

IMpoſitio manuum eſt oſtium, per quod intrant qui eccleſiarũ gubernaculis admouent. Proinde quia eiuſcemodi oſtium diligenter cuſtoditum non eſt, factũ eſt, ut tanta mala quæ ſentimus agminatim in eccleſiã dei irruperint. Huius ianuæ uigilantiſſimi cuſtodes fuerũt Apoſtoli Chriſti, & quotquot ipſis ſucceſſerũt apoſto-

1. Timo. 3. Ad Tit. 1. Acto. 1. Acto. 6. lici epiſcopi. In primis uero diuiniſſimus Paulus, q dilectiſſimis diſcipulis Timotheo ac Tito, eiuſcemodi cuſtodiæ formulam, ex profeſſo præſcribit. Porro Apoſtoli, cũ eſſet in locũ Iudæ proditoris deligẽdus duodecimus collega, ſtatuerũt, duos ex his uiris (qui cũ ipſis congregati fuerunt in omni tẽpore, quo intrauit & exiuit inter eos dominus Ieſus) probatiſſimos, electionem alterutrius domino cõmittentes. Adhæc cum eſſent deligendi primi illi eccleſiæ diaconi, Apoſtoli cõuocata diſcipulorũ multitudine, dixerũt: Cõſiderate fratres ex uobis uiros boni teſtimonii, plenos ſpiritu ſancto ac ſapientia, quos cõſtituamus ſup hoc opus, atq; illi (cũ placuiſſet hic ſermo) corã omni multitudine elegerunt, Stephanũ uirum plenũ fide & ſpiritu ſancto, ac reliquos ſex, quos ſtatuerunt ante conſpectũ Apoſtolorũ, qui dein non teme, re ſed orãtes, illis impoſuerũt manus. Deniq; de Barnaba, p Apoſtolos ad Antiochiã deſtinato refert Scriptura: Quoniam Apoſtoli miſerũt Barnabã, q eſſet uir bonus & plenus ſpiritu ſancto ac fide. Quibus exẽplis edocemur, quanta cura ac delectu, manus impoſitionẽ fieri oporteat. Beatus Apoſtolus inter alia Timotheum ſic alloquit: Cõmenda, inquit, quæ audiſti per me per multos teſtes fidelibus, q & idonei erunt alios docere. Et iterũ: Manus nemini cito impoſueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. A qua regula cũ longe lateq; diſceſſum ſit, affectibus priuatis ſibi oĩa uendicãtibus, morbus obortus eſt plurimus, atq; ita radicatus, ut uix ſpes medendi relicta ſit. Neq; tamẽ in mediis & exulceratiſſimis morbis de remedio deſperandũ erit, ſed tãto magis de pharmaco idoneo cogitandũ prouidendumq;.

Acto. 11. 1. Timo. 3. 2. Timo. 2. 1. Timo. 5.

Ex Concili. Lateran. ſub Alexan. iii.

Ad certũ titulũ eccl'iæ miniſtros canonice deligẽdos ordinãdoſq;. Ca. II.

QVoniam uero primitiuæ eccleſiæ facies, quod ad inſtitutionẽ miniſtrorũ attinet, paulatim imutata fuit: nimirũ, dotatis tẽplis, ſacerdotiiſq; ac certis ſtipẽdiis miniſtrãtibus ꝯſtitutis, uiſum ſubinde ſanctis patribus nõ abſq; multa rõne fuit, ne qſquã ſine certo titulo (q illi uictũ neceſſariũ ſuppeditaret) ad maiores, quos & ſacros ordines uocamus ordinaret. Adhibita etiã non leui ſeueritate in Epõs, q ſecus facere præſumpſiſſent. Quæ cũ ſic ſe habeant, reformationẽ ordiri hinc fuerit neceſſe. Videdũ itaq; in primis eſt, ut collationes eccleſiaſticorũ ſacerdotioꝝ ſeu beneficioꝝ, ut electiones, præſentatiões, & inſtitutiones clericorũ ac miniſtroꝝ, maxime eoꝝ, qui curæ præficiunt animaꝝ (quæ ſcientia ſcientiaꝝ merito appellãda eſt) rite ac canonice fiãt. Vtq; maximi illi & teterrimi abuſus & uitia (quæ in deligẽdis ꝑſonis eccleſiaſticis, non uulgari cũ detrimẽto eccleſiæ ſæpenumero cõmittunt) quoad fieri põt, tollant. Qđ tũc demũ futuꝝ eſt, cũ repulſis ac ſubmotis indignis, digni tãtũ ac idonei admittant, q & uelint & poſſint officiũ (ꝓpter qđ beneficiũ dat) gerere & explere. Scriptũ eſt enim: Qui nõ laborat, nõ mãducet.

Manum nemini cito imponendam. Cap. III.

QVãobrẽ oĩbus, q præficiendi eccleſiaſticis muniis miniſtros poteſtatẽ habẽt, illa (quã paulo ante retulimus) Paulina admonitio ſem

p ob oculos uerſabit: Manus cito nemini impoſueris, neq; cōmunicaue ris peccatis alienis. Si enim ad honores mūdi ſine ſuffragio tēporis, ſine merito laboris indignū eſt pucnire, & notari ambit⁹ ſolēt, quos ꝓbitatis documēta nō adiuuāt, quā diligēs & quā prudēs habēda eſt diſpenſatio diuinorū munerum & cœleſtium dignitatum? Certe olim excōmunica tione percellebantur, qui eccleſiaſtica beneficia contuliſſent indignis. 1. Timo. 5. S. Leo. c. mi ramur. 61. diſt. Ex Concil. Toleta.

Humani affectus & uenalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. Cap. IIII.

NVlla itaq; ꝯſanguinitatis ratio, nulla ꝓpinquitatis ꝯtēplatio, face re debet hoc, ut populi gubernatio, alii, q̄ meliori tradat. Ceſſent oēs affectus humani, q ſua, nō quæ Ieſu Chri ſunt, quærūt. Maxime ue ro ſacerdotioꝝ ac beneficioꝝ uenalitas execrāda eſt. Quod q ſic præfi ciūt ac præficiunt, inter emētes & uendētes colūbas (quos dn̄s flagello de funiculis facto e tēplo eiecit, ac menſas nūmularioꝝ & cathedras uē dentium colūbas euertit) cōputentur. Si enim is dignus ſacerdotio cre dit, cui nō actiōis merita, ſed præmioꝝ copia ſuffragat, reſtat, ut nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas, nihil ſibi defendat induſtria, ſed totū auri prophanus amor obtineat. Et cū fides ſimul & uita in ſacerdo tibus & miniſtris eligēda ſit, quæ tandē uita & quæ opera ſacerdotis il lius erūt, q honores tāti ſacramēti p præmium cōuincit obtinere? Hiero. in Nume. Phil. 2. Matth. 21. Iohan. 2. Marc. 11. Luc. 19.

Beneficia eccleſiaſtica, priuſquā uacēt, nemini ꝓmittēda. Cap. V.

CVm olim conciliari conſtitutione uetitum ſit, ne ulla eccleſiaſtica miniſteria ſeu beneficia promittant alicui priuſquā uacēt. Tum ne qs mortem proximi, in cuius locū & beneficium ſe crediderit ſucceſſuꝝ, deſiderare uideat, Tum quod turpe ſit, diuiniq; plenum animaduerſio ne iudicii, ſi locum in eccleſia dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſæ etiā ſeculares leges ꝯdemnare curarunt. Idq; uero cū nūc paſ ſim præter omnem perſonaꝝ delectum, deſignatis etiam ex noīe benefi ciis, in quæ ſtipulatores ſucceſſuri ſunt, peſſimo exemplo fiat, tollendus abuſus eſt, Idq; non aliter, quam ſecundum canonicam ordinationem, nequis ſolicitus ſit, non tam de officio, q̄ de beneficio uiuentis. Ex Concil. Late.

Dignis tantum beneficia eſſe conferenda. Cap. VI.

QVi ſacerdotia eccleſiaſtica pleno (ut aiunt) iure, poteſtatē cōferendi habent, aliū, factæ a ſe manuū impoſitionis diſcuſſorem nō expe ctant. Præcipua ergo illis habēda cura eſt, idq; maxime in præficiē dis parochis, ne apoſtolici præcepti præuaricatores ac rei fiāt: Quis enī non intelligit, quam graui culpa ſe obſtringit is, qui in cauſa eſt, ut cæ cus cæco ducatum præſtet? nimirum ambobus in foueā delabentibus. Deſpiciunt (inquit Malachias propheta) nomen dn̄i, qui cæcū, qui clau dum, qui languidum aīal, ad īmolādum offerunt, & propterea grauiter a domino increpātur: Quis uero cæcum animal offert, niſi qui indoctū indocti locū ordinat, magiſtrumq; facit, q uix diſcipulus eſſe poterat? Claudū uero, qui lucra terrena quærentem, locat in dignitate, ueluti pe Matth. 15. Luc. 16. Malach. 1. Hierony. in Malach.

dem in diuerſa ponentem? Cui poteſt inſerri illud: Vſquequo claudicatis in duas partes? Languidum denique qui uitioſum pro religioſo habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. Cap. VII.

Ex Cōd. generalia. c. ne p defectu de electione. Ex Concil. Baſilien. Hierony. Symma. ad Laurent. c. Viliſſimus. I. q. I.

SAcris canonibus ſaluberrime cōſtitutum eſt, ut oēs Cathedrales eccleſiæ, collegia & cōuentus ad dignitates uacantes, ex ſua ꝯgregatione idoneos eligant prælatos. Atque eos demū ſacris adminiſtrationibꝰ dignos eſſe exiſtimēt, quorum oīs ætas per diſciplinas eccleſiaſticas cucurriſſet. Iam ut primitiuæ eccleſiæ cenſura mitigationē recipiat diſcretionis, is ſaltē aliorum curæ præficiatur, cuius cōparatione, grex cæteri merito dicant. Quomodo enim fieri poteſt, ut nō uiliſſimus reputet, q eſt honore præſtātior, niſi quoque ſciētia & ſanctitate præcellat? Atque utinā hic pēſitet & nautis & nauigio deferēdis eādē īminere periclitādi neceſſitatē.

In eligēdo, ætas, mores, literatura & ſacer ordo ſpectāda. Cap. VIII.

Ex Concil. Baſilieñ.

QVapropter electores ſoliciti ſint ut talē præficiāt, q officio credendo ſatiſfacere poſſit, uirū ætatis legitimæ, moribus grauē, literarū ſcientia præditū, atque in ſacris ordinibus cōſtitutū, Sciētes ipſis in re tā graui, uel dolo, uel negligēter agētibus, nō minorē q̄ malis illis paſtoribus ac prælatis (quos ipſi præfecerunt) in diſtricto dei iudicio imminere pœnam. Neque enim impune peccatur in ſpiritū ſanctū, qui in omni electione ut author inuocat. Neque inultum permittet deus, ſi quis

Deut. 5 iureiurando, quod ſub electionē præſtat, fruſtra nomē dn̄i uſurpauerit. Vt omittamus pœnas canonicas, quæ perperam eligētes manent,

Electionem ſynceram eſſe oportere. Cap. IX.

ABſit ergo omnis ſymoniæ prauitas, omnis pſonarū reſpectus. Ceſſent potentiorū preces, quæ minis æquiparant, omniſque impreſſio, ceſſet ambitio, ac dominādi libido. Adhæc, procul abſint omnes illicitæ obligationes, quæ ſub electionem, aut paulo poſt ab eligendo uel electo,

Hiero. 8. q. 1. c. licet. & c. ſi ergo.

haud præter ſymoniæ labē extorquent. Et procedat de uultu dei opus ipſius ut ſcilicet, qui præſtantior eſt omnibus, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni uirtute eminentior, hic eligatur.

In confirmatione electionis, quæ expēdenda. Cap. X

ELectione facta, Nos & cæteri qui ꝯfirmationis munus impēdemus, officio noſtro, deo uolēte nō deerimus, diſcuſſuri ſcilicet diligēter, & formā electionis, & electi merita, priuſquā nr̄as imponamus manus.

Per patronos, idoneos præſentari oportere. Cap. XI.

PAtroni tum eccleſiaſtici, tum laici (quos hac de re diligēter admoneri curabimus) uidebunt, ut idoneos (quēadmodum ante diximus) Archidiaconis præſentēt. Compertum ſiquidem habemus, q̄ hic ſupra modū peccetur Sunt enim q tātū filios ac conſanguineos, ſeu aliter ipſis addictos citra ullū delectum, aut diſcrimen ſcientiæ, morum, ac ætatis, beneficiis eccleſiaſticis admouēt. Sunt q admotis nomē tātū relinquūt, cenſum autē atque eccleſiaſticos redditus, ſibi auſu quodā ſacrilego (nihil

minus quam de eccleſiaſtico miniſterio cogitantes)uſurpant. Quæ oĩa cum ſanctorum patrum ſanctionibus damnentur, multorumq; malorum in eccleſia dei cauſa ſint, poſthac non committi, ſed ſublata penitus eſſe, ſuamq; uim canonicis regulis conſtare ex animo cupimus. Alexã.iii.c. Ex frequẽti. bus de inſti.

Quid incumbat Archidiaconis. Cap. XII.

ARchidiaconi noſtri, ad quorum curam inter alia pertinet, ut noſtro noĩe parochias ordinẽt, ac miniſtros eccleſiæ ipſis præſentatos ac oblatos inquirãt. Scient ſui muneris eſſe, negligentiã patronorum ſupplere. Cum enim oculi noſtri ſint, diſpicient, ne qs alioqui indignus, ſub alicuius præſentationis prætextu irrepat ac admittatur. Nec ꝯtenti quod poſt edicta ter publicata, nuſquam compareat qui præſentationem oppugnet, eorum etiam qui ipſis præſentant. & ad inſtituendum offeruntur, uitam, mores, & eruditionem accurate perueſtigabunt, ac niſi cõperti illi fuerint, muneri, cui præfici poſtulantur, pares, fore nefas putabunt ſtulte petentibus aſſentiri. Neq; exiſtimabunt id temporis, quod huic examini impendent, perdi: cum nequaquam poſſit collocari melius. Maxime quod officium eorum hoc ipſum ut fiat, magnopere requirat. C.1. & c.ad hæc de offi. Archidia. c.finali de elect.in vi.

Aliquot abuſus Officialium inter uiſitandũ corrigẽdi. Cap. XIII.

ET quoniã ad nos quorundam querela perlatum eſt, nõnullos Officiales Archidiaconorum noſtrorum inueſtituræ nomine plus æquo interdum petere, quoſdam etiam inſtitutionẽ ipſam petentibus, uel temere negare, uel ſaltem in longum differre tempus, quamlibet legitima ſit præſentatio & idoneus is, qui præſentatus eſt. Curæ itaq; nobis erit, inter uiſitandum, de his diligenter inquirere, & quæ uitioſa cõperiẽtur, Archiepiſcopali authoritate, communicato tamen cum Archidiaconis noſtris (ut par eſt) conſilio, quoad eius fieri poterit, corrigere.

Omnes qui de beneficiis diſponunt, ſui officii admonendi. Cap. XIIII.

REferre etiam non parũ exiſtimamus, omnes qui de ſacerdotiis ſeu beneficiis eccleſiaſticis quamcunq; diſponẽdi poteſtatẽ habẽt, ſpeciatim ac diligenter admoneri, ut hiſce ſynodaticis canonibus, per oĩa obtemperent, niſi in eo ipſo, in quo deliquerint puniri uelint.

Moderatio patronos laicos reſpiciens. Cap. XV.

AT tamen quod ad patronos laicos attinet, hanc cenſuram eatenus moderamur, ut ſi Archidiaconi noſtri præſentatos ab eis, q̃ in idonei ſint, inſtituere recuſent, liceat ipſis inutilium loco, alios iterum, intra tempus legitimum præſentare, modo tamen dolus abſit.

De officio Vicariorum in pontificalibus. Cap. XVI.

POſteaquam de illorũ officio diximus, qui ſacerdotiis ſeu beneficiis rectores admouẽt eccleſiaſticis ordinibus initiãdos, reſtat ut de Vicariis noſtris in põtificalibus, atq; huic muneri (in partem ſolicitudinis noſtræ uocati) potiſſimũ delegati ſunt, paucis dicamus. Nobis quidem uti cæteris oĩbus põtificibus, in Aaronis perſona loquutus eſt deus: Ho- Leuit.21.

mo per ſamilias qui habuerit maculã nõ offeret panes deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi uel paruo uel grãdi uel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albugine habens in oculo, ſi iugẽ ſcabiẽ in corpore uel herniosus. Oĩs enim q̃ habuerit maculam, non accedat offerre hoſtias dño, nec panes deo ſuo. Quid per allegoriã ſermo diuinus ſignificare uoluerit, maximus ille cœleſtiũ rerũ perueſtigator Paulus in epiſtolis, quas Timotheo ac Tito ambob9 naſcentis eccleſiæ epiſcopis inſcripſit, grauiſſime explicauit. Cũ eni mãdaſſet, ut p ciuitates presbyteri cõſtituerent, ſtatim ſubiecit, quales ſubſtitui uellet & oporteret. Oportet (inq̃t) cõſtituendũ ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſatorẽ, non ſuperbũ, non iracundũ, non uinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalẽ, benignum, prudentẽ, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentẽ eum, qui ſecundũ doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potẽs ſit exhortari doctrina ſacra, & eos qui contradicunt arguere. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habẽtes myſterium fidei in cõſciẽtia pura. Et ut iterum nos offici nr̃i cõmonefacret: ſubiecit: Et hi probent primũ, & ſic miniſtrẽt, nullũ crimẽ habẽtes.

Ad Tit. I.

I. Timo. 3

Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. Cap. XVII.

INcumbit itaq; nobis, ut probemus primum eos, qui ordinibus, maxime ſacris initiari deſiderant. Curæ ergo erit Vicariis noſtris in põtificalibus, manus impoſitionẽ auſpicaturis, ne hic quid deſit, ne ue ordines ſacros aliter quam ſecundum regulam euãgelicã impartiant. Vt adiutores i hoc examinationis munere habeãt, nõ repugnamus, modo primæ ſolicitudinis partes, apud eos ſint, nec quæ ipſis ante omnia agenda erãt, in alios penitus relegẽt, interim ipſi de omnibus incerti, per hæc tamẽ Suffraganeis noſtris nihil præiudicantes, quo minus ipſi, quẽadmodũ uidebit opportunũ de huiuſmodi examine faciẽdo, diſpiciãt. Vt uero ſummatim multa complectamur, diſpicient de ordinandorũ, ætate, uita, ſcientia & affectu.

De ætate ordinandorum. Cap. XVIII.

OLim Diaconus ante. XXV. pſbyter uero ante. XXX. ætatis annos, non ordinabantur. In Viennenſi uero Concilio, ſub Clemente q̃nto, ordines ſacri minori etiam ætati conceſſi ſunt: nempe ſubdiaconatus. XVIII. diaconatus. XX. presbyteratus deniq;. XXV. ætatis annũ nato. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum Concilium diſpiciet. Nos interim admonemus, Viennenſe Concilium, tum ex aliis canonibus, tum ex ſeipſo interpretandũ, Nimirũ ut ætas quidẽ illa ſufficiat, modo tamen cætera quoq;, quæ canones, pluſquam ætatem reſpiciũt, haud deſint: nempe literarum ſcientia, & morum grauitas.

Ex Concil. Arelaten. iii.

Ex Viennẽ. conci. cle. generalem de æte. & qual. Ex eodẽ cõcil. cle. eo. ti. Ex Latera.

Teſtimoniũ uitæ ac doctrinæ p initiãdos ſacris exhibẽdũ. Cap. XIX.

DE doctrina, uita, ac moribus Suffraganeus noſter teſtimoniũ præceptorum, qui ipſos in literis inſtituerunt, docueruntq;, eorũ quoq;

apud quos ſacris initiandus potiorem uitæ partẽ trãſegit, ac diuerſatus eſt, exigere non omittet, ne manifeſte criminoſi irrepant, Idq; ad certam formulã, quam deliniari curabimus. Dum enim priſcam eccleſiã reſpicimus, ſummo deſidirio tangimur, priſcos illos ſanctiſſimos mores, nõ tãtum uerbis, ſed & re ipſa in eccleſiam, quod in nobis eſt, reducendi. Illa certe uetuit, ne Epiſcopus ſine teſtimonio clericorũ & plebis, clericos ullos inſtituat. Hinc illæ interrogationes ſolennes, præambulæ, Sunt iuſti? ſunt caſti? atq; aliæ ſimiles. Neq; fruſtra ſcriptũ legimus, quod quanquam dominus de conſtituendo Ioſue principe, præcepiſſet, eundemq; elegiſſet, nihilo ſecius tamen conuocari ſynagogam uoluiſſe. Ex.iii. Carthag. Hierony. in Leuit.

De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. XX.

DE eruditione quoq; & ſciẽtia diſqret, ne ſtatim a ſtiua ad eccliaſtica munia, ꝯfugiat. Per ꝓphetã dñs dixit: Quoniã tu ſciẽtiã repuliſti, & ego repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Subſtãtia ſiqdẽ ſacerdotii, ſunt eloqa diuinitus tradita, uti Dionyſius ille magnus appoſite dixit: Quæ uero ĩ parochis, q̃ in cæteris eruditio reqrẽda ſit, poſt dicem⁹. Dioniſius.

Videndum quo affectu ad ordines accedatur. Cap. XXI.

QVo deniq; affectu ac propoſito accedant ordinandi, uidendũ, accurateq; inueſtigandum eſt. Num uidelicet dei cauſa tantũ, an potius ſuæ cõmoditatis gratia ad ordines capeſſendos aſpirent, quærentes quæ ſua ſunt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Quid enim eſt ſua quærere, & non quæ Chriſti ſunt, niſi cum tales non gratis deum diligunt, non deũ propter deum quærunt, temporalia cõmoda ſequẽtes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus expetẽtes. Quisqs ergo talis eſt, nõ dei filius, nec ouili Chriſti idoneus paſtor futurus, ſed mercenarius eſt. Vbiq; deus hoĩs intentionẽ & mentẽ ſpectat, quã Chrs in Euangelio lucernã corporis atq; oculũ uocat. Qui ſi ſimplex fuerit, totũ corpus lucidũ erit. Sin autẽ fuerit nequã, totum corpus tenebroſum erit. Quare ſi lumẽ (quod in initiando eſt) tenebræ ſint, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Phil.2 Aug.8. q.1.c ſũt in ecclia Matth.6

Quinto temporis ſpatio, ante maiorũ ordinum receptionẽ, initiandi ſe præſentare debeant. Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. Cap. XXII.

VT autẽ hic animus Vicariis noſtris in põtificalibus eo exploratior ſit (neq; enim qualicũq; aſſertioni ſtatim tuto credit) operæpretiũ exiſtimamus, ut qui ad ſacros (quos uocamus maiores) ordines capeſſendos aſpirant, quatuor tẽporibus, ut uocãt, quæ tẽpus impertionis eiuſcemodi ordinũ proxime præcedunt, Vicariis noſtris in põtificalibus ſeſe repreſentẽt, qui eos (quemadmodũ diximus) rogabunt, qd eos huc permoueat, an expẽderit, qd in hac uocatiõe præſtare oporteat, an huic uocationi ſe ſentiãt poſſe reſpõdere. Et ſperẽt ſe adiutore deo ꝓtinere poſſe ac uelle. Itẽ, an affectu carnis huc ducãt, ut uidelicet ĩ otio & ſuauiter uiuãt, opes ne & honores parẽt. Admoneãt quoq; ut bñ ſeipſos explorẽt, excutiãtq;, ne cũ ad capiẽdos ordĩes reuerſi fuerit, ſpm̃ ſcm̃ fraudẽt.

EO ipſo etiam tempore ordinandi, teſtimonium uitæ ac conuerſationis ſecum adferent ut Vicarii noſtri in pontificalibus, cum ex reſponſione, tum uita præcedente colligere poſſint, an admittendi uideantur. Et num teſerat diligentius de uitæ teſtimonio, ante appetens ordinationis tempus inquirere.

Quale teſtimonium adferendum. Cap. XXIII.

QVi ciuitatem aut oppidū ſenatus, qui uero pagū aut uicū incolit, iudicii eius loci literas ſigillatas, quæ gratis dabunt, ſecum feret. Quæ ne cupiditate uel ꝑ inuidentiā, uel aliū minus ſyncerum affectū denegent, prohibemus, Alioqui adferens documētū factæ requiſitionis & denegati teſtimonii, nec tamen incuſatus criminis uel defectus ac idoneus ꝑ Vicarios nr̄os in pōtificalib⁹ reptus, nihilo, ſecius admittet. Qui uero nō in oppidis aut pagis, in qbus titulū nacti ac miniſtraturi ſūt, ſed in lōginqua regione morā traxerūt. hi canonicis ſatisfaciāt inſtitutis.

Die Mercurii proxima ante ſuſceptionem ordinum, examinandi, qui initientur ſacris. Cap. XXIIII.

ET ut hæc omnia eo accuratius obſeruentur, uiſum nobis eſt, ut ordinandi maxime ad ſacerdotii gradum (quod die ſabbatino ex more eccleſiaſtico fieri ſolet) die Mercurii ꝓxime præcedente ad noſtras ciuitates, ubi Vicarii noſtri in pontificalibus ordines ipſos ſacros impartient, ſeſe cōferant, quo duobus dehinc ſequentibus diebus, uidelicet Iouis & Veneris, quos eiuſcemodi diſquiſitioni peragendæ deputamus, Vicariis noſtris, ipſiſq; noſtra authoritate in eo munere adiungendis, Theologis ſe repreſentent, examinationiq; eorum ſubmittant.

Neminem ab examinatione immunem eſſe oportere. Cap. XXV.

A Qua quidem neminem excipimus, & ſi magiſterii titulū prætexat, niſi quē publicū ſit & uitā integrā egiſſe, & ea quæ ordo impertiendus reqrit, facile callere. Quáobrē nedū clerici (q ſeculares appellant) ſed & religioſi cuiuſlibet etiā profeſſionis fuerint, hác cēſurā experient.

Cuius admonendi ſint pridie ordinationis die, initiandi ſacris. Cap. XXVI.

PRidie ordinationis die, admonebit Vicarius noſter in pōtificalibus omnes iterū, quo ſe quiſq; diſcutiat, ne officio ſe alliget, cui nō poſſit ſatisfacere, Neue mentiatur ſpiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrat, ſed ore confeſſus, ac ſpiritu contritus, humiliatuſq;, poſt perceptā ſacroſanctam Euchariſtiam, deo totus deditus accedat.

In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. Cap. XXVII.

QVanquā qui minores uocant ordines tam exactam curam nō requirant, ſuo tamen modo, pro gradu & excellentia ordinis, oīum corū quæ diximus ratio habēda eſt. Quid enim indecorū magis, q̄ admoueri infantes, q nō intelligant, qd agat, imo ne capiant, quidem

quid Clerici nomẽ,&reliqua minorũ ordinum uocabula ſignificẽt. Qu d turpius q̃ q̃d penitus Analphabeti ac interdum flagitioſi (q ut legum ciuilium cenſuras ac pœnas eludãt ſeſe impudentiſſime ingerunt) in maxi mã eccleſiaſtici ordinis ignominiã ſacris initiant. Qua de re nemo poſt hac ordinibus hiſce inſigniendus eſt,niſi quem & uita cõmendet,& litteraturæ,ætatiſq; ſit pro rõne ſuſcipiendi ordinis ſufficientis ac rectæ ſynceræq; uoluntatis. Qui eñ in clerum alleguntur, rem ꝓfitentur minime ridiculam,nempe ſe peculiariter in ſortem dñi aſcitos, quibus poſthac oĩa terrena ſordeant, ac ſolus dominus ſors ac pars hæreditatis futurus ſit. Cuius quoq; (priuſquam ordinentur) diligenter admoneri debent. Hiero.ad Nepo.

Ab initiandis nihil exigendum. Cap. XXVIII.

VT aũt eccleſiaſtici ordines,ſumma ſynceritate,omni quæſtus ſuſpitione,omniſq; mali ſpecie q̃ longiſſime ſubmota, cõſerantur, uolumus ut ab initiatis quicq̃, uel ſigilli nomine a uicariis noſtris in põtificalibus exigatur,ſed tm̃ ſcribis earum literarum(quæ formata appellantur) unus albus ſoluatur. Nam eos ſumptus,quos antehac Vicarius noſter in diocœſi Colonienſi choralium cauſa facere conſueuit, nos deinceps pendemus. Nõ dubitamus interim Suffraganeos noſtros ſuis Vicariis in põtificalibus ita prouiſuros,ne quis iuſtam querendi cauſam inueniat.

Literæ dimiſſoriæ nulli temere concedendæ. Cap. XXIX.

PRohibemus quoq;,ne Officiales noſtri literas dimiſſorias, quæ uulgo licentiatoria ordinandi uocantur, alicui temere cõcedant. Illorũ eñ prætextu,qui ſuæ ruditatis,& inſcitiæ ſibi conſcii ſunt noſtrorum Vicariorum in pontificalibus diſquiſitionem ſubterfugiunt, ac alio demigrant,ubi nullus canonicæ traditionis reſpectus habetur.

Tituli ordinandorũ diligenter diſcutiendi. Cap. XXX.

TItuli quoq; ordinandorũ diſcutiantur. Pleriq; enim inuenti ſunt, q fictis & emendicatis titulis ad ſacerdotii dignitatem euecti, eãdem turpiter proſtituere poſtea coacti ſunt, uendibiles quandocunq; doloſi ſpes refulſerit nummi. Quorum numerum (quod nihil fere aliud quã numerus fuit) imminui plurimum referret. Inter hos ſiquidem eſt, qui in plateis mendicat infelix clericus,& ſeruili operi mancipatus,publicam depoſcit eleemoſynam, Qui eo magis a cunctis deſpicitur, ꝙ miſer ac deſolatus iuſte putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. Inter hos eſt qui in diuitum ac nobilium domibus ſcurram aut mimum aut morionem agit, quem ab officio retrahendum Carthaginenſe Concilium decernit. Hierony. ad Ruſti. c. Dia conl. 93. diſt.

Peregrini Clerici quomodo admittendi. Cap. XXXI.

PEregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati, priuſquam de ordinatiõe ſua rite adepta, deq; uita moribus,eruditione ac titulo fidem fecerint ac commendatitias ſuorum epiſcoporum,ſuæq; ordinationis literas exhibuerint,repellantur. Quanta enim per hos (qui euagandi licentia abutuntur) ſcandala, animarumq; pericula,& in clero & in populo frequenter eueniant,nemo eſt,qui non uideat. Ex Agateñ. c. 25. De cle. peregr. toto titulo. 61. 62. 63. diſt.

Odioſa beneficioꝝ pluralitas in una eademq́ꝫ perſona. Cap. XXXII.

ODioſa ſemp apud ueteres fuit plurium ſacerdotioꝝ ambitioſa cupiditas, neq́ꝫ ſemel generalibus Cõciliis dãnata. In Calcedonẽſi eñi inter alia cautũ eſt, clericũ in duab⁹ eccleſiis cõſcribi nõ oportere, ꝙ difficile uideať, ut unus uicem duoꝝ ſuſtineat. & abſurdũ, ſi ꝑmiſcuis actib⁹ reꝝ turbent̃ officia. Id uero in primis noxiũ eſt, ubi plures parochiæ ſeu dignitates, uni presbytero cõmittuntur, qđ ſolus per oẽs eccleſias, nec officium pſoluere, nec rebus eaꝝ neceſſariam curã impendere ualeat. Quare tam eos q de ſacerdotiis eiuſcemodi diſponendi poteſtatẽ habent, quã qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt, cõmonitos uolumus, ut ſuos affectus canonicis inſtitutis ſubmittant. Qui uero diſpenſatione apoſtolica aduerſus hæc ſe tueri uelint, hi uiderint, ut caſam diſpẽſationis obtentæ, deo cõprobẽt. Neq́ꝫ enim ſublimes atq́ꝫ admodum literatas perſonas ſuo priuilegio nudamus, modo illo recte & ſecundum deum utantur.

Ex Calced.

Ex Toleta. c. Vnio. 10. q. 3.

Ex cõcil. generali. c. de multa. de ꝑben. & dig.

Diſpenſationes inſpiciendæ ut occurrať abuſibus. Cap. XXXIII.

QVam impudenter pleriq́ꝫ diplomatis ac diſpẽſationibus apud ſedẽ apoſtolicã extortis, præter ſummi põtificis mentẽ (q & uult & debet poteſtate ſibi cõceſſa nõ ad deſtructionem, ſed ad ædificationẽ uti) abutantur, nullus eſt q ignoret. Nõ ꝓhibeo (inquit quidã uir pius) diſpenſare, ſed diſſipare. Diſpenſatio quidem credita eſt, ſed hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Quanq̃ apud illos maxima culpæ pars reſideat, qui uel nulla uel minus legitima uel etiã ficta cauſa, ſupplicatoriis precibus inſerta diſpenſationis tectoriũ tandem eliciunt, quos apud deum (qui renes & corda ſcrutatur, omnemq́ꝫ hypocriſim ac fraudem execratur) ſecuros quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de diſpenſatione apoſtolica blandiatur, cuius cõſcientiã diuina ſententia tenet alligatam. Sed quia pauci ſunt, in quorum conſpectu eſt deus, pleriq́ꝫ uero, q ſacra authoritate pro ſua libidine paſſim abutuntur, fit, ut Lugdunenſis Concilii ſub Gregorio decimo celebrati, non inſalubre decretum aduerſus inſolentiam eiuſcemodi hominum ĩ uſum reuocare cogamur. Quo ſubnixi, cunctis, q talibus diplomatis ſibi blandiuntur neceſſitatem imponemus, literas ſuas nobis exhibendi uiſuris, nũ uie impetrauerint, ac recte impetratis utantur. Et ut quãmaxime robuſtæ ſint diſpenſationes iſtæ, curabimus tamen, ut menti canonis, ac ſummi põtificis ſatisfiat: uidelicet, ne animarum cura in his eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus (quas ſub hoc prætextu occupant) negligantur. Nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur.

1. Corin. 10.

Ber. ad Eug.

I. Corin. 4.

Pſal. 7.

Ber. ad Rupert. cogna.

Ex cõcil. Lugdu. c. Ordinarii de off. ordi. li. vi.

In reſignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. Cap. XXXIIII.

POſtremo, cũ nobis haud clam ſit, ĩ reſignatiõibus ꝑmutationibuſq́ꝫ beneficioꝝ multa ancipitia periuria cõmitti ab his, q frequãter ſubito ac nõ præmeditati, aut ipſi, aut ꝑ ſuos ꝓcuratores (id qđ eiuſdem reatus ac culpæ eſt) iureiurando, ante manus ĩpoſitionẽ teſtanť. In huiuſmo

di reſignationibus ſeu ꝑmutationibus nullã ſymoniæ labẽ, aut aliã illici tam interueniſſe corruptelã, cũ res crebro lõge ſecus habeat, ꝑ qđ illi graué in ſe dei irã procul dubio ꝓuocant. Maiori ergo cura diligentioriq́;, q̃ antehac fieri cõſueuit, perueſtigatione, præuia hæc iuraméta recipi ꝯuenit.

Præſtat paucos eſſe bonos q̃ multos inutiles ſacerdotes. Cap. XXXV.

ET ut cum diuo Clemente hoc caput cõcludamus. Melius eſt ep̃o pau cos habere ſacerdotes ac eccleſiæ miniſtros, qui poſſint digne opus dei exercere, q̃ multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. Clemens.

De uiſitatione ultimo loco dicendum. Cap. XXXVI.

DE uiſitatione (quæ eſt altera muneris noſtri ep̃alis pars) hic dicendi locus nõ fuerit importunus. Expedientius tñ erit, hanc partẽ in ultimã harũ ſynodalium inſtitutionũ claſſem reiicere, qđ illic tracteť commodi⁹ maioriq́ cũ fructu, nimiꝝ traditis iã atq́ expoſitis regulis ad q̃s oporteat ueluti ad amuſſim q̃ndã uiſitationẽ redigeř, ordiri atq́ pagere.

DE OFFICIO PRIVATO AC PVBLICO, uitaq́ ac moribus Clericorum generatim. Cap. I.

QVi exacte uolet cognoſcere clericoꝝ officium & uitã, is diuum Hieronymum ad Nepotianũ, ac cæteros patres nõ minus eruditione q̃ uitæ ſanctimonia claros (qui de hac re ex ꝓfeſſo iuſtis uoluminibus ſcripſerũt) perlegat. Sat nobis ĩ præſentiaꝝ erit, carptim quædam delibare, ex quibus Clerici noſtri ſummatim deprehendant, q̃ longe lateq́ a recta ſemita declinauerint, ſubindeq́ errones ipſi tam periculoſæ digreſſionis cõmoniti, pedem in uiam mandatorum dñi referant. Quod ab illis pientiſſimus ſimul ac iuſtiſſimus deus, cum uerbo hactenus adhortans, parum profecerit, innumeris plagis iuſtiſſime immiſſis commonens, manifeſto requirit. Hiero. ad Nepo. 1. Corint. II.

Vnde clerici appellatio deriuata. Cap. II.

NEminem fugit unde clerici appellatio deriuata ſit: nẽpe a cleros, qđ ſortẽ ſonat. Propterea em̃ (ſi diuo Hieronymo credimus) Clerici dicunť, quia de ſorte dñi ſunt, uel quia ipſe dñs ſors, ideſt, pars eoꝝ eſt. Quia ergo uel ipſi pars dñi ſunt, uel dñm partẽ habent, tales ſe exhibere debent, ut & ipſi poſſideant dñm, & poſſideantur a dño. Quo cum propheta cõfidenter dicant. Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidem ꝙ a ſorte dñi laicos ſecludamus, (omnes em̃ qui Chriſto ꝑ baptiſmum & fidem cõcorporati ſumus, populus acquiſitionis eius ſumus, de quo Propheta dixit: Pars autem dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius) ſed qđ Clerici peculiari quadam ratione miniſterio dei & eccleſiæ dedicati ſint. Omnis quidem multitudo ſanctorum erat, attamen dominus tribum Leuiticam ſuo miniſterio peculiariter delegit, quam in terra Iſrael præter primitias, decimas, parteſq́ immolatorum, ac reliqua, quæ ipſis peculiariter lex dedicauit, nihil ꝓprium poſſidere, nec habere partem inter fratres Hierony. ad Nepotia. Pſal. 15. Deut. 32. Nume. 18. Deut. 18.

uoluit. Dn̄s em̄ ipſe eſt hæreditas eius, quam in hoc elegit ex oībus tribu
Luc. 10 bus, ut ſtet & miniſtret nomini eius, habet Euangelium ſuā Magdalenā,
1. Corin. 12 habet & Martham. Et ſecreuit quoſdam Chriſtus, quos dedit Apoſtolos,
Ephe. 4. quoſdā aūt Prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autē Paſtores & do
ctores ad cōſumationem ſanctoꝶ in opus miniſterii, in ædificationem
Hebræ. 5 corpis Chriſti. Breuiter a cōdito orbe, & ab eccleſiæ, quæ ī Adā cœpit, cre
Gela. ponti. pundiis ſemp uidentur ex hoībus aſſumpti quidam, ꝯſtituti pro hoībus,
ad Ana. Au. in his quæ ſunt ad deum. Semperq; uiſum eſt genus humanum a duobus miniſtris dei optime regi, quæ ſunt ſacerdotalis authoritas & regia poteſtas. Quibus quādiu inter ſe cōuenit, bene actum eſt de repub. dei. Quum ſecus, oīa in diuerſum repente mutata ſunt. Ponit ob oculos ſermo diuinus pleraq; exempla huc ſpectantia, ꝑpetuo memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum noſtri temporis exempla nō minus inſignia, non in aures tantum, ſed in oculos ipſos influant? quæ nimis abunde docent, quantum maloꝶ in eccleſiā dei inuexerit, ſacra ꝓphanis miſcuiſſe.

Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. Cap. III.

1. Timo. 5 OMnis mali ſeminarium cupiditas ſemper fuit. Nam dum nemo ſuum peragit officium, alienis ſemper intētus: nempe clericus quæ laici, laicus clerici, quæ ſunt (ut deteriora ſileamus) uſurpat, fit, ut eccleſiæ
2. Timo. 4 harmonia diutius conſtare non poſſit. Obteſtatur Paulus Apoſtolus Timotheum, quin potius conteſtatur ſimul omnes quotquot erant Timotheo ſucceſſuri: Tu (inquiens) uigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.

Duplex Clericorum miniſterium. Cap. IIII.

CLericis, & in primis eccliæ presbyteris duplex miniſteriū, diuinis & humanis legibus eſt iniunctum. Alteꝶ, ut in cōmiſſum ſibi populū deum ꝓpitium habere, cunctis rōnibus enitantur, qđ nō tm̄ ſacrificiis ſolennibus efficit, ſed etiam precibus, quæ a pio corde ꝓficiſcunt, teſte Iaco
Iaco. 5 bo, q nos ad precandum cohortans: Orate (inquit) pro inuicem ut ſalue mini. Multum em̄ ualet deprecatio iuſti aſſidua. Oībus quidem dictum
Matth. 7. eſt: Petite, & accipietis. His uero, ut ſemp petant, nec pro ſemetipſis tantū, ſed & pro tota eccleſia dei, ut uincat populus, q ſub ipſis eſt, hoſtes illos inuiſibiles impugnantes eos q uolunt pie uiuere in Chriſto, ut ſtēt ſicut Mo
Exo. 17. ſes, leuatis ſemp interioribus animi manibus in cœlum, in confractione
pſal. 105. in cōſpectum dn̄i ad auertendum irā eius, ne diſperdat populum ſuū aſſidue precantem, deinde ut offerāt dona ac ſacrificia ꝓ peccatis, quēadmo
Heb. 5 dum ſcriptum eſt: Quoniam ſancti erunt deo ſuo, & nō polluent nomen
Leui. 21. eius. Incenſum em̄ dn̄i & panes dei ſui offerent, & ideo ſancti erunt. Alte
Pſal. 18 rum, ut ſint religionis magiſtri, ꝓindeq; ut ī lege dn̄i meditent die ac nocte, ut iudicia dn̄i uera, iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum
Ex decre. d. & lapidem pretioſum multū, dulciora ſuper mel & fauum, totis præcor
Clemen. diis amplectant, exquirāt, ſcrutenturq;, Idq; non propria præſumptione
Matth. 11. aut humano ſenſu, ſed ſpiritu ſancto dictante, q abſcondit hæc a ſapientibus

tibus & prudentibus in oculis ſuis, & reuelat ea paruulis. Vnde ſcriptum eſt: Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam & legem exquirũt ex ore eius, quia angelus dñi exercituum eſt. Qui in hoc ſecundo munere præſtant, gregi Chriſti paſcendo admouendi ſunt, de quibus ſuo loco dicemus. Malach. 2.

Biblia a Clericorum manibus nunquam deponenda. Cap V.

Hic ſatis eſt admonuiſſe oẽs pariter eccleſiaſticis muniis cõſecratos, ipſos precibus ſupplicatiõibuſq; publicis deo ꝓſoluendis mãcipari. Quas ut nõ tantũ ore murmurent, ſed & corde perſoluũt, nunq̃ a manibus eorum liber legis, hoc eſt Biblia, deponatur. Nam ut quæ legunt & canunt, diſcant intelligere, tota uita uix ſuffecerit, ſi tamen quid eſt in literis ſacris, quod totum humanus intellectus aſſequi poſſit, aliis ſubinde diuitiarum fonticulis ex eodem fonte ſemper ſcaturientibus. Hierony.

De horariis, precibus indies perlegendis, & reformandis Breuiariis. Cap. VI.

Veteris ergo iſtituti, quo ſancitũ eſt, ut Clerici ſacris initiati, uel ſacerdotiis præſidentes, ſingulis diebus ꝑlegant horarias preces, quas canonicas appellamus, cauſæ multæ, & potiſſimũ eæ, quas iam cõmemorauimꝰ uideri ſolẽt. Hic multo iam ex tpe, pio (ut ſpes eſt) animo deſiderauimus repurgari Breuiaria. Nã cum olim a ſanctiſſimis patribus inſtitutũ ſit, ut ſolæ ſcripturæ ſacræ in eccleſia recitarentur, neſcimus qua incuria acciderit, ut in earum locum ſucceſſerint alia, cum his neutiquã comparanda. Atq; interim hiſtoriæ ſanctoꝝ tam incultæ ac tam negligenti iudicio conſcriptæ, ut nec authoritatem habere uideantur nec grauitatẽ. Deo itaq; authore, deq; conſilio Capituli noſtri, ac Theologorum, aliorumq; piorum uirorum, reformationem Breuiariorum meditabimur. In Concilio Aphrica.

Pro cuiuſlibet affectu, non facile nouandum quid in eccleſiaſtico officio. Cap. VII.

Svnt in clero zelum quidẽ dei habentes, ſed nõ ſecundum ſcientiã, qui priuatis quibuſdã affectibus ducti, uel teſtamento, uel (ut uocãt) fundationibus efficiunt, ut noua feſta, præter eccleſiæ authoritatẽ, ſolẽniter ſubinde celebrentur. Quo interim fit, ut preces horariæ, ac reliqua publice recepta pro affectu cuiuſlibet facile nouent̃, id quod nobis nõ ſatis probatur. Neq; enim errarunt patres, a quorum inſtitutis in dicendis precibus, utinam tam longe diſceſſum nõ fuiſſet. Quod ſi hic ſingulorum affectibus indulgebitur, tandem antiquus ritus penitus euaneſcet. Roma. 10

Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. Cap. VIII.

NOn ſuffecerit aũt preces iſtas horarias utcũq; ꝓmurmuraſſe, ſed ut cõcilii cõſtitutione cautum eſt, presbyter ex intimo affectu, eleuataq; mente in ſolum deũ, nocturnum hoc, diurnumq; ſuæ ſeruitutis penſum exoluat. Maledictus enim qui facit opus dñi negligenter. Alioqui in precantes cõpetet, Populus hic labiis me honorat, cor aũt eorum longe eſt a me. Quãmaxime uero orantẽ cauere oportebit, ne alio reſpiciat, q̃ ad deũ. Quod ſi externæ gloriæ aucupandæ aut lucri gratia, deniq; potius

Ex cõcl. Agat. cũ pſbr. Ex eodẽ cõcil. gñal. c. dolenter, de cele. miſſa. Hiere. 48 Eſa. 29

Matth.6. ex more q̃ mente orare inſtituat, pars eius inter hypocritas reputabit, de quibus dñs in Euangelio pronuntiauit, ꝗ ament in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut uideatur ab hominibus, proindeq́ mercedem ſuã receperint. Et alibi ipſis interminans: Væ (inquit) uobis ſcribæ

Matth.23 & phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidem dñs ait,

Lucæ.18. Oportere ſemp orare, ac nunq̃ deficere, ſed alia prorſus ratione q̃ precabãtur phariſæi: nempe, ſecundũ diui Pauli ſententiam, q diuini numinis clementiã ſibi cõciliare uolet orando, oculis interioribus in cœlum ſemp intentus orabit ſpiritu, orabit pariter & mente, pſallet ſpiritu, pſallet & mẽte, quemadmodũ de Anna Samuelis matre legimus, ꝗ multiplicans preces, coram dño loquebatur in corde ſuo, tantumq́ labia illius mouebantur, & uox penitus nõ audiebatur. Effudit em̃ animam ſuam in conſpectum dñi. Deniq́ curandum eſt, ut pœnitenti animo ac corde contrito, humiliatoq́, gratiæ deo dicantur, ac pſallatur. Vt enim diuinus Pſaltes ait: Peccatori dixit deus, quare tu enarras iuſtitias meas? & ea quæ ſequũtur. Vtq́ oculi inter orandum ab omni uanitate auertantur.

1. Corin.14.

1. Reg. 1.

pſal.49.

Summa deuotione miſſæ ſacrum celebrari oportere. Cap. IX.

IAm ſi tanto mentis ardore quælibet preces dicendæ ſunt, quanta putamus deuotione ſacroſanctum miſſæ miniſterium, in quo corporis & ſanguinis dominici ſacramenta tractantur, conficiunt́q, peragendum eſt? Certe grauiter dolemus atq́ animo inhorreſcimus, ubi uidemus paſſim tantis myſteriis indignos ac ꝓductitios illos ac indignos ſacerdotes, publicis etiã ac manifeſtis criminibus contaminatos, ſeſe (idq́ irreuerenter & interdũ magis lucelli ac ſtipis, q̃ dei cauſa) ſacris ingerere, quos inſtat interitus, & perditio non dormitat. Probet (inquit Paulus) ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ diiudicans corpus domini. Atq́ ideo (ut ſubdit) inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Nam ſi noſipſos diiudicaremus, non utiq́ iudicaremur.

1. Corin.11.

Arguuntur qui polluta mente ad altare domini accedunt. Cap. X.

Matth.7. TErret, nec immerito, nos ſermo dominicus, qui uetat, nos ſanctum dare canibus, & margaritas noſtras proiicere ante porcos, quũ quoſdam leuiculos ſacerdotes illotis manibus pedibuſq́ (ut in prouerbio eſt) audacius in hæc ſacratiſſima myſteria, q̃ in prophana irrumpere cõperimus. Quales ſunt, qui humano affectu tantum, & potius ex more, quam deuotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta eſt & mens & cõſcientia, quos merito horrendum Euangelii exemplum (quod Iohannis decimotertio legimus, in hæc uerba: Et poſtquam accepiſſet buccellam, introiuit in eum Satanas, & cætera quæ ſequũtur) ad meliorem uitæ frugem, altioremq́ tanti myſterii contemplationem reuocaret.

Iohan.13.

Reuidenda Miſſalia ac Breuiaria. Cap. XI.

PEculiaria Miſſarum argumenta recens præter ueterum inſtitutionē inuenta etiam patribus diſplicuerunt, quod tantum myſterium pro affectu cuiuſlibet tractari non debeat. Proſas indoctas nuperius Miſſalibus cæco quodam iudicio inuectas prætermittere per nos liceret. Videbimur ergo operæpretium facturi, ſi Miſſalia perinde atque Breuiaria perui deri curemus, ut amputatis tantum ſuperfluis, & quæ ſuperſtitioſius inuecta uideri poſſint, ea tantū quæ dignitati eccleſiæ & priſcis inſtitutis conſentanea fuerint, relinquantur.

Quæ omitti aut decurtari, uel organorum uel cantorum concentu haud debeant. Cap. XII.

IAm & illud nō recte fit in quibuſdā eccleſiis, ut ob cantorũ & organorũ concentum, omittantur aut decurrentur ea quæ ſunt præcipua. Cuius generis ſūt, recitatio uerborũ propheticorũ, aut apoſtolicorũ, quā epiſtolam uocamus, ſymbolum fidei, præfatio, quæ & gratiarũ actio, atq; precatio dñica. Quamobrem hæc tota diſtinctiſſime ac intelligibiliter, uti cætera omnia (ſi tamen non leuis decurtandi cauſa ſubſit) decantentur. Sit quoq; cantus, quo presbytero reſpondetur, æqualis, nec præcipitatus.

Quemadmodum Miſſa legenda. Cap. XIII.

QVi legit Miſſam, cum reuerenda modeſtia, clare, diſtincte, & exerte legat omnia uſque ad canonem, ut qui audiendi ſacri cauſa aſtat, quod legitur, intelligat, atq; ad pietatem excitetur.

Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. Cap. XIIII.

POſt eleuationē ꝯſecrati corporis ac ſanguinis dñici in nōnullis templis canunt Antiphonas pro pace, aut cōtra peſtilentiam & mortalitatem, cū potius tum uideret ſilendum, & ab omni populo mortis dñicæ cōmemoratio habenda, proſtratis humi corporibus, animis in cœlum erectis, gratię agendæ Chriſto redemptori, q nos ſanguine ſuo lauit, morteq; redemit. Cantiones uero illæ cōtra mortalitatem ſeu cladem aut pro pace, ſatius poſt finitam Miſſam canantur. Quæ ut ad deum dirigant, excerptæ ex canonica ſcriptura plus placuerint, quales ſunt Antiphonæ, Media uita, ac, Da pacem domine, & ſimiles, Sic tamen, ut illis etiā, quæ glorioſæ uirgini matri dicatæ ſunt, ſuus honos ac locus ſeruetur. Ephe. 5

Organorum melodia quemadmodum temperanda. Cap. XV.

ORganorum melodia in templis ſic adhibebitur, ne laſciuiam magis, quam deuotionem excitet, neue præter hymnos diuinos ac cātica ſpiritualia quicquam reſonet ac repræſentet.

Singulis dñicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicēda. Cap. XVI.

MOs inoleuit nō admodum improbādus, ut diebus dñicis toto ferme anno officium Miſſæ uel de ſacroſancta trinitate, uel de ſpiritu ſancto dicatur. Nobis ſatius uidet, ut quæ priſca eccleſia ſingulis dñicis peculiaria fecit, obſeruent. Quod ſi illorũ loco alia uſurpanda erunt, uidebitur quod de reſurrectione domini eſt, diei dominico magis conuenire, q; dies illa potiſſimum reſurrectioni dedicata ſit. Neq; ignoramus nō de cōſ diſt. 3 Sabbato. c. 2. de feriis.

Ex cõci. Triburiẽ.c.2. de cele.miſſ.

abſque cauſa Concilio Tribureñ.conſtitutum,ne propter Miſſas peculiares, Miſſa,quam de feria uocamus,prætermittatur.

Confeſſio,miſſæ præambulum,deuote recitanda. Cap. XVII.

COnfeſſio illa miſſæ præambulũ deuote cũ miniſtris uno aut pluribus,uiciſſim ꝯfitentibus,ac ſacerdotis abſolutionẽ ĩ uerbo Chriſti, plena pœnitẽtis cordis erga dei pietatẽ fiducia,recipiẽtibus,recitãda. Ad oẽs enim ſacro aſtãtes,ea abſolutio refertur, ut digne tantis miſteriis ualeant intereſſe. Quáobrem dum hæc fiunt,nõ ſit miniſter accedẽdis luminaribus aut aliis mentẽ auocantibus(quæ prius ſacta oportuit) intẽtus.

Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat. Cap. XVIII.

Ex Concil. Toleta. c.11. c. vt ill 1d,& cõſe.diſt.1.

NEc ſine magna ratione in concilio Toletano conſtitutum fuit,ut habeat quiſꝗ canens deo atꝗ ſacrificans,poſt ſe uicini ſolaminis adiutorem,ubi temporis,loci,ſiue cleri copia ſuffragatur,idꝗ ꝑpter morbos & caſus diuerſos qui occurrere poſſunt,quo is qui impleturus officia accedit, ſi aliquo caſu turbatus, uel in terram eliſus fuerit, a tergo ſemper habeat,qui eius uicem & officium intrepidus exequatur. Aliis inſuper canonibus cauetur, ne presbyter niſi duobus teſtibus præſentibus celebret. Quæ decerta in quam diſſuetudinem abierint, in aperto eſt, nimiꝵ presbyteris frequenter celebrãtibus, talibus tantũ adhibitis qui uix ipſis reſpondere,nec quid agatur ſciant.

de cõſ.diſt.1 hoc quoꝗ.

Omnis cultus diuinus ſumma cum ueneratione peragendus. Cap. XIX.

Ex Cõc. Lugduneñ.ſub Grego.x

IN ſumma,cultus diuinus quem ſacerdos in domo dei exhibet, debita cum ueneratione peragendus eſt, ut & deo gratus ſit, & inſpicientibus placitus,qui conſiderantes non ſolum inſtruat,ſed & reficiat. Monet ſiquidem diuiniſſimus Paulus,ut omnia noſtra ordinate ac honeſte fiant, ac acerrime increpat Corinthios quod irreuerenter cõuenirent in unum ad cœnam domini manducandum.

1.Corin.14

1.Corint.11.

De uita ac moribus clericorum. Cap. XX.

Coloſſ.3.

NVnc de uita ac moribus paucis uideamus. De uita inſtituẽda ſic præcepit Paulus,nedum clericis,ſed oĩbus Chriſtianis: Mortificate (inquiens)membra ueſtra q̃ ſunt ſuper terrã,fornicationem,immunditiã,libidinem,cõcupiſcentiã malam,&auaritiã,quæ eſt ſimulachroꝵ ſeruitus, propter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nunc aũt deponite & uos oĩa,iram,indignationem,malitiã, blaſphemiã de ore ueſtro, expoliantes uos ueterem hominẽ cum actibus ſuis,& induentes nouum,eum, q renouatur ĩ agnitionem ſecundũ imaginem eius, q creauit illum,quia eſt oĩa & in omnibus Chriſtus. Induite uero uos ſicut electi dei, ſancti & dilecti, uiſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem modeſtiam, patientiã. Super omnia autẽ hæc, charitatem habete quod eſt uinculum perfectionis,& grati eſtote,uerbum Chriſti habitet in uobis abundanter. In omni ſapientia docentes & cõmonentes uoſmetipſos in pſalmis,hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris deo. Omne quodcunꝗ facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine

Ephe.5.

domini

domini noſtri Ieſu Chriſti gratias agētes deo & patri per ipſum. Nō ad oculum ſeruientes, quaſi hoībus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes deum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, ſicut dño & nō hominibus. Orationi inſtate, uigilantes in ea in gratiarū actione. Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit cōditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpōdere. Omnis aūt ſermo malus ex ore ueſtro nō procedat. Sed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audiētibus. Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei. Modeſtia ueſtra nota ſit oībus hominibus. De cætero, quæcunq; ſunt uera, quæcūq; pudica, quæcūq; iuſta, quæcūq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcūq; bonæ famæ, ſi qua uirtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, & deus pacis erit uobiſcum. Coloſſ. ult. Philip. 4

Ob quam cauſam Clerici male audiant, ac puniantur. Cap. XXI.

OLim Clericis hæc apoſtolica præcepta tenentibus pax ſuper illos erat, quo ergo non tantum uinea, ſed & uineæ cultores facti ſunt in direptionē? Ecce (inqt Ezechiel, ad Hieruſalem uerba faciēs) hæc fuit iniqtas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abūdantia, & otiū ipſius & filiarū eius & manum egeno non porrigebant & eleuatæ ſunt & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eos: ſicut uidiſti. Galat. ult. Eſa. 5 Ezech. 16

Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. Cap. XXII

PRæcipuæ ergo cauſæ omnis mali ſunt, faſtus, luxus, & auaritia, a quibus Clerici potiſſimum male audiunt.

Ambitionem ac faſtum clericali officio maxime repugnare. Cap. XXIII.

VT omnem ambitionis radicem Chriſtus diſcipulorū cordibus eximeret, paruulū in medio illorū ſtatuit, deq; primatu certare prohibuit, Qui maior (inqt) eſt in uobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt? qui recumbit, an qui miniſtrat? Nōne qui recūbit? Quis uero ignorat Clericū in medio eccleſiæ eſſe tanquā eum qui miniſtrat. Quare meminerimus potius officii noſtri quā dignitatis. Neq; enim ad dominationē uocati ſumus, ſed ad opus. Non immerito Hieronymus, ut peſtem quandam fugiendos Clericos ait, qui a ſpeluncis domorū paternarū abſtracti, & poſt in eccleſia ſublimati, ac ſacerdotiis ditati, uanæ gloriæ & ſuperbiæ ſtimulis efferuntur. Matth. 18 Hierony.

Omnis luxus Clerico interdictus. Cap. XXIIII.

BEatus Hieronymus eccleſiæ præfectos, qui luxu ac deliciis affluūt, Michæam deſcribere aſſerit, Quod eiiciēdi ſint de ſpatioſis domibus, lautiſq; cōuiuiis, & multo labore cōquiſitis epulis, in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentiū. Viuere quidē de altario ſacerdoti licet, luxuriari nō pmittit. A crapula itaq; & ebrietate, a cōpotationibus illis adhauſtus æquales, a luxu, ab alea, ab imoderatis ſumptibus & comeſſationibus Conciliū generale Clericos reuocat uniuerſos, ſequutū ueteris teſtamēti inſtitutū, quo miniſtris tēpli uinū & ſicera prohibebatur, ne ebrietate grauarent corda eorū, & ut ſenſus eorū ſemp uigeret & Hierony. in Mich. cap. 2 Matth. 22 Ex cōci. generali, de vi. & ho. cle. c. A crapula.

Ephe. 5. Roma. 13. Prouer. 20.

eſſet tenuis. Et Apoſtolus ait: Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto. Et iterũ: Nõ in comeſſationibus & ebrietatibus, & quæ ſequuntur. Atq; alibi Solomon: Luxurioſa res, uinum: & tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit ſapiens.

Clerico non licere uel cauponem agere, uel tabernas, niſi neceſſitatis cauſa, intrare. Cap. XXV.

Ex cõci. Agath. Laod. Cartha. 5.

OLim tanta honeſtas deſiderabaẽ in clero, ut ne nuptialibus q̃dem cõuiuiis ipſis intereſſe liceret, nec immiſceri ſpectaculis ac cœtibus, ubi amatoria cãtant, aut obſcœni motus corpis, choreis & ſaltationibus efferunt, ne auditus & intuitus ſacris myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorũ atq; uerborũ cõtagione pollueretur. Quid ſi uideret eccleſia illa priſca Clericos noſtri tẽporis tabernarios, tabernisq;(quaſi domos nõ haberẽt) noctu diuq; alligatos, q̃ execraret facinus? Poſthac ergo, nõ

Ex Concil. Viennen.

ſolũ nullus ex Clero ſordidiſſimũ cauponẽ aut tabernariũ agat, ſed nec ad tabernas q̃dẽ niſi neceſſitatis cauſa diuertat. Alioq; pœnæ canonicæ iminẽt ei, q ordini ſuo hanc ignominioſam notã inurere tentauerit.

Habitꝰ, ſeu exterioris corpis cultꝰ modeſtia, a clericis exigit. Cap. XXVI.

1. Timo. 2.

BEatiſſimus Paulus habitus modeſtiã & in mulieribꝰ deſiderat, quẽ uult uerecundũ eſſe, nõ intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueſte pretioſa, ſed quod decet mulieres ꝑmittentes pietatẽ ꝑ opa bona. Itidem Apl's Petrus eas cõmẽdat, quarũ nõ ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumẽti ueſtimentorũ cultus, ſed qui abſcõditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, q eſt in cõſpectu dei locuples. Quã turpis ergo putãda eſt in Clericis tanto gradu ſublimioribus deformiſſima illa ac frequẽtiſſima noſtræ tẽpeſtatis habituũ uariatio, quam ne infirmiori quidẽ uaſculo Apoſtolorum principes ꝑmittendã duxerũt? Ex ueſte apud hoĩes ſanctimoniæ opinionẽ aucupari ꝓhibuit Chr's, qui in oĩbus operibus noſtris, id quod intus eſt, primum reſpicit, mundariq; iubet, Deinde quod deforis eſt, Væ illud horrendum phariſæis hypocritis interminans, qui ut uiderent ab hominibus iuſti, dilatabãt phylacteria ſua, & magnificabãt fimbrias, cum eſſent intus pleni rapina & imunditia. Interim tamen Euangeliũ nõ temere ueſtimentũ Iohannis Baptiſtæ (quod illius profeſſioni ac menti reſpõdebat) de pilis camelorũ cõtextum celebrat, ac ipſe Chriſtus ueſtiũ molliciem ac lenitatem auerſatur. Ecce inquiens) qui mollibus ueſtiunt, in domibus regum ſunt. Quæ oĩa huc ſpectãt, ut uelimus clericos præter indictam tonſuram, ueſtes quoq; ſuo ordini cõgruentes deferre, quemadmodum olim generali Concilio cautum eſt. Pudet ſiquidem nos, cũ uidemus prodire clericos perinde atq; ſeculi milites amictos, uel qui ſint ut fœmina compti. Itidem pannoſi clerici ac ueſtibus laceri diſplicẽt. Neq; enim affectatæ ſordes, aut exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.

1. Pet. 3. — Matth. 23. — Matth. 3. — Matth. 11. — Ex Concil. gñal. c. cleri. de uita & ho. cle. — Hierony.

Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe uenditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. Cap. XXVII.

Magna eoꝝ leuitas eſt, in magnā Cleri ignominiā redundans, qui ſe laicis atq; adeo delicatis fœminis, uétris cā, in Capellanos, ut appellāt, atq; anteambulones uēditāt. Qui enī debebāt eē gregis duces, redigunt in caudā, & ſordidiſſimis qbuſcq; negotiis alligant. Proh nefas.

Hierony.

Suſpecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta. Cap. XXVIII.

Nicæno Concilio neque Epiſcopo, neque presbytero, neq; diacono, neque ulli clericorum omnino habere ſecum mulierem extraneam permittitur, niſi forte mater, aut ſoror, aut auia, uel amita, uel matertera ſit. Nos (ſi tamen hæc tempora tantam ſeueritatem pati non uidentur) ſaltem ſuſpectam cohabitationem prohibemus.

Ex Concil. Nicæno. Ex Concil. Mogunt.

Auaritia in Clero execrabilis. Cap. XXIX.

Ex quo in eccleſia dei auaritia creuit, periit lex de ſacerdote, & uiſio de propheta, quē admodū diuus Hieronymus ad Ruſticū Narboneſi. ait. Nec mirū, ꝗ nemo poſſit ſeruire deo & mammonæ, aut enim unum odio habebit, & alterū diliget, aut unū ſuſtinebit, & alterū ɔtēnet. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuū. Habētes autē alimēta & quibus tegamur, quiſq; ſecundū ſuæ uocationis rationem, his contenti ſimus.

Ezech. 7. Hiero. ad Ruſt. Matth. 6. 1. Timot. 6.

Honeſto artificiolo uictum quærere clerico licet. Cap. XXX.

Qvibus non ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo uictū quærant, ſequuti diui Pauli exemplum. Sic tamen, ne ſordidam aliquā artem ſacerdotio ignominioſam exerceant.

Ex cōc. Carthag. c. cler. uict. 91. diſt. Acto. 18.

Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores. Cap. XXXI.

Nemo militans deo implicet ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probauit. Quare multa prouidentia olim uetitum eſt, ne uel mercatores, tacemus fœneratores, ſint lucri cauſa.

Ephe. 4. 1. Corint. 4. 2. Timoth. 2. Ex cōc. Mogū. c. 1. ne cleri. uſ. mo. c. ſo. eq. tit.

Damnātur clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac leuiculi. Cap. XXXII.

Reperiunt̃ q ſupſtitioſi, diuinatiōibuſq; ac ſortibꝰ dediti ſunt, quos dānamus. Sunt q ſcurras in ɔuiuiis diuitū ac potentū agunt, q cū malefecerint, gloriant̃, & exultāt in rebus peſſimis, q digni nō ſunt, ut clerici appellent̃. Sunt curioſi & leuiculi, q in foris, in cōpitis, in plateis, in uicis obambulāt, uagis oculis, effreni, lingua petulāte, fluidoq; inceſſu, & leuitatē animi, impudentiāq; mētis oſtēdūt, quos auerſamur. Eos uero tantū & re & noīe clericos reputamus, qui legē dei die noctuq; meditantur, munus ſuſceptū debite exequunt̃, ac uitā agunt ſacerdotio dignā.

In Concilio Agaten. 7. c. quā ſit graue d exc. pla. 23. diſt. c. his.

DE METROPOLITANIS CATHEDRALIBVS ET collegiatis eccleſiis, & in his miniſtrantibus. Cap. I.

Qvum Metropolitana ſeu Cathedralis eccleſia ſedes ſit Epiſcopi principemq; locū in clero obtineat, nequaquā poſtremum in reformatione locum obtinere debet. Niſi enim ea eccleſia præluceat oībus, quæ in tota prouincia aut dioeceſi conſtitutæ ſunt, fruſtra intendimus redigere in ordinem eccleſiaſticæ diſciplinæ cæteras.

De officio Decanorum. Cap. II.

PORRO quum collegiatæ eccleſiæ ſecundariæ ſint poſt cathedrales & inſtar illarum (quod ad ordines miniſtrantium, diuinumq; cultum attinet) conſtitutæ, utrobiq; Decanis curæ erit ut cleros ſuos ad obſeruationem piorum rituum prouocent ac reducant, ut ad agendam uitã clericis dignam perpetuo cohortentur ac impellant, ut a negotiis, a tumultibus mundanis reuocent, ne magis ſeculi quam Chriſti milites uideantur, ut comeſſationibus, ebrietatibus ac omni luxui interdicant, Denique ut ſingulos ſuo officio ſatisfacere compellant.

De officiis in eiuſcemodi eccleſiis miniſtrantiũ generatim. Cap. III.

SVnt ĩ hiſce eccleſiis diuerſi miniſtrãtiũ gradus: nẽpe, Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Scholaſtici, Cantores qui & Choriepiſcopi, Theſaurarii qui & ſacriſtæ, ſeu cuſtodes, canonici, uicarii, atq; id genus alii. Interpretetur quiſq; uocabulũ ſuũ, & curet eſſe quod dicit, ſecundũ ueterem patrũ ĩſtitutionẽ ac regulã Atq; eo ſolo fecerint, ut cum noſtræ, tũ omniũ piorũ expectationi magna ex parte reſpondiſſe uideantur.

De Canonicorum uita & officio. Cap. IIII.

VT de Canonicis dicamus paucis. Reſpondeat eorum uita titulo, reſpondeat nomini, ſint re ipſa, ut ſunt, nomine. Canonici, id eſt, regulares. Neq; enim clam eſt, primam eorũ originem monaſticæ diſciplinæ fuiſſe. Imitentur Apoſtolos & naſcentis eccleſiæ miniſtros. quorũ erat cor unum, & anima una, Qui quotidie (ut in actis apoſtolicis legimus) perdurantes unanimiter in tẽplo, & frangentes circa domos panẽ, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, perſeuerãtes in orationibus, collaudantes deũ, & habentes gratiam ad omnẽ plebẽ. De tali conuentu Pſaltes dixit: Ecce quam bonum & quam iucundũ, habitare fratres in unum. Qui & compellans ac prouocans eiuſcemodi conuentum, ait: Ecce nunc benedicite domino, omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini, in atriis domus dei noſtri. Porro, eccleſiæ iſtæ collegiatæ quandam uetuſtatem ſpirant, & eccleſiæ primitiuæ inſtitutũ præ ſe ferunt, quod uel forma ædificiorũ oſtendit, quæ Canonicos prope tẽplum in unum pene habitaculũ collocauit, ut procul a promiſcua multitudine ſeparati, diuinis pariter laudibus iugiter inſiſterent.

Acto. 2.

Pſal. 133

Ibidem

Quemadmodum preces horariæ aliæq; diuinæ laudes decantandæ. Cap. V.

STatis ergo ac debitis horis, laudes diuinæ non curſim ac feſtinãter, ſed tractim, non truncatim, ſed integre, diſtincte deuote, reuerẽterq; ab omnibus decantentur, perſoluanturq;. Et quũ pſallendi gratia cõueniatur, ibidem, muta aut clauſa labia nemo tenuerit, ſed omnes pariter ſenes cum iunioribus laudent nomen domini in pſalmis, hymnis & canticis, deo alacriter modulantes, ſic tamen, ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cum publice, uel preces horariæ, uel miſſæ ſacrum cantando peragunt, legat uel dicat priuatim officium, nam is, id quo obnoxius eſt,

Ex Concil. Agateñ. c. pſbr. c. dolẽtes de cele. miſſa.

xius eſt,choro ſubtrahit atq; alios uel pſallentes perturbat,uel a pſallendo retrahit. Quę tamen aliud officium eccleſiaſticum aut publicũ alio ſtatim rapiet, ut niſi legens preces horarias, tempeſtiue abſoluere haud poſſit,hac lege teneri nolumus. Quam autem a uero aberrant,qui exiſtimant ſeſe non alicuius officii in eccleſia exercendi,ſed quietis & inertiæ tãtum cauſa canonicatus eſſe adeptos? Perinde atq; ſatis ſit, paucis quibuſdam clericis admodum ignaris,tenui pretio conductis, curam diuini officii committi, quod deinde eiuſcemodi mercenarii, non ſeruatis temporum interſtitiis,ſyncopando tranſcurrunt, interim ipſis canonicis tota uita torpentibus.

Inter ſacra nihil cogitandum quidem,quod dei aut eccleſiæ oculos offendat. Cap. VI.

LOnge uero abominabile eſt,quod quidã tũ, cũ diuina agunt,inter ſeſe de rebus prophanis tractant,muſſitationes,colloquia,riſus & cachinnos intermiſcent. Quidã aut in aliquẽ chori angulũ ſe recipiẽtes,de nugis,ne qd grauius dicamus,cõmentant,aut foris per tẽplũ magno cũ populi offendiculo deambulãtes,oculos pariter & aures ad uanitatẽ cõuertunt,atq; ſacra loca fœdant,poſiti in lapidẽ offenſionis & petrã ſcandali. Hac lege nullum excipimus,ſiue claris ſit natalibus prognatus, ſiue plebei9, Quin potius,q genere præſtãt,meminerit ſe illic canonicos agere & ↄuerſari nõ i aulis,ſed in ſcholis uirtutũ ac eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Decani templi ſummi poteſtas in præuaricatores. Cap. VII.

FAcimus quoq; Decano eccleſiæ noſtræ poteſtatẽ,perſonas eccleſiaſticas ex aliis collegiatis eccleſiis,interdũ magis curioſitate rerũ nouarum, quã deuotionis cauſa ad templũ ſummũ ſe recipientes ac inibi præter omne decorum,ſæpe etiã eccleſiaſtico habitu nõ amicti, inter laicos ſurſum ac deorſum inambulantes,pœna canonica,nimirũ ſuſpẽſionis temporariæ, aut maiori etiã pro ratione culpæ coercendi.

Quę oporteat eſſe ueſtitũ miniſtrãtiũ in hiſce eccleſiis. Cap. VIII.

DE ueſtitu clericorũ ante diximus,q in his tanto debet eſſe decẽtior quo ſunt altiori loco,perindeq; atq; in ſpeculo quodã conſtituti. Sit ergo chorũ ingredientibus ueſtis talaris, ſint pilei(quæ bireta uocamus,)ſint camiſiæ,ſint deniq; calcei pariter & caligæ tales,in qbus non faſtus iactantia,elationis uitiũ,uel mẽtis leuitas,ſed clericalis ordinis honeſtas & modeſtia deprehẽdat. Siquidẽ ita ſemper uiſum eſt maioribus noſtris,externum habitum quid intus crepet,deſignare, Adeo ut & leges ciuiles iniuriam,matronæ,habitu meretriceo utenti,illatam,non uindicent,ac Canones clericũ non alligatum coniugio,habitũ, ac tonſuram clericales deferentẽ,poſt tertiam monitionẽ,clericum uero coniugatum ſtatim priuilegio exuant clericali, Adeo ut ſic in maleficiis deprehẽſi animaduerſionem ciuiliũ magiſtratuum non euadant. Ne autem poſthac quiſpiam excuſationẽ non factæ aut præuiæ monitionis prætexat,hac noſtra ſynodali cõſtitutione oẽs(quotquot ſunt in noſtris diœceſibus

Agateſi.20.

Hono.iii.c. ex parte, de priuil, & exceſ.priuileg.

conſtituti)clericos qui habitu minus decenti utunť monemus,ut intra tres menſes,quorũ ſingulos ꝓ ſingulis dilationibus,tertiam uero uti peremptorium terminum præfigimus,habitum qui clericos deceat,reaſſumant, Alioqui ipſo facto nulla poſthac alia monitione expectanda in cẽſuras ac pœnas conſtitutionum canonicarum incurſuri.

Decani undiquaque aduigilabunt. Cap. IX.

QVo ergo hæc quæ diximus repurgentur, ac debite ſimul cũ omnibus aliis ad diuini officii proſequutionem ac chori diſciplinam ſpectantibus obſeruentur, Decanus diligenter inuigilabit, hinc & hinc circumſpiciens,ne quid inordinate fiat.

Ante omnia uero ut Canonici ſacris adſint. Cap. X.

CVi ante oĩa curæ erit, ne q̃s Canonicorũ ſacris abſit,ſed ut q̃ emolumentum ferre uolent,officium quoq; ſuum,ꝓpter quod beneficium datur,in eccleſia gerant. Aurelianeñ.Concilio cauet,clericos q̃ officio adeſſe ꝯtemnunt, eccleſiaſticam diſciplinam arbitrio Epi recepturos.Sed facile caſtigabiť hic lapſus,ſi negligentes ſubtractione prouentuum ſeu diſtributionũ multentur.Quare q̃ ab epiſtolæ lectione,exinde toti miſſæ,& a prĩo pſalmo,ſingulis horis canonicis integris ac minime interpollatim(niſi forſan neceſſitate auocãte,petitaq; ac obtẽta licẽtia) nõ interfuerit,iuſtũ eſt,ut hic illi⁹ horæ aut officii ſtipẽdio ĩ totũ careat.

Aurelianñ.23.

Vicarii ut diuinis laudibus decãtãdis interſint adigẽdi. Cap. XI.

QVi Vicarii dicunť, in q̃buſdam collegiis ſe in libertatẽ quãdã potius carnis quã ſpiritus uindicare ꝯtendũt,nolẽtes choro,decantãdisq; ſimul cũ Canonicis diuinis laudib⁹ ac ſacris eſſe addicti,ſed hi reſipiſcãt ac incipiãt intelligere cur Vicarii dicanť.Suppelliceis quoq; utanť.Cuius eñi uices gerẽt,niſi Canonicis adiutores accedãt?Horũ nimirũ uice,q̃ uel aduerſa ualetudine detẽti,uel negotiis neceſſariis auocati,intereſſe nõ poſſunt.Cur tandẽ ſuperpelliceis utenť,qui chori ſacris ſe mãcipatos nõ agnoſcunt,In ordinem ergo diſciplinæ rediganť,ſuſpẽſionisq; pœna,etiã a fructibus,nedum quotidianis illis quæ diſtribuũtur, ſed a groſſis etiam ꝓ culpæ modo animaduertendũ in nõ parentes.

Ad perſonalem reſidentiam cogendi,quibus hæc per fundationes beneficiorum eſt impoſita. Cap. XII.

QVorũ fundationes pſonalẽ reſidẽtiã reqrũt,illi aut ipſi reſideãt,aut a ꝓuẽtuũ pceptione ſuſpẽdanť,& fructus illi,in alios pios uſus cõuertanť,niſi qui reĩpublicæ cã ex authoritate noſtra abſuerint.

Lucri tantum cauſa ſacris adeſſe non oportere, Cap. XIII.

VTinam optando a deo Opt.Max.ꝯſequi poſſimus, ne q̃ſquã lucri cauſa diuinis intereſſet,alioq nõ acceſſurus ſacra,ueluti quẽ nũmi magis,quã dei amor in tẽplum trahit,quæſtũ pietatẽ eſſe putans,q non dubium,ex numero corũ eſt,de q̃bus Eſaias dixit Oẽs diligunt munera, ſequũtur retributiones,Nec multũ his abeſt(uti pleriſq; doctiſſimis ui-

Eſaie.1.

ris placuit)ab horrendo crimine Giezi, q exiſtimauit diuinum munus 4.Reg.5.
pecunia redimendũ. Quare uiderint clerici noſtri,ut eo℞ mens & inten
tio tota in deum referať,ut cũ Dauid ꝯfiteanť deo in directione cordis Pſal.118.
ac in labiis ſuis ꝓnuntiantes oĩa iudicia oris eius In uia etiã teſtimonio
rum dñi delecťenť ſicut in oĩbus diuitiis. Optandũ,ut Pſalmus ille cente
ſimus decimuſoctauus, q toties nõ ſine cauſa in eccleſiis replicať ore ſi
mul & correſpondẽte ſingulis uerbis mente decanteť. Et cũ eodẽ Pſalte Pſal.53.
ex animo dicatur. Voluntarie ſacrificabo tibi,& cõfitebor nomini tuo
dñe,quoniam bonũ eſt. Non adimit Chriſtus ſed decernit operãti ſuam 1.Corin.9.
mercedẽ: Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et: Qui altario deſer 1.Timo.5.
uit,de altario & uiuet. Sed interim cogitare debet clericus ſe uiuere non Matth.7.
ut edat,ſed edere ut Chriſto uiuat,habereq; ſemp mẽti recõditũ Chriſti
uerbum. Primũ quærite regnum dei,& hæc oĩa adiicientur uobis.

Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. Cap. XIIII.

CApitula uero diſciplinæ(quæ uocant)multo maiori diligẽtia ob
ſerueńť atq; hactenus. Id ita fiet,ſi non tã ꝓphanæ quam res ſacræ
in his tracteńť, Si de moribus inquirať,ſi uita expendatur ſingulo℞, Et
quod olim ſancti patres feciſſe dinoſcunť extẽporali oratione,interdũ
cõmonerenť fratres. Et in primis ad ſacras literas capeſſendas inſtiga
rentur,atq; ut in his optimas horas collocarent,incitarenť,quod hic re Iohan.4.
periatur fons uitæ ſcaturiens,ex quo q haurit,nõ ſitit in æternum. Hic Matth.13.
theſaurus euangelicus(propter quem oportet uẽdere uniuerſa recondi
tus ſit,ex quo prudens ille paterfamilias profert noua & uetera.

Officium Decani in rebelles. Cap. XV.

SI quos Decanus rebelles cernat,ſi diuini cultus atq; ſui officii negli Ex concil.
gentiores,ſi rixoſos,ſi litigioſos,ſi pcuſſores,ſi aleatores,ſi ſcorta fo Agateñ.c.2.
uentes,aut alìis publicis criminibus irretitos. atq; hi fraternã correptio 1.Timo.5.
nem audire recuſauerint,agat in his Capitulis quod iubet Paulus: Pec
cantẽ corã oĩbus corrige. Tũ ſi reſipiſcere nolint,arceat a ſacris.ꝓhibeat
participare fructus,donec ad meliorẽ uitæ frugem reuertanť, ſic tamen 1.Theſſ.5.
ut hic ſerueť regula apoſtolica: Corripite inquietos,ꝯſolamini puſillani
mes,patientes eſtote ad oẽs,& neq; ira neq; odium,neq; rancor,ullas ſibi
partes uendicet. Nã illa præpoſito℞ ſolicitudo eſt utilis, illa cautela eſt Inno.papa 2.
laudabilis,in qua totũ ratio agit & furor nihil ſibi uẽdicat. Ira enim ſæ Gregori.ad
pe etiam innocentes ad crimen adducit, Dũ enim iuſto amplius iraſci Maur Imp.
mur,& uolumus aliena coercere peccata,grauiora cõmittimus. Per hæc c.illa.11.q.3.
tamẽ noſtris ac eccleſia℞ prouinciæ noſtræ priuilegiis ac legitimis ꝯſue
tudinibus, & præſertim mori ac cõſuetudini qui in aliqbus eccleſiis eſt
(nempe ut cauſæ diſciplinæ per Diaconos diiudicentur)nihil præiudi
camus,modo tamen Diaconi ad requiſitionem Decani,ſuo officio gna
uiter ac ſtrennue incũbant ac ſatiſfaciãt. Quod ſi Decanus & Capitulũ
negligentes, aut eiſdem criminibus irretiti fuerint, ad iuris communis
diſpoſitionem redire,neceſſe erit.

Contentioſi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. Cap. XVI.

INuidiæ detractionisq; uitium longe omnium peſtilentiſſimũ, in collegiis non, eſt nouũ, quod humani generis hoſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt. Quẽadmodũ de Abel & Cain, de Ioſeph & fratribus eius legimus, Quin parum aberat ab omniũ ſanctiſſimo illo collegio, nẽpe apoſtolico, niſi pacificator Chriſtus Ieſus interceſſiſſet, ac Satanam repente eieciſſet. Hinc ſæpenumero in clero, rixæ, iurgia, & iniuriæ naſcũtur. Hinc multæ falſæ criminationes, æmulationes, obtrectatiões & delationes oriuntur, Et fit lingua ordinata in laudẽ dei, inquietum malũ, plena ueneno mortifero. Fit deniq; ut in ea qua benedicimus deũ & patrem, in ipſa maledicantur homines, qui ad imaginẽ & ſimilitudinem dei facti ſunt. Atq; ex eodẽ ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet (inquit diuus Iacobus) fratres mei hæc ita fieri, ſed qui ſapientes & diſciplinati inter uos, oſtendant ex boná cõuerſatione operationẽ ſuã in manſuetudine ſapientiæ. Nam ſi zelum amarum habetis & cõtẽtiones ſint in cordibus ueſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus ueritatem. Non enim eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens a patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cõtentio eſt, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus enim iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus pacem.

Gene.4. Gene.37. Iohan.13. Iaco.3.

Proinde ſi quis putat ſe religioſum eſſe, nõ refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Hæc ille.

Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. Cap. XVII.

Ex Concil. Agateſi.c.31.

AGathenſi Concilio conſtitutũ eſt, ut quicunq; odio aut lõginqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari nequiuerint, primitus arguantur. Qui ſi inimicitias deponere pernitioſa intẽtione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, ubi uiderit intercedere inter fratres diſſentionis materiã, quæ fraternam dirimat charitatẽ, huius canonis authoritate utatur, ac pro pace ſartiẽda ꝯſeruandaq;, Capituli ſui ꝯſilium atq; auxiliũ imploret, ꝙ inuicem libenter præſtabunt, cuiuſcunq; odio uel amore longe poſtpoſito.

Quo tpe Capitulo℞ quotidiano℞ ꝯuentus obſeruãdi. Cap. XVIII.

QVotidiani Capitulo℞ conuentus, aut maturius ſub ſummã miſſam aut ſtatim poſt illam ſeruandi ſunt, Ne ob illos diuinum officium uel ſuſpendatur, uel præcipitetur, uel deniq; ab ipſis Canonicis negligatur. Debet enim dei cauſa omnibus aliis anteponi.

Volumina ſtatutorum reuidenda. Cap. XIX.

HAbent fere quotquot ſunt cathedrales ac collegiatæ eccleſiæ ſuum uolumen peculiarium ſtatuto℞, quæ interdũ pro affectu, priuato cuiuſlibet augentur ac creſcunt. Inter hæc reperias quãplura, quæ quæ-

ſtum magis quã pietatem reſipiant,& ad inæqualitatẽ potius,quã æqualitatem faciant,unde diſcordia inter fratres(uti fieri ſolet) frequẽter alit, ↄcordia uero ſcindit,laceraturq́. Et quãtumuis pleraq́ inter hæc iniqua reperias,adiguntur tñ oẽs qui recens admittuntur, ut ad eiuſcemodi ſtatutoꝝ obſeruationem(etiã penitus ignari, qđ cõtineant illa citra ullum delectum)iureiurando ſeſe alligant,quum tñ iuramentum non debeat eſſe iniquitatis uinculum,nec ad ignorata extendi. Operæpretium itaq́ nobis uidetur,huiuſcemodi ſtatutoꝝ uolumina inter uiſitandum excutere,& quæ euãgelicæ puritati,atq́ fraternæ charitati, deniq́ diſciplinæ eccleſiaſticæ minus conſentanea reperta fuerint,reſecare,caucreq́,ne poſt hac ulla noua ſtatuta in eiuſmodi eccleſiis (niſi tamen noſter acceſſe.it calculus)ædantur. c.1. de iureiu in vi.

In Capitulis a iuramentorum facili exactione temperandum. Cap. XX.

ET quum Chriſtus tãto ſerio iurandi facilitatem prohibuerit, ut niſi neceſſitate ueritatis,alioqui periclitandæ,cogamur omnino nõ iurare debeamus,coercenda eſt illa immoderata in Capitulis iuramentorum exactio,per quam neceſſe eſt,ut multi in ancipitia periuria corruant, quorum non tantum illi qui peierant,ſed & qui cauſam periurii temere exigendo præſtant,rei ſint. Nam Chriſti uerbum eſt:Sit uerbum ueſtrum, eſt,eſt:non,non,quod amplius eſt,a malo eſt. Et in eccleſiaſtico legimus: Vir multum iurans,replebitur iniquitate,& nõ diſcedet a domo eius plaga. Si noſipſos iudicaremus,non utiq́ diiudicaremur. Matth.5 c.& ſi chřs de iureiu. Eccl.23.

Inter uiſitandum de moderandis annis (qui expectantiæ appellantur)uidendum. Cap. XXI.

NVm annos(qui expectantiæ appellantur)moderari poſſimus, uidebimus inter uiſitandum,quando nobis uel id maxime curæ erit, ut qui recens acceſſerũt Canonici,aliquot annis de conſenſu Capitulorum ſuoꝝ bonarum,ac potiſſimum ſacrarum literarum ſtudiis,in Academia aliqua publica & bene Chriſtiana incumbant, utq́ tum ſequant illos interim redditus præbendarum ſuarum,quotidianis retributiõibus tantum exceptis,aut portio eiuſcemodi perſonis, iuxta eccleſiarum ſtatuta & conſuetudines aſſignata. Multum eñ refert uiros doctos eſſe in eccleſia dei, qui ueluti ſplendor firmamenti fulgeant, & tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri,ad iuſtitiam plurimos ualeant erudire.Indignum ergo ſtudio tam frugifero intentos, ac in uinea dñi operantes, diurno denario fraudari,modo tamen teſtimonium exhibeant magiſtrorum,quod totos illos annos rectis operam dederint diſciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias,(quæ ſe latius porrigunt)uolumus coartare. Hon o.iii.c. ſup ſpecul. de magiſt.

Non oportere a Canonico recens admiſſo,pecuniam ſtatuariam duplicatam ob anteceſſorem exigi. Cap. XXII.

NEc ferendus nobis diutius uidetur mos ille irratiõabilis,quo ad unã præbendam receptus,ob ſuos in eadem præbenda anteceſſores non receptos(a quibus ius nõ habet,ſed potius a cõferente uel inſtituente) c.non debet de reg.iu. in vi.

pecuniam ſtatuariam ſæpius exoluere cōpellitur. Nec ignoramus quoſdam Decanos & Capitula in eo eſſe, ut hæc pecuniaria onera (qua recens recepti contra ſacrorum canonum diſpoſitionem grauantur) indies nouis quibuſdam adinuentionibus grauiora, ac tandem importabilia efficiant, quod penitus improbamus.

Cōmuni neceſſitati eccleſiæ, cōmuni cōtributione ꝯſulendū. Cap. XXIII.

QVod ſi fabricæ aut alia neceſſitas eccl'iæ imineat, ſatius eſt ut qđ in cōem uertet̃ utilitaté, ex cōmunibus redditibus deſumat̃, q̃ ut qs priuatim grauet̃, Euangelicū præceptū eſt, in quo uniuerſa lex cōſiſtit & ꝓphetæ: Quod tibi nō uis fieri, alteri ne feceris. Et: Quæcunq; uultis ut faciant uobis hoíes, hæc & uos facite illis. Ad hanc regulam, ueluti ad Lydium quendam lapidem, oés actiones ſuas, quum omnes Chriſtianos, tum uiros eccleſiaſticos redigere, æquum eſt pariter ac neceſſarium.

Matth. 7.

Tribunalia extra templa collocanda. Cap. XXIIII.

CVm in quibuſdā noſtris templis iuriſdictionis eccleſiaſticæ officiales pro tribunali ſedeant, ad quod interdū multo cum tumultu concurritur, delitigaturq;, uiſum nobis eſt, ut hæc tribunalia, foris, intra tñ eccleſiarum pomeria, collocentur. Cordi ſiquidem nobis eſt, ut quæcūq; diuinum officiū perturbare poſſunt, aut diuinæ maieſtatis oculos offendere, e templis eliminentur, ne ubi peccatorum eſt uenia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.

Ex cōci. Lugdu. c. decet de im. eccleſia. li. vi.

Optādū, ut deambulatiões ī hiſce eccleſiis ꝓhiberi poſſint. Cap. XXV.

ATque utinam cōmode deambulationes etiam illas laicoꝝ (qui ad cathedrales ac collegiatas eccleſias ſola rerum nouarum curioſitate ducti confluunt, ibidemq; nihil minus quā de rebus ſacris, quæ inſpectantibus illis aguntur, cogitant) ſubmouere poſſimus. Grande equidem putamus piaculum, tam ueneranda myſteria, quibus aſtat deus, & inter quæ Chriſti corpus & ſanguis ꝯficitur, tam irreuerenter haberi, tacemus ꝙ domus dei contemnitur, de qua Chriſtus eiecit ementes & uendentes, & non ſinebat, ut quis transferret uas per templum, & dicebat docēs: Nōne ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam ſpeluncam latronum? Duplici cura hic uidebitur opus, tum ut prædicatores uerbi dei ex ſuggeſtis populum ab iſtis deambulationibus ex ſcripturis deterreant, tum ut magiſtratus ciuiles huic rei corrigendæ officium accommodent, cum quibus hac de re agimus.

Marci. 11.

Theatrales ludos non inferendos templis. Cap. XXVI.

OLim theatrales quoq; ludi & laruarum ludibria inferebantur peſſimo quidem exemplo, adeo ut prouiſione canonica (qua is teterrimus abuſus aboleretur) opus fuerit, quem ex noſtris diœceſibus, iam, ut ſperamus, eiectum gaudemus.

Inno. 3. c. cū decorem, de vit. & ho. cl.

Cuiuſdam abuſus abrogatio. Cap. XXVII.

IN quibuſdā collegiatis eccleſiis ad ſummum altare, non ordinarii, ſed mercenarii clerici, presbytero ſacra peragenti miniſtraturi adiungunt̃,

qui tamen officio ſuo ſatisfaciunt minus,cũ ab altari ad ſubſellia,ex quibus ſuccinnitur, a ſubſelliis rurſus ad altare multum incõpoſite ſubinde diſcurrunt,qđ fieri nõ oportuit, maxime in eccleſiis illis, quæ ordinariis perſonis abundant,& quoꝝ miniſtri copioſis redditibus ſunt ditati. Nã omnis occaſio contemptus & ſcandali promiſcuo uulgo adimenda eſt.

Proceſſionum Collegiatarum eccleſiarum,quæ ad maiorem fiunt moderatio. Cap. XXVIII.

PRoceſſiones eccleſiaꝝ collegiataꝝ ad ſummũ tẽplũ, q̃ diebus maxime celebribus ac feſtis fiunt,ꝓculdubio inſtitute ſunt, cauſa cõueniẽdi illuc ad miſſas epãles,deſiderioq; recipiendi cõmunionem, uel benedictionẽ epiſcopalẽ,iam quũ iſti cõuentus ſpeciem qdem antiquitatis& nihil pterea repreſentent,imo pernitioſæ euagatiõis materiã & crapulæ occaſionem diebus illis ſacratiſſimis præſtent,illas nobis eatenus abrogare uiſum eſt,ut Collegia ĩ ciuitate noſtra Colonieñ.in quatuor illis ſummis anni feſtis ac diebus celebribus ſequentibus,quæq; in ſuis eccleſiis diuinũ officiũ ſtatis horis reuerenter ſolẽniterq; cõcelebrent ac peragãt, neq; his diebus niſi quũ nos in ſummo tẽplo noſtro præſentes erimus collegialiter accedant.Nã quantula ſit deuotio collegioꝝ quæ tum accedunt,quis dei cult⁹ ac ueneratio,ſatis in aperto eſt.Tacemus, qđ interim apud ipſas collegiatas eccleſias hiſce diebus,maxime inſignibus,ſolenne officiũ prætermittitur.At qđ dicitur,uerius præcipitať ac truncatur q̃ celebratur. Agaten. c. 63.&.64.

De proceſſionibus non abrogatis. Cap. XXIX.

REliquas autem proceſſiones more antiquo obſeruari uolumus,iubemus tamen ut clerus ciuitatis noſtræ,abuſus, qui hactenus irreplerunt,matura conſultatione præuia tollere peragat.

Quomodo ad anniuerſaria Epiſcoporum in maiori eccleſia conueniendum ſit. Cap. XXX.

DVm uigiliæ in anniuerſariis Epiſcopoꝝ in ſummo noſtro tẽplo cõuenientibus illuc collegiis pſoluuntur incõcinnius, atq; adeo ſpecie ipſa nõ ſatis pius ac deuot⁹ cãtus æditur.Quare nobis uiſum eſt expedientius,ut collegia ſingula ĩ ſuis tẽplis uigilias haſce deuote abſoluãt, dein eccleſiã noſtrã maiorem ad ſacrũ tantum accedant,illic tantiſper facturi morã, donec id cõpleatur,ſingulis interim animum ad deũ ac pias precationes conuerſuris,quemadmodum ſuperiori articulo diximus.

Minora miniſteria idoneis cõmittenda ac decẽter peragẽda. Cap.XXXI.

ANtiquiſſimis canonibus,in pleriſq; etiã Cõciliis ſancitum eſt,ne laici ſecus altare inter clericos miniſtrent,neue inſacrati miniſtri licentiã habeãt ingrediendi in ſacrariũ,qđ Græci diaconiũ appellant,neue uaſa dominica cõringant. Præterea ne reliquiæ ſanctoꝝ & ueſtimenta eccleſiaſtica(quæ honeſta eſſe decet)niſi tantũ a ſacratis miniſtris attrectentur,adeo ut ne ſacratis qdem deo fœminis ac monachab⁹ aut lectoribus etiã ſacra uaſa uel ſacratas pallas cõtingere,uel incẽſum circa altare præferre licuerit,uerum id ſolis Diaconis permiſſum ſit; expreſſim aũt laicis Ex cõc Mogunt.de uit. & hone.cle. c.non liceat. Ex Concil. Agateñ. C.ſacr. 23.diſt.

uetitum,ne pallas,eccleſiæ uela ac altaris ornamenta abluāt.Neq; patres hic ſcripturis deſtituūtur.Iam uero eo uentū eſt, ut quatuor illi minores ordines nempe oſtiarii,exorciſtæ,pſalmiſtæ,ac lectores(nō temere ab eccleſia inſtituti ac recepti)præter nomē nihil ī eccleſia retinuerint,illoꝝq; loco tenues aliquot hoies laici qui p eccleſiæ prælatos minoris cōpendii gratia ſubrogant,iſtoꝝ officiis ſeſe ingerant.Idq; indecore,quippe nullo penitus clericali habitu amicti.inter quos ſunt, quos appellamus cápanarios.Quos ad minimum(cæreis accendendis,aliiſq; ī choro miniſtrationibus intentos)deceret ſuppelliceis indui.Ne interim prætereamus ablutionem pallarum,ueſtimentorumq; altarium. breuiter ſacroꝝ cuſtodiā talibus p cuſtodes ſeu theſaurarios noſtri temporis cōmitti,quos hæc cōtingentes antiquitas nefarii criminis ſimul cum ſurrogantibus dānaſſet, quare cautius poſthac agendū,ne ob talem præſumptionem dn̄s iratus, plagam populo,qua ſimul innocens cum nocente inuoluatur immittat.

DE PAROCHIS AC EORVM VICARIIS, aliiſq; uerbi miniſtris. Cap. I.

HIC titulus cum generalis ſit,in pleroſq; alios ſcindit.Primum enī uidendum eſt, q ad uerbi miniſteriū & regimē eccleſiaꝝ admittendi ſint,deinde de uita ac moribus eorum.Poſt,de officio, qđ in duobus potiſſimum ſitū eſt, diſſeminatione uerbi,adminiſtratione ſacramentorum. Poſtremo,de ipſoꝝ uictu , de quibus ſpeciatim diſpiciemus.

1.Timoth.5. Ante oia tñ lectorem admonitum eſſe uolum9, hos eſſe locos quos eccleſiaꝝ iubar diuus Paulus in epiſtolis ad Timotheum ac Titum accuratiſſime tractat.Nam huc illæ potiſſimū ſpectant, ut ſciant Timotheus ac Titus,quomodo oporteat eos in domo dei cōuerſari, quæ eſt eccleſia

In priori ad Corinth. dei uiuentis,niſi q articulus adminiſtrationis ſacramentoꝝ,& qui de uictu eſt,alibi fuſius explicant. Porro, cum hæ Paulinæ epiſtolæ meræ aureæ ſint,& nulli nō parocho cognitu in primis neceſſariæ. Idcirco ad uerbū ediſcendæ, memoriæ mandandæ,ac opere cōplendæ erunt. Ex qbus aliis euangelicis apoſtoliciſq; ſcripturis ac patrū ſanctionibus, nos quædam decerpemus,quo dilucidius fiat, in qbus hactenus magno cum reipub.detrimento peccatum,& quid de cætero parochis facto opus ſit.

Qui admittendi. Cap. II.

Matth.9. Iohan.10. QVum Chriſtus Ieſus paſtor ille bonus,ac paſtorum princeps , q poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis,circuiret omnes ciuitates & caſtella docens in ſynagogis eorum & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.Quum,inquam, is qui uenit requirere & ſeruare quod perierat.uidiſſet turbas,miſertus eſt

Marci.6. Lucæ.10. eis,quia erant uexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem , dicebat diſcipulis ſuis:Meſſis quidem multa,operarii autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis,ut mittat operarios in meſſem ſuam.

Orandus deus ut mittat operarios in meſſem ſuam. Cap. III.

NVm quæſo putamus necdum tempeſtiuũ eſſe, interpellare dñm meſ ſis,ut mittat operarios in meſſem,ac paſtores,nõ quoſlibet,ſed ſecun dum cor ſuum:nimiꝶ ouibus miſere diſſipatis ac palantibus requi rendis? Quis niſi ĩ media luce cæcus,nõ præſentiſcat,nos ĩ ea periculoſiſ ſima tpa incidiſſe, in qbus prædictiones Chriſti & apoſtoloꝶ ſcripturæ, oĩo atq; omni ex parte cõplentur? Quis enim non uidet ueniſſe,irrupiſ ſeq;,numeroſa admodum caterua ad nos falſos illos ꝓphetas in ueſtimẽ tis ouium,q ſint intrinſecus lupi rapaces,q non intrarint ꝑ oſtium in oui le ouiũ,ſed aſcenderunt aliunde fures ac latrones? Nõ eñ uenerunt,niſi ut furentur & mactent & ꝑdant,quos uidentes mercenarii, & q non ſunt paſtores, uenientes, fugiunt & dimittunt oues, & lupi rapiunt & diſper gunt eas. Fugit eñ mercenarius,quia mercenarius eſt,& non pertinet ad eum de ouibus. Poterãt direptores iſti ſub exuuio ouino aliquandiu deli teſcere,niſi Chriſtus eos ꝓdidiſſet. Ex fructibus(inquiens)eorum cogno ſcetis eos,q̃ non poſſit arbor bona fructus malos facere,nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim ſuo unaquæq; arbor cognoſcitur.

Matth. 7 Iohan. 10 Matth. 7.

Vnde dinoſcere oporteat Pſeudoecclefiaſtes. Cap. IIII.

QVos qui uelit penitus agnoſcere, is ſecundam Petri legat cap. ii. & quæ eiuſdem argumenti eſt, Iudæ Apoſtoli unicam, & eas potiſſi mum diui Pauli epiſtolas,quas ad Timotheum ac Titũ coepiſco pos ſuos perſcripſit,in quibus illos,eodem,quo dñs,nomine, appellat lu pos rapaces nõ parcentes gregi. Ex nobis quidem ſuborituros,ſed ꝑuerſa loquentes,ut abducant diſcipulos poſt ſe,homines ſeipſos amantes,cupi dos,elatos,ſuperbos,blaſphemos,ſine affectione,ſine pace, criminatores, incontinentes,proteruos,reprobos circa fidem. A fine præcepti,quæ cha ritas eſt,de corde puro & cõſcientia bona,& fide nõ ficta,toto coelo aber rantes,in uaniloquium conuerſos,ſeductores,proficientes in peius, erran tes,& in errorem mittentes, Magiſtros prurientes auribus & in fide(quod bonam conſcientiam repulerint)naufragos uerbis cõtendentes,ſanis ue ro ſermonibus,& ei,quæ ſecundum pietatem eſt,doctrinæ, neutiquã ac quieſcentes,ſuperbos,languentes circa quæſtiones & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ,contentiones,blaſphemiæ, ſuſpitiones, ma læq; conflictationes,hominum mente corruptorum,ac proinde ad nihil utiles,niſi ad ſubuerſionem audientium, quorum ſermo ut cancer ſerpit. Nunquid poterat Apoſtolus futurorum conſcius, hoſce Pſeudoeccleſia ſtes apertius aut dilucidius deſignare, quos nullus profecto Apelles tam expreſſim ſuis coloribus depingere potuiſſet.

2. Pet. 2 Iudæ. Ad Timo. & Titum. 2. Timo. 3. 1. Timo. 1. 2. Timo. 3. 4. 2. Timo. 2.

Soli,authoritate ordinaria comprobati ad uerbi miniſte rium admittendi, Cap. V.

ADuerſus hos Pſeudochriſtos & Pſeudoprophetas,nos præmuniuit Chriſtus: Videte(inquit)ne ſeducamini. Multi eñ uiuent in nomi ne meo,& multos ſeducent,ut in errorem(ſi tamen fieri poteſt)ducantur,

Matth. 24. Luc. 21. Marci. 14.

etiam electi. Nolite ergo ire poſt eos. Vos ergo (uti ſubiecit cõmonens) uidete, Ecce prædixi uobis oĩa. Chriſti ergo præceptũ, quantũ nobis ipſe cõcedit, ſequentes, quo lupos tam peſtilentes ab ouilibus ac diœceſibus noſtris abigamus, uiſum nobis eſt operæpretiũ fore, antiquos innouare canones, qbus præcipitur, ne ulli ad uerbi miniſterium ſeu prædicationis officium, niſi miſſi, authoritateq́; ordinaria approbati ſint, admittantur. Quomodo enim (ſecundum Apoſtolum) prædicabunt, niſi mittentur?

Romano. 10.

Qui ſunt legitimi parochi, & illorum uicarii, modo tamen hi examinati prius & admiſſi ſint. Cap. VI.

ORdinarii ergo uerbi miniſtri, eccleſiaꝝ parochialium legitimi rectores ac parochi ſunto quos etiã perſonaliter apud eaſdẽ eccleſias ſecundum canonicas ſanctiones ꝑpetuo reſidere uolumus, niſi tñ eos magna ratio, ueluti ꝙ uel maioris ac publicæ utilitatis cauſa abſint, quæ & noſtro calculo approbari debet uel ꝙ ſoli ob parochiæ amplitudinẽ gubernationi tantæ, non ſufficiant, excuſauerit. Tum enim qui per illos delegabuntur uicarii ſeu uicecurati (modo tamen hi etiam examinati, & tã quod ad uitæ integritatem, q̃ Chriſtianæ eruditionis puritatem & zelũ attinet, idonei reperti fuerint) noſtro permiſſu eodem officio perſungent. Qui uero deinceps in uicecuratos aſſumentur, Vicarii noſtri in põtificalibus ac Theologorum ei per nos adiungendoꝝ, In diœceſibus uero Suffraganeorum noſtrorum, illorum, quibus hoc muneris committendum duxerint, cenſuram (num uidelicet obeundo muneri, apti ſeu idonei ſint, uel minus) expectabunt.

c. licet. paragrapho. is etiã de elect. li. vi.

Fratres mendicantes quatenus admittendi. Cap. VII.

ALiquot retro ſeculis in eccleſia recepti ſunt quatuor mendicãtium fratrum ordines, ut parochorum in uerbi miniſterio cooperarii forent. Quos abſit, ut repellamus, ſi tñ intra Concilii Viennẽ. ſub Clemente quinto celebrati, aliarumq́; canonicarum conſtitutionum cancellos ſe continuerint. Nec ante acceſſerint, q̃ per ipſorum prælatos, ut uiri inculpatæ uitæ, diſcreti pariter ac modeſti, ac uerbi diuini probe gnari iudicentur, atq́; ad hoc munus deligantur. Deinde etiam Vicariis noſtris in pontificalibus præſentati, tales inuenti fuerint ac permiſſi.

Ex cõci. Vienneñ. cle. dudum, de ſepult.

Quam modeſtiam fratres mendicantes in uerbi prædicatione ſeruare oporteat. Cap. VIII.

QVi tñ quum in ſubſidiũ tantum uocati ſint, ordinariis eccleſiaꝝ rectoribus moleſti eſſe deſinẽt, ita uidelicet, ne eoſdem (quũ ſuo munere fungi ipſimet uelint) præoccupent, neue quos in excolenda uinea dñi iuuare debẽt, in cõcionibus uirulenta ac detractoria lingua carpant, uti nõnullis huius generis ſolent, q inflati ac incõpoſiti, populi auribꝰ demulcendis ſtudent, ſuã nõ Chriſti gloriã ambiẽtes. Tã ignari oĩs eccleſiaſticæ diſciplinæ, ut ignorẽt parochos, ſi forte ceciderint, ſuos habere iudices, nõ ipſos fratres cenſores, multo minus ꝓmiſcuã plebem. Quã exploratum eſt, mutuis eccleſiaſticoꝝ uiroꝝ amarulentis detractionibus adeo

Ex decr. Põtia. pont.

nõ emendari,ut ſcandalizetur multo magis. Nec audiendi ſunt iſti, ſi ſeruos dei accuſare ſe dicant,ut meliores fiant,quũ potius inuidiæ ſtimulis adulationiſq;,quã charitatis ſtudio agitari cõuincant. Idipſum uel propria eo℞ conſcientia atteſtante.qđ ſciant, nullum uel ĩ ſeculo,ne dicam⁹ in eo℞ monaſteriis inueniri,q uelit ſuum ſeruum ab alio,quã a ſe iudicari. Adeo ut ſi quis ſecus facere præſumpſerit, hunc & multa ſequatur indignatio & ulciſcendi cupiditas. Quin Paulum audiant dicentem: Nolite iudicare inuicem,ſed hoc iudicate magis,ne offendiculum detis fratri. Ex decret. Anacle. Roma.14.

Non ferendi qui in iuriſdictiones & poteſtates temere ad plebem inuehuntur. Cap. IX.

MVlto minus ferendi ſunt qui ad auram uenentur popularem, in iuriſdictiones epiſcopales ac ordines eccleſiaſticorum pariter & ciuilium magiſtratuum inuehentes, temere uociferantur ad populum, Non intelligentes interdum,neq; de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Quo nihil aliud efficiunt,quam ut plebem,alioqui ſatis in clerum irritatam,irritatiorem reddant, ac gliſcenti ſeditionum igni oleum ſubminiſtrent. Iuriſdictiones ac magiſtratuus eſſe oportet. Quod interdũ perſonarum,non ordinis ſeu magiſtratus uitio peccatur, alia prouidẽtia purgandum eſt,nõ cæco plebis iudicio expendendum,fraterna correptione opus erat non accuſatione,aut laceratione ex ſuggeſtis. Et ut omnia non ſtatim ad uiuum uſq; repurgentur(quod fieri uix poteſt)non grauabuntur iſti oculati,in ſe quoq; deſcendere ac ſuos erratus inſpicere, quo tandem æquiores fiant,diuiniſq; iudiciis etiam quædam relinquant. Si enim omnia(ut ſcite Anacletus ait)in hoc ſeculo uindicata eſſent,locum diuina iudicia non haberent. Sed de his ſatis. I.Timo.1. Matth.18. Ex canoni. Anacleti.

Abuſus eſt,quo parocho ſuo officio interdicitur. Cap. X.

EX his quæ diximus conſequitur,eum morem,qui alicubi irrepit, penitus irrationabilem,ne dicamus execrabilem abuſum eſſe, quo legitimi eccleſia℞ parochi adigunt iureiurãdo affirmare, ſeſe in ſuis eccleſiis fratres mendicãtes ad uerbi miniſterium(etiã ſi ipſimet pro ratione ſuſcepti ac cõcrediti muneris eo fungi uelint) ꝑpetuo admiſſuros. Quid enim hoc more aliud agitur, q̃ ut parocho officium,quo ſe Chriſto & eccleſiæ obſtringit,adimatur,ac in alium relegeť. Id uitii,ut ſpes eſt,curabimus.

Fratres mendicantes his ſynodalibus conſtitutionibus erunt parentes. Cap. XI.

AEquum quoq; cenſemus,ut qui ex fratrib⁹ huic muneri accingi uelint,noſtris Vicariis in pontificalibus ſerio promittant,ſeſe hiſce ſynodalibus inſtitutis omnino obtemperaturos,quo ſermo dei pure, ſyncere,ac ſine offenſione decurrat.

Decet quoq; ut fratres eatenus ordinariæ poteſtati ſubiiciantur. Cap. XII.

QVi ut ordinariæ noſtræ poteſtati (quod ad eiuſcemodi functionẽ attinet) ſubiiciantur, & eatenus monaſticæ profeſſionis regulis,

obligationibuſq; eximantur, nõ decens tantum, ſed & iuſtum putamus.

De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſſis non temere retrahendis. Cap. XIII.

QVi uero ſemel p̃ſentati, & admiſſi fuerint, ut certo loco hoc miniſterio fungant, nõ debebunt temere ſeu p̃ter noſtrũ aſcenſum a ſuſcepto munere retrahi. Nã frequentẽ pſonaꝝ mutationẽ periculoſam putamus, ut interim ſileamus ſæpe minus idoneũ in idonei locum ſurrogari.

Qui nulla legitima authoritate innixi ſe uerbi miniſterio ingerũt, uti ſeditioſi comprimendi. Cap. XIIII.

Ex Concil. Antioch. c. 5.

EXtra ordinarios parochos, illorumq; legitimos cooperarios, nemo deinceps, neq; ſuggeſtũ occupet, neq; cõuenticulas, uel in priuatis domibus uel uicis faciat, aut quouis tandem modo uſurpet. Quod ſi quis ſecus agere præſumpſerit & inobediens perturbare eccleſiam dei (quæ foris eſt) perſeuerauerit, hunc tanquam ſeditioſum corripi oporteat.

Prohibentur omnes apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. Cap. XV.

QVamobrem prohibemus oẽs apoſtatas monachos ignotos. Item iſtos ac peregrinos ſpermologos, quorum neq; doctrina neq; uita ulli perſpecta eſt, eritq; proinde curæ ciuilib⁹ magiſtratibus ac præſidibus, ut de his inquirant diligenter & quos nos proſcripſimus, eos illi cum receptatoribus ipſorum doli mali conſciis excedere prouintia compellant, Niſi quid ſeuerius culpa horum præuaricatorum in ipſos ſtatuere poſtulauerit. Iam ut inueniatur quiſpiam (quod abſit) qui aliter q̃ legitime parochiam occupauerit, hunc abiici ſtatim oportet, quantumuis plebs, quam corrupit, eum retinere contendat.

Ex cõcil. Sar di. 1. & 18 Laodi. 13

De Terminariis quatenus admittendi. Cap. XVI.

Ex Calced. Concil.

EX ordine mendicantium, qui oppidatim ſoli cõmorantur, quos Terminarios appellamus, uitã interdum agere monachiſmo plurimum diſſimilem cognouimus, proindeq; multis eſſe inuiſos, hos potius quum officio prædicatiõis ſtatis illis diebus perfuncti eſſent eleemoſynaſq; collegiſſent, ſtatim ad monaſteria ſua regredi, ibidemq; quieti operam dare atque obſeruare ieiunia, & orationes iuxta ordinis ſui inſtitutum maluimus, quam uitam communem, ne dicamus licẽtioſam, inter ciuium turmas ducere. Vbi tamen monaſteria ab oppidis aut uicis tam longe diſſita fuerint, ut unius diei itinere repeti non poſſint, uolumus Terminarios iſtos, hac lege teneri, modo tamen uiri graues & annoſi, uite quoq; ex omni parte integræ ac ſanæ doctrinæ comperti fuerint, ac id etiam uiſitatione potius quam conſtitutionibus cauebitur.

Priuilegiis fratrum nihil derogatur. Cap. XVII.

NOlumus autem per prædicta, priuilegiis, ordinibus fratrum mendicantium rite & legitime conceſſis, præiudicare.

Monachorum eccleſiæ per ſeculares (ut uocant) presbyteros gubernandæ. Cap. XVIII.

Eadem

EAdē ratione decēs eſt, ut monachi q parochiales eccleſias, cura animarum apud ipſum monaſterium, non pſonā relicta, incorporatas (ut uocant) monaſteriis ſuis habēt, non p religioſos (quos in monaſteriis ppetuam uitam agere ꝯuenit) ſed per uicarios presbyteros ſeculares (modo haberi poſſint) ad eundem modum quē ſupra diximus, examinādos admittendosq; gubernari ꝓcurent. Quibus etiam de eccleſiæ ꝓuentibus tantum aſſignare obligati erūt, unde & iura epiſcopalia pſoluere, & congruam ſuſtētationē habere poſſint, quod ut fiat, nobis curæ erit. Non tamen tam duri hic erimus, quo minus interdū uiros monaſticos, quos ſingulari uitæ exemplo & doctrinæ ſalutaris diſſeminatione inſignes cōperiemus, apud eccſias parochiales relicturi & ꝯfirmaturi ſum⁹. c. de monachis, de pbē. c. I. de capel. mona.

DE VITA AC MORIBVS PAROCHORVM. Cap. I.

QVanquam de uita ac moribus Clericorum ſupra diximus, uidetur tamen hic locus poſtulare, ut ſpeciatim aliquid de cōuerſatione ac moribus parochorum dicamus, quod horum uita & officium diuo Paulo præcipue curæ fuerint, adeo ut his recte ſe habentibus, de reliquis non admodum magnam ſolicitudinem habuiſſe uideatur. Nec immerito, res enim ipſa declarat, ac priſca ſecula meminerunt, quam tranquilla, quam florens, quam fructificans, quam deniq; felix eccleſia fuerit, dum talibus eſſet parochis inſignis, qui euāgelicis apoſtolicisq; inſtitutis, ſanctorumq; patrum regulis addicti, non tantū uocabulo, ſed & facto præſtabant quod dicebantur. Contra uero, in quantos æſtus, tēpeſtates, procellas, ac pericula, ab eoſdem ſenſim in diuerſum mutatos ac uaricantes eccleſiæ nauicula miſere coniecta ſit, nos ſentimus. Ex quibus rurſus emergere, quum certo certius non poſſimus, niſi nos (quibus gregem ſuum Chriſtus paſcendum cōmiſit) uias domini rectas, a quibus uaricando excidimus, inambulare pergamus. Quid tādē aliud cōſilii capiendū nobis, quā ut ſinguli, quales eſſe debemus, tales & ſimus atq; hoc inſigne Chriſti uerbum, quod hinc diſcedens, Petro ouiculas ſuas cōmittens, poſt tertiam demum dilectionis ſtipulationē promiſſionemq;, uti ultimum elogium ac memoriale, fideliſſime, diligētiſſimeq; inculcauit, & mēte & opere teneamus. Quod eſt: Paſce agnos meos. Id fecerimus, ſi gregem Chriſti poſt Chriſtum unice diligamus, atq; eundem tam uerbi doctrina, q̄ operis exemplo paſcamus, diuinorumq; ſacramentorum diſpenſationem tueamur, defendamusq;. Iohan. vlt.

Vita ut doctrinæ in parocho conueniat necessarium. Cap. II.

VBiq; ferme cum de parochis ſermo incidit, ſcriptura uitā doctrinæ copulat. Nimirū q qui uitā agit doctrinæ ꝯtrariam, plus exemplo deſtruit q̄ ædificet uerbo. Oportet enim & fieri ſermonē nō tantum, dici alioq; competet in parochū quod Seneca Platoni obiectū fuiſſe refert: Aliter loqueris aliter uiuis. Et quod Chriſtus phariſæis imputat: Dicūt Matth. 23.

enim & nõ faciunt, Alligant onera importibilia in humeros ueſtros, digito autẽ ſuo nolunt ea mouere. Apponatur ergo manus ori neceſſe eſt, ne ſit uox quidẽ, uox Iacob, manus autẽ Eſau Porro uox operũ fortius ſonat quã uerboꝝ. Intuendus nobis paſtorũ princeps eſt, cuius tota uita ſua doctrina eſt, Qui cœpit primũ facere, poſt docere. Siquidẽ potẽs opere & ſermone, Qui diſcipulos Iohannis de aduentu Meſſiæ rogantes, ad opera remiſit, dicẽs: Ite, dicite Iohãni quæ uidiſtis & audiſtis. Qui deniq; non ſolum uocat oues ſuas nominatim, ſed & uadit ante eas. Et eũ tantumq; ſic docuerit & fecerit, magnum in regno cœloꝝ fore pollicet̃.

Gene.27 · 1.Pet.2 · Acto.1. · Luc.24 · Matth.11. · Iohan.10 · Matth.5

Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. Cap. III.

QVare beatiſſimus Paulus eccleſiæ miniſtrum inſtituturus: Exẽplũ (inquit) eſto fidelium, in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Itidẽ ad Titum.ii. In omnibus teipſum præbe exẽplum bonoꝝ operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbũ ſanum, irreprehenſibile, ut is qui ex aduerſo eſt, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sal enim terræ & lux mundi, prædicator Euangelii dicitur, & lucerna ſuper candelabrũ poſita, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic, ut uideant homines opera illius bona, & glorificent patrẽ, qui in cœlis eſt. Quod ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? ad nihilũ enim ualet ultra, niſi ut proiiciatur foras & conculcetur ab hominibus. Apoſtolus itaq; hoc præceptum commendat Timotheo, ut militet bonam militiam, habens non tantum fidem, ſed & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus tũ erãt Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. Interea uero ex eodem numero omnes hæretici fuere.

1.Timo.2. · Ad Tit.2. · Matth.5 · 1.Timo.1

Vitanda parocho in primis auaritia. Cap. IIII.

IAm, quæ clericis uitanda erunt, ſupra diximus. Ea ipſa potiſſimum Paulus q̃longiſſime a parochis eſſe uult, & quæ illis oppoſita ſunt, in ipſis quãmaxime elucere. Primum ſcilicet, ut abſtineant ab omni auaritia. Hoſpitales enim erunt, nõ turpis lucri cupidi, nõ opes, ſed animas uenantes, non auri, ſed hominum piſcatores. Alioq; ex paſtoribus fient mercenarii, & uertent̃ in lupos, audientq; dñm p Ezechielem exprobrãtem: Lac comedebatis & lanis operiebamini, quod craſſum erat, occidebatis, gregẽ autẽ meum non paſcebatis, quod infirmũ fuit non ꝯſolidaſtis, & quod ægrotum erat nõ ſanaſtis, quod ꝯfractũ eſt non alligaſtis, & quod abiectũ eſt nõ reduxiſtis, & quod perierat nõ quæſiſtis, ſed cũ auſteritate imperabatis eis & cũ potentia, Et cætera quæ ſequunt̃. Qui enim uolũt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueũ diaboli, & deſideria multa, inutilia & nociua, quæ mergunt hoĩes in interitũ & perditionẽ. Radix quippe omnium malorũ, eſt cupiditas, quã q̃dem appetẽtes, errauẽrũt a fide & inſeruerũt ſe doloribꝰ multis. Tu uero o homo dei, hæc fuge, ſectare uero iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patiẽtiã & manſuetudinẽ.

1.Timo.3. · Tit.1. · Matth.4. · Ezech.34 · 1 Timo.6

Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. Cap. V.

INterim erit domui ſuæ bene præpoſitus,ut non tātum ipſe, ſed & ſua familia irreprehenſibilem uitam agat. Qui enim domui ſuæ præeſſe neſcit,quomodo eccleſiæ dei diligentiā habebit? Oportet autē illum & teſtimonium habere ab his qui foris ſunt,ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli.i.ad Timotheum.iii. I.Timo.3

Parocho luxus omnino cauendus. Cap. VI.

DEinde procul abſint parochi ab omni luxu.Sobriū enim uult parochū eſſe Paulus,nec multo uino deditū,ac uino potius ad neceſſitatē q̄ ad uoluptatē utentem,quēadmodū ipſe Timotheo præcepit,ne aquā adhuc bibat ſed modico uino utat̃ ,ppter ſtomachū ſuū & frequētes infirmitates.Neſciat ergo parochi domus comeſſationes crapuloſas execret̃ cōpotationes illas ad æquales hauſtus obligatorias. Sit pcul a ſymbolorū(ut uocant)dationibus.Turpiſſimū putet,niſi cā neceſſitatis, intrare tabernā,quaſi domū nō habeat ad edēdū & bibēdū.Breuiter,uitet omnia quæ paſtoralem authoritatē aut dedecorāt aut imminuunt. I.Timo.3. 2.Timo.4.

Pudicitia ſeruanda parocho. Cap. VII.

DEteſtetur quoq; omnem libidinem. Nam oportet parochum eſſe pudicum.i.Timoth.iii & ſe præbere exēplū in caſtitate.i.Timoh.iiii. Ne in eum uere dicatur: Qui alium doces,teipſum non doces. Qui prædicas,non furandum,furaris.Qui dicis,non mœchandum,mœcharis.Qui in lege gloriaris per præuaricationem legis deum inhonoras.p quod blaſphematur nomen dei inter gentes. Quo enim uultu fornicarios cœlo excludet cum Paulo,qui huic uolutabro cœni ipſe immerſus eſt? An exiſtimas(inquit ipſe Paulus)o homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt,& facis ea,quia tu effugies iudiciū dei? In quo enim iudicas alterum,teipſum condemnas,eadem enim agis quæ iudicas.Scimus qppe,quia iudicium dei eſt ſecūdum ueritatem in eos qui talia agunt. I.Timoth.3 I.Tim.4 Roma.2 I.Corin.6 Ephe.5. Gala.5 Roma.2

Quæ fugienda & quæ ſectanda parocho. Cap. VIII.

DEniq; Paulus ad Timotheum:Iuuenilia(inqt)deſideria fuge,ſectare uero iuſtitiam,fidem,ſpem,& charitatem,& pacem cum his qui inuocant dominū de corde puro. Labora ſicut bonus miles Chriſti.Nemo enim militans deo,implicat ſe negotiis ſecularibus, & quæ ſequuntur. In ſumma,ſolicite cura teipſum probabilem exhibere deo, operariū inconfuſib le in recte tractantem uerbum ueritatis.ii.Timoh.ii. 2.Timo.2.

DE DISSEMINATIONE VERBI. Cap. I.

HOC miniſterium ſanctiſſimus Apoſtolus cæteris omnibus longe præfert. Vnde & Corinthiis ſcribens, ait. Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare,cui & cæteri apoſtoli aſtipulantur, quū inquiunt: Non eſt æquum nos relinquere uerbum, & miniſtrare menſis. Quinimo & Chrs aliis anteponit: Eūtes(inquens)in mūdū uniuerſum,prædicate Euāgeliū omni creaturæ,ac docete oēs gentes, I.Corin.I. Acto.6. Matth.ult.

1.Timo.4 baptizantes eos,in noĩe pr̃is,& filii,& ſpũs ſancti,docẽtes eos ſeruare oĩa quæcunq; mãdaui uobis. Quãobrẽ Paulus Timotheũ ſuũ excitans,ait: Attẽde lectioni,attende exhortationi & doctrinæ, noli negligere gratiã quæ in te eſt, quæ data eſt tibi p ꝓphetiã cũ ĩpoſitiõe manuũ pſbyterii. Hæc meditare,in his eſto,ut ꝓfectus tuus manifeſtus ſit oĩbus. Attende tibi & doctrinæ,inſtã in illis,hoc enĩ faciẽs,& teipſum ſaluũ facies & eos q te audiũt.Et iterũ:Tu uero uigila,in oĩbus labora, opus fac Eũgeliſtæ prædica uerbũ,inſta opportune,importunæ, miniſteriũ tuũ imple,

2.Timo.4.

Quid parocho meditandum. Cap. II.

MEditabitur parochus quid ipſi dñs p Ezechielẽ cap.iii.xxxiii.ac xxxiiii.præceperit,parabolaq; ſpeculatoris menti infigenda eſt: Speculatorẽ(inqt)dedi te,domui Iſrael.Q d ſi ſpeculator uiderit gladiũ uenientẽ,& non inſonuerit buccina,& populus ſe non cuſtodierit,uenerit q; gladius,& tulerit de eis animam,ille quidem in iniqtate ſua captus eſt,ſanguinẽ autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Parochi ſiqdẽ ſunt,qbus potiſſimum dictum eſt:Fratres,ſi qs ex uobis errauerit a ueritate,& ꝯuerterit quis eum,ſcire debet,quoniam qui ꝯuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ,ſaluabit animam eius a morte.Dura eſt nimis illa ꝓphetæ lamentatio:Paruuli petierũt panem,& nemo dabat eis. Paſce ergo fame morientẽ:ſi nõ paueris,occidiſti.At homo ex duabus partibus cõſtat,ex carne ſcilicet & ſpiritu.Duplici ergo cibo opus eſt. Nam ut ſcriptura ait:Nõ in ſolo pane uiuit homo,ſed in omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei.Cibus exterior carnem tantũ mortalem reficit, & intrans p os,in uentrem uadit,& in ſeceſſum emittiť, Panis autẽ ſpiritus tam p uerbum prædicationis,quã ſacramentaliter in ueritate corporis & ſanguinis dominici,in uiua fide comeſtus,uiuificat,reficit,ac uegetat aĩam, qui non perit,ſed permanet in uitã æternam,& hunc qui ederit, nõ morietur in æternum.Id quod omnes pii ſciunt ac ſentiunt,Viuus enim ſermo dei eſt,& efficax,& penetrantior quouis gladio ancipiti,ac pertingẽs uſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus,compagumq;,& medullarum.

Ezech.3 33.34.

Iaco.5.

Threñ.4.

Matth.4

Iohan.6.

Hebr.4

Fidelitas in primis in parocho requiritur. Cap. III.

HIc iam inter huius cœleſtis panis diſpẽſatores quæriť, ut fidelis qs inueniať.Fidelis,inquam,ſeruus & prudens,quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuã,ut det illis eſcam in tempore. Beatus ille ſeruus, quem quũ uenerit dominus eius,inuenerit ſic facientẽ. Sin ſecus,ueniet dominus ſerui illius,in die quo nõ ſperat,& hora quã ignorat,& diuidet eũ,partemq; eius ponet cum hypocritis,ubi erit fletus & ſtridor dentiũ.

1.Corin.4.

Matth.24

Quis ſit fidelis uerbi diſpenſator. Cap. IIII.

IS autem fidelis eſt diſpenſator,(atteſtante diuiniſſimo Iohanne)cuius ſcopus unicus ille Chriſtus eſt,& cuius ſpiritus cõfitetur Chriſtum in carne ueniſſe,id eſt,ut diuus Paulus interpretať, qui docet appăruiſſe gratiã dei & ſaluatoris noſtri oĩbus hoĩbus ad erudiendũ nos, ut abnegantes omnem impietatẽ & ſecularia deſideria, ſobrie,iuſte,& pie uiuamus

1.Ioh.4.

Ad Tit.2

mus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Qui, inquã, docet eũdem Chriſtũ Ieſum dominum noſtrum hominem factũ, ut daret ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem, ſectatorem bonorũ operũ. Quibus uerbis ſanctus Paulus duas in Chriſto naturas, uerbi ſcilicet & carnis indiſſolubili uinculo cohærentes, & utriuſque naturæ rationẽ complectit. Verbi, quatenus erudit nos, docens quæ ſit uoluntas patris, quã facientibus denuntiat præmiũ, præuaricantibus uero pœnam æternam. Carnis uero, quatenus datus Iohan.1. & immolatus eſt pro nobis in ara crucis. Agnus immaculatus & uicti 2.Pet.2 ma tollens peccata mundi, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur ue 1.Pet.4 ſtigia eius, & eadẽ cogitatione armemur, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit a peccatis, ut iam non deſideriis hominum, ſed uolũtate dei, quod reliquum eſt in carne tẽporis uiuamus. Omnis autẽ ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam ue 1.Iohã.4. nit, & iam in mundo eſt.

Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. Cap. V.

Is item fidus eſt miniſter uerbi, qui omnẽ ſcripturam ad Chriſtianam exigit charitatem. Charitas enim Chriſtianiſmum cõſummat, quemadmodum apud diuum Paulum legimus: Finis præcepti eſt charitas de corde puro conſcientia bona & fide nõ ficta. Et eſt potiſſimũ illud indi 1.Timo.1. cium, quo Chriſtiani eſſe cõprobamur. In hoc (ait Chriſtus) cognoſcent Iohan.13. oẽs ꝙ diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Vnde beatus Aug. de do- Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana breuiſſimã methodum ad ctri. Chriſt. pueſtigandas, intelligẽdasꝗ ſcripturas cõmonſtrare uolens. Quiſqs (in lib.1.c.36 quit) ſcripturas diuinas uel quãlibet earũ partem intellexiſſe ſibi uidet, ita ut in illo intellectu non ædificet geminã charitatem dei & proximi, is nondum intellexit, quod legis ac ſcripturarũ ſumma, finis ac plenitu Roma.13. do, ſit dilectio, quæ duobus mandatis cõprehendit, Nempe: Diliges do Matth.22 minum deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mẽte, ex tota uirtute tua, & diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Et, quẽadmodũ uultis ut faciant uobis hoĩes, ita & uos facite illis. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ. Quicunꝗ ergo ad hãc amuſſim doctrinam ſuam attemperat, is nunquam poteſt pernitioſe errare.

Summa euangelicæ prædicationis. Cap. VI.

Ezechiel uero propheta ſummã ſuæ prædicationis dominũ enarran Ezech.18 tem facit, hiſce pene uerbis: Viuo ego dicit dñs, Nolo mortẽ peccatoris, ſed ut conuertat impius & uiuat. Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunꝗ die peccauerit, & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die ꝯuerſus fuerit ab impietate ſua. Quare q egerit pœnitẽtiam a peccato ſuo, feceritꝗ iudiciũ & iuſtitiã & in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit qcquã iniuſtum, uita uiuet & nõ morietur, quod Chriſtus breuius cõplexus eſt: Pœnitentiã (inqt) agite, appropinquabit enĩ regnũ cœlorũ. Matthe.3.

Sed de his alias locupletius. Suffecerit hic utcunq; indicaſſe ſcopum.

Parocho cautiſſima ſolicitudine in prædicatiõe uerbi utẽdũ. Cap. VII.

QVo autẽ ſolicitius parochus ꝓuinciã, cui admotus eſt, gubernare
ſatagat, haud exiſtimabit ſe alicui leui muneri, ſed oĩum grauiſſi-
mo ac difficillimo præfectũ, tãtæ nimi℞ difficultatis, ut uerbi præ-
dicatorẽ undequaq; abſolutũ, uix unũ e millib⁹ rẽpias. Nõ idẽ ẽ oĩũ pa-
latũ, magna ĩ paſcẽdis uarietas. Q̃d unã ouiculã nutrit, alterã macerat
aut mactat. Culpauerit aliqs auaros, ꝓdigus hinc argumẽtũ ꝓdigalita-
tis ſuæ colliget. Culpauerit ꝓdigos, auarus ĩde tenacitatis ſuæ excuſatio-
nẽ arripiet. Ea eſt hoĩum malitia, ut nedũ alia, ſed & ſanctiſſimũ dei uer-
bũ ꝓ ſuis qſq; affectib⁹ ac ad ſua deſideria ꝯfouẽda poti⁹ q̃ eradicãda tra-
Pſal.140. hat. Videm⁹ proh dolor, quẽadmodũ hac tẽpeſtate pleriq; ſacras literas
in parabolã ac ꝓuerbiũ uertãt, atq; ad excuſandas excuſatiões ĩ peccatis
ſumma ui atq; ĩpudẽtia torqueãt, adulterãtes uerbũ dei. Quare paroch⁹
cautiſſima ſolicitudine agere debet, ꝑ gladiũ dei, ſecantẽ a dextris & ſini-
ſtris, ut mediũ iter pateat ad incedẽdũ ꝑ uiã regiã mãdato℞ dei.

Quemadmodum ſermo temperandus. Cap. VIII.

ATtẽperandus ſermo, quoad eius fieri poteſt, ꝓ auditoꝝ captu. Alii
ſiquidẽ acri ingenio ac iudicio ſunt, alii hebetes aĩo ac rudi Miner-
ua præditi: qdam attenti, qdã uero deſides: hi recte ac ſyncere inſtituti, il-
li ſeducti ac decepti. Diſcretione ergo maxima opus eſt. Breuiter, Nemo
erit ꝯcionator abſolutus, cui præter uitã exẽplarem non adſint oĩa quæ
ſequuntur: nempe, cognitio ſcriptura℞ utriuſq; teſtamẽti, ingeniũ uelox,
ſolers, atq; uerſatile, eloquẽtia uehemẽs, ſuadibilis & ſuauis, neq; interim
minus temperata q̃ copioſa prudentia, re℞ ac perſona℞ docẽda℞, expe-
Matth.10. rientia multiplex, ĩmobilis conſtãtia, Deniq; ſpiritus, qui ſi deerit, reliqs
donis parum ꝓfecerit. Nõ enim uos eſtis q loq̃mini, ſed ſpũs patris ueſtri
Lucæ.11. q loquit̃ in uobis. Quomodo enim ad æterna℞ re℞ deſideria alios ac-
cender, qui ipſe totus languet ac friget? nondum ſpiritu ꝯcepto q ex deo
eſt, quem & ipſe deus dat bonũ petẽtibus ſe. En q̃ arduum eſt conciona-
1.Corin.11. di munus? Nec tamẽ ꝓpterea diffidentia (quæ plerunq; multos auertit)
Iaco.1. deſerendũ. Ad euangelizandũ miſſi ſunt parochi. Væ ergo illis, ſi nõ euã-
gelizauerint. Si qs aũt eo℞ ſapientia indiget, ſcrutet̃ ſcripturas & poſtu-
let a deo, qui dat oĩbus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei.

Quid cauendum inter concionandum. Cap. IX.

Ex epl. Iudæ CAuebit aũt modis oĩb⁹, ne lubricus in docẽdo ſit, huc illucq; efflu-
2.Timo.1. ens. Et ĩ primis, ne uẽto doctrina℞ ab eccl'ia catholica nõ recepta-
rũ, ueluti nubes ſine aqua circũferat̃, ſed formã habebit ſano℞ uerborũ
Ad Tit.2. ab eccleſiæ (q̃ colũna ueritatis ẽ) ĩſtituto nihil diſcrepãtiũ. Tu (inqt Pau-
lus ad Titũ) loq̃re q̃ decẽt ſanã doctrinã, uerbũ ſanũ & irreprehẽſibile.

Nihil aut fabuloſum aut ſuſpectũ afferẽdum. Cap. X.

1.Timo.14. 2.Timo.2. INeptas autem & aniles fabulas deuitabit, qualia nuper erant, quæ ex
Tit.1. nullis probatis authoribus, ſed potius ſuſpectiſſimis obſcuro℞ homi

nũ cõmentis aſſerebanť exempla. Olim uero genealogiæ interminatæ, ꝙ ad pietaté illa nihil fecerint. Exercebit aũt ſeipſum ad pietaté, Quod corporalis exercitatio ad modicũ utilis ſit. Pietas autem ad oĩa utilis, ꝓmiſſionem habens uitæ, quæ nunc eſt & ſuturæ. i. ad Timoth. iiii. 1. Timot. 4.

Loquacitas uitanda. Cap. XI.

NEque minus euitabit prophana & uaniloquia, hoc eſt, futilẽ & inanem loquacitaté, qua nõnulli ratiocinationibus humanis falſam ſcientiæ opinionem ſibi uenanť. Sic enĩ ſuũ cõpellat Timotheũ Paulus: O Timothee depoſitũ ſerua, deuitãs ꝓphanas uocũ nouitates, & oppoſitiones falſi noĩs ſcientiæ, quã qdã promittentes circa fidem exciderunt. 2. Timo. 2. 1. Timo. 6.

Quẽadmodũ parochũ aduerſus hæreticos pugnare oporteat. Cap. XII.

PAratos eſſe uult Apoſtolus Petrus ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt, ſpe & fide, ſed cũ modeſtia & timore. Neqꝫ ergo doceat, neqꝫ intendat his parochus, quæ quæſtiões magis pſtãt q̃ ædificatione, quæ eſt ex charitate. i. Timoth. i. Et iterũ. ii. Timoth. ii. & iii. Paulus ait: Stultas & ſine diſciplina quæſtiões & pugnas legis reſpue, ſciens qꝛ generãt lites. Seruũ aũt dñi nõ oportet litigare, Proindeqꝫ ubi cum hæreticis res eſt, corripiet ꝗdem eos cũ modeſtia, q̃ reſiſtũt ueritati, ne quãdo deus det illis pœnitẽtiã ad cognoſcendã ueritatẽ, & reſipiſcãt, a diaboli laqis, a quo teneнť captiui ad ipſius uolũtatẽ. Qđ ſi nõ profecerit, hæreticũ hoĩem poſt unã & ſecundã correptionem, deuitet, ſciens qꝛ ſubuerſus eſt q eiuſcemodi eſt, & delinqt, quum ſit ꝓprio iuicio cõdemnatus. Nequaquã autem ad populum uerbis ꝯtendat, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium, Memor apoſtolici ſermonis, quo reiiciunť omnes, q ſciſſurã quærunt. Si qs enim uult contentioſus eſſe, nos talem cõſuetudinem non habemus, neqꝫ eccleſia dei. 1. Pet. 3. 1. Timo. 1. 2. Timo. 2. 3. Tit. 3. 2. Timo. 2. 1. Corin. 5.

A ſcommatis & conuitiis abſtinendum. Cap. XIII.

INter ꝯcionandum ergo, a ſcõmatis, maledictis, ac ꝯuitiis oĩno abſtinendũ eſt, Prædiceť pure ac ſyncere dei uerbũ, iuxta, eccleſiaſticã traditionem, & patrũ ab eccleſia catholica approbatoꝝ interpretationẽ. Quæ uero in ꝯtentionem uel diſceptationem reuocari poſſunt, penitus ſileanť, quẽ admodũ quoqꝫ pragmatica Auguſteñ. ſanctiõe cautum eſt. Prag. Augu. Sanc.

In ꝯtentioſis dogmatibus quõ docendus populus ſape. Cap. XIIII.

IN controuerſiis autem & cõtentioſis, obſcuriſqꝫ dogmatibus, quæ ſacris uoluminibus uel uniuerſali eccleſiæ conſenſu expreſſim deciſa nõ ſunt, populus priuatim (maxime cum exomologeſi ſe purgat, modo grauatã conſcientiam in hoc habeat) ita docendus eſt ſapere, atqꝫ hac cautione profiteri de his ſe credere, ſicut credit eccleſia. Hoc enim tutius, q̃ aſſeuerare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

Qualẽ oporteat eſſe parochũ in reprehendendis criminibus. Cap. XV.

ERit quoqꝫ parochus in reprehẽdẽdis criminibꝰ uehemens atqꝫ acer. Cõſtitutus eſt enĩ, ut annũtiet populo ſcelera eoꝝ, ſic tñ, ut in ſugge ſto uitia tantum reprehendat, nõ pſonas nominatim pſtringat: Argue

2.Timot.4 (inquit Apoſtolus) increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Vbi
Matth.18. pſona arguẽda, denũtiatione euãgelica utendũ. Si peccauerit in te frater
tuus, (inq̃t Chrs) uade & corripe eum inter te & ipſum ſolũ. Q̃d ſi te au-
dierit lucratus eris fratrẽ tuũ. Q̃d ſi te nõ audierit, adhibe tecum adhuc
unũ aut duos, ut in ore duorũ uel triũ teſtiũ ſtet omne uerbum. Quod ſi
eos nõ audierit, dic eccleſiæ, q̃ ſi eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethni-
1.Corin.5. cus & publicanus, Sic Paulus Corinthiũ reſipiſcere nolentẽ excõicauit.
Et hic iterũ Chriſti doctrina & exemplũ ſequendũ, ut beneuolentia ſeue-
ritatem uincat, ut paratus ſit parochus dimittere peccanti nõ modo ſe-
Matth.18. pties, ſed & ſeptuagies ſepties. Et cũ Chriſto paratior ſit ad abſoluẽdum
Iohan.8. adulterã, ad frugẽ melioris uitæ reuertentẽ q̃ ad condẽnandũ. Quẽad-
2.Corin.2. modum Paulus quoq; in gratiã recepit Corinthiũ illũ pœnitentem.

Manifeſta reprehẽſio utriuſq; poteſtatis uitanda. Cap. XVI.

VItanda quoq; manifeſta reprehẽſio utriuſq; poteſtatis, tã eccleſiaſti-
cæ q̃ ciuilis. Neq; inuehendũ in ordinẽ aliquem aut aliquod ab ec-
Roma.13. cleſia receptum uiuendi genus. Oĩs enim poteſtas a deo eſt, & propterea
catenus honorãda, non inceſſenda. Sequenda præcurſoris dominici do-
Lucæ.3. ctrina & exemplũ, qui ne milites quidẽ a ſe repulit aut ulla ꝯtumelia affe-
cit, ſed magis uiam recte uiuẽdi oſtẽdit. Per eiuſcemodi enim incautã re-
prehenſionẽ plebs ad ſeditionẽ magis ac rebellionẽ incitať. Hanc mur-
mur, odiũ, impatientia, ꝯtumacia, ꝑteruia, & detractionis libido comi-
tanť. Quin potiꝰ docẽdus populus eſt obedire magiſtratibꝰ, parere præ-
1.Pet.2. poſitis ſuis, etiã diſcolis, ac interim admonendus eſt, ut ſint magiſtratus
Iob.14. interdũ uitioſi, id euenire, q̃ dñs regnare faciat malos & hypocritas, pro-
Prouer.28. pter peccata populi. Omnem aĩam poteſtatibus ſublimioribus ſubditã
Eſaiæ.3. eſſe. Quodq; oĩs poteſtas a deo ſit, Q̃d deniq; q poteſtati reſiſtit, dei or-
Roma.13. dinationi reſiſtat, Niſi tamen poteſtas expreſſim præcipiat, quod eſt ꝯtra
Acto 5. mandatum dei, tum enim oportet plus obedire deo q̃ hominibus.

Quomodo corripiendi magiſtratus. Cap. XVII.

IN corripiendis uero magiſtratibus, correctioni quoq; fraternæ locus
eſt, quẽadmodũ Iohannes reprehendit Herodẽ. Sic enim legimus: Di-
Marci.6. cebat enim Iohannes Herodi (nõ populo): Nõ licet tibi habere uxorẽ
fratris tui. Qua ſi nihil ꝓmoueas, poſtulãda & expectãda ꝓuiſio præla-
torũ ac maiorũ magiſtratuũ eſt, Qui ſi diſſimulẽt, etiã ꝯultũ magis, ut
ultio remittať ad deũ, quã ut tãtũ ſcandalũ inde deterius ſubſequať.

Admonendus populus, ut oret pro magiſtratibus. Cap. XVIII.

EST autẽ populus freq̃ẽter in ꝯcionibus, poſt ꝯciones uero ſemp di-
ligẽtiſſime cõmonẽdus, ut deum Opt. Max. ꝓ poteſtatibꝰ depreceť.
1.Timo.2. Volo (inq̃t gẽtium magiſter Paulus) ut fiãt oĩum primum obſecratiões,
orões, poſtulationes, grãꝝ actiones ꝓ oĩbus hoĩbus, ꝓ regibꝰ & oĩbus
q in ſublimitate ꝯſtituti ſunt, ut quietã & tranqllã uitã agamus in omni
pietate & caſtitate. Hoc eñi bonum eſt & acceptum corã ſaluatore nr̃o
deo, q omnes hoĩes uult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire.

Notantur qui ſecus docent. Cap. XIX.

SI quis aliter docet,& nõ acqeſcit ſanis ſermonibꝰ dñi noſtri Ieſu Chriſti & ei,quæ ſecundũ pietatẽ eſt,doctrinæ,ſuperbus eſt,nihil ſciẽs, ſed languens circa quæſtiones & pugnas uerboꝝ,ex qbus oriunt̃ inuidiæ cõtentiões,blaſphemiæ,ſuſpitiones malæ, cõflictationes hominũ corruptorum,& q a ueritate priuati ſunt,exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. 1.Timo.6.

Summa doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion contrahenda. Cap. XX.

POrro cum ſecundum euãgelicã atq; apoſtolicã doctrinam (qbus decreta patrũ ac Cõciliorꝝ, deniq; pragmatica ſanctio Auguſtana merito accedunt ĩ eccleſia dei ſola canonica ſcriptura ac diuina eloquia ſecũdum eccleſiaſticã interpretationẽ ſanctoꝝ patrũ ac doctoꝝ,& recitari,& prædicari debeat,nõ abs re uidebit̃ parochis ſummam Biblioꝝ pauciſſimis præſcribere,ne alicubi,dum ſcripturæ metas neſciunt,impingant. Ex Concil. Aphri. Prag. Auguſtana.

Enchiridion quæ docebit. Cap. XXI.

ET cum p̃cipue ipſis incumbat,ut plebem erudiãt in p̃ceptis decalogi, articulis fidei,q ſymbolo apoſtolico recenſentur ac eccleſiæ ſacris ſimul cum explicatione orõnis dñicæ.(Hic eſt em̃ inchoationis Chriſti ſermo,quo iacit̃ fundamentum,ab opibus mortuis & fidei ĩ deum) idcirco ut imperitioribus ꝯſulatur,quoddã Enchiridion dabimus,ĩ quo breuiſſime hæc oĩa ſecundum ſanã & eccleſiaſticam doctrinã exponent̃,ſimul & loci qdam cõmunes ad oẽs oĩum hoĩum ætates ac ordines cõmonitorii inſerentur. Veneratio quoq; ſanctoꝝ ac reliquiaꝝ,Deniq; quatenus imaginibus ac picturis utendum,docebitur.Nec interim quid ſibi eccleſiaſticæ ceremoniæ,præſertim illæ piæ ac antiquiſſimæ uelint & quo conducant,in eodem libello declarare omittemus,idq; ſuccinctiſſime. Heb.6.

Ordo concionandi quem ſimpliciores ſequentur. Cap. XXII.

SImpliciores ac minus eruditi cõcionatores,feſtis quibuſq; diebus cõcione ĩ nomine ſanctiſſimæ trinitatis cum imprecatione gratiæ dei (nempe ut dominus ſuum ſpiritum uerbo addere dignetur) cœpta, initio ambas lectiones,quæ Epiſtola ac Euangelium miſſæ eius diei appellantur, ad uerbum denarrabunt.Deinde poſt imploratã diuini numinis clementiam,regrediantur ad utriuſq; lectionis breuem dilucidationem, locos aliquot cõmunes ex utraq; diligentes, qbus populus ad uitæ pietatem charitatemq; dei ac p̃ximi inflammet̃.Denuntiabunt quoq;,qd eccleſia dei eo die potiſſimum deũ oret ac precetur.Quod in precationibus ſeu Collectis,quæ poſt canticum Kyrieeleyſon aut Gloria in excelſis dicuntur,cõtinetur,ac hortabuntur populum,ut idem pariter interea dum ſacra aguntur,deum oret,ſi non uerbotenus,mente tamen. Aug.de doctri.Chriſt. lib.4.c.30.

Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ. Cap. XXIII.

SAnctoꝝ hiſtoriis ne nimis diu ĩmorent̃, quin potior pars(uti iam diximus)Euãgelio detur & Epiſtolæ explicãdis.Qđ ſi fabuloſa uidebit̃ hiſtoria,ne attingat qdem,ſi ueri ſimilis,leniter,eaq; decerpat quæ imitanda uideant̃.Miracula quoq; ne ĩpudentius iactentur, niſi q̃ ſcripturis

ꝓdita, aut a nō leuibꝰ ſcriptoribꝰ ſumma cū hiſtoriæ fide trapita fuerint.

Allegoriæ quomodo explicandæ. Cap. XXIIII.

SI quas allegorias aut ſenſus ſcripturæ recōditiores, ſpiritualia ſpiritualibus conferentes adferre uelint has ex receptis eccleſiæ doctoribus, ueluti Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Chyſoſtomo, ac ſimilibus cōprobatis authoribus deſument.

Quomodo finienda concio. Cap. XXV.

VBi ad calcem cōcionis deuentum erit, breui epilogo, quo argumentum ac capita totius concionis renarret, utatur. Id enī ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit.

Quid recitandum finita concione. Cap. XXVI.

DEbet quoq; finita cōcione, decalogus, ac ſymbolū fidei & ſuccincte & exerte recitari. Illa quoq; exomologeſis ac publica pctōꝝ ꝯfeſſiō cū imploratione miſericordiæ dei, pure ac diſtincte ꝓnuntiari, ac moneri pplus, ut eiſdē uerbis ſacerdotē ꝓnuntiantē ſubſequat̃, ac deinde recenſeri ꝯſolatoria īprecatio remiſſionis pctōꝝ, ut pplus deiecto, cōtrito, humiliato aīo ac toto corde cum presbytero accingat̃ ad myſteriū redēptiōis ſuæ (qđ in altari tractatur) contemplandum, fructumq; dñicæ paſſionis, quæ in altaris myſterio cōmemoratur, repræſentaturq; participandum.

Pſalm. 50.

Quō finita cōcione pplus excitādus ad orādū ꝓ defunctis. Cap. XXVII.

CVm multum plerunq; tpis, paruo cum fructu terat̃ in recenſendis ſingulatim defunctoꝝ nominibus, ubi uiritim pro quolibet exigitur una ořo dñica, idq; interdum non citra ſuſpicionem uel quæſtus uel ambitionis fiat. Nobis potius uidebitur, ut populus ad cōmunem ꝓ defunctis orationem pie ac deuote dicendam accendatur, & hæ genealogiæ intermittantur. Super qua re tamen qđ ad morem ciuitatis noſtræ Colonieñ. attinet, & cum parochis & cum ſenatu latius agere nō omittemus.

DE ADMINISTRATIONE SACRAMENTORVM. Cap. I.

ECcleſiæ catholicæ uſus ſeptem myſteria (quæ ſacra appellātur) obſeruat, ueluti ſeptem quædā parata remedia, per quæ deo uiſum eſt peccatis noſtris mederi, ac nobis gratiæ ſuæ ſalutaris medicinā (diuerſa tñ ratione) infundere. Quæ ſunt, baptiſmus, cōfirmatio, euchariſtia, pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Quæ cur a Chriſto & eccleſia inſtituta ſint, & a ueteribus ſacramenta peculiariter appellata, deinde quæ illorum ſit per gratiam dei efficacia & uirtus, nunc non eſt dicendi locus. Tantum admonebimus in præſentia parochum, quæ illum circa diſpenſationem ſinguloꝝ obſeruare conueniat.

Inſtruēdus pplus, qđ agat̃ ī cuiuſlibet ſacrī exhibitione. Cap. II.

Aug. in libro de do. Chri.

QVia igitur in ſacris aliud uidet̃, atq; aliud agitur, inſtruendus eſt populus in cuiuſlibet exhibitione, qđ in eiuſcemodi religioſo arcano, (id eñ ſacramentum ſonat) agatur. Cum eñ in ſacris iſtis p ſigna

quædam ſenſibilia inſundatur iſenſibilis gratia, cõgruens externis ſignis excitãda eſt fideliũ fides & deuotio in deũ, ut credentes ac diuinum myſte rium intelligentes ad dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chri participandã gratiam accedant. Q͞d fiet, cum parochus ſub adminiſtrationem cuiuſlibet ſacri, ſacra concione populum breuiter admonuerit quid in ea re agatur.

Quid agatur in baptiſmo. Cap. III.

ET ut de ſacro baptiſmo exordium capiamus, docendus eſt pplus, ꝙ illic aboleatur uetus homo, remiſſo omi pctõ, atq; nouus exoriatur ab omni labe purgatus p fidem in Chriſtum, ꝙ illic q baptizatur, lauetur lauacro regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti in ſanguine Chriſti pro nobis effuſo, ꝙ illic ueterem Adam exuimus ac uiciſſim Chriſtum induimus, conſepulti cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit. Gala.5. Tit.3. Roma.6.

Cuius ſint admonendi ſuſceptores infantis. Cap. IIII.

SVſceptores infantis (patrini qui dicuntur) merito admonẽtur, ꝙ ipſi ſint, q eccleſiæ nomine, & in eccleſiæ fide Chriſto paruulos offerant p baptiſmum, ac ſe propemodum pro paruulis fideiuſſores conſtituant, nomine paruuli reſpondentes, quem etiam, poſtquam adoleuerit, ſymbolũ ſimul & orationem dominicam edocere, atq; uitam Chriſto ac profeſſione in baptiſmo facta dignam perpetuo agere, ſaltem ubi id neceſſitas poſcere uidebitur, cohortari non omittent, proindeq; malumus illos deligi prouectæ ætatis q̃ impuberis, ne uideatur infans infantem offerre ac ſpõſorem ſe deo pro alio cõſtituere, qui quod promittit, nõ intelligat, ideoq; multo minus quod non intelligit, docere queat. c.vos ante oia, de conſ. diſt.4.

Populus docendus, quid uelint externa ſigna. Cap. V.

PRæterea docebunt populũ, q͞d ſit, ꝙ cathechizetur baptizandus, q͞d reliqua ſolẽnia, q̃ eccleſia adhiberi uoluit, ſignent, uidelicet, Cur inſuffletur in faciẽ baptizandi, cur ſignũ crucis & in pectore & in fronte fiat, cur ſal ĩ os detur, cur aures & nares ſputo attingant, liniantur q;, cur iunctio in pectore & ſcapulis fiat, & cur poſt baptiſmi tinctionem, in uertice. Deniq;, q͞d ſignificet amictus albus, quo infans ſeu ali⁹ baptizatus ſupinduit; q̃ oĩa ſunt myſteriorũ plena, quẽadmodũ Enchiridion declarabit.

Quomodo accedendum ad baptiſmum. Cap. VI.

CVm beatiſſimus Apoſtolus in eccleſia oĩa honeſte atq; ſecundũ ordinẽ fieri iubeat, debebit baptiſmus ſumma mẽtis in deũ & in ſacratiſſima q̃ agunt myſteria, intẽtione & dari & accipi. Quare q̃cquid hinc ſuſceptores ſeu alios aſtantes auocat, procul tollendũ eſt. Accedatur itaq; depoſito omi faſtu, humili ſpiritu, ac recta in deũ fiducia, quẽadmodum acceſſerunt q Ieſu paruulos obtulerũt, ut manus eis imponeret. Nã hic renuntiatur ſatanæ, omnibus operibus atque omnibus pompis eius, cõueniaturq; ante inter patrinos de nomine infantis, ut potius in baptiſmo ipſo cogitetur de lucranda anima Chriſto, q̃ de retinendo nomine. 1.Corin.14. Matth.19.

Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus. Cap. VII.

Acto 8.19. De cõſ.diſt. 5.c.nouiſſi. Roma.10.

MAgna certe ratione eccleſiaſticis patribus uiſum eſt, ut baptiſmus in conſpectu eccleſiæ in loco ſacro recipiatur, niſi tamen imminens neceſſitas fieri aliud ſuaſerit. Quamobrem diſplicet nobis quod quidam faſtuoſi templum dñi deſpicientes, ambiunt magis ſuos infantes in domibus priuatim baptizari. Quod deinceps niſi neceſſitas idipſum exegerit & cauſæ cognitio præceſſerit, indulgeri nolumus.

Ex canoni. Vrbani.

In confirmationis exhibitione quid docendum. Cap. VIII.

1.Corin.2.

Itidem dum ſacramentum cõfirmationis cõfertur, docebunt Vicarii noſtri in põtificalibus, qđ agatur, nempe qđ illic ambiatur gratia ſpiritus ſancti, qua ꝯfirmatur tyro aduerſus ſatanæ tentationes, roboratq́ꝫ, ut qđ corde credit ad iuſtitiam, ore quoq́ꝫ palam confiteatur ad ſalutem. Quamobrem eo cõmuniri ſolet ætas tenera quæ ad nequitiam ꝓcliuior eſt q̃ ad pietatem, ut ea ꝓcliuitas muniatur, docilitaſq́ꝫ ad pietatẽ augeatur. Oĩs fideles (inquit Vrbanus põtifex Romanus) ꝑ manus impoſitionem epiſcopoꝝ, ſpiritum ſanctũ poſt baptiſmum accipere debent, ut pleni Chriſtiani inueniantur, qa cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & ꝯſtantiam roboratur. De ſpiritu ſancto accepimus, ut efficiamur ſpirituales, qa animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. De ſpiritu ſctõ accepimus, ut ſapiamus inter bonũ malumq́ꝫ diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, ut malitiæ ac ſupbiæ repugnemus, ut luxuriæ & diuerſis illecebris, ac fœdus indigniſq́ꝫ cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſctõ accepimus, ut amore uitæ & gloriæ ardore ſucenſi, erigere a terrenis mentẽ ad ſupna & diuina ualeamus. Sed de hoc alibi latius.

Quomodo ad ſacramentum confirmationis accedendum ſit. Cap. IX.

Ex cõci. Aureliañ. c. vt. ieiuni. de cõſe. diſt. 5.

AN expediat imitari cõſuetudinem, qua obſeruaẽ, ut nedum adultis, ſed & infantibus detur confirmatio idq́ꝫ pranſis. hic nõ diffinimus. Quanq̃ qđ Aurelianeñ. Cõcilio ſancitum eſt, nobis magis placuerit, uidelicet, ut ieiuni ad cõfirmationem ueniant pfectæ ætatis, ut moneanẽ confeſſionem ſacramentalem facere priuſq̃ acceſſerint, quo mundi, donum ſpiritus ſancti mereantur accipere. Cum enim hoc ſacr̃m non ſit neceſſitatis abſolutæ, conuenientius & utilius dabitur, ſi addatur admonitiuncula. At anteq̃ iufans ſupra ſeptimum ætatis annum progreſſus fuerit, parum aut nihil hoꝝum quæ aguntur intelliget ne dicamus, meminerit.

Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. Cap. X.

Gerſon.

QVemadmodum in baptiſmo ſuſceptores ſunt, ita hic q confirmandum præſentant ac corã Epiſcopo ſiſtunt, idq́ꝫ nõ admodũ diuerſa ratione, niſi qđ quidam etiã dicunt, decens eſſe, ut q nõdum aduerſus carnis, mundi, ac ſatanæ tentationes roborati ſint, ꝑ cõfirmatos iamdudum atq́ꝫ exercitatos ſenſus habentes (quibus fides ꝯfirmandi cognita atq́ꝫ exploratæ ſit) Epiſcopo præſententur. Quamobrẽ quoq́ꝫ admonendi ſunt iſti officii ſui, curandumq́ꝫ ut tanti ſacramenti perceptio digne ac reuerẽter peragatur, quẽadmodũ in primitiua eccleſia obſeruatum legimus.

De mode-

De moderandis donariis, quæ ſuſceptores infantibus donant. Cap. XI.

QVibuſdã in locis, ambitionis magis, q̃ pietatis cauſa, dum utrunq;, tã baptiſmi q̃ cõfirmationis ſacramentũ peragit̃, hi q patrini dicũtur, certant, ut alter alterum donario℞ pretio (quo ſuſcepti ac præſentati pueri donant̃) uincãt. Præterea itur ſtatim maxĩe poſt baptiſmũ ad comeſſationes, cũ tum maxime comeſſationibus eſſet abſtinendum. Qua de re admonendus eſt pp̃lus, ut quæ digna ſunt his ſacramentis tm̃ curent. Cætera aut moderent̃ aut penitus tollant. Nam nõ offenderimus deum grauius, q̃ cum illius ſanctiſſima myſteria indigne tractamus.

Docendus populus de ſignis externis. Cap. XII.

DOcebit p̃terea parochus populũ, qđ ſignet chriſma. Et cur ex oleo oliuæ ac balſamo cõficiatur, quẽadmodum docebit Enchiridion.

De ſacroſancta Euchariſtia. Cap. XIII.

EVchariſtia, unicum illud pia℞ mentium ſolatium ac delitium hac deploratiſſima tempeſtate execranda inſania ac abominabili ꝓphanatione hæretico℞ de re tanta quodlibet cõminiſcentium, pleriſq; quodammodo in nauſeam uertitur, adeo ut (quod dolentes referimus) multi nunc ſint, qui non tantum hunc panem uitæ, qui de cœlo deſcendit, accipere non deſiderent, ſed & auerſentur, homines ſolo nomine Chriſtiani, re ipſa uero Capernaitis ipſis deteriores, etiam quos poſt acceptã notitiã ueritatis, uoluntarie in filium dei peccantes ac corpori dominico & ſanguini contumeliam inferentes, terribilis quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio (quæ conſumptura eſt aduerſarios) manet. Iohan. 6. Hebræ.

Quid docendus populus in huius ſacramẽti miniſtratione. Cap. XIIII.

DOcendus eſt itaq; populus Chriſtianus certiſſima fide credere, ꝙ in hoc ſacramento ſit uerũ corpus & uerus ſanguis Chriſti Ieſu. Neq; enim ueritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum, & Lucã hoc ſacramentum inſtituens ac porrigens, ſimpliciſſime dixit. Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, qđ pro uobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti; qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccato℞. Hoc facite in meam cõmemorationem. Sic docet Paulus Apoſtolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et, Panis quem frangimus, nõne participatio corporis domini eſt? Vnde conſequitur in Euchariſtia totum eſſe Chriſtum, quanq̃ ibi ſit ſub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit uerum corpus & ſanguinem, haud dubie tradidit uiuum. Quare ſi credimus in ſepulchro diuinam naturam non fuiſſe ſeparatam ab exanimi corpore, quanto magis credemus eam a uiuo corpore non eſſe ſeparatam in ſacramento. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. 1 Corin. 10.

Quibus perſuaſum eſt utranq; ſpeciem, laicum participare oportere, quomodo docendi. Cap. XV.

VBi ſunt, quibus cõtra eccleſiæ cõſuetudinem pſuaſum eſt, oportere laicos participare corpus & ſanguinem dñi ſub utraq; ſpecie, ibi docebit parochus hos, q grauatam habent conſcientiam, corpus & ſangui-

nem dñi in altera tantum ſpecie perfecte cõſiſtere, adeo ut laicus, qui ſub ſpecie panis cõmunicat, nõ tantum corpus, ſed & ſanguinem dñi non minus recipiat, q̃ qui capit ſub utraq; ſpecie, & panis & uini. Eccleſiá quoq; laicis unam tantum ſpeciem dare, qđ pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fidelium eccleſia (cui diſpenſatio ſacramentoꝝ dei cõmiſſa eſt) ſic uiderit expedire. Ná quum nullatenus ambigendum ſit, ſub ſpecie panis non tantum carnem, ne ſub ſpecie uini ſanguinem tantum, ſed ſub quali bet ſpecie totum Chriſtum contineri, cur ſe laicus iudicio eccleſiæ (quam dñs audiri uoluit) nõ ſubmittet? quæ nõ temere, ſed multis rationibus ꝓmota decreuit ſalubrius eſſe, ut non tantum populus, ſed & ſacerdotes nõ ſacrificantes, Chriſtum ſub una tantum ſpecie, quam ſub duabus perciperent: Quid enim panis uiniq; ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationem q̃ ſpecies ſacramẽtales & accidentia ſine ſubiecto, ut non habeat laicus cur queratur ſibi alteram ſubtrahi ſpeciem, ubi totum quod ſub utraq; ſpecie continetur, integre accipiat. De qua re alibi latius dicetur.

Ex Concil. Conſtañ. — Matth. 18. — Amb. de ſacram. c. reuera, de conſe. diſt. 2.

De ueneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. Cap. XVI.

ET quoniá in hoc ſacramento Chriſtus cõtinetur, cohortádus eſt populus, ut ad hæc myſteria cõtremiſcens, quũ in celebratione miſſaꝝ eleuat̃ hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, corporeq; humi fuſo, mente adoret crucifixũ, facturus idem, quum presbyter defert ad infirmum Euchariſtiá, quam ob id paratam ſemp habere debet, ut q ſi quis infirmatus fuerit, ſtatim eum cõmunicet, ne ſine cõmunione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hanc ſalutarem hoſtiam palá ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia & timore ferat & referat lumine ſemp præcedente, ut ſigno populus intelligat, illic eum eſſe præſentem, q eſt candor lucis æternæ. Hæc deniq; ſacroſancta hoſtia reponat̃ ſemp in loco ſingulari, mundo & ſignàto, honorificeq; collocata, deuote ac fideliter cõſeruet̃.

Hono iii. c. Sane, de cele. miſſa. Ex cõc. Mogunt. c. ꝑbr. de cõſ; diſ. 2. in c. ſane.

Qũo tm̃ miraculũ in hoc ſacro fiat, pplus docendus. Cap. XVII.

DOcendus ité eſt pplus, ꝙ tantũ miraculũ in hoc ſacro uirtute Chriſti fiat, nõ ex merito ſacerdotis, qđ & in cæteris ſacramẽtis obtinet, Ná intra ſanctam eccleſiá catholicá in myſterio corporis Chriſti, nihil a bono maius, nihil a malo minus, ꝑficitur ſacerdote, quia nõ in merito cõſecrantis, ſed in uerbo efficit̃ creatoris, & in uirtute ſpiritus ſancti. Si em̃ in merito eſſet ſacerdotis, nequaq̃ ad Chriſtum ꝑtineret. Nunc auté ſicut ipſe eſt q baptizat, ita ipſe eſt qui ꝑ ſpiritum ſanctum hanc ſuá efficit carnem & tranſit uinũ in ſanguinem. Sed hoc tm̃ intereſt, qđ malus ſacerdos ſibi tantum nocet, indigne tanta myſteria tractans, Nam qđ ad ueritaté corporis dominici attinet, ita ꝑcipit hic, cui dicit Apoſtolus: Qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat, ſicut is, cui dicitur: Quí manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego ꝑin eo.

1. corin. 11. — Iohan. 6.

Qũo admonenda plebs ad ſumẽdá Euchariſtiá accedens. Cap. XVIII.

PRæterea inſtruenda plebs eſt, qũo Euchariſtia ſumenda ſit. Et in primis admonenda, quá graue crimẽ ſit, ad tanti ſacri participationem

indigne accedere. Ná Apoſtolus ait: Quicunq; manducauerit pané hunc & biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & ſanguinis. Et iterum hanc horrendá ſententiam congeminans: Qui (inquit manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ diiudicans corpus domini. Ideoq; (uti ſubiicit) multi inter uos infirmi & imbecilles ſunt, & dormiũt multi. Quod ſi noſipſos diiudicaremus, non utiq; iudicaremur. 1. Corin. 11.

Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. Cap. XIX.

PRoinde nemo admittédꝰ eſt, niſi cuius ꝯſcientia parocho ſit, aut cui poteſtas ſup hac re legitime, facta eſt, p exemologeſim explorata, & q pœnitẽti ac cõtrito corde corpus dñi diiudicás acceſſerit, qđ iubet Apoſtolus, quum ait. Probet aũt ſemetipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat, Ne cum Iuda, q cœnæ dñicæ ad iudicium interfuit, locũ diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longe abſit Ná ſi adhuc habet uoluntaté peccandi, grauať magis Euchariſtiæ pceptione, quam purificatur. At contra, quamuis quis peccato mordeatur, ſi tamen pœniteat, & de cætero peccandi uoluntatem nullam habeat, cõfidens de domini miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. 1. Corin. 11. Iohan. 13. Aug. c. quotidie, de cõſ. diſt. 2.

Quatenus alteri q̃ ſuo parocho confeſſus, ad Euchariſtiam admittendus. Cap. XX.

QVi alteri quam ſuo parocho confeſſus eſt, is ſi non factæ confeſſionis ſuſpectus habeatur, teſtimonium adferet ſe cõfeſſum eſſe, cuius etiam conſcientiam uerus ipſe parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere non omittet. Ac generatim ſinguli parochiani, rudiores anno ſaltem ſemel quum adhibunt menſam dominicam, examinandi prius in præceptis domini, articulis fidei, oratione dominica, ac eccleſiæ ſacramentis, maxime baptiſmi & euchariſtiæ.

Intra annum ſaltem ſemel communicandum. Cap. XXI.

ET ut cohortandus eſt populus, quo ſæpenumero communicet, quẽadmodum olim ſingulis diebus dominicis fieri conſueuit (quod quidem nunc quo minus fiat, per laicos ſtat, quibus non debet cœleſtis ille cibus inuitis aut nauſeantibus obtrudi) ita ad mimimum populus ipſe in diſciplina eccleſiaſtica retinendus eſt, ut ſaltem toto anno ſemel ab omnibus qui ad diſcretionis annos perueniſſent, confeſſis & contritis, Euchariſtia ſumma cum reuerentia ſuſcipiatur. Olim qui nõ communicaſſent in anno ſaltem ter, in paſchali uidelicet, penthecoſte, & natali dñi, inter fideles catholicos non cõnumerabantur, ſed quum ſenſim omnis pene refrixerit charitas, in hoc quoq; eccleſiaſtica diſciplina cœpit eſſe remiſſior. Ex Concil. gñali. c. oẽs. de pœnit. & remiſſ. Ex cõci. Tolet. & Liber. de cõſ. diſ. 2. oẽs homo.

Quorum admoneri populus hoc ſacramentum participaturus maxime debeat. Cap. XXII.

OMnium aũt maxime inſtruendus eſt populus, ut recta fide accedat, ſermoni dñi firmiter credens, quo nos edocet Chriſtus, dicens: Hoc eſt corpus meum qđ pro uobis tradeť. Hoc facite in meá cõmemorationem. Quibus uerbis & ueritaté ſui corporis aſtruit, & credentibus, Aug. c. timorem, de cõſ. diſt. 2. Matth. 26.

digneque ſuſcipientibus, remiſſionem peccatorum promittit, iubens ut hoc faciamus in ſuam cõmemorationem. Porro anima quæ fidem habet & eiuſmodi Chriſti uerbis credit, in memoriam Chriſti ſacramentum edit, quum ſecum recogitat, quemadmodum unigenitus filius dei, ob perditũ hominem deo patri reconciliandum, & delendum, quod contra nos ſcriptum erat chirographum, de cœlo deſcenderit, ſemetipſum exinaniuerit ac humiliauerit, factus obediens patri uſque ad mortem, mortem aũt crucis. In quo maxima erga nos dei charitas commendatur, qui unico filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis a peccati & ſatanæ uinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem & affectum deo ſuggerente, præparare debet in animo ſuo is, qui Euchariſtiam percipit.

Coloſſ. Philip. 2. Ephe. 2. Johan. 3.

Docendus quoque, cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & uini inſtitutum ſit. Cap. XXIII.

Aug. in ſermo. de dedicatione eccl.

NEque interim negligendũ, ſed ꝑpetuo inculcãdum erit, hoc ſacramentum corporis & ſanguinis dñici, ſub ſpecie panis & uini inſtitutum eſſe, ut præter ueritatem corporis & ſanguinis (quæ in eo cõtinetur & recipitur) quoddam etiã eximium ſignum mutuæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum diuus Paulus inquit: Quoniã unus panis & unum corpus multi ſumus, q de uno pane & de uno calice participamus. Quamobrem ab huius cõuiuii ſpirituali participatione lõge abſunt, q inuidiæ uel odii ueneno infecti, aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque ſunt qui cõmunicare deſiderant, ut depoſita omni ſimultate, diligant alterutrum, uti unius corporis membra, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.

1. Corint. 10

Quomodo ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendam miſſam ſe præparabit. Cap. XXIIII.

DOcendus quoque populus, ut qui iuxta antiquũ eccl'iæ ritũ ſingulis dñicis diebus ad cõmunicandũ corpi & ſanguini dñico nõ ſe præparat, miſſæ ſaltẽ parochiali, hiſce aliiſque feſtis diebus interſit, ut tametſi inter ſacrificantẽ & aſſiſtentes nõ ſit (more illo antiquo) tã frequens ſacramentalis cõio, ſit ſaltẽ ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis cõmunio, ut ſic quodãmodo oẽs ſpiritualiter cõmunicent, cum deſiderio etiã ſacramentaliter cõmunicandi. Ne uero populus ab hac miſſa parochiali & ab auditione uerbi dei diſtrahatur, placuerit nobis, ut ſi quæ ſint aliæ miſſæ legendæ die dñico, hæ inchoentur primum poſt uerbi prædicationem finitã, quemadmodum latius in Viſitatione ſecundum diuerſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

c. Et hoc attendendum de cõſ. diſt. 1. Ex cõc. Carthag. c. ſacerdote, de conſe. diſt. 1.

Docendus populus generatim, quid agatur in miſſa. Cap. XXV.

DOcendus populus generatim, qd agatur in miſſa, & qbus patribus cõſtet. Conſtat ſiquidẽ pſalmodia quem uocamus introitum, inuocatiõe & glorioſa celebratiõe ſanctiſſimæ trinitatis, quæ i cãticis Kyrieeleyſon, & Gloria in excelſis deo, peragunt, precatione ſeu Collecta recitatione uerborum propheticorum aut apoſtolicorum, quam uocamus

Epiſtolam,

Epiſtolam, ſacris canticis, quæ uocamus Gradualia & Alleluia, & quæ ſequunt lectione euangelica, ſymboli recitatione ſeu profeſſione fidei catholicæ cantico, quod nō ſine myſterio Offertorium appellatū eſt, Gratiarū actione, quæ dicta eſt Præfatio, religioſa cōmemoratione mortis, cōſecrationeq́ corporis & ſanguinis dominici, quæ fit in Canone, Rurſus, precationibus, inter quas eſt precatio dominica; Sequitur oſculum pacis, ſymbolum Chriſtianæ charitatis, mox Cōmunio. Rurſus ſacrum cāticum, quod cōmune appellatur & precatio. Poſtremo loco, ſacerdos totum populum uelut in ſuam tutelam receptum, deo benedictione tradit, atq́ commendat ut perſeueret in affectu pietatis, mutuaq́ charitate, quorum quum admonetur populus, incipiet nedum credere, ſed & ſentire, quod in miſſa nihil non ſit pium ac uenerandum.

Corripiendus abuſus eorum, qui ante finitam miſſam irreuerenter diſcedunt. Cap. XXVI.

COrripiendus uero abuſus eſt, quod quidam poſt aſperſam aquā & ante miſſæ introitum exitum faciunt, Quidam poſt auditū & nō intellectum Euangelium abeunt, aliiq́ poſteaquam ſacerdos dixit, Surſum corda, &, Gratias agamus. Atqui tū præcipue populi partes erant, quando ſubmiſſeus legente aut tacēte ſacerdote, quiſq́ cum deo loquitur. Deniq́ alii ſtatim poſt eleuationem corporis & ſanguinis dominici non expectantes præcipuam miſſæ partē, quæ eſt cōmunio. Antiquiſſimus ergo canon populo rememorādus eſt, qui ſic habet: Omnes fideles quæ in ſolēnitatibus ſacris ad eccleſiam cōueniūt, & ſcripturas Apoſtolorū & Euāgeliū audiant. Qui autē nō perſeuerant in oratione uſq́ dū miſſa peragatur, nec ſanctam cōmunionē percipiunt (quā nos, ut nō exigimus quotidie ſacramentalē, ſaltē ſpiritualē a populo requirimus) uelut inquietudines eccleſiæ cōmouentes, conuenit cōmunione priuari.

Ex cōc. Agateñ. c. miſſas. de cōſ. diſt. 5. & c. ſeq. Cipri. c. qñ' aūt, de conſe diſt. 1.

c. oēs fidales de cōſ. diſt. 1.

Docendus populus, quale ſit Miſſa ſacrificiū. Cap. XXVII.

DOcendus item eſt populus, quale ſit Miſſa ſacrificium, nempe repræſentatiuum. Semel quidē Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, ſemel in manifeſtatione ſui corporis in diſtinctione ſuorum membrorum oīum. Verus deus & uerus homo ſemel tantū in cruce pependit, offerens patri ſeipſum hoſtiam uiuam, & paſſibilem, immortalē, uiuorum & mortuorum redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgēs a mortuis, iam nō moritur, mors illi ultra non dominabitur. Et tamē quotidie immolatur in ſacramento, non quod toties Chriſtus occidatur, ſed quod illud unicum ſacrificiū myſticis ritibus quotidie renouet, quotidianaq́ recordatione mortis dñi (qua liberati ſumus) in edēdo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur, quod olim factum eſt, facitq́ oblatio iſta ſacramētalis moneri nos, tanquā uideamus præſentem dñm in cruce, Elicientes ſubinde nobis ex illo fonte inexhauſto, gratiā ſalutarem, immolamusq́ hoſtiā pro uiuis & defunctis, dum pro illis patrem per filii mortem deprecamur.

Aug. de trini. & in pſal. zo. c. ſemel, de cōſ. diſt. 2. & duob. ſe. 1. Pet. 3. Rnma. 6.

Exequiæ ac Miſſæ defunctis, quando, & cum qua admonitione celebrandæ. Cap. XXVIII.

EXequias ac miſſas quæ pro defunctis peculiariter dicunt, malumus in alium diem transferri, quam die dominico celebrari, niſi tamen plebs diei tranſlatione grauaretur, In quibus etiam ad populum fiat admonitio, declareturq; quibus potiſſimũ modis dei miſericordia pro animabus ambienda ſit, Sic ut interim admoneantur hi, qui funebres pompas ac miſſas gloriæ tantum aucupandæ cauſa inſtituunt, perdere mercedem ſuam. Debet quoq; plebs doceri, pium eſſe, quẽadmodũ ab Apoſtolorum temporibus, eccleſia (quæ columna & firmamentum ueritatis eſt) & docuit & obſeruauit, pro defunctis dominum exorare, & eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri, atq; hæc eis prodeſſe, qui in cõmunione eccleſiæ & ſigno pacis deceſſerunt, & qui cum uiuerent hæc ſibi ut poſtea poſſent prodeſſe, cooperando meruerunt.

c.non æſtimamus.c.tẽpus.13.q.2. Ex prag. Auguſt. 2.Timo.3.

Qui ad exequias euocandi. Cap. XXIX.

AD exequias, quæ extra ciuitatem noſtram Coloniam celebrantur, non euocãdi monachi, nec iſta cohors leuium ac indignorũ ſacerdotum, Aut ſi euocentur, uidendum ipſis ne laſciuiant. Quanquã nobis magis probetur, ut qui uolet, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, is monachos in ſuis monaſteriis ac clericos ſingulos in ſuis templis permanere ſinat, ibidemq; preces ac miſſas peragere. Quonam enim ſpectat concurſus iſte, interdum q̃ par eſt immodeſtior, q̃ ad captandam auram popularem? Cauenda uero ſummopere poſt exequias delicata cõuiuia, crapulæ ac comeſſationes, ne deus placandus magis irritetur.

De pœnitentiæ partibus. Cap. XXX.

IN ſacramento pœnitentiæ explicando ac recte miniſtrando, maturitate multa ac diligentia opus eſt. Veteres orthodoxi pœnitentiæ partes tres nobis tradiderunt, Contritionem, cõfeſſionem, ac ſatisfactionem, ſeu fructum pœnitentia dignum. Quanquã pœnitentia quatenus ſacramẽtum dicitur, potiſſimum in abſolutione presbyteri cõſiſtat, quia ille ex uirtute uerbi & clauium ſibi a Chriſto traditarum, peccatorẽ pœnitentem, & in miſericordia dei ſperantẽ, a peccatis ſuis abſoluit, de quibus paulo latius in Enchiridio dicemus.

Iohan.20.

Prima pœnitentiæ pars, contritio, in ſuggeſto ſemper pertractanda. Cap. XXXI.

PRima pœnitentiæ pars, quũ omnis euangelicæ prædicationis exordium ſit, nunquã non eſt in ſuggeſto pertractanda. Hac enim cõſugitur ab ira dei ad miſericordiã, hac conuertimur ab operibus mortuis ad deũ uiuentẽ, hac ſubducimur a peccati ac diaboli laqueis, ac concorporamur Chriſto. Vnde a pœnitẽtia præcurſor Iohannes, deinde Chriſtus ipſe, ac princeps Apoſtolorũ Petrus, prædicationis euangelicæ doctrinam ſunt exorſi. Pœnitentia autem tum recte prædicatur, quũ arguũtur ſcelera ac flagitia per uerbum dei, & incutitur populo timor iræ, indi-

Hebræ.6. Matth.3. Actoꝝ.2.

gnationisq; ac iuſti iudicii dei,certo certius manẽtis eos, qui male agũt Roma.2.
ac male agendo pſeuerant.Subinde uero uino oleum miſcendum eſt,ut
ex aío uereq; territis ac conuerſis promittaſ gratia ac miſericordia. Ad
eum modũ Paulus ad Epheſios ſcribens:Hoc(inqt)ſcitote,quod omnis Ephe.5.
fornicator aut imũdus,aut auarus(quod eſt idolo℞ ſeruitus)nõ habet
hæreditatem in regno Chriſti &dei.Nemo uos ſeducat inanibus uerbis,
propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidẽtiæ.Nolite ergo effici par-
ticipes eo℞.Et iterũ ad Galatas:Manifeſta autẽ ſunt opera carnis, quæ Gala.5.
ſunt,fornicatio,imunditia,impudicitia,luxuria,idolo℞ ſeruitus,ueneficia,inimicitiæ,cõtẽtiones,æmulationes,rixæ,iræ,diſſenſiones, ſectæ,in-
uidiæ,homicidia,ebrietates,comeſſationes & his ſimilia, quæ prædico
uobis,ſicut prædixi,quoniã q talia agũt,regnũ dei non conſequentur.

Neminem non ad pœnitentiam inuitari. Cap. XXXII.

IAm,quanquã nemo ꝯuertatur ad dñm, niſi tractus per patrẽ,attamẽ
nemo hic excuſationẽ prætexat,ꝙ non trahatur,quod ille ſemper ſtet Iohan.6.
ante oſtium pulſans,nimirum per internum & externũ uerbũ, cõmo-
nens ut conuertamur a uia noſtra peſſima,& inclamans,quoniã ira,in-
dignatio,tribulatio.,& anguſtia in omnẽ aíam hoís operantis malum.
Gloria autem & honor & pax omni operanti bonũ.Hic cõcuſſis cõſciẽ Roma.2.
tiis cõmonſtrandus eſt Samaritanus ille, qui infundit uinum & oleum, Luce.10.
qui ſanat oẽs ꝯtritos,& alligat omnes ꝯtritiones eo℞. Filioli mei(inqt Pſal,146.
diuiniſſimus Iohannes)hæc ſcribo uobis,ut nõ peccetis.Sed & ſi qs pec 1.Iohan.2.
cauerit,aduocatum habemus apud patrẽ,Ieſum Chriſtum iuſtũ,& ipſe
eſt propitiatio ꝓ peccatis noſtris,nõ pro noſtris autẽ tantũ, ſed & ꝓ to-
tius mundi.Hæc eſt doctrina quæ docet mori mũdo & uiuere Chriſto.

Presbyter qui a confeſſionibus eſt,qualis eſſe debeat. Cap. XXXIII.

DE ꝯfeſſione & quotuplex ſit,alibi dicemus. Tantũ quod ad eã quæ
ſacerdoti priuatim fit,attinet,de paucis admonebim⁹. Primũ ma
gnopere neceſſariũ iudicamus,ut ſacerdos,q a ꝯfeſſionibus eſt,ſit integer.
eruditus,ac ſilentii tenax,alioq ſi ad quæſtũ intẽtus ſit,ſi ad malũ ſolici-
ter,ſi curioſior explorator ſit,ſi ꝑtinacibus blandiaſ,ſi intricatã cõſcien-
tiã extricare neſciat,ſi deniq; uel ebrioſus,uel iracũdus,uel leuis,uel ſecre-
ti minime tenax,diſſipãdis magis quã paſcẽdis ouibus uidebiſ idoneus.

Quid confitentẽ docebit prsbyter cõfeſſarius. Cap. XXXIIII.

IN primis autẽ qui huic muneri intẽtus eſt,docebit ꝯfitentẽ, ne ambi-
guis ac ꝑplexis ſermonibus ſe remoretur,& ꝑcontando cogatur uelut
expiſcari crimina(quod ſæpenumero periculoſum eſt)ſed ſimpliciter,
tãquã corã deo aperiat lethalia crimina,& quæ ꝯſciẽtiã onerãt ac lędũt, Roma.14.
quod,ea quæ ꝯtra ꝯſcientiã agunſ,ædificent ad gehennã. Atq; ibi maxi
me opus eſt ſacerdote iudice,diſcernẽte inter lepram & non lepram.

Remedium pro ratione morbi adhibẽdum. Cap. XXXV.

QVod oíbus Chriſtianis præcepit Paulus dicẽs:Rogam⁹ aũt uos fra-
tres,corripite inquietos,ꝯſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos: 1.Teſſ.5.

patientes eſtote ad omnes. Hoc eum q a cōfeſſionibus eſt maxime cōuenit obſeruare, nimirū ut cōſolando erigat puſillanimes per immenſam dei miſericordiā, Præfractos autē obiurget, tremendumq; dei iudicium ante oculos ponat, Denique uti prudētiſſimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quā profuturus ſi putauerit uno collyrio oīum mederi morbis. Monendi ergo qui cōfitenť, ſinguli ſecundum ordinem, ſtatum ac ætatem, atq; id per locos quoſdā cōmunes, ex ſcriptura deprōptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxii quomodo tranquillandi. Cap. XXXVI.

QVi nimis anxii ſunt in repetenda ꝯfeſſione uel iteranda apud aliū ſacerdotem, uel etiam in enumerandis circunſtantiis, quales ſunt quidam, qui quantūuis confitendo, conſcientiam tamen uix trāquillare poſſunt, docendi erunt, deum (cui omnia patent) ſynceritatem tantum cordis a nobis requirere, nec tam ſeuerum eſſe exactorē, qui conſcientiam ob unam uel ob aliam delicti circunſtantiam, inter confitendum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatam eſſe uelit. Nā quis omnes erratus ſuos enumerauerit? quemadmodum Dauid ait. Delicta quis intelligit, Ab occultis meis munda me domine.

Pſalm. 18

Moderatio in caſibus reſeruatis. Cap. XXXVII.

IN occultis delictis ex reſeruatione caſuum compertū habemus, nōnihil mali interdū accidere, Vel q̧ peccator nō habens in promptu ſacerdotē, qui illum abſoluat, cōfiteri uel differt uel contēnit, uel quod qui minores ætate ſunt, uel mulieres difficile adducanť, ut ex ſuis parochiis nō ſine leui ſuſpitione ad nos ſeu cōmiſſarios noſtros ꝓficiſcanť. Quare ut ꝯſolamus & uerecundiæ & famæ, uiſum nobis eſt, hanc poteſtatē noſtrā abſoluēdi a peccatis & caſibus noſtræ abſolutioni reſeruatis (occultis tamen) oībus parochis per diœceſim noſtram cōſtitutis, rite ubi ratis, delegāre, Modo tamen Vicarioꝝ noſtroꝝ in pontificalibus conſiliū requirant ac adhibeāt, noſtris tamen Suffraganeis poteſtatē facientes, aliter in diœceſibus ſuis, uti conſultius uidebitur, ſuper hac re ordinādi.

Publicæ pœnitētiæ uſus in eccleſiā reuocādus. Cap. XXXVIII.

IN publicis uero criminibus, quē admodum neceſſe eſt, ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitētiæ regredi, atq; adeo ad Chriſti & ſui diſcipuli Pauli inſtitutum reuerti, qui ad Corinthios exēplo oſtendit: Quomodo oporteat eccleſiam in publice peccantem animaduertere, donec ipſi publice peractā pœnitentia ſatisfecerit. De quo fuſius dicemus ſub titulo de iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa.

1. Corin. 5.

Recitatā confeſſione, quid agendū per parochum. Cap. XXXIX.

PEracta cōfeſſione, ſub abſolutione ſacerdos monebit ꝯfitentem, ut quod admiſſum eſt, deteſtetur, ut ſic deinceps uitā inſtituat, ne in ullū lethale crimen poſthac incidat, quemadmodū Chriſtus ad mulierem dixit: Vade & noli amplius peccare, utq; eum affectum habēs, credat p dei miſericordiam in uirtute ſanguinis Chriſti p abſolutionē impartiendā

Iohan. 8.

in uerbo

in uerbo eius ſibi remiſſum iri peccata. Iniungat etiam illi fructū dignū pœnitentiæ facere, ac tum deniq; imponat manū ac abſoluat ꝓfitētem.

In matrimonii ſacramento quid agatur. Cap. XL.

DVm matrimonio iungunt parochi uirum ac mulierem, docebūt, matrimoniū inſtitutū eſſe a deo, ꝯfirmatū per Chriſtum, ut Geneſeos ſecundo, & Matth. xix. legimus. (Gene. 1. Matth. 19.) Quod ſacramentum ſi qs, ſicut decet, acceperit, accedente ſacerdotali precatione, confert donum ſpiritus, quo uir diligat uxorē amore caſto, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiā. Mulier uiciſſim, propter Chriſtum amet, reuereaturq; uirum ſuum uti dominū. (Ephe. 5.) Vterq; liberos (ſi dentur) ſumma cura inſtituāt ad Chriſtianam pietatē. Copioſam monendi materiam Paulus ad Ephe. v. ſubminiſtrat.

Quemadmodum monendi ſunt, qui matrimonium contrahere affectant. Cap. XLI.

QVum matrimonium ante lapſum Adæ, propter pcreādos liberos inſtitutum, ac benedictione dei firmatū ſit, qua dixit ille: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. (Aug. de Geneſi ad litam. lib. 9. c. 3. & ſequen.) Peculiariter autem homini, Erūt duo in carne una. Propterea relinquet homo patrē & matrē ſuam, & adhærebit uxori ſuæ. (Gene. 1. Gene. 2.) Nec ratio ꝯiunctiōis, ſeu benedictio poſt lapſum defecit, ſed tantū quod ſanis potuit eſſe officiū, id ægrotis factum etiā ſit remedium, Dum utriuſq; ſexus infirmitas propendens in ruinā turpitudinis, recte excipitur honeſtate nuptiarum. Quēadmodum diuus Paulus ait: Vnuſqſque uxorem ſuam habeat propter fornicationē, nimirū uitandā. (1. Corin. 7.) Monendi ſunt qui matrimoniū contrahere affectant, ne alius affectus ipſos huc rapiat, ut ſit honorabile coniugium ac cubile impollutum. Nam ſi neq; ob prolem ſuſcitandam, neq; ob fornicationē uitandam, ſed potius diuitiaꝝ aut opum nanciſcendaꝝ, aut alterius rei gratia matrimonium ꝯtrahatur, perperam agitur ac grauiter in ſacramētū peccatur. Hic, quæ Tobiæ. vi. vii. et. viii. ſcribunt, enarrari, ꝓponi, ac doceri conueniet. Vbi locus pulcherrimus eſt, exemplo cōmōſtrans. (Tob. 6. 7. 8.) Quēadmodum bona uxor donum dei ſit debitum timenti dn̄m, quomodo in timore dei apparētibꝰ, nō luxuriæ cauſa, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicat nomen dei in ſecula petenda. Quo pacto coniugii cōſcriptione facta, tradenda, Quēadmodum etiam conuiuiū nuptiale cū laude & benedictione dei agendum. Deniq; quomodo precandus ſit deus per coniuges ut benedictionē ſuam in ipſos, quos cōiūxit, impleat. Hæc enim decent ſanctoꝝ filios, qui nō debent ita coniungi ſicut gētes quæ ignorant deum, Eritq; horrendū illud exemplum de ſeptē Saræ uiris a dæmonio occiſis replicandū. His nanq; (ut Raphael angelus apud Tobiam ait) qui coniugiū ita ſuſcipiunt, ut deum a ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut equus & mulus, in quibus nō eſt intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrē uehemēter comprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi ante eccleſiaſticā coniunctionē, ieiunio ſe præparant & ſacram euchariſtiam ſumunt.

Matrimonium tria complecti. Cap. XLII.

Aug. de Geneſi ad lıtam li.9.c.7.10.3.

DOcendi itaque breuiter,matrimonium tria complecti,fidem,prolem,& ſacramentum.In fide attenditur ;ne præter uinculũ coniugale,cum altera uel altero concũbatur.In prole,ut amãter ſuſcipiatˀ, benigne nutriatur,religioſe educetˀ.In ſacramento autẽ,ne coniugium ſeparetur,neue dimiſſus aut dimiſſa etiã prolis cauſa alteri coniungatˀ.

Pium uotum,& in clandeſtine contrahentes cenſura. Cap. XLIII.

Ex canoni. Euariſti.

OPtandum,ut canon Euariſti pontificis Concilio generali renouetur,tollanturq; illa clandeſtina matrimonia,quæ inuitis parentibus ac ꝓpinquis,Veneris potius quam dei cauſa ꝯtrahuntur Nã quãta ex his clãdeſtinis matrimoniis mala ſuboriantˀ,in aperto eſt.Interea uero donec eccleſia de hoc ꝓſpiciat,ſi nõ irrita,ꝓhibita ſaltẽ ſint, & pœnæ canonicæ,hoc eſt,excõmunicationi,contrahentes,& qui his ope aut cõſilio affuerint ; ſubiaceant,quam nec tam facile,niſi eccleſiæ ſatisfiat,tolli admodũ expedire nobis uidetˀ.Quantũ fieri poteſt,cauebit parochus, ne liberos citra parentũ authoritatẽ coniungat Quod ſi parentes negligentes ſuerint,aut in admittendo matrimonio iam contracto rigidiores negatores,admonebit eos,ut liberos maturæ ætatis elocẽt,neue uinculo iam per eccleſiam indiſſolubili pertinacius obluctentur.

Coniunctio coniugum in facie eccleſiæ peragenda.

Cap. XLIIII.

COniunctionem per ſacerdotem cũ benedictione ſacerdotali ac precibus inter miſſarum ſolennia in templo ſecundũ antiquos canones & eccleſiaſticũ ritũ fieri decernimus.Superbia ac faſtu tumidis (qui in priuatis domiciliis malũt quã in tẽplo,ubi eccleſia ꝯuenit,ac cõiungendis bene precatur)copulari,nõ inepte quis oppoſuerit illud Pauli num:Num eccleſiã dei ꝯtemnitis?Nec ſacerdos ante quoſlibet coniugio iungat, niſi edictis aut proclamationibus tribus publice e ſuggeſto ad populum factis,præcedentibus,ob multas ac uarias fraudes euitandas. Contra hæc haud facile,ſed tãtum ubi ratio admodum neceſſaria, hoc ipſum fieri poſtulauerit,Idq; non,niſi cauſa cognita,diſpenſabitur.

1.Corin.11.

Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio non coniungendos. Cap. XLV.

PEregrini & ignoti non coniungãtur,niſi legitimis teſtimoniis doceant ſe ubi ante uerſati fuerint nullis matrimonii uinculis aſtringi,ipſisq; per ſuum parochum licere per alium parochum copulari.

In gradibus conſanguinitatis ac affinitatis,Concilium generale obſeruandum. Cap. XLVI.

Ex cõcil.generã.c.Non debet,de cõſang. & affi.

QVod ad gradus conſanguinitatis ac affinitatis attinet,qui matrimonium contrahendum,ac contractum dirimunt,decretũ Concilii generalis obſeruabitur.Hic ſi parochi in dinumeratione graduum addubitauerint,peritiores conſulent.Vbi Romanus pontifex diſpenſatorio diplomate matrimonium ſecus contractum, approbãdum

iuſſerit, examinentur cauſæ diligentius, quæ diſpenſationem extorſerũt. Quæ ſi comperiantur aliter, quam narratum eſt, ſe habere, non dubiũ eſt, diſpenſationem nullius roboris eſſe.

Ludrica tollenda. Cap. XLVII.

LVdicra illa, quæ in templis poſt coniunctionem ſacerdotalem fieri conſueuerũt, ueluti in pulſando ſponſo, atque alia eiuſdem generis, penitus tollantur. Nam res ſeria, quam deus ipſe inſtituit, benedixit, inuiolabilemq; decreuit, agitur.

De ſacro ordine dictum eſſe prius. Cap. XLVIII.

DE ſacro ordine, & quæ ſalutaris gratia hoc ſacramento conferatur. Quæ deniq; in eodem ſacramẽto conferendo obſeruari oporteat, titulo primo, qui de munere epiſcopali eſt, abunde diximus.

Cur adhibeatur extrema unctio. Cap. XLIX

REſtat extrema unctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta eſt) adhibetur, ut uel conualeſcat ægrotus, ſi deo ita uiſum, uel cum fide bonaq; ſpe obdormiat in domino.

Quomodo imponenda unctio extrema. Cap. L.

EST autem unctio impendenda cum expoſitione unctionis & mádati apoſtolici, quod ſic habet: Infirmat aliquis in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittuntur ei. Poſtremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortem, quemadmodum Enchiridion docebit. Iaco. v.

A ſepultura nemo in communione eccleſiæ diſcedens, repellendus. Cap. LI.

QVod ad ſepulturam attinet, Quis poterit negare rem longe piſſimam eſſe, & in ueteri & in noua lege accurate obſeruatã, ut Christianorum (qui ſpem reſurrectionis habent) corpora, nõ pecudum more diſiiciantur, ſed in cœmeterii ſinum recondãtur, quod etiam alto myſterio non caret. Ab hac ergo ſepultura, nemo Chriſtianus, qui in cõmunione deceſſit eccleſiæ, arceatur, etſi caſu mortuus fuerit. Quũ enim communicabatur uiuenti, & mortuo cõmunicandum eſt. Soli uero hæretici, excõmunicati publici, latrones, & hi, qui ſibi mortem criminis cõſcientia adacti conſciuerunt, & quos in peccato lethali, nullis pœnitentiæ ſignis præcedentibus, deceſſiſſe conſtiterit, prohibeantur. Gene. 23.25. c. ex parte de ſepult.

Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. Cap. LII.

IN ſepulturis autem & exequiis, mortalitatis atque huius calamitoſæ uitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præſentes, ut recogitent ſibi eodem modo hinc excedẽdum eſſe, ſeſe in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam ſemper oporteat ſuſpirare. Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis dei miſericordiam commonendi ſint, ſupra diximus. Hebræ. 11.

DE VICTV PAROCHORVM. Cap. I.

Ex côci. To-
leta. 11 c. 8.

SVpereſſet ut de uictu parochorum diſpiciamus. Hic in primis, quod Chriſtus docuit, & ſacri canones maxime ſtrio præceperunt, præmittendum duximus, Nempe ut ſacramenta eccleſiaſtica gratis miniſtrentur, dicente domino Gratis accepiſtis, gratis date. Quamobrem neq; pro baptizandis, conſignãdisq; fidelibus, neq; pro collatione chriſmatis, uel promotionibus graduum, neq; aliis ſacramentis diſtribuẽdis pretia quælibet uel præmia, niſi quid uoluntarie offeratur, recipiẽda ſunt. Neminẽ quoq; ad quæſtuoſas exequias cogi aut pro ſepultura munus aut pretium exigi uolumus, ſecundum canonicas ſanctiones. Cuſtodi interim ac ueſpilloni, de ſua mercede nihil detrahentes.

Matth. 10.
Ex côc. Tri-
buren. ac.
Varen.

Parochis uictus neceſſarius ſuppeditandus. Cap. II.

c. in eccleſiaſtico. c. pcipiendum. 13. q. 2.
Deute. 25.
Marci. 10.
1. Timo. 5.
1. Corin 9.

AT quum lex diuina præcipiat, non alligandum os boui triturãti. Quod utique non boum cauſa, ſed propter nos dictũ Chriſtus in Euãgelio explicat: Dignus (inquiens) eſt mercenarius mercede ſua. Ac Paulus toto capite, ix. primæ ad Corinth. cõfirmat: Quis enim militat ſuis ſtipẽdiis unquam? Quis plantat uineã, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Neq; enim magnum eſt ſi qui ſpiritualia ſeminant, carnalia etiam metant. Quamobrẽ diſpiciendũ eſt, ut parochis Euangelii prædicatoribus, certa ac competẽs ſubminiſtratio uictus & ueſtitus fiat, idq; ad eum modũ, ne in adminiſtrandis ſacramentis quippiam exigendo, oneri ſint parochianis, aut cibum uicatim diſcurrendo emendicare cogantur, quo nihil turpius aut ſordidius.

Vicecuratos quos uocant, ex prouentibus eccleſiæ congruam ſuſtentationem recepturos. Cap. III.

IN primis igitur, qui p uicarios ſeu Vicecuratos eccleſias parochiales regẽdi poteſtatẽ a nobis acceperunt, iiſdẽ uicariis tãtã ex pueñtib⁹ eccleſiæ partẽ aſſignabunt, quã uitã ɔgrue ſuſtẽtare poſſint. Qđ nos interuiſitandum pro ratione locoꝝ ac parochiarum ut fiat, ordinabimus.

Qui eccleſias unitas habent, Vicariis perpetuis portionem congruam aſſignare oportere. Cap. IIII.

c. ſuſcepti de. pben. & dignita. li. vi.

ECcleſiæ cathedrales ac collegiatæ, itidem monachi ſeu religioſi, qui eccleſias parochiales aut ſuis eccleſiis uel monaſteriis unitas habẽt, aut regendas aliis cõmittunt, aut præſentando cõmitti procurant, adeo interdũ omnem prouentum emungunt, ut reſidui redditus, qui rectoribus eccleſiaꝝ permittũt, ut nimis tenues ſint & exiles. Quamobrem noſtræ curæ erit, ut tanta portio rectoribus iſtis aſſignetur unde iura epiſcopalia ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere poſſint.

Vbi redditus non ſuffecerint, quid agendum. Cap. V.

Ex Viennẽ. conci. clem. ſi una.

VBi uero redditus eccleſiarum non ſuffecerint, iuris cõſilium ſequendum putamus, Nempe ut duæ uniantur, aut ſi id graue uidebitur, ſal-

tem una,aut plures etiã uicariæ,quæ ad altaria ĩ eiuſcemodi eccleſiis fundatæ ſunt,ipſi eccleſiæ parochiali(ut uocant)incorporent, Sic tamen, ut quoad fieri poteſt,ꝑ parochũ officium, ob qđ uicariæ illæ fundatæ ſunt, minime negligat.Porro,decimas potiſſimum parochis ac eccleſiæ miniſtris deberi nõ dubium eſt.Nunc quum illæ paſſim a laicis magna ex parte uſurpentur,neq; facile ex eoꝝ manibus diuelli poſſint,uidendum num diligenti cohortatione,aut alia uia iuri cõſentanea,parocho(cui eccleſiæ redditus ad uictum non ſufficiunt)hinc aliquid emendicari poſſit.

Denarius conſuetus,ſed duplicatus pendendus. Cap. VI.

POſtremò loco iuſtum ac decens putam?, ut ſinguli parochiani denarium illum cõſuetum,ſed duplicatũ,ſaltem in anno quater,uidelicet in feſtis illis maioribus,ueluti in Natali dñico,Paſchate,Penthecoſte,Aſſumptioneq; uirginis glorioſæ; Id eſt ſingulis feſtis duos denarios parocho pendãt. Neq; eñi tantillum offerre ulli oneroſum eſſe aut uideri põt. Quis eñi tam ſordidus eſt,q nõ æquum putet,modicum qđ caduci ac tẽporalis ſubminiſtrare illi,a quo ſpiritualia ac æterna uiciſſim repetit.Certe oẽs ſcire debent,eos,q in ſacrario ſunt,edere, Et qui altario deſeruiunt, cum altario participare. Nã & dñs ordinauit his,q Euangelium annuntiant,de Euangelio uiuere. I. Corin. 9. Qui ſe unicą ſolutione (quæ uno albo rotato fiet)liberare uolet,id ipſi libeꝝ eſto. Ne uero parochus aut in contentionem aut ſuſpitionem trahat, potius hæc pecunia ꝑ eccleſiæ œconomos aut alios ꝓbatæ fidei uiros colligetur,ac ipſi parocho numerabitur.

Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. Cap. VII.

LAudabilem tamen conſuetudinem in ciuitate noſtra Colonieñ. erga ſanctam eccleſiam,pia deuotione fidelium introductam, per has noſtras ſynodales conſtitutiones nolumus immutare, donec ipſis parochis intra eandem ciuitatem de ſufficientiori uictu fuerit prouiſum.

DE CONSTITVTIONIBVS AC CONSVEtudinibus eccleſiaſticis. Cap. I.

DE CONSTITVTIONIBVS HVMANIS AC eccleſiaſticis conſuetudinibus magna in præſentiarum in eccleſia dei concertatio eſt,quã eccleſiæ turbatores, ut eccleſiæ authoritatem euerterent, ad nihilumq; redigerent inuexerunt. At populus hic docendus eſt, ſanctoꝝ pattum regulam ſequi, q diligenter admonent,traditiones eccleſiaſticas,præſertim quæ fidei nõ officiunt, ita obſeruandas, ut a maioribus traditæ ſunt. Sunt autem illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus,non unius generis, quemadmodum diuus Auguſtinus tradit. Aug. ad Ianuariũ. c. illa autẽ. 11. diſt. Alia enim toto terraꝝ orbe obſeruantur a patribus,nobis quaſi per manus tradita. Quæ quidem putanda ſunt,uel ab ipſis Apoſtolis,uel ex ple-

natiis Conciliis (quorum eſt in eccleſiis ſalubertima authoritas) commendata, atq; ſtatuta retineri, ueluti quod paſſio & reſurrectio & aſcenſio in cœlum, aduentus ſpiritus ſancti, & quadrageſima annua ſolennitate celebrantur, Quod die Veneris a carnibus abſtinetur, atq; alia multa, quæ ab uniuerſis merito obſeruantur. Alia uero, quæ per loca terrarũ, regionesq; uariant, ſicut eſt, quod alii ieiunant diem Mercurii, alii non, alii quotidie cõmunicant corpori & ſanguini dñi, alii certis diebus accipiũt. Et ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes. Quod enim neq; contra fidem catholicam, neq; contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos uiuitur, ſocietate ſeruãdum. Sic diuus Ambroſius Auguſtinum docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad quancunq; forte eccleſiam (nimirum in unitate catholicæ eccleſiæ permanentem) ueneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non uis eſſe ſcãdalum, nec quenquam tibi: ſed de his, ac quatenus eccleſiæ iſtæ conſtitutiones obligent, alibi latius dicemus.

Ieiunia ab eccleſia indicta, reuerenter obſeruanda. Cap. II.

Aug. in Ioh. c. ieiuniũ aũt magnum de conſe. diſt. 5.

IEiunia ergo ab eccleſia indicta, reuerẽter obſeruari uolumus, admonendusq; populus cur ſint inſtituta, Nempe ut corpus p intemperantiam cibi ac potus luxurians caſtigetur, in ſeruitutemq; redigatur, quo aĩus pegrtior ac liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuinæq; uoluntati ſeſe attemperet. Magnum certe & generale ieiunium eſt, abſtinere ab omnibus iniquitatibus & ab illicitis uoluptatibus ſeculi. Ad hoc perfectionis qui nondũ peruenit, is eccleſiæ indictum huc uocans, haud contemnat.

Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. Cap. III.

Coloſſ. 2.
1. Timo. 4.

QVi eccleſiæ ordinationem irrident, illiq; diuum Paulũ opponunt, quaſi is ieiuniis eccleſiaſticis cõtradicat, grauiſſimã utriq; cõtumeliam (Apoſtoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferunt. Non enim eccleſia aliquod cibi genus perpetuo interdixit, aut Iudaicum ciborum delectum contra apoſtolicã doctrinã inuexit, quinimmo cum Paulo ſemper docuit, doctrinam eſſe dæmoniorum, cibum aliquem immundum iudicare, & ꝓhibere, quem deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his q cognouerunt ueritatem, Quod ſcilicet oĩs creatura dei bona ſit, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur. Sed potius eccleſia ueteris legis ac apoſtolicorum uirorum exempla ſequuta, ieiunia quædam publica certis diebus induxit, iubens tum a carnibus abſtinere, & cibis aridioribus uti, nõ quod carnes immundæ ſint, ſed ut luxui temperetur. Qua de re in Gangrenſi Concilio (quod non multo poſt Apoſtolorũ tempora obſeruatum eſt) pari cenſura dãnati ſunt, tum hi, qui nonnullos cibos carnium illicitos reputarunt, tum illi qui, præter neceſſitatem corporalem ſuperbientes ieiunia cõmunia totius eccleſiæ putauerint contemnenda, perfectã in ſua ſcientia rationem uindicantes, quos anathema eſſe Concilium illud decreuit. Atque alia

Ex Concil. Gangren.

multa(quæ nunc in contentionem rurſus uocantur)ut ſuccincte admodum,ita Chriſtianiſſime ac apoſtolico ſpiritu diffiniuit.

Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. Cap. IIII.

CVr uero criminentur hoſtes eccleſiæ eius inſtitutum,non uidemus, quum ipſa nulli iniciat laqueum,quod hanc conſtitutionem adeo ligare nō uelit,ut uel charitati uel neceſſitati minime cedere debeat. Quin Imo liberum facit,quolibet tempore quibuſlibet ueſci,modo id uel charitas,uel neceſſitas ſuadeat,adhibito tamen utriuſq; medici (ſi præſto ſint) aut ſaltem alterius,nimirum animæ,conſilio. E. conſiliū de obſer. ieiu.

Quid in ieiunio potiſſimum ſpectandum. Cap. V.

IAm quum in ieiuniis ratio potius indictionis quam abſtinentia ipſa a carnibus ſpectetur,admonendus eſt populus,quum ieiunandum erit, non minus ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula, quā carnium uitanda. Bellaria item illa,magis quam carnes inflammantia.

Redarguuntur qui Quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. Cap. VI.

QVadrageſimæ inſtitutio antiquiſſima eſt,a temporibus Apoſtolorum ad nos uſq; deducta,cuius uiolatores pleriſq; generalibus Cōcilijs,præſertim Toletano octauo, acerrime redarguuntur, religioniq; contraire monſtrantur. Atq; adeo omnes quotquot ſine ineuitabili neceſſitate ſeu fragilitate,euidentiq; languore,ſeu etiā impoſſibilitate ætatis,diebus quadrageſimæ eſum carnium attentare præſumpſerint, alienos a ſancta communione decernit,quod ſacris diebus abſtinentiæ obliti ſint,diſciplinam ac quadrageſimæ dies (quæ anni totius decimæ puſantur,quæ & in oblatione ieiunii domino conſecrantur) temerarie prophanauerint. Quos uero aut ætas incuruat,aut languor extenuat,aut neceſſitas arctat, non ante prohibita, uiolare præſumant, q̃ a ſacerdote permiſſum eſſe,percipiant. Orig. ſuper Leu. Hiero. aduerſus mōta. herę. Ambro. in ſerm. de quadr. 16. Ex Concil. toleta. 8.

Quodo Litaniæ & Rogationes cur inſtitutæ,& quomodo populus admonendus ſit. Cap. VII,

LItanias, ideſt, ſupplicationes, ſeu rogationes, indicto triduano ieiunio ante dn̄i aſcenſionem patribus placuit celebrari. Quibus omnes intereſſe iubentur, ut quemadmodum omnes peccauerunt, ſic & omnes pro uenia ſupplicent,Omneſq; ad deū corda cum manibus eleuent. Quāquam potiſſimum Litaniæ iſtæ principio inſtitutæ ſunt, ut tum populus diuina inſtitutione admonitus,clementiam dei exoret,quo peſtes, clades,calamitates, fames, bella, & id genus aduerſa,quæ nobis iuſtiſſimo dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur,ac ſub id anni tempus, nempe Veris(quum bella emergere atq; terræ fructus,qui tum in flore atq; teneri adhuc ſunt,facile corrumpi ſolent)potiſſimum imminet,auertat & tollat. Vt autem eccleſia fiduciam erga deum(quam orantes ac petentes habere neceſſe eſt)tum nobis adaugeat,Heliā proponit hominem nobis ſimilem & paſſibilem,qui in oratione orauit,ut non plueret ſuper terrā, & Ex conc. Aureliā. c. 23. Iaco. vlt, 3. Reg. 17.

non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſus orauit, & cœlum dedit pluuiã,& terra dedit fructum ſuum. Q̃d ſi ſolus Helias petens exauditus eſt, num Chriſtus eccleſiæ ſuæ preces auerſabitur?(Hic interim pplus docendus eſt, qd nõ ſolum quæ animi, ſed & quæ corporis & externa bona ſunt a deo oium authore poſtulare oporteat. Et redarguendi illi, aut ita multo q̃ gentes meliores) qui uel fortunæ uel ſuæ induſtriæ bona temporaria accepta ferunt.

Proceſſiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. Cap. VIII.

QVod proceſſiones p agros & campos peraguntur, rationem qdem habet, nempe qd populus oret, ut ſegetes ac fruges terræ a dño conſeruentur. Verum ut alia plurima, ita ut hic mos hoĩum malitia

Marci.11. deprauatus eſt. Quod p occaſionem talis deambulationis (quæ deo placãdo erat inſtituta) pleraq; ſcelera cõmittãtur. Q uãobrem nobis ſatius uidet, ut hæ aliæq; ſupplicationes ac pceſſiones de cætero intra ſeptã eccleſiaꝝ religioſe fiant, ac ut in tẽplo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur deus, Habeaturq; tum pius rei ac tpi cõueniens ad populum cõmonitorius ſermo Noſtris tñ Suffraganeis liberũ relinquimus, ut ipſi in ſuis diœceſibus de hac re, uti mores regionis patientur, diſpiciant.

Apoca.1.

Admonendus populus cur feriæ inſtitutæ. Cap. IX.

DIligenter quoq; populus admonendus eſt, cur feriæ, & potiſſimum dies dominicus (qui a temporibus Apoſtolorum in eccleſia dei ſemper celebris fuit) inſtitutæ ſint. Nempe ut tum in unum omnes pariter cõuenirent ad audiendum uerbum domini, ad audiendum quoq; ſacrum, & communicandum. Breuiter, ad uacandum deo ſoli, ut dies illa tãtum

exodi.20. orationibus, hymnis, pſalmis, & canticis ſpiritualibus tranſigatur, Hoc

Deute.5. enim eſt ſanctificare ſabbatum.

In feriis ſoli deo uacandum. Cap. X.

QVamobrem cupimus, hiſce diebus phiberi nundinas, claudi cauponas, uitari comeſſationes, ebrietates, ſumptus, lites, luſus improbos, choræas plenas inſaniis, colloquia praua, cãtilenas turpes. Breuiter om

Eſaiæ.58. ne luxum. Nã hiſce (& quæ hæc fere ſemper cõſequuntur) blaſphemiis ac periuriis nomen dñi prophanatur, ac ſabbatum (quod nos admonet, ut quieſcamus peruerſe agere, & bene facere diſcamus) contamina tur.

Dies dedicationis templi extra Coloniam, uno die ubiq; celebrandus, & quomodo ſit admonendus populus. Cap. XI.

ET quum in diebus feſtis (quæ dedicationi eccleſiaꝝ peculiariter dicati ſunt) plerunq; indigna cõmittãtur, adeo ut uideatur populus tum potiſſimum comeſſationis cauſa cõuenire, uiſum nobis eſt, ut p diœceſes noſtras, uno certo die anni quo eiuſcemodi feſtum dedicationis ĩ metropolitana noſtra colitur, in reliquis quoq; eccleſiis omnibus extra ciuitatem noſtram Coloniam Agrippinam conſtitutis obſeruetur. Nam intra Coloniam ſummo noſtro templo ſuus honos conſtare debet, quod & in aliis oppidis ĩſigniorib⁹, ubi una cæteris eccleſiis præeminet obtinere pla

cuerit,uidelicet ut ibi minores eccleſiæ pridie eius dei q̄ dedicationi eccle-
ſiæ ſummæ eius loci conſecratus eſt, aut die dñico proximo præcedente
ſuas ſingulæ dedicationes celebrent,obſeruetur. Docendus autem eſt po-
pulus,dedicatione templi ſignificari dedicationem eccleſiæ catholicæ ac
cuiuſlibet hominis Chriſtiani,qua copulatur deo. Nā ut diuus Auguſti- August.
nus ait: Quotieſcunq; templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter ac diligen
ter attendimus & ſancte & iuſte uiuimus, quicquid ī templis manufactis
agitur,totum in nobis ſpirituali ædificatione completur. Non enim eſt
mentitus ille,qui dixit: Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. 1.Corin.3.
Et iterum: Neſcitis quia corpora ueſtra templum eſt ſpiritus ſancti.

Cur templa & altaria conſecrentur. Cap. XII.

EX uetuſtiſſima inſtitutione & more receptum eſt,templa & altaria & c.Sicut non
pleraq; alia,q̄bus in templis ad excitandum fidelium animos & diui alii.c.miſſa.
num cultum explendum utimur,cōſecrari,ſolennibuſq; precibus ac bene rū ſolennia.
dictionibus dedicari deo, q̄d in ueteri quidē teſtamento præceptum etiā c.eccleſias,
diuinum habuit. Quemadmodū Exodi.xxxi.& ii. Paralip.xxii.legimus. de cōſ.diſt.1.
Vngitur præterea ſecundum eccleſiaſticam ꝯſuetudinem, quum cōſecra Exodi.31.
tur altare,quum dedicatur templum,quū benedicitur calix, idq; nō ſolū 2.Paralip.22.
ex mandato ueteris legis,uerumetiam exemplo beati Silueſtri,q quum cō
ſecrabat altare,illud chriſmate perungebat. Verum unctionis ſacramen-
tum,aliud quidem efficit & figurat,tam in nouo q̄ in ueteri teſtamento.
Vnde non iudaizat eccleſia, quum unctionis celebrat ſacramentum, ſi- c.1.&fi.de
cut aliqui mentiuntur,qui neq; ſcripturas neq; dei nouere uirtutem. ſacra vnct.

Populus docendus quid agatur & ſignificetur in conſecratio-ne templorum & altarium. Cap. XIII.

QVamobrem populus docendꝰ eſt,hic aliud agi atq; aliud ſignifica
ri quum cōſecratur templum. Funduntur preces dño,ut hunc lo-
cum ſibi peculiariter dedicatum eſſe uelit, ut diabolū & eius potē
ſtatem inde penitus expellat,ut oēs q̄ huc deprecaturi cōueniunt, ex qua
cunq; tribulatione cōſolationis diuinæ beneficia cōſequantur, ut ab oī- 2.Reg.6.
bus pariter cōuenientibus deo laudes ſoluantur,diuinum uerbum audia
tur,ac eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrentur. Peculiariter altare cōſecrat̄,
ut illic oblatio munda deo offeratur, Hoc eſt,ſacrm̄ corporis & ſanguinis
Chriſti,q̄d in memoriam paſſionis dñicæ immolamus. Quod uero pter
preces,aſperſionis etiam atq; unctionis aliarumq; reꝝ ſolennia adhiben-
tur, myſterii ſecretioris plenum eſt. Non q̄ inanimata iſta,gratiæ diuinæ
ſusceptiua ſint, ſed quum hæc uiſibiliter fiunt, admonetur Chriſtianus,
deum oīa hæc p inuiſibilem uirtutem in anima operari, quæ eſt domus 1.Corint.3.6.
deo dedicanda, ubi fides fundamentum facit,ſpes erigit,& charitas con-
ſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ q̄ eccleſiæ cum
Chriſto deſponſationem. Ipſa enim eccleſia catholica ex multis uiuis lapi
dibus adunata,uerum dei templum eſt. Quod ſi dei templum ſumus, al-
tare intus habemus. Altare q̄dem noſtrum,cor noſtrum eſt. In hoc altari

digneq́ʒ ſuſcipientibus, remiſſionem peccatorum promittit, iubens ut hoc faciamus in ſuam cõmemorationem. Porro anima quæ fidem habet & eiuſmodi Chriſti uerbis credit, in memoriam Chriſti ſacramentum edit, quum ſecum recogitat, quemadmodum unigenitus filius dei, ob perditũ hominem deo patri reconciliandum, & delendum, quod contra nos ſcriptum erat chirographum, de cœlo deſcenderit, ſemetipſum exinaniuerit ac humiliauerit, factus obediens patri uſq́ʒ ad mortem, mortem aũt crucis. In quo maxima erga nos dei charitas commendatur, qui unico filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis a peccati & ſatanæ uinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem & affectum deo ſuggerente præparare debet in animo ſuo is, qui Euchariſtiam percipit.

Coloſſ. Philip. 2. Ephe. 2. Iohan. 3.

Docendus quoq́ʒ, cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & uini inſtitutum ſit. Cap. XXIII.

Aug. in ſermo. de dedicatione eccl.

1. Corint. 10

NEq́ʒ interim negligendũ, ſed ꝑpetuo inculcãdum erit, hoc ſacramentum corporis & ſanguinis dñici, ſub ſpecie panis & uini inſtitutum eſſe, ut præter ueritatem corporis & ſanguinis (quæ in eo cõtinetur & recipitur) quoddam etiã eximium ſignum mutuæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum diuus Paulus inquit: Quoniã unus panis & unum corpus multi ſumus, q de uno pane & de uno calice participamus. Quamobrem ab huius cõuiuii ſpirituali participatione lõge abſunt, q inuidiæ uel odii ueneno infecti, aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaq́ʒ ſunt qui cõmunicare deſiderant, ut depoſita omni ſimultate, diligant alterutrum, uti unius corporis membra, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.

Quomodo ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendam miſſam ſe præparabit. Cap. XXIIII.

DOcendus quoq́ʒ populus, ut qui iuxta antiquũ ecclĩæ ritũ ſingulis dñicis diebus ad cõmunicandũ corpi & ſanguini dñico nõ ſe præparat, miſſæ ſaltẽ parochiali, hiſce aliiſq́ʒ feſtis diebus interſit, ut tametſi inter ſacrificantẽ & aſſiſtentes nõ ſit (more illo antiquo) tã frequens ſacramentalis cõio, ſit ſaltẽ ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis cõmunio, ut ſic quodãmodo oẽs ſpiritualiter cõmunicent, cum deſiderio etiã ſacramentaliter cõmunicandi. Ne uero populus ab hac miſſa parochiali & ab auditione uerbi dei diſtrahatur, placuerit nobis, ut ſi quæ ſint aliæ miſſæ legendæ die dñico, hæ inchoentur primum poſt uerbi prædicationem finitã, quemadmodum latius in Viſitatione ſecundum diuerſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

c. & hoc attendendum de cõſ. diſ. 1. Ex cõc. Carthag. c. ſacerdote, de conſe. diſt. 1.

Docendus populus generatim, quid agatur in miſſa. Cap. XXV.

DOcendus populus generatim, qd agatur in miſſa, & qbus partibus cõſtet. Conſtat ſiquidẽ pſalmodia quem uocamus introitum, inuocatiõe & glorioſa celebratiõe ſanctiſſimæ trinitatis, quæ i cãticis Kyrieeleyſon, & Gloria in excelſis deo, peragunt, precatione ſeu Collecta recitatione uerborum propheticorum aut apoſtolicorum, quam uocamus

Epiſtolam,

Epiſtolam, ſacris canticis, quæ uocamus Gradualia & Alleluia, & quæ ſequunť lectione euangelica, ſymboli recitatione ſeu profeſſione fidei catholicæ cantico, quod nõ ſine myſterio Offertorium appellatũ eſt, Gratiarũ actione, quæ dicta eſt Præfatio, religioſa cõmemoratione mortis, cõſecrationeq́; corporis & ſanguinis dominici, quæ fit in Canone. Rurſus, precationibus, inter quas eſt precatio dominica. Sequitur oſculum pacis, ſymbolum Chriſtianæ charitatis, mox Cõmunio. Rurſus ſacrum cãticum, quod cõmune appellatur & precatio. Poſtremo loco, ſacerdos totum populum uelut in ſuam tutelam receptum, deo benedictione tradit, atq́; commendat ut perſeueret in affectu pietatis, mutuaq́; charitate, quorum quum admonetur populus, incipiet nedum credere, ſed & ſentire, quod in miſſa nihil non ſit pium ac uenerandum.

Corripiendus abuſus eorum, qui ante finitam miſſam irreuerenter diſcedunt. Cap. XXVI.

Corripiendus uero abuſus eſt, quod quidam poſt aſperſam aquã & ante miſſæ introitum exitum faciunt. Quidam poſt auditũ & nõ intellectum Euangelium abeunt, alijq́; poſteaquam ſacerdos dixit, Surſum corda, & Gratias agamus. Atqui tũ præcipue populi partes erant, quando ſubmiſſe ſeu legente aut tacẽte ſacerdote, quiſq; cum deo loquitur. Deniq; alij ſtatim poſt eleuationem corporis & ſanguinis dominici non expectantes præcipuam miſſæ partẽ, quæ eſt cõmunio. Antiquiſſimus ergo canon populo rememorãdus eſt, qui ſic habet: Omnes fideles quæ in ſolẽnitatibus ſacris ad eccleſiam cõueniũt, & ſcripturas Apoſtolorũ & Euãgeliũ audiant. Qui autẽ nõ perſeuerant in oratione uſq; dũ miſſa peragatur, nec ſanctam cõmunionẽ percipiunt (quã nos, ut nõ exigimus quotidie ſacramentalẽ, ſaltẽ ſpiritualẽ a populo requirimus) uelut inquietudines eccleſiæ cõmouentes, conuenit cõmunione priuari. Ex cõc. Agatẽſ c. miſſas. de cõſ. diſt. ſ. & c. ſeq. Cipri. c. qñ' aũt, de conſe diſt. 1. c. oẽs fidales de cõſ. diſt. 1.

Docendus populus, quale ſit Miſſa ſacrificiũ. Cap. XXVII.

Docendus item eſt populus, quale ſit Miſſa ſacrificium, nempe repræſentatiuum. Semel quidẽ Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, ſemel in manifeſtatione ſui corporis in diſtinctione ſuorũ membrorum oſum, Verus deus & uerus homo ſemel tantũ in cruce pependit, offerens patri ſeipſum hoſtiam uiuam, & paſſibilem, immortalẽ, uiuorũ & mortuorũ redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgẽs a mortuis, iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur. Et tamẽ quotidie immolatur in ſacramento, non quod toties Chriſtus occidatur, ſed quod illud unicum ſacrificiũ myſticis ritibus quotidie renoueť, quotidianaq́; recordatione mortis dñi (qua liberati ſumus) in edẽdo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur, quod olim factum eſt, facitq́; oblatio iſta ſacramẽtalis moneri nos, tanquã uideamus præſentem dñm in cruce, Elicientes ſubinde nobis ex illo fonte inexhauſto, gratiã ſalutarem immolamuſq́; hoſtiã pro uiuis & defunctis, dum pro illis patrem per filij mortem deprecamur. Aug. de tri ni. & in pſal. zo. c. ſemel, de cõſ. diſt. 2. & duob. ſe. 1. Pet. 3. Roma. 6.

Exequiæ ac Miſſæ defunctis, quando, & cum qua admonitione celebrandæ. Cap. XXVIII.

EXequias ac miſſas quæ pro defunctis peculiariter dicunt, malumus in alium diem transferri, quam die dominico celebrari, niſi tamen plebs diei tranſlatione grauaretur, In quibus etiam ad populum fiat admonitio, declareturq; quibus potiſſimū modis dei miſericordia pro animabus ambienda ſit, Sic ut interim admoneantur hi, qui funebres pompas ac miſſas gloriæ tantum aucupandæ cauſa inſtituunt, perdere mercedem ſuam. Debet quoq; plebs doceri, pium eſſe, quēadmodū ab Apoſtolorum temporibus, eccleſia (quæ columna & firmamentum ueritatis eſt) & docuit & obſeruauit, pro defunctis dominum exorare, & eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri, atq; hæc eis prodeſſe, qui in cōmunione eccleſiæ & ſigno pacis deceſſerunt, & qui cum uiuerent hæc ſibi ut poſtea poſſent prodeſſe, cooperando meruerunt.

c. non æſtimamus. c. tēpus. 23. q. 4.
Ex prag. Auguſt.
1. Timo. 3.

Qui ad exequias euocandi. Cap. XXIX.

AD exequias, quæ extra ciuitatem noſtram Coloniam celebrantur, non euocādi monachi, nec iſta cohors leuium ac indignorū ſacerdotum, Aut ſi euocentur, uidendum ipſis ne laſciuiant. Quanquā nobis magis probetur, ut qui uolet, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, is monachos in ſuis monaſteriis ac clericos ſingulos in ſuis templis permanere ſinat, ibidemq; preces ac miſſas peragere. Quonam enim ſpectat concurſus iſte, interdum q̄ par eſt immodeſtior, q̄ ad captandam auram popularem? Cauendā uero ſummopere poſt exequias delicata cōuiuia, crapulæ ac comeſſationes, ne deus placandus magis irritetur.

De pœnitentiæ partibus. Cap. XXX.

IN ſacramento pœnitentiæ explicando ac recte miniſtrando, maturitate multa ac diligentia opus eſt. Veteres orthodoxi pœnitentiæ partes tres nobis tradiderunt, Contritionem, cōfeſſionem, ac ſatisfactionem, ſeu fructum pœnitentia dignum. Quanquā pœnitentia quatenus ſacramētum dicitur, potiſſimum in abſolutione presbyteri cōſiſtat, quā ille ex uirtute uerbi & clauium ſibi a Chriſto traditarum, peccatorē pœnitentem, & in miſericordia dei ſperantē, a peccatis ſuis abſoluit, de quibus paulo latius in Enchiridio dicemus.

Johan. 20.

Prima pœnitentiæ pars, contritio, in ſuggeſto ſemper pertractanda. Cap. XXXI.

PRima pœnitentiæ pars, quū omnis euangelicæ prædicationis exordium ſit, nunquā non eſt in ſuggeſto pertractanda. Hac enim cōfugitur ab ira dei ad miſericordiā, hac conuertimur ab operibus mortuis ad deū uiuentē, hac ſubducimur a peccati ac diaboli laqueis, ac concorporamur Chriſto. Vnde a pœnitētia præcurſor Iohannes, deinde Chriſtus ipſe, ac princeps Apoſtolorū Petrus, prædicationis euangelicæ doctrinam ſunt exorſi. Pœnitentia autem tum recte prædicatur, quū arguūtur ſcelera ac flagitia per uerbum dei, & incutitur populo timor iræ, indi-

Hebræ. 6.
Matth. 3.
Actor. 2.

gnationisq; ac iuſti iudicii dei, certo certius manētis eos, qui male agut ac male agendo pſeuerant. Subinde uero uino oleum miſcendum eſt, ut ex aío uereq; territis ac conuerſis promittaŕ gratia ac miſericordia. Ad eum modū Paulus ad Epheſios ſcribens: Hoc (inqt) ſcitote, quod omnis fornicator aut ímūdus, aut auarus (quod eſt idolo℞ ſeruitus) nō habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis, propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidētiæ. Nolite ergo effici participes eo℞. Et iterū ad Galatas: Manifeſta autē ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, imunditia, impudicitia, luxuria, idolo℞ ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, cōtētiones, æmulationes, rixæ, iræ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes & his ſimilia, quæ prædico uobis, ſicut prædixi, quoniā q talia agūt, regnū dei non conſequentur. Roma. 2. Ephe. 5. Gala. 5.

Neminem non ad pœnitentiam inuitari. Cap. XXXII.

IAm, quanquā nemo ꝯuertatur ad dñm, niſi tractus per patrē, attamē nemo hic excuſationē prætexat, q non trahatur, quod ille ſemper ſtet ante oſtium pulſans, nimirum per internum & externū uerbū, cōmonens ut conuertamur a uia noſtra peſſima, & inclamans, quoniā ira, indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnē aíam hoís operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonū. Hic cōcuſſis cōſciētiis cōmonſtrandus eſt Samaritanus ille, qui infundit uinum & oleum, qui ſanat oēs ꝯtritos, & alligat omnes ꝯtritiones eo℞. Filioli mei (inqt diuiniſſimus Iohannes) hæc ſcribo uobis, ut nō peccetis. Sed & ſi qs peccauerit, aduocatum habemus apud patrē, Ieſum Chriſtum iuſtū, & ipſe eſt propitiatio ꝓ peccatis noſtris, nō pro noſtris autē tantū, ſed & ꝓ totius mundi. Hæc eſt doctrina quæ docet mori mūdo & uiuere Chriſto. Iohan. 6. Roma. 2. Luca. 10. Pſal. 146. 1. Iohan. 2.

Presbyter qui a confeſſionibus eſt, qualis eſſe debeat. Cap. XXXIII.

DE ꝯfeſſione & quotuplex ſit, alibi dicemus. Tantū quod ad eā quæ ſacerdoti priuatim fit, attinet, de paucis admonebim⁹. Primū magnopere neceſſariū iudicamus, ut ſacerdos, q a ꝯfeſſionibus eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilentii tenax, alioq ſi ad quæſtū intētus ſit, ſi ad malū ſollicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi ꝓtinacibus blandiaŕ, ſi intricatā cōſcientiā extricare neſciat, ſi deniq; uel ebrioſus, uel iracūdus, uel leuis, uel ſecreti minime tenax, diſſipādis magis quā paſcēdis ouibus uidebiŕ idoneus.

Quid confitentē docebit prsbyter cōfeſſarius. Cap. XXXIIII.

IN primis autē qui huic muneri intētus eſt, docebit ꝯfitentē, ne ambiguis ac ꝑplexis ſermonibus ſe remoretur, & ꝑcontando cogatur uelut expiſcari crimina (quod ſæpenumero periculoſum eſt) ſed ſimpliciter, tāquā corā deo aperiat lethalia crimina, & quæ ꝯſciētiā onerāt ac lędūt, quod ea quæ ꝯtra ꝯſcientiā aguńt, ædificent ad gehennā. Atq; ibi maxime opus eſt ſacerdote iudice, diſcernēte inter lepram & non lepram. Roma. 14.

Remedium pro ratione morbi adhibēdum. Cap. XXXV.

QVod oíbus Chriſtianis præcepit Paulus dicēs: Rogam⁹ aūt uos fratres, corripite inqetos, ꝯſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, 1. Teſſ. 5.

patientes eſtote ad omnes. Hoc cum q a cōfeſſionibus eſt maxime cōue-
nit obſeruare, nimirū ut cōſolando erigat puſillanimes per immenſam
dei miſericordiā, Præfractos autē obiurget, tremendumq; dei iudicium
ante oculos ponat, Deniq; uti prudētiſſimus medicus, pro morbi quali-
tate temperabit medicinam, obfuturus magis quā profuturus ſi putaue-
rit uno collyrio oīum mederi morbis. Monendi ergo qui cōfitenť, ſingu-
li ſecundum ordinem, ſtatum ac ætatem, atq; id per locos quoſdā cōmu-
nes, ex ſcriptura deprōptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxii quomodo tranquillandi. Cap. XXXVI.

QVi nimis anxii ſunt in repetenda ꝯfeſſione uel iteranda apud aliū
ſacerdotem, uel etiam in enumerandis circunſtantiis, quales ſunt
quidam, qui quantūuis confitendo, conſcientiam tamen uix trā-
quillare poſſunt, docendi erunt, deum (cui omnia patent) ſynceritatem
tantum cordis a nobis requirere, nec tam ſeuerum eſſe exactorē, qui cōn
ſcientiam ob unam uel ob aliam delicti circunſtantiam, inter confiten-
dum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatam eſſe uelit. Nā quis
Pſalm. 18 omnes erratus ſuos enumerauerit? quemadmodum Dauid ait. Delicta
quis intelligit, Ab occultis meis munda me domine.

Moderatio in caſibus reſeruatis. Cap. XXXVII.

IN occultis delictis ex reſeruatione caſuum compertū habemus, nōni-
hil mali interdū accidere, Vel ꝙ peccator nō habens in promptu ſacer-
dotē, qui illum abſoluat, cōfiteri uel differt uel contēnit, uel quod qui
minores ætate ſunt, uel mulieres difficile adducanť, ut ex ſuis parochiis
nō ſine leui ſuſpitione ad nos ſeu cōmiſſarios noſtros ꝓficiſcanť. Quare
ut ꝯſulamus & uerecundiæ & famæ, uiſum nobis eſt, hanc poteſtatē no-
ſtrā abſoluēdi à peccatis & caſibus noſtræ abſolutioni reſeruatis (occul-
tis tamen) oībus parochis per diœceſim noſtram cōſtitutis, rite uocatis,
delegare, Modo tamen Vicarioꝝ noſtroꝝ in pontificalibus conſiliū re-
quirant ac adhibeāt, noſtris tamen Suffraganeis poteſtatē facientes, aliter
in diœceſibus ſuis, uti conſultius uidebitur, ſuper hac re ordinādi.

Publicæ pœnitētiæ uſus in eccleſiā reuocādus. Cap. XXXVIII.

IN publicis uero criminibus, quē admodum neceſſe eſt, ita iubemus ad
1. Corin. 5. canones antiquos publicæ pœnitētiæ regredi, atq; adeo ad Chriſti &
ſui diſcipuli Pauli inſtitutum reuerti, qui ad Corinthios exēplo oſten-
dit: Quomodo oporteat eccleſiam in publice peccantem animaduerte-
re, donec ipſi publice peracta pœnitentia ſatisfecerit. De quo fuſius dice-
mus ſub titulo de iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa.

Peracta confeſſione, quid agendū per parochum. Cap. XXXIX.

PEracta cōfeſſione, ſub abſolutionē ſacerdos monebit ꝯfitentem, ut
quod admiſſum eſt, deteſtetur, ut ſic deinceps uitā inſtituat, ne in ullū
lethale crimen poſthac incidat, quemadmodū Chriſtus ad mulierem di-
Iohan. 8. xit: Vade & noli amplius peccare, utq; eum affectum habēs, credat ꝑ dei
miſericordiam in uirtute ſanguinis Chriſti ꝑ abſolutionē impartiendā

in uerbo

in uerbo eius ſibi remiſſum iri peccata. Iniungat etiam illi fructũ dignũ pœnitentiæ facere, ac tum deniq; imponat manũ ac abſoluat ꝯfitẽtem.

In matrimonii ſacramento quid agatur. Cap. XL.

DVm matrimonio iungunt parochi uirum ac mulierem, docebũt, matrimoniũ inſtitutũ eſſe a deo, ꝯfirmatũ per Chriſtum, ut Geneſeos ſecundo, & Matth. xix. legimus. Quod ſacramentum ſi qs, ſicut decet, acceperit, accedente ſacerdotali precatione, confert donum ſpiritus, quo uit diligat uxorẽ amore caſto, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã. Mulier uiciſſim, propter Chriſtum amet, revereaturq; uirum ſuum uti dominũ. Vterq; liberos (ſi dentur) ſumma cura inſtituãt ad Chriſtianam pietatẽ. Copioſam monendi materiam Paulus ad Ephe. v. ſubminiſtrat. Gene. 1. Matth. 19. Ephe. 5.

Quemadmodum monendi ſunt, qui matrimonium contrahere affectant. Cap. XLI.

QVum matrimonium ante lapſum Adæ, propter ꝓcreãdos liberos inſtitutum, ac benedictione dei firmatũ ſit, qua dixit ille: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Peculiariter autem homini, Erũt duo in carne una. Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuam, & adhærebit uxori ſuæ. Nec ratio ꝯiunctiõis, ſeu benedictio poſt lapſum defecit, ſed tantũ quod ſanis potuit eſſe officiũ, id ægrotis factum etiã ſit remedium, Dum utriuſq; ſexus infirmitas propendens in ruinã turpitudinis, recte excipitur honeſtate nuptiarum. Queadmodum diuus Paulus ait: Vnuſqſque uxorem ſuam habeat propter fornicationẽ, nimirũ uitandã. Monendi ſunt qui matrimoniũ contrahere affectant, ne alius affectus ipſos huc rapiat, ut ſit honorabile coniugium ac cubile impollutum. Nam ſi neq; ob prolem ſuſcitandam, neq; ob fornicationẽ uitandam, ſed potius diuitiaꝝ aut opum nanciſcendaꝝ, aut alterius rei gratia matrimonium ꝯtrahatur, perperam agitur ac grauiter in ſacramẽtũ peccatur. Hic, quæ Tobiæ. vi. vii. et. viii. ſcribunt, enarrari, ꝓponi, ac doceri conueniet. Vbi locus pulcherrimus eſt, exemplo cõmõſtrans. Quẽadmodum bona uxor donum dei ſit debitum timenti dñm, quomodo in timore dei apparẽtibꝰ, nõ luxuriæ cauſa, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicat nomen dei in ſecula petenda. Quo pacto coniugii cõſcriptione facta, tradenda, Quẽadmodum etiam conuiuiũ nuptiale cũ laude & benedictione dei agendum. Deniq; quomodo precandus ſit deus per coniuges ut benedictionẽ ſuam in ipſos, quos cõiũxit, impleat. Hæc enim decent ſanctoꝝ filios, qui nõ debent ita coniungi ſicut gẽtes quæ ignorant deum, Eritq; horrendũ illud exemplum de ſeptẽ Saræ uiris a dæmonio occiſis replicandũ. His nanq; ut Raphael angelus apud Tobiam ait) qui coniugiũ ita ſuſcipiunt, ut deum a ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut equus & mulus, in quibus nõ eſt intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrẽ uehemẽter comprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi ante eccleſiaſticã coniunctionẽ, ieiunio ſe præparant & ſacram euchariſtiam ſumunt. Aug. de Geneſi ad literam. lib. 9. c. 3. & ſequen. Gene. 1. Gene. 2. 1. Corin. 7. Tob. 6. 7. 8

ſufferit, examinentur cauſæ diligentius, quæ diſpenſationem extorſerũt. Quæ ſi comperiantur aliter, quam narratum eſt, ſe habere, non dubiũ eſt, diſpenſationem nullius roboris eſſe.

Ludrica tollenda. Cap. XLVII.

LVdicra illa, quæ in templis poſt coniunctionem ſacerdotalem fieri conſueuerũt, ueluti in pulſando ſponſo, atque alia eiuſdem generis, penitus tollantur. Nam res ſeria, quam deus ipſe inſtituit, benedixit, inuiolabilemq́; decreuit, agitur.

De ſacro ordine dictum eſſe prius. Cap. XLVIII.

DE ſacro ordine, & quæ ſalutaris gratia hoc ſacramento confeɾatur. Quæ deniq; in eodem ſacramẽto conferendo obſeruari oporteat, titulo primo, qui de munere epiſcopali eſt, abunde diximus.

Cur adhibeatur extrema unctio. Cap. XLIX

REſtat extrema unctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta eſt) adhibetur, ut uel conualeſcat ægrotus, ſi deo ita uiſum, uel cum fide bonaq; ſpe obdormiat in domino.

Quomodo imponenda unctio extrema. Cap. L.

EſT autem unctio impendenda cum expoſitione unctionis & mādati apoſtolici, quod ſic habet: Infirmatur aliquis in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittuntur ei. Poſtremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortem, quemadmodum Enchiridion docebit. Iaco. vlt.

A ſepultura nemo in communione eccleſiæ diſcedens, repellendus. Cap. LI.

QVod ad ſepulturam attinet, Quis poterit negare rem longe pĩſſimam eſſe, & in ueteri & in noua lege accurate obſeruatā, ut Chriſtianorum (qui ſpem reſurrectionis habent) corpora, nō pecudum more diiiciantur, ſed in cœmeterii ſinum recondātur, quod etiam alto myſterio non caret. Ab hac ergo ſepultura, nemo Chriſtianus, qui in cōmunione deceſſit eccleſiæ, arceatur, etſi caſu mortuus fuerit. Quũ enim communicabatur uiuenti, & mortuo cōmunicandum eſt. Soli uero hæretici, excōmunicati publici, latrones, & hi, qui ſibi mortem criminis cōſcientia adacti, conſciuerunt, & quos in peccato lethali, nullis pœnitentiæ ſignis præcedentibus, deceſſiſſe conſtiterit, prohibeantur. Gene. 23. 25. c. ex parte de ſepult.

Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. Cap. LII.

IN ſepulturis autem & exequiis, mortalitatis atque huius calamitoſæ uitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præſentes, ut recogitent ſibi eodem modo hinc excedẽdum eſſe, ſeſe in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam ſemper oporteat ſuſpirare. Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis dei miſericordiam commonendi ſint, ſupra diximus. Hebræ. 11.

tem una,aut plures etiã uicariæ,quæ ad altaria ĩ eiuſcemodi eccleſiis fundatæ ſunt,ipſi eccleſiæ parochiali(ut uocant)incorporent̃, Sic tamen, ut quoad fieri poteſt,p parochũ officium, ob qđ uicariæ illæ fundatæ ſunt, minime negligat. Porro,decimas potiſſimum parochis ac eccleſiæ miniſtris deberi nõ dubium eſt. Nunc quum illæ paſſim a laicis magna ex parte uſurpentur,neq; facile ex eoꝝ manibus diuelli poſſint,uidendum num diligenti cohortatione,aut alia uia iuri cõſentanea,parocho(cui eccleſiæ redditus ad uictum non ſufficiunt)hinc aliquid emendicari poſſit.

Denarius conſuetus,ſed duplicatus pendendus. Cap. VI.

POſtremo loco iuſtum ac decens putam⁹, ut ſinguli parochiani denarium illum cõſuetum,ſed duplicatũ,ſaltem in anno quater, uidelicet in feſtis illis maioribus,ueluti in Natali dñico,Paſchate,Penthecoſte,Aſſumptioneq; uirginis glorioſæ; Id eſt ſingulis feſtis duos denarios parocho pendãt. Neq; enĩ tantillum offerre ulli oneroſum eſſe aut uideri põt. Quis enĩ tam ſordidus eſt,q nõ æquum putet,modicum qđ caduci ac tẽporalis ſubminiſtrare illi,a quo ſpiritualia ac æterna uiciſſim repetit. Certe oẽs ſcire debent,eos,q in ſacrario ſunt,edere, Et qui altario deſeruiunt, cum altario participare. Nã & dñs ordinauit his,q Euangelium annuntiant,de Euangelio uiuere. (1.Corin.9.) Qui ſe unica ſolutione (quæ uno albo rotato fiet)liberare uolet,id ipſi libeꝝ eſto. Ne uero parochus aut in contentionem aut ſuſpitionem trahat̃, potius hæc pecunia p eccleſiæ œconomos aut alios,pbatæ fidei uiros colligetur,ac ipſi parocho numerabitur.

Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. Cap. VII.

LAudabilem tamen conſuetudinem in ciuitate noſtra Colonieñ. erga ſanctam eccleſiam,pia deuotione fidelium introductam, per has noſtras ſynodales conſtitutiones nolumus immutare, donec ipſis parochis intra eandem ciuitatem de ſufficientiori uictu fuerit prouiſum.

DE CONSTITVTIONIBVS AC CONSVEtudinibus eccleſiaſticis. Cap. I.

DE CONSTITVTIONIBVS HVMANIS AC eccleſiaſticis conſuetudinibus magna in præſentiarum in eccleſia dei concertatio eſt,quã eccleſiæ turbatores, ut eccleſiæ authoritatem euerterent, ad nihilumq; redigerent inuexerunt. At populus hic docendus eſt, ſanctoꝝ patrum regulam ſequi, q diligenter admonent,traditiones eccleſiaſticas,præſertim quæ fidei nõ officiunt, ita obſeruandas, ut a maioribus traditæ ſunt. Sunt autem illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus,non unius generis, quemadmodum diuus Auguſtinus tradit. Alia enim toto terraꝝ orbe obſeruantur a patribus,nobis quaſi per manus tradita. (Aug.ad Ianuariũ c.illa autẽ.12.diſt.) Quæ quidem putanda ſunt,uel ab ipſis Apoſtolis,uel ex ple-

multa(quæ nunc in contentionem rurſus uocantur)ut ſuccincte admodum, ita Chriſtianiſſime ac apoſtolico ſpiritu diffiniuit.

Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. Cap. IIII.

CVr uero criminentur hoſtes eccleſiæ eius inſtitutum, non uidemus, quum ipſa nulli iniiciat laqueum, quod hanc conſtitutionem adeo ligare nō uelit, ut uel charitati uel neceſſitati minime cedere debeat. Quin imo liberum facit, quolibet tempore quibuſlibet ueſci, modo id uel charitas, uel neceſſitas ſuadeat, adhibito tamen utriuſq; medici (ſi præſto ſint) aut ſaltem alterius, nimirum animæ, conſilio. E. conſiliū de opſer. ieiu.

Quid in ieiunio potiſſimum ſpectandum, Cap. V.

IAm quum in ieiuniis ratio potius indictionis quam abſtinentia iſta a carnibus ſpectetur, admonendus eſt populus, quum ieiunandum erit, non minus ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula, quā carnium uitanda. Bellaria item illa, magis quam carnes inflammantia.

Redarguuntur qui Quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. Cap. VI.

QVadrageſimæ inſtitutio antiquiſſima eſt, a temporibus Apoſtolorum ad nos uſq; deducta, cuius uiolatores pleriſq; generalibus Conciliis, præſertim Toletano octauo, acerrime redarguuntur, religioniſq; contraire monſtrantur. Atq; adeo omnes quotquot ſine ineuitabili neceſſitate ſeu fragilitate, euidentiq; languore, ſeu etiā impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium attentare præſumpſerint, alienos a ſancta communione decernit, quod ſacris diebus abſtinentiæ obliti ſint, diſciplinam ac quadrageſimæ dies (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunii domino conſecrantur) temerarie prophanauerint. Quos uero aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita, uiolare præſumant, q̄ a ſacerdote permiſſum eſſe, percipiant. Orig. ſuper Leu. Hiero. aduerſus mōta. herę. Ambro. in ſerm. de quadr. 16. Ex Concil. toleta. 8.

Litaniæ & Rogationes cur inſtitutæ, & quomodo populus admonendus ſit. Cap. VII.

LItanias, ideſt, ſupplicationes, ſeu rogationes, indicto triduano ieiunio ante dn̄i aſcenſionem patribus placuit celebrari. Quibus omnes intereſſe iubentur, ut quemadmodum omnes peccauerunt, ſic & omnes pro uenia ſupplicent, Omneſq; ad deū corda cum manibus eleuent. Quāquam potiſſimum Litaniæ iſtæ principio inſtitutæ ſunt, ut tum populus diuina inſtitutione admonitus, clementiam dei exoret, quo peſtes, clades, calamitates, fames, bella, & id genus aduerſa, quæ nobis iuſtiſſimo dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur, ac ſub id anni tempus, nempe Veris (quum bella emergere atq; terræ fructus, qui tum in flore atq; teneri adhuc ſunt, facile corrumpi ſolent) potiſſimum imminēt, auertat & tollat. Vt autem eccleſia fiduciam erga deum (quam orantes ac petentes habere neceſſe eſt) tum nobis adaugeat, Heliā proponit hominem nobis ſimilem & paſſibilem, qui in oratione orauit, ut non plueret ſuper terrā, & Ex conc. Aureliaū. c. 23. Iaco. vlt. 3. Reg. 17.

non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſus orauit, & cœlum dedit pluuiá,& terra dedit fructum ſuum. Q đ ſi ſolus Helias petens exauditus eſt, num Chriſtus eccleſiæ ſuæ preces auerſabitur? Hic interim pplus docendus eſt, qđ nō ſolum quæ animi,ſed & quæ corporis & externa bona ſunt a deo oium authore poſtulare oporteat. Et redarguendi illi, aut ita multo q̃ gentes meliores) qui uel fortunæ uel ſuæ induſtriæ bona temporaria accepta ferunt.

Proceſſiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. Cap. VIII.

QVod proceſſiones p agros & campos peraguntur,rationem qdem habet,nempe qđ populus oret,ut ſegetes ac fruges terræ a dño conſeruentur. Verum ut alia plurima, ita ut hic mos hoíum malitia Marci.11. deprauatus eſt. Quod p occaſionem talis deambulationis (quæ deo placādo erat inſtituta)pleraq; ſcelera cōmittantur. Quaobrem nobis ſatius uidet,ut hæ aliæq; ſupplicationes ac pceſſiones de cætero intra ſepta eccleſiaꝝ religioſe fiant,ac ut in teplo,loco precationibus peculiariter dedicato,oretur deus, Habeaturq; tum pius rei ac tpi cōueniens ad populum cōmonitorius ſermo Noſtris tñ Suffraganeis liberū relinquimus, ut ipſi in ſuis diœceſibus de hac re,uti mores regionis patientur,diſpiciant.

Apoca.1. Admonendus populus cur feriæ inſtitutæ. Cap. IX.

DIligenter quoq; populus admonendus eſt cur feriæ, & potiſſimum dies dominicus(qui a temporibus Apoſtolorum in eccleſia dei ſemper celebris fuit)inſtitutæ ſint. Nempe ut tum in unum omnes pariter cōuenirent ad audiendum uerbum domini, ad audiendum quoq; ſacrum, & communicandum. Breuiter,ad uacandum deo ſoli, ut dies illa tātum exodi.20. orationibus,hymnis,pſalmis, & canticis ſpiritualibus tranſigatur, Hoc Deute.5. enim eſt ſanctificare ſabbatum.

In feriis ſoli deo uacandum. Cap. X.

QVamobrem cupimus,hiſce diebus phiberi nundinas,claudi cauponas,uitari comeſſationes,ebrietates,ſumptus,lites, luſus improbos, choræas plenas inſaniis,colloquia praua,cātilenas turpes. Breuiter omnē luxum. Nā hiſce(& quæ hæc fere ſemper cōſequuntur) blaſphemiis ac Iſaiæ.56. periuriis nomen dñi prophanatur,ac ſabbatum(quod nos admonet, ut quieſcamus peruerſe agere,& bene facere diſcamus)contaminatur.

Dies dedicationis templi extra Coloniam,uno die ubiq; celebrandus,& quomodo ſit admonendus populus. Cap. XI.

ET quum in diebus feſtis(quæ dedicationi eccleſiaꝝ peculiariter dicati ſunt)plerunq; indigna cōmittātur, adeo ut uideatur populus tum potiſſimum comeſſationis cauſa cōuenire,uiſum nobis eſt,ut p diœceſes noſtras,uno certo die anni quo eiuſcemodi feſtum dedicationis ī metropolitana noſtra colitur, in reliquis quoq; eccleſiis omnibus extra ciuitatem noſtram Coloniam Agrippinam conſtitutis obſeruetur. Nam intra Coloniam ſummo noſtro templo ſuus honos conſtare debet, quod & in aliis oppidis īſigniorib⁹,ubi una cæteris eccleſiis præeminet obtinere pla

cuerit, uidelicet ut ibi minores eccleſiæ pridie eius dei q̄ dedicationi eccle-
ſiæ ſummæ eius loci conſecratus eſt, aut die dñico proximo præcedente
ſuas ſingulæ dedicationes celebrent, obſeruetur. Docendus autem eſt po-
pulus, dedicatione templi ſignificari dedicationem eccleſiæ catholicæ ac
cuiuſlibet hominis Chriſtiani, qua copulatur deo. Nã ut diuus Auguſti- Auguſt.
nus ait: Quotieſcunq; templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter ac diligen
ter attendimus & ſancte & iuſte uiuimus, quicquid ĩ templis manufactis
agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione completur. Non enim eſt
mentitus ille, qui dixit: Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. 1. Corin. 3.
Et iterum: Neſcitis quia corpora ueſtra templum eſt ſpiritus ſancti.

Cur templa & altaria conſecrentur. Cap. XII.

EX uetuſtiſſima inſtitutione & more receptum eſt, templa & altaria & c. ſicut non
pleraq; alia, q̄bus in templis ad excitandum fidelium animos & diui alii. c. miſſa-
num cultum explendum utimur, cõſecrari, ſolennibuſq; precibus ac bene rũ ſolennia.
dictionibus dedicari deo, q̃d in ueteri quidẽ teſtamento præceptum etiã c. eccleſias, de cõſ. diſt. 1.
diuinum habuit. Quemadmodũ Exodi. xxxi. & ii. Paralip. xxii. legimus. Exodi. 31.
Vngitur præterea ſecundum eccleſiaſticam cõſuetudinem, quum cõſecra 2. Paralip. 22.
tur altare, quum dedicatur templum, quũ benedicitur calix, idq; nõ ſolũ
ex mandato ueteris legis, uerumetiam exemplo beati Siluestri, q quum cõ
ſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. Verum unctionis ſacramen-
tum, aliud quidem efficit & figurat, tam in nouo q̃ in ueteri teſtamento.
Vnde non iudaizat eccleſia, quum unctionis celebrat ſacramentum, ſi- c. 1. & fi. de
cut aliqui mentiuntur, qui neq; ſcripturas neq; dei nouere uirtutem. ſacra Vnct.

Populus docendus quid agatur & ſignificetur in conſecratione templorum & altarium. Cap. XIII.

QVamobrem populus docend⁹ eſt, hic aliud agi atq; aliud ſignifica
ri quum cõſecratur templum. Funduntur preces dño, ut hunc lo-
cum ſibi peculiariter dedicatum eſſe uelit, ut diabolũ & eius pote-
ſtatem inde penitus expellat, ut oẽs q̄ huc deprecaturi cõueniunt, ex qua 2. Reg. 6.
cunq; tribulatione cõſolationis diuinæ beneficia cõſequantur, ut ab oĩ-
bus pariter cõuenientibus deo laudes ſoluantur, diuinum uerbum audia
tur, ac eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrentur. Peculiariter altare cõſecrat̃,
ut illic oblatio munda deo offeratur, Hoc eſt, ſacrũ corporis & ſanguinis
Chriſti, q̃d in memoriam paſſionis dñicæ immolamus. Quod uero p̃ter
preces, aſperſionis etiam atq; unctionis aliarumq; rerũ ſolennia adhiben-
tur, myſterii ſecretioris plenum eſt. Non q̃ inanimata iſta, gratiæ diuinæ
ſuſceptiua ſint, ſed quum hæc uiſibiliter fiunt, admonetur Chriſtianus,
deum oĩa hæc p inuiſibilem uirtutem in anima operari, quæ eſt domus 1. Corint. 3. 6.
deo dedicanda, ubi fides fundamentum facit, ſpes erigit, & charitas con-
ſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ q̃ eccleſiæ cum
Chriſto deſponſationem. Ipſa enim eccleſia catholica ex multis uiuis lapi
dibus adunata, uerum dei templum eſt. Quod ſi dei templum ſumus, al-
tare intus habemus. Altare quidem noſtrum, cor noſtrum eſt. In hoc altari

Pſalm.50. fit ſacrificium laudis. Sacrificium enim deo ſpiritus contribulationis & cor contritum. In hoc altari fit cõmemoratio corporis & ſanguinis Chriſti. Hinc preces ad cœlum aſcendũt, ad cor enim reſpicit deus. Quamobrem, niſi omnia quæ in huiuſcemodi conſecratione exterius aguntur, in nobis ſpiritualiter impleãtur, parum hinc fructus nobis acceſſerit. Quid enim exterior ablutio uel inunctio ſine interiori prodeſt?

Cur benedicantur campanæ. Cap. XIIII.

BEnedicuntur quoq; campanæ, ut ſint tubæ eccleſiæ militantis, quibus uocetur populus ad conueniendum in templum & audiendum uerbum dei, clerus uero ad annuntiandum mane miſericordiã dei & ueritatem eius per noctem. ut per illarum ſonitum fideles inuitentur ad preces, & ut creſcat in his deuotio fidei, qu amuis etiã patres alio reſpexerint, uidelicet ut dæmones tinnitu campanarum Chriſtianos ad preces concitantium, quin potius precibus ipſis territi, abſcedant, illiſq; ſubmotis, fruges, mentes & corpora credentium ſeruentur. Vt procul pellantur hoſtiles exercitus & omnes inſidiæ inimici. fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, & fulgorum temperentur, infeſta tonitrua & uentorum flamina ſuſpendantur, ſpiritus procellarum & aereæ poteſtates proſternantur. Breuiter ut audientes confugiant, ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium ac ante ſanctæ crucis uexillum, cui flectitur omne genu,

Philip.2. quemadmodum hæc in ſolenni benedictione campanæ reperies.

Docendus populus, ut ſignatis potius q̃ ſignis inhæreat. Cap. XV.

DOcendus eſt ergo populus ab exterioribus iſtis, ut ſignatis potius q̃ ſignis inhæreat ac intendat. Quod & in omnibus aliis obtinet ceremoniis alioqui parum ad pietatem profuturis. Nam qui in exterioribus iſtis conſiſtit ac non potius illis admonetur, ut ad deum reſpiciat, cõfugiat, ac totam ſuam fiduciam in illum colloceт, huic citius externa iſta in ſubuerſionem quam ædificationem erunt.

3.Reg.8. Quicquid in ceremoniis ad abuſum ſpectat, caute ac diligenter cauendum. Cap. XVI.

QVamobrem, quicquid in eiuſcemodi rebus ad abuſum & ſuperſtitionẽ ſpectat, & quo populus a deo ad collocãdum in externis iſtis

c.placuit, de cõſ.diſt.1. aliquam fiduciam abduci poſſit, prohibemus. Quale inter alia eſt, q; ſanctorum imagines cum indulgentiis & impoſitione incertarũ reliquiarũ dedicantur. Quod quidam aqua, ſale, cæreis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus ſuperſtitioſius abutuntur. Omnis quidẽ creatura p uerbum dei & orationem ſanctificatur, quemadmodum diuus Paulus

1.Tim.4. teſtatur. Ergo quanto res ſacratior, tanto abuſus eius damnabilior.

Cur reconcilietur templum aut cœmiterium. Cap. XVII.

REconciliatur eccleſia aut cœmiteriũ ob ſeminis emiſſionẽ peccãdi libidine factã. Itidem ob enormem ſanguinis effuſionẽ, dedita opera uiolenter & iniurioſe cõmiſſam, ac ab aliis quibuſdã de cauſis, q mos

Leuit.14.15. ex Leuitico. xiiii. & xv. ſuam originem trahit. Fit aũt hæc reconciliatio,

nõ quo d templum reuera polluatur. Eccleſia enim quum ſancta ſit, coinquinari nõ poteſt, imo ipſius loci ſanctitas infamiã loci abolet. Sed quũ templum locus ſit, ubi delictorũ uenia poſtulatur, ubi ſalutaris hoſtia pro peccatis immolatur, ubi deo laudes exoluuntur, ubi tutela refugii eſſe debet, fit, ut ſcandalum, horror, atq; abominatio turpitudinis & peccati ibi cõmiſſi, ppoſitum quoq; & uoluntas lethaliter delinquentis i cauſa ſint, ut ſacer locus reconcilietur, Idq; ad exemplum & terrorem, ut uidentes locum ſacrum ſeu inanimatum templum nullo peccato obnoxium lauari & purificare delicti horrore, cõcutiantur & recogitent quantũ pro expiatione delictorũ uiuo dei templo ſit elaborandum. Sic Chriſtus ementes & uendentes e templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipſos acerrime corripiens, ac dicens: Domus mea, domus orationis uocabitur, Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Aliud quidem agens, aliud uero innuens. Matth. 21. Iohan. 2.

Quæ pollutio reconciliationem requirat. Cap. XVIII.

NOn tñ omnis pollutio hanc recõciliationem requirit, ſed tantum publica uel per rei euidentiã uel ſaltem p famam. Qđ ſi occulta ſit cõtaminatio, quæ etiã baptiſmi ac pœnitentiæ ſacra non remoratur, ſolennitas nõ exigitur, qđ ratio recõciliationis in occultis nõ habeat locũ.

Quorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. Cap. XIX.

REconciliationem aũt eiuſcemodi gratis fieri, ac tantũ itineris ſumptus Vicariis noſtris in pontificalibus ſuppeditari uolumus. Qui quidem ſumptus ex bonis delinquentis deſomentur, modo tamen tantæ illius facultates ſint, Sin ſecus, parochiani non grauabuntur uel tantillos ſumptus itineris ſuppeditare, ne populus præter culpam ſuam grauetur. Ne uero diutius ob talem pollutionem diuinum ſuſpendatur officiũ, aut eccleſiaſtica intermittatur ſepultura, Vicarius noſter in põtificalibus ſtatim ut uocatus fuerit a populo (modo grauioribus rebus id temporis nõ fuerit implicitus) ultro ibit, officium ſuum expleturus.

Immunitatem eccleſiaſticam in duobus potiſſimum ſitam eſſe. Cap. XX.

IMmunitas eccleſiaſtica uetuſtiſſima res ẽ iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimum ſita eſt. Primũ, ut clerici illorũq; poſſeſſiones & bona a uectigalibus & tributis, aliiſq; muneribus laicis libera ſint. Nã (ut de libertate Leuitarum ſileamus) nõ temere refert ſcriptura, Pharaonem totã terram Aegypti ſibi tributariam feciſſe, præter terrã ſacerdotum & poſſeſſiones quæ a rege traditæ fuerant eis, quas uendere non ſunt cõpulſi, Quin potius ipſis etiam ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, ut legimus Gene. xlvii. Deinde, ne rei criminis ad eccleſias confugientes, inde uiolenter extrahãtur, Exceptis publicis latronibus, q per induſtriam pximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorũ, qui itinera obſident aggreſſionum inſidiis. Denicq; his q ſub immunitatis ſpe in eccleſiis ac cœmiteriis delinquunt. Quod ſi a cõfugiẽtibus ad eccleſias paria his cõmiſſa ſint crimina, quæ reipublicæ re-

Ex cõc. Lateran. c. non minus. Ex gnali. c. aduerſus, de im. eccleſ. Ex cõc. Tolet. 3. c. eccleſiarũ ſeruos. 12. q. 2. Gene. 47. c. inter alia c. immunitatẽ, de immunitate eccle.

ferat puniri, tantiſper ſaltem debet ſecularis poteſtas a manuū iniectione abſtinere, donec noſtros conſulat Officiales, ne deuenire neceſſe ſit ad ceſſationes a diuinis, & interdicta, quę uiſum eſt anteceſſoribus noſtris ob uiolationem eiuſcemodi immunitatis æditis conſtitutionibus promulgare.

Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. Cap. XXI.

Ex Gangr. c. ſi quis per ſupb. 30. diſt.

FRaternitates (quæ uocantur) & in honorem aliquorū ſanctorum in eccleſiis fiunt, ſpeciem quidem pietatis habent, ſed quales hac tēpeſtate ſeruantur, nempe in qbus tam clerici quam laici potiſſimum comeſſationibus & ebrietatibus uacant, Interdum etiam uariis cōſpirationibus aduerſus poteſtates intenti ſunt, ſi non oīno ſublatas, ſaltem correctas ac reformatas uolumus, omnino ſublatas malimus. Ac redditus ſeu cenſus earundem uel in uſus pauperum uel parochi expendi nobis magis placuerit. At quum hæ ſodalitates forſan præter publicum offendiculū ac pauperum (qui ab eis eleemoſynas ex inſtitutione accipiunt) præiudicium cōmode tolli non poſſunt, uidebimus inter uiſitandum, ut ſaltem tollātur abuſus, ut prima ſeruetur inſtitutio, & examinentur formulæ earum & ſtatuta, ut ratio ac calculus ſingulis annis per Prouiſores (ut uocant) earundem fraternitatum coram parochis eccleſiarum reddatur, ut ſuperextantes fructus ac red ditus in pauperum ſeu eccleſiæ uſum ac utilitatē cōuertantur, aut etiam inde aliquod parocho ad uictum decidatur.

DE VITA AC CONVERSATIONE monaſtica. Cap. I.

Philo. Auguſt.

VITA MONASTICA NON MVLTO POST Apoſtolorum tempora cœpit, quanquam multis perſuaſum ſit, aliam tum fuiſſe quam nunc eſt, monachiſmi rationem. Nemo tamen negauerit, hoc uitæ genus ad perfectionem euangelicam maxime accommodum, modo ſecundum ſanctiſſimam inſtitutionem pure immaculateq́ obſeruetur. Quia uero res eſt quammaxime ardua, in carne uiuere & carnis ſtimulis nullum locum dare, diaboliq́ mille fraudibus (quibus præſertim ſolitarios aggreditur) feliciter ſemper reſiſtere. Idcirco in hoc uitæ genus nemo uel inuitus intrudendus, uel pelliciendus, uel temere ſuſcipiendus, ſed ſumma cura adhibita, poſt diligentiſſimam demum examinationem monachi ac monachæ recipiantur. Quibus ſæpe inculcandum eſt prius Chriſti uerbum de Eunuchis, qui ſe caſtrarunt propter regnum cœlorum, quum inquit: Qui (Matth. 19.) poteſt capere, capiat. Proponenda Sapientis ſententia, quæ habet in hæc uerba: Altiora te ne quæſieris, &c. Rememorandum quoque diligentiſſi(Eccl. 3.)me, quod deo ſtulta & infidelis promiſſio admodum diſpliceat. Breuiter admonendus eſt omnis ad hanc uitam aſpirans, ut primum ſe totum excutiat, ne prouintiam ſuſcipiat, cui non ſuffecerit, alioqui parabolæ euan(Luc. 14.)gelicæ dicterio notandus Quod cœperit ædificare & non potuerit con-

ſummare. Maxima autem cautio adhibenda eſt in puellis, propter ſexus fragilitatem, ne uel ob ætatem deſit uoluntas, uel metus adſit, aut alius affectus minime Chriſtianus.

Neminẽ monachiſmi profeſſione temere alligandũ. Cap. II.

CErte ſancti patres admodum fuerant ſoliciti, ut non niſi uolũtario ac ſpontaneo iudicio uirginitatis propoſitum atq; habitus ſuſcipe rentur, ꝗ coacta ſeruitia domino ingrata eſſe dinoſcant. Siquidem uoluntarie domino ſacrificandum eſt, & uoluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu domini Pſalmographus obſecrat. Quod enim qs non diligit, nec optat: quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile con temnit. Vnde conſequitur, Nullum eſſe bonum, niſi uoluntariũ. Adeo, ut qui alio affectu quam bonæ uoluntatis monachiſmo ſe alligant, ma gis peccent quam mereanť. Ambigi enim non poteſt crimen magnum admitti, ubi & propoſitum deſeritur & conſecratio uiolatur. Nam ſi hu mana facta non poſſunt impune calcari, quis de eis manebit, qui corru perint fœdera diuini ſacramenti. De adoleſcẽtioribus uiduis Paulus p. nuntiauit. Quod quum fuerint luxuriatæ, in Chriſto nubere uolũt, ha bentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

c. puella. 12. q. 2. c. preſens. 11. q. 2. Pſal. 118. c. L. de regla. 1. Timo. 5.

Admonẽdi parẽtes, ne liberos inuitos in monaſteriũ detrudãt. Cap. III.

ADmonendi quoque erunt parentes, ne liberos in monaſteriũ inui tos detrudant, ꝗ illos uæ longe grauius maneat q̃ phariſæos, q cir cumibant mare & aridam, ut facerent unum proſelytum, & quum eſſet factus, fiebat filius gehennæ duplo magis quam ipſi. Matth. 23.

Quo affectu monaſtica uita amplectenda. Cap. IIII.

QVi monaſteriũ ingrediť alio affectu q̃ ſimplici amore dei ductus, Auguſt. ueluti uel ſpem uel promiſſionẽ Abbatiam ꝯſequendi habens, uel in otio uiuere affectãs, uel lucris tẽporalibus inhians, uel honores ab hoĩbus appetẽs, quiſquis talis eſt, nõ dei filius aut monachus, ſed pla ne mercenarius eſt, quẽadmodũ ſuperius nos de clericis etiã dixiſſe me minimus. Cui uerendũ eſt, ut quũ uolet ingredi nuptias euãgelicas, obii ciať illud: Amice quomodo huc intraſti, nõ habẽs ueſtẽ nuptialẽ. Q dq; ipſo obmuteſcente, rex ſit præcepturus miniſtris, ut ligatis manib⁹ & pe dibus, ipſum i tenebras exteriores mittãt, ubi erit fletus & ſtridor dẽtiũ. Matth. 22.

In monaſteriis habendus, qui doceat legem domini. Cap. V.

HAbendus in uirorum monaſteriis uir pius ac doctus, q doceat mo nachos ab adoleſcentia meditari in lege dñi die ac nocte, ad quod munus in monaſteriis monialiũ, ſanctimonialis, cæteris uita & doctri na præſtantior deligať. Debet autẽ q monaſterio præeſt ſumma diſcre tione uti, maxime erga eos, quos cõpererit diuinis literis intẽtos aut cõ templationi deditos, ut ſcilicet tales ſordidiorib⁹ officiis ſinat eẽ imunes.

Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. Cap. VI.

IN monaſteriis quoq; uerbi prædicator erit pius quidem ac eruditus, Matth. 4. nam nulla armatura fortior ad reſiſtẽdũ diabolicis inſidiis ac iaculis,

quam gladius ille ſpiritus, quod eſt uerbum dei, quo Chriſtus in deſerto ſolitarius ieiuniis & orationibus uacans, & nihilo ſecius tentationibus diabolicis expoſitus, retudit omnem dæmonis fraudem ac nequitiam. Nihil quoq; potentius illo ad deiiciendos ac uiciſſim conſolandos animos noſtros, nihil efficacius ad concitandum mentem in amore dei ac cōtēptū mundi ac oīum quæ in mundo pulchra ac ſpecioſa apparēt.

Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. Cap. VII.

NEque nobis diſplicuerit, ut aliquot ex monachis, bonæ indolis ad Vniuerſitates publicas & bene Chriſtianas, aliquot annos theologicis ſtudiis operam nauaturi mitterentur, Illic tamen non alibi quá in monaſteriis ſeu gymnaſiis ſub cura & oculis præceptorum commoraturi, ne bonis ac rectis ſtudiis deſtinati, mores minime monaſticos imbibant, ac contrahant.

Moniales non eſſe alligandas, ut nulli quam ſuo (ut uocant) patri aut præpoſito confiteantur. Cap. VIII.

SInt præterea in monaſteriis uirginū, præſertim præter Abbates aut præpoſitos, alii conſcientiarum examinatores ac a confeſſionibus. Aut ſaltē uirginibus liberū ſit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis uiris, de ſuoꝝ ſuperioꝝ (ut uocāt) ꝯſenſu, (quē hi interpellati, rationabili cauſa intellecta, nequaquam negabūt) ꝯſcientias ſuas exemologeſi exponere, exonerareq;, ne ſcilicet adigāt monialis renitens, ſemper uni homini delicta ꝯfiteri. Debent autē hi qui eiuſcemodi munere in monaſteriis monialium funguntˀ, eſſe hoīes uitæ probatiſſimæ ac morum quámaxime inculpatorum, eruditi ac ſingularis iudicii, obſeruaturi ea quæ ſupra, ubi de pœnitentiæ ſacramento tractatum eſt, delibauimus. Cauebit autē is in primis, criminum non cōfeſſoꝝ rememorationē, ne uirgines diſcant quæ prius neſcierunt. Cauebit præterea, niſi res oīno exegerit duritiē increpationis, magis intentus ad modeſtiſſime arguendum & pientiſſime uiciſſim conſolandum. Confeſſiones autem monialium non priuatim audiet, ſed in cæterarum conſpectu, non tátū ut omne malum, ſed & omnis mali ſuſpitio omnino ceſſet.

Mutatam eſſe paulatim faciem monaſteriorum, ac uſurpatum hoſpitii ius ſimul cum acceſſu moderandum. Cap. IX.

MOnaſteria olim uirtutum ſcholæ ac pauperum hoſpitalia erant, nunc proh dolor uidemus ea quæ uirorum ſunt e ſcholis uirtutum in diuerſoria militum ac raptorum, quæ uero mulierū ſunt, in pleriſq; locis in ſuſpectas de incōtinētia domos (ne quid grauius dicamus) eſſe cōmutata. Quamobrē diſpiciendum nobis eſt, ne tam paſſim a quibusuis militibus hoſpitii ius a monaſteriis ui exigatˀ & eleemoſynæ pauperibus deputatæ, improborū luxu deuorentur, neue ad monaſteria uirginum acceſſus, toties a ſacris canonibus prohibitus, pateat. Et ut qui deprehenſi præter hæc fuerint offendiculum aut occaſionem illis labendi, ſiue intra ſiue extra monaſteria dediſſe, dignas pœnas ferant.

c. 1. de emu. eccleſ.

c. Monaſteria, de vit. & hone. cle.

Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. Cap. X.

VIſitatione ergo monaſteriorum quammaxime opus eſſe intelligimus, quàm & canones nobis imponũt. In hac uero oportebit oĩa ad regulam ordinis monaſtici exigere, nihil non ad pietatem & uitæ ſanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ conſuetudinis irrepſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, ſtatuta, & conſuetudines, tolli ſuperſtitioſa. c. in ſingulis. Paragrapho. Porro diœceſim, de. ſtatu mona.

Sumptuoſi monialium Præpoſiti abrogandi, & frugales œconomi conſtituendi. Cap. XI.

HAbent quædam monialium monaſteria ſumptuoſos Præpoſitos, ſub quorum poteſtate quum omnis bonorum adminiſtratio ſit, ipſi de redditibus monaſticis luxuriantur, Et qui monaſticæ conuerſationis exemplum eſſe debuerant, ad mundi delicias reuoluuntur. Faſtidientes interdum ſimilam & mella, interim monialibus ipſis uix millio & cibario pane rugientem uẽtrem ſaturantibus. Sunt quoq; uirginum monaſteria, ubi non eſt uictus & menſa cõmunis ſed mos ille (quem ad Corinthios ſcribens Paulus, quamuis in longe ſacratiori conuiuio dãnauit) quotidianus, nempe, q unaquæq; ſuum cibum præſumit ad manducandum, & alia quidem eſurit, alia uero ebria eſt, Quos abuſus tollere neceſſarium putamus, uidelicet ut in illorum delicatulorum Præpoſitorum locum probi œconomi a nobis comprobandi (quorum uictus ſit monaſtico ſimilis) ſurrogentur, qui etiam obligati erunt ſingulis annis rationem de receptis ac erogatis integram reddere. Hierony. 1. Corint. 11. c. Ofius. 9. q. 3. c. qui religi c. 17. q. 4.

In monaſteriis monialium uictum ac menſam communem eſſe oportere. Cap. XII.

ITidem ut moniales uictum ac menſam communem ubique habeãt, & quæ pari ſunt officio deſtinatæ, pari etiam cibo alantur. Quod ut quàminime oneroſum ſit, non debebunt plures in monaſterium moniales recipi, quam congrue poterunt in ſingulis monaſteriis ſuſtentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conueniet.

De Præpoſitis ſolitarie commorantibus. Cap. XIII.

DIſplicet etiam nobis, quod quædam monaſteria quoſdam Præpoſitos habent, qui in Capellis ſolitarii commorantur, quod Lateranenſi Concilio uetitum eſt ac cautum, ut Epiſcopus Abbates monitione præmiſſa p cenſuram eccleſiaſticã cõpellat, ut eiuſcemodi Præpoſitos aut Priores ad clauſtrum reuocẽt, faciãtq; eccleſiis ipſis ſeu Capellis p ſeculares clericos deſeruiri, aut ſaltẽ alios monachos ipſis adiungant. Ex Lateranẽ. Conc. ci.

Viſitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Iohannis Baptiſtæ & Antonitarum. Cap. XIIII.

VIſitandæ quoq; in primis, & reformandæ erunt domus hoſpitaliũ militum Teuthonicorũ, præterea ordinis diui Iohãnis Baptiſtæ ac Antonitarũ, atq; initio prouidẽdũ, ut in iiſdẽ domibus cultus diuinus rite ac debite peragatur, ut hoſpitalitas pro pauperibus ſeruetur, ut uita ac

conuerſatio regularis ſecundum inſtitutionem primam ac regulã(quã illi profeſſi ſunt)illic geratᷣ,ut ab ipſis ueſtes,ordini ac profeſſioni dignæ ac conuenientes publice deferantur,ut comeſſationes,crapulæ ac omnis luxus prohibeatᷣ,ut prædæ illæ bonoꝶ mobilium,quæ poſt mortẽ prælatorum per primores ordinis fieri ac in exteras regiones deferri,peſſimo omnium exemplo cõſueuerint,amodo nequaquam fiant; Sed quicquid parſimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, uel neceſſariis uſibus eccleſiæ,aut ſucceſſorum,aut pauperum eius regionis,ubi religioſa iſta domus ſita eſt.applicetur.

De uita & conuerſatione monachorum. Cap. XV.

Ex Concil. Calcedoñ.. ET ut reuertamur ad monachorum uitam,haud ignorare debet Cõcilio Calcedonenſi cautum,monachos oportere quieti operã dare, ieiunia &orationes obſeruare,in his locis,in qbꝰ ſe ſemel deo deuouerũt, remanere, nullas eccleſiaſticas ſeu ſeculares actiones tractare, nũquam ſua monaſteria relinquere,niſi forſan ob ingentes neceſſitates id facere a ſuo epõ iubeanᷣ,ne nomẽ dñi blaſphemetᷣ.Quarᷣ libertas illa pegrinãdi ſeu exeũdi,prætextu inuiſendi parẽtes,moderãda ſeu penitꝰ tollẽda erit.

Monachorum ſtudia atque exercitationes quales eſſe oporteat. Cap. XVI.

Hiero.adRuſti.mona. MOnachus & monacha amare debent ſcripturarum ſcientiã & carnis uitia non amare.Pſalterii librum de manu aut oculis nũquã deponere,ſemper orare,ſenſu uigilare,uanis cogitationibus aditum præcludere.corpore pariter & animo in deum tendere,iram patientia uincere.Breuiter, nullis animi pturbationibus(quæ ſi inſederint,ad delictum maximũ inducunt)locum dare,Semper aliquid operis facere,ut eos diabolus ſemper inueniat occupatos,Et ut multa ſint,quæ manibus operari liceat,libros tamen ſacros deſcribere ipſis maxime cõueniret,ut& manus operetur cibos,& lectione anima ſatturetur. Porro Aegyptiorũ mo- c.nunquam, de cõſ.diſt.5. naſteria hunc morem ſeruaſſe leguntur, ut nullum monachum abſque opere & labore ſuſciperent,non tam propter uictus neceſſaria, quã propter animæ ſalutem,ne pernitioſis cogitationibus uagarentur, neue in- Hiere.3. ſtar fornicantis Iſrael,omni tranſeunti diuaricarent pedes ſuos.

Monachos uagos ſub cuſtodiam reuocandos. Cap. XVII.

Ex.4.Tole. MOnachi qui peruagati fuerint,ubicunque inuenientur, tanquam fugaces noſtro auxilio ſub cuſtodia reuocentur, Et ſi qui habitum abiecerint,ut eundum reaſſumant,cogendi.

Literas priuatas monacho aut monachæ,iniuſſu Abbatis reſignare non licere. Cap. XVIII.

VT monachi ſeu monachæ literas nullas uel deſtinare uel recipere audeant,abſq; Abbatis ſeu Abbatiſſæ,aut eius qui ipſorũ loco monaſterio præeſt ſcientia,ſumma ratione olim conſtitutum eſt,ſed per incuriam abolitum,id præſenti conſtitutione innouandum cenſuimus.

Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. Cap. XIX.

Poſtremo

POſtremo, uitam, conuerſationẽ ac mores Canoniſſarum, quæ Secu-
lares ob id appellanẽ, q̃ perpetuæ caſtitatis ac reliqua uota monaſti
ca non emittant, reformari omnino ducimus neceſſarium. Nam uitam
agunt plus nimio licentioſam, ac pleriſque ſcandaloſam. Quæ ut in or-
dinem & eccleſiaſticam quandam diſciplinam, quoad fieri poteſt, reuo-
centur, nobis quum uiſitationem aggredimur curandum eſt.

DE HOSPITALIBVS ET ORPHANATROPHIIS, aliiſq; id genus piis locis. Cap. I.

NOn ſolum canonicis conſtitutionibus, ſed & imperiali-
bus ac regalibus inſtitutis antiquitus pientiſſime ſanci
tum eſt, ut habeantur q̃ fieri poteſt frequentia in repub. Codi. de Epiſ. & cler.
Xenodochia, Prochotrophia, Orphanatrophia, Geron-
tocomia & Brephetrophia, & id genus alia loca pietati
conſecrata, In quæ recipiantur peregrini, pauperes, inua
lidi, ſenes, parentibus orbati, atq; inopes liberi, infantes expoſiti, furioſi,
leproſi, ɔtagioſiſq; ac perpetuis morbis obſiti, atq; aliæ miſerabiles per-
ſonæ. Idcirco curæ noſtræ imminebit, ut eiuſcemodi loca, ubi conſtitu
ta ſunt, ſarta tecta teneantur. Vbi uero diſſipata ſunt, inſtaurenẽ, refor-
mentur q;. Deniq;, ubi necdũ conſtituta ſunt, epiſcopali noſtra, puidẽtia
ædificentur, cõſtruantur q;. Pauperum enim curã nobis Chrs præcipuã
eſſe uoluit, & horũ toties meminit diuiniſſimus Paulus Apoſtolus. Matth. 26.

In hoſpitalibus in primis animæ curãdæ, deinde corpus. Cap. II.

Marc. 14.
HIc ante oia curãdũ nobis eſt, ut in domibꝰ iſtis, quæ ad ſalutẽ ani- 2. Corin. 8.
marũ ptinẽt, minime negliganẽ, ſed ante oia de ſacramẽtorũ admi Nume. 12.
niſtratione pauperibꝰ debilibus & ægrotis puideaẽ, Ac ubi corporis in-
firmitas medicũ poſtulat, ibi prius aĩæ, deĩde corpis medicus acceſſeaẽ.

In hoſpitalia qui recipiendi. Cap. III.

IN eiuſcemodi autẽ hoſpitalia, nullæ aliæ quam eæ, quas diximus mi-
ſerabiles perſonæ, quæ aut morbo aut debilitate, aut ætate impeditæ,
ſuis manibus laborare, uictumq; ac ueſtitum ſibi comparare nõ poſ-
ſunt, recipianẽ, quas ad eccleſiaſticã diſciplinam canones ptinere ac no-
ſtris, aliorumq; piorum hominum largitionibus uictitare uoluerunt.

In hoſpitalia pauperes eius loci, ubi conſtituta ſunt, potiſſimum recipiendos, maxime contagioſis morbis implicitos. Cap. IIII.

IN primis autem recipiantur in hæc hoſpitalia, pſonæ miſerabiles eius
loci, ubi hoſpitalia ɔſtituta ſunt. Qđ ſi recte curatũ fuerit, ſuffecerint
pene (niſi tamen fallamur) iam cõſtituta hoſpitalia, oĩbus uere pauperi-
bus per ſingula oppida ac uicos repertis, ut amodo illis nõ fuerit neceſſe
oſtiatim panem emendicare, aut eos qui lepra ſeu alio cõtagioſo morbo
impliciti ſunt inter hoĩes diuerſari, quod lege diuina, ne fiat, phibitũ le-
gimus. Nec imerito, q̃ ex tali cõmiſtione ac conuerſatione cũ ſanis in- Numeri. 12.
finita pericula ſubſequantur, etiã ex ſolo aſpectu, qui intuẽtibus horro-

rem ſolet icutere. Quòd ſi leproſis aliiſq; q ſimilib⁹ morbis implicitiſ ſunt, hoſpitalium, qbus addicunt, redditus nõ ſufficerint, ſatius eſt, ut ipſorũ noĩe in ꝯuẽtu eccleſiæ eleemoſyna ꝑ aliquot uiros ꝓbos ad hoc munus deputandos, colligat ac præſtet; atq; ut trunci in tẽplis eleemoſynis iſtis colligẽdis aſſeruãdiſq; erigant, quã ut ipſi morboſi alimoniæ petendæ obtentu, aut quocunq; alio prætextu, conſortiis hominũ miſceant.

Mendicantibus ualidis hoſpitalia clauſa, & mendicitatem interdictam eſſe oportere. Cap. V.

Cod. de mẽ. dic. uali. li. 12.

SVnt autẽ mendicantibus ualidis nõ ſolũ hoſpitalia clauſa, ſed & publice ac oſtiatim mendicare penitus interdictũ. Et q ſecus agere cõperti fuerint, arceantur, ac legalibus noſtriſq; ꝯſtitutionibus cõprehenſis, pœnis ſubdant. Vtilius enim eſurienti panis tollit, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, q̃ eidem frangit, ut ſeductus, iniuſtitiæ acquieſcat.

Magiſtrorum hoſpitalium praui adfectus dãnant. Cap. VI.

DAmnamus aũt abuſum, quo in qbuſdã locis fit, ut neglectis miſeris ac inopibus (qbus hoſpitalia dedicata ſunt) ex priuato affectu magiſtrorũ aut magiſtratuũ, q hoſpitalib⁹ hiſce præſunt, nõ modo ualidi, ſed & qbus uict⁹ & ueſtitus ſuppetit, recipiant, tãtũ qd illic cõmodius & in otio uiuat, q certe aliter cẽſeri nõ poſſunt q̃ pauperũ deprædatores, raptoreſq; de alieno uiuẽtes, ac ueluti ex ſanguie pauperũ ſaginati. Quos diuus Hieronym⁹ grauiſſime icrepat: Qui (inqt) ex bonis parẽtũ & ſuis opibus ſuſtẽtari poſſunt, ſi qd pauperũ eſt accipiunt, ſacrilegium ꝑfecto cõmittunt, & ꝑ abuſionẽ taliũ, iudicium ſibi manducãt & bibũt.

Hierony.

Quam grauiter peccent, qui ex pauperũ uictu ſe ditãt. Cap. VII.

Iohan. 12.

VIderint quoq; hi magiſtri ac hoſpitaliũ præſides, ne Iudam imitẽtur, qui loculos (ex quibus pauperibus diſtribuebat) ferebat, ac fur erat, ne ſicut ille, ita & ipſi pereãt. Nouerint ergo ſe tali muneri addictos, non ut ſui, ſed ut pauperũ curã gerãt, quos neglexiſſe, occidiſſe eſt, qd ſubtraxiſſe, ſacrilegii inſtar eſt. Et quo uigilantiores in officio ſint, ſingulis annis, aut ſæpius, magiſtratui eius loci præſente parocho rationem de omnibus reddant. Non meum eſt (inquit Proſper) dicere, quantum peccatum eſt eorum qui cibos pauperum ſibi uſurpant, & unde pauper uicturus erat, præſumendo ſuſcipiunt.

DE SCHOLIS, TYPOGRAPHIS AC BIBLIOPOLIS. Cap. I.

ECcleſiæ reformatio a ſummis pariter & infimis, a capitibus ſimul & a paruulis ordiẽda eſt. Paruuli enim ſunt, qui ſuccreſcentes in maiorum locũ ſubindẽ decedentiũ in reipub. tã eccleſiaſticæ quã ſecularis adminiſtratione ſuccedunt, ut cõſequẽs ſit, ab ipſis praue ac nequiter inſtitutis reipublicæ perniciẽ iminere. Quãobrem ſummopere refert, ut pueritia quæ ſeges eſt oĩum rerũ publicarum, in timore

domini ac bonis diſciplinis edoceat. Id quod dominus praecepit Exodi. xiii. & Prouerb. vi. Siquidē ea ætas nullis aliis uſibus accōmoda p id tēpus colligere poterit & ſibi & reipublicæ luculētū fructū. In primis aūt operæpretiū nobis uidet, ut clancularii illi magiſtelli, qui in cōuenticulis uicatim docēt, prohibeanē, utq; gymnaſia illa ac ſcholæ minores, in qbus pueri primis rudimētis imbuunē, diligēter repurgenē, præfectis illis didaſcalis ſeu præceptoribus, nō tā eruditis, quā ſanæ doctrinæ, integræq; ac inculpatæ uitæ uiris, Idq; hac potiſſimū tēpeſtate, qua innumeræ peſtilētes hæreſes totā fere Germaniam ſummo cū Chriſtianiſmi ac reipublicæ detrimēto, iuſto dei iudicio puadūt, ac ueluti cancer ſerpūt. Quas quū pueri ſemel ibiberint, difficile, imo impoſſibile erit ut eaſdē per ætatē iterū eluāt. Nā, Quo ſemel eſt ibuta recēs ſeruabit odorē Teſta diu. Exodi. 13. Prouer. 6. Horatius.

Scholæ inter uiſitādum repurgādæ ac inſtituendæ. Cap. II.

QVemadmodū uero didaſcali pueros in claſſes digerent, quæ dein ipſis prælegent, tam ad eruditionem, quam ad uitam Chriſtianam recte inſtituendam pertinentia, nos inter uiſitandum pro ratione cuiuſcunque ſcholæ trademus.

Apud ſingulas eccleſias habendus uir eruditus, qui clericos ciui eccleſiæ inſtituat. Cap. III.

OLim cōciliari cōſtitutione cautū eſt, ut non ſolū apud quālibet cathedralem eccleſiā, ſed & apud alias nimirū collegiatas, quarū ſufficere poterunt facultates, cōſtituat magiſter idoneus, q clericos earundem eccleſiarū doceat & inſtituat, Apud metropolim autē theologū haberi præceptū eſt, q ſacerdotes ac quoſcūq; alios in ſacris literis doceat. Et in his præſertim inſtituat, quæ ad curā animarū ptinere dinoſcunē. Viſum etiā Cōcilio fuit, ut ſingulis magiſtris unius præbendæ prouentus tātiſper, quoad in docēdo perſtiterint, aſſignenē. Cuius qdē ſaluberrimæ cōſtitutionis uix ueſtigia quædā apud eiuſcemodi eccleſias reliqua uidem⁹. Nā ut ſcholas ipſas repias, didaſcalū tñ uix ullū eruditū ac piū repereris, q nihil pene ſtipēdii (ne dicamus unius præbēdæ pūentus) illi ſuppeditet, qđ emēdatione magna indiget. Neq; enī hæc res leuis momēti eſt, a qua totius propemodū reipub. tū ſalus, tū pnicies dependet. c. 1. & c. quia. nonnullis de magiſ.

Qui huic uiro uictum ſuppeditabunt. Cap. IIII.

CVrandū itaque, ut ſingula Collegia ludos literarios diligēter inſtituant, eiſq; de idoneis ludimagiſtris ac ſumptibus proſpiciant, ubi Collegia non ſunt, ſenatus & reſpublica idem curet.

Quemadmodū Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. Cap. V.

ACademias ſeu Vniuerſitates publicas p hanc hæreſim colluuiē mi ſere perire cernimus, quas īſtaurari maxīe in uotis eſt. Id fieri poſſe nobis uidet, ſi modus aliquis inueniatur, quo pauperibus ſcholaſticis ex eccleſiaſticis ſtipendiis aliqd poſſit decidi. Clericos enim illos ꝯuenit eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquoꝝ nulla bona ſuffragātur. Quo inſuper profeſſoribus atq; his, qui in bonis lite-

ris, optimis quibuſque diſciplinis, ac in primis Theologiæ ſtudiis multum profeciſſent, ſpes præmii fieret. Nam ſpes alit artes.

Pium uotum ad ſtudia ſubleuanda. Cap. VI.

Concil. Baſilien.

ET quanquã hic articulus a ſummo põtifice potiſſimũ pẽdere uideatur, tñ qđ in nobis eſt, cuperemus oẽs ordinarios collatores, præſertim parochialium eccleſiaꝝ, huc induci poſſe, ut academiæ poteſtatẽ facerent, ſignificandi ſubinde ipſis uiros literatos ad regendum eccleſias eiuſcemodi idoneos, quos ipſi collatores qbuſcũq; aliis nõ idoneis præferrent, ac parochiis quũ uacarent, præficere non differrent, modo tamẽ perſonaliter reſidere nõ detrectarẽt. Qđ ſi idẽ apud collegiatas eccleſias (qui menſe ordinario canonicatus & præbẽdas ↄferũt) obtineri poſſit, non dubium id pleriſque, ad ſtudia capeſſenda calcar fore non exiguũ.

Decretalem Honorii tertii, quoad eius fieri poteſt, renouari æquum eſſe. Cap. VII.

c. ſuper ſpecula. de magiſtr.

PRæterea nõ parum huc fecerit, ſi Honorii tertii decretalis ſeruetur, nẽpe ut Canonici eccleſiaꝝ diœceſis noſtræ Colonienſis dociles ad ſtudia, potiſſimũ theologiæ, per capitula tranſmittant, percepturi toto quinquẽnio beneficioꝝ ſuoꝝ fructus, non obſtante aliqua cõtrãria cõſuetudine uel ſtatuto, cum denario fraudari non debeãt in uinea domini operantes, de quo dictum eſt partim ſuperius. Ex his enim tandẽ ſpes non uana cõcipi poſſit, aliquando futurũ, ut doctoꝝ copia habeat, qui ueluti ſtellæ ualerent plurimos ad iuſtitiam erudire, & temporis ſucceſſu eccleſiam dei uniuerſalem in uita ac doctrina reformare.

Quid curandum in Academiis. Cap. VIII.

NEque ignoramus multa ac diligenti prouiſione opus eſſe in Academiis, qua in primis curari neceſſe erit, ut optimi quique libri in ſingulis profeſſionibus ac diſciplinis per doctiſſimos profeſſores ſtatis diebus ac horis uigilantiſſime prælegantur, enarrẽturq;. Deinde ut ſcholaſticis uiuendi regulæ præſcribantur, nempe ut bonis diſciplinis uacẽt, a pompis, comeſſationibus, ebrietatibus, aleæ ludis, diſſenſionibus ac rixis abſtineant, ut prodigi eſſe deſinant, ac quiſq; ſe ſuo modulo metiat, ut faſtum omnem ac doctrinæ ſupercilium deponat. Nec incipiant eſſe magiſtri priuſquam fiant diſcipuli. Quod enim ſunt, qui magiſtroꝝ ac doctoꝝ inſignia ambiunt, ac per ambitum extorquent etiam, qui nunquam eam artem quam poſt magiſterium profitentur, uel a limine ſalutarunt, quod quam turpe ac indecorum ſit, nemo ignorat.

Hierony.

Nihil imprimendum aut uendendum, niſi reuiſum prius. Cap. IX.

PRæterea quum per abuſum artis impreſſoriæ libroꝝ plurimũ mali orũ emerſerit, ꝓhibemus, ne ulli Typographi aut Bibliopolæ quẽpiam recens æditum librum aut chartã uel imprimãt, uel uenum exponant, uel uendant publice uel occulte, niſi hic liber reuiſus, & charta uel ſcripturã uel picturã cõtinens, per noſtros ad hoc deputatos commiſſa-

Pragmat. Auguſt.

rios diligenter perſpecta ſit prius. Quæ & Typographi nomen & cognomen cõplectantur, atque eam ciuitatem ſeu oppidum, in quibus excuſa ſunt, nominatim deſignent. Quæ uero his caruerint, nullo pacto uenum exponantur. Porro Typographi, Bibliopolæ ac reliqui librorum inſtitores ac geruli, qui huic ordinationi cõtrauenerint, præter cõfiſcationem librorum, pœnis etiã legalibus ac pragmaticæ cõſtitutioni Auguſtanæ ſubiacebunt. Contra quos in territoriis noſtris Fiſcalis noſter acerrime inquiret, ac ad iuſtarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

DE IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA contentioſa. Cap. I.

ANTE ANNOS NON ADMODVM MVLTOS, reformationem iuriſdictionis noſtræ eccleſiaſticæ ædi curauimus, per quam ita temperata ac moderata omnia ſperamus, ut nemo de ea iure queri poſſit.

Excommunicationis origo & præcipuus uſus. Cap. II.

NE autem quiſpiam excõmunicationis eccleſiaſticæ originem ignoret,
Primus excõmunicationis in eccleſia uſus, qualis fuerit, Paulus pri- 1. Corin. 5.
mæ ad Corinth. v. manifeſte oſtendit, ubi Corinthium publice cũ nouercam fornicantẽ tradit Satanæ ĩ interitũ carnis, ut ſpiritus eius ſaluus fieret
in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Non tantũ exẽplo indicans, ſed & expreſſim Ibidem.
iubens, ut q eiuſcemodi ſunt, e medio eccleſiæ eiiciãt. Si is (inquit) q frater nominať, inter uos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cũ eiuſcemodi nec cibum ſumere ꝑmitto. Quin ante diſcipulum, ille q ſolus uere magiſter eſt Chriſtus, eiuſcemodi
excõmunicationis uſum Matthæi. xviii. docuit. Quẽ optamus ĩ eccleſiã Matth. 18.
reuocari, ac frequentiſſimũ eſſe, Nempe ut tales publice ac enormiter peccantes ne aliis offendiculo ſint, & notati tandẽ reſipiſcãt, extra cõmunionem ſacramentorum ac uitæ cõis ponantur, donec ad cor & eccleſiæ gre-
mium reuerſi, ſuũ reatum deplorent. Diuus ſane Paulus grauiſſime Co- 1. Corin. 5.
rinthios increpat, qđ incæſtum illũ tantiſper paterenť. Omnino (inquit) audiť inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorẽ patris ſui quis habeat. Et uos inflati eſtis, & nõ magis luctũ habuiſtis, ut tollatur de medio ueſtrum, q hoc opus fecit. Non eſt bona gloriatio ueſtra. Neſcitis, q modicum fermentum totã maſſam corrumpit.
Expurgate ergo uetus fermentum, ut ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azy- Matth. 18.
mi. & cætera quæ ſequunť. Quod ſi denuntiationem euangelicam (qua nulla res ſalubrior eſſe poteſt, & quæ nobis nõ tantũ facienda ſuadetur, ſed præcipiť) frequentaremus, & apoſtolica ꝓcepta mordicus teneremus, rariores ꝑfecto in cœtu noſtro haberemus adulteros, raptores, homici-
das, & id genus alios publice crimino ſos, propter quos blaſphematur nomen Eſaiæ. 52.
noſtrũ inter gentes & ſcandalizantur multi inter nos infirmiores. Roma. 2.

Cur paſſim in omnes inobedientes excommunicationis cenſura diſtringi cœperit. Cap. III.

1. Regum. 17

IAndudum uero cœpit excommunicatio in omnes inobedientes diſtringi. Quod quaſi peccatum ariolandi ſit, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.

Vſum excõicationis i publicè criminoſos in lucẽ reuocandũ. Cap. IIII.

VSum ergo excommunicationis, præſertim aduerſus publice criminoſos in lucem reuocari conuenerit; Deinde poſt hac in aliis cauſis excommunicatio tantum in manifeſte contumaces feratur.

Quid cauendum in decernenda excõmunicationis cenſura. Cap. V.

Ex Concil. Meld. & Aluernen. c. nemo, & c. nullus ſacerd. 11. q. 3. Ex cõci. Lugdu. c. 1. de ſentẽ. ex. cõmu. in. 6.

CAuebit autem in primis iudex, ne hãc aliaſue cenſuras eccleſiaſticas, uel ex iniuſtis, uel ex leuibus cauſis, uel iuris ordine non ſeruato, uel ex odii fomite proferat unquam. Quum enim excõmunicatio pœna ſit, qua nulla maior eſt in eccleſia, nec ſit excommunicandus quis, niſi pro peccato lethali, quod anathema ſit æternæ mortis damnatio. Nec infligenda ueniat, niſi his qui aliter corrigi nõ poſſunt, debebit iudex nõ ante excommunicare quempiam, quam cognouerit id, uel cauſæ grauitatem, uel eius qui extra communionem ponendus eſt; apertam contumaciam præcepto iuſto acquieſcere nolentis exigere.

Excommunicatos uitandos. Cap. VI.

Ex Concil. Anthioch. Carthag. Arelateñ. Bracharacẽ.

VOlumus aũt ut hæc cenſura ab oĩbus (iure nõ tantum humano, ſed & diuino idipſum poſtulante) timeatur, utq; excõmunicati in familiari cõuerſatione uitentur, & a nemine recipiantur, quemadmodum antiquiſſima ↄcilia ſub grauis reatus incurſu idipſum fieri præceperunt.

Nõ paſſim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. Cap. VII.

c. cum oporteat. c. inquiſitionẽ. paragrapho. tertiæ dubitatioñ. de accuſatioñ.

PRocuratores noſtri Fiſcales aduerſus neminem ingrant, niſi quem legitima ac frequens grauat infamia, nõ quidem a maleuolis & maledicis, ſed a prouidis & honeſtis iuſtitiæ zelo cõmotis, ſuborta. Quam ſi non probauerint, cõdemnentur ipſi; nõ autem inquiſiti in expenſis. Necq; enim ſpeciem aliquã æquitatis habet; quod ab innocentibus abſolutis, quippiam expenſarum nomine extorqueatur. Alioqui calumnia & iniuſta diffamatio, mercedem (quod abſit) haberent. Valeant ergo alii maleuoli delatores, depeculatores famæ, ac reipublicæ peſtes. Necq; eñ ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt, in occulto inquirẽdum eſt ſuper criminibus in eodem deſcriptis. Quum inquiſitio fieri tantum debeat ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerint.

Manifeſti criminoſi pro quæſtu nequaq̃ ferendi. Cap. VIII.

c. pauper. 11. q. 3.

NOlumus autem, ut concubinarii, aut alii manifeſte criminoſi ullo modo pro quæſtu aut pecuniæ emungendæ cauſa ferant, tolerenturq;. Aut ut pœnæ pecuniariæ pro criminibus paſſim imponant, quod res mali exempli ſit, crimen pecunia redimere. Sed reformationis noſtræ conſtitutio, quæ de officio Sigilliferi poſtrema eſt, ſeruetur. Quod ſi interdum uel perſonæ delinquentis, uel delicti qualitas pœnam pecuniariam

imponi poſtulauerit, hæc in pios tãtum uſus cõuertatur, ne magis auaritiæ, quam correctionis cauſa exacta uideatur.

Clerici grauiſſimorum criminum rei, ſecundum canonicas ſanctiones puniendi. Cap. IX.

CLerici ĩ grauiſſimis criminibus dephẽſi iuxta canonicas ſanctiões puniantur. Expedit enĩ, ut publice delinquentes & eccleſiã dei ſcãdalizantes, publice quoq; arguant & puniantur. Quãobrem tales uel a nobis deprehenſi, uel extra territoria noſtra p magiſtratus capti, ac nobis iuxta ſanctiões canonicas traditi, dignã ſui ſceleris pœnã recipient. Qđ ſi tã graue fuerit, ut degradatione dignũ ſit, faciem⁹ ipſos curiæ tradi ſecularis, ne clericali priuilegio gaudeãt, quo ſe p flagitia reddiderũt indignos.

1. Timo. 5.

De Teſtamentis inſinuandis, approbandis ac exequendis. Capi X.

IN Cõcilio Moguntino ſancitum eſt, ut hæredibus, q̃ iuſſa teſtatorum nõ adimpleuerint, ab Epiſcopo loci illius oĩs res quæ eis relicta eſt interdicatur, cum fructibus & emolumentis, ut uota defunctorũ adimpleantur. Quamobrem procuratores noſtri Fiſcales in diœceſi noſtra Colonieñ. aduigilabũt, ut Teſtamenta, maxime eccleſiaſticarũ perſonarũ, priuilegiis eccleſiæ noſtræ maioris ſaluis, intra anni ſpatium exequutioni mãdentur, Vtq; intra idem tempus exequutores teſtamentorum legitimum calculum reddant. Quorũ etiam teſtamentorum inſinuationem approbationẽq; intra triginta dies a morte ſacerdotis, peti uolumus atq; obtineri, niſi rationabilis cauſa longiorem dilationem expoſcat in præmiſſis. Diſpiciet autem Sigillifer noſter, ut ſi quid ĩ quempiam ſtultum aut iure prohibitum uſum temere relictum ſit, in pium conuertatur.

Ex cõc. Mogun. c. ſi hæred. de teſta.

Bona presbyteri ab ĩteſtato defuncti ĩ piã cauſam ꝯuertẽda. Cap. XI.

VBi ſacerdos noſtræ diœceſis Colonieñ. mortuus eſt inteſtatus, bona ipſius, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piam cauſam pro defuncti animæ ſalute conuertantur.

Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur, minime grauis. Cap. XII.

EA portio, quæ nobis uti Archiepiſcopo ſecundum rationem bonorũ (extra quæ tamen patrimonialia immobilia ſunt) deducto ære alieno ex more & ſpeciali conuentione cum clero noſtro inita debetur, nemini grauis eſſe poteſt, quod maior Epiſcopo ſecundum canonicas ſanctiones portio, q̃ ea eſt, quæ ex remiſſione noſtra nobis ſoluitur, debeatur.

c. Offi. de teſta.

Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrenanda. Capi XIII.

MVltiplex illa & facilis iuramentorũ exactio, q̃ in iudiciis eccleſiaſticis fit, nobis ꝓbare nõ poteſt, Chriſtus inter pfectionis hortamenta ponit & illud, ut in totũ abſtineamus ab omni iureiurando. Quo colore ergo cõſuetudo nunc paſſim iurantiũ ĩ omni negotio excuſari poſſit, nõ uidemus, niſi aut grauitate negotii, aut neceſſitate. Crebris iuramẽtis raro deeſt periurium, quod grauiſſime punit deus. Quãobrem monemus Cauſidicos, ne tam faciles ſint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis.

Matth. 5.

Deute. 5.

Cõpertum enĩ habemus quoſdam eſſe tã male Chriſtianos, qui in re tam ſeria ludant, ac iuramenta interdũ exigant, q̃bus præſtitis credere nolint. Ne dicamus quoſdã eo uęſaniæ prolabi, ut iuſiurandũ exigant, q̃d malint ſuſpicari, præſtando uiolatum iri, quam uere reuerenterq; adhiberi. Quo laqueo, quis pernicioſior eſſe poteſt? Admonebit igit̃ Officialis noſter Cauſidicos atq; alios iuramenta exigentes, ut ea quæ iudicii ordo perſſus ſolẽnitas neceſſario nõ requirit, remittãt, utq; memores ſint, eandẽ manere pœnã temere exigentem, quæ manet fruſtra præſtantẽ iuramentum.

Formula inquirendi hæreticos deliniãda. Cap. XIIII.

QVum hæreſum ac ſchiſmatum in præſentiarum plena ſint omnia, uidebimur operæpretium facturi, ſi cõmunicato cum Inquiſitoribus apoſtolicis conſilio, formulam quandam inquirendi iuri conſentaneam ac tantum negotium decentem, minimeq; captioſam, præſcribamus. Quamobrem ea deinde noſtris iuriſperitis mandabimus.

DE VISITATIONE AC SYNODIS Epiſcopalibus Archidiaconalibuſq;. Cap. I.

QVum fruſtra ſint in ciuitate leges, niſi & ſint qui eas exequantur, itidem inſtitutiones canonicas, ineſſicaces & languidas eſſe oporteat, niſi ab Epiſcopo & reliquis, quibus ea cura demandata eſt, & quodã modo uiua lex ſunt, qui & in Euangelio nuncupantur ſal terræ, Matth. 5. mancipentur eſſectui. Idcirco uiſitatione p noſtram diœceſim Colonienſ. opus eſt, quam deo authore per noſtrum in pontificalibus Vicarium ac ipſi adiunctos uiros, iuxta pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his ſpiritualibus ac eccleſiaſticis rebus ordinandi poteſtatem, aggredientur, eandemq; adiuuante deo peragemus.

Quo ordine uiſitatio inſtituenda. Cap. II.

EX ſuperiorib⁹ uero liquet plus ſatis, quo ordĩe uiſitatio inſtituẽda ſit. Siquidẽ in primis ab eccleſiis noſtris metropolitana ac cathedrali incho andum. Dehinc ſingulæ collegiatæ ſimul cũ monaſteriis & uirorũ & mulierum inuiſendæ. Poſt hæc ad parochiales eccleſias oẽs in noſtris ciuitatibus ac diœceſibus cõſtitutas (ubi maxĩa cura opus erit) tranſeundũ, ibi nõ ſolum parochi, ſed alii etiã (quotquot ibidẽ cõmorantur) ſacerdotes ac clerici aduocãdi. Atq; interi nõ prætermittẽdæ ſcholæ & bibliothecæ, ubi illæ reperientur, ac poſtremo hoſpitalia pauperũ diligẽter perluſtranda erunt.

Quæ ubiq; corrigere oporteat. Cap. III.

QVæ uero oporteat ubiq; ſciſcitari ac inueſtigare, q̃ corrigere ac repurgare, q̃ ſtatuere ac ordinare, ſuperiores cõſtitutiones abunde docẽt.

In primis reformandos eſſe Decanos. Cap. IIII.

QVod ad cathedrales & collegiatas eccliãs attinet, prima curã erit in reformãdis eccleſiarũ prælatis, maxime Decanis, Qui ſi cauti fuerint,

conſequitẽ neceſſario, ut hi qbus ducatũ pſtant, ſimul in ſoueã trahanẽ ac cadant. Quod em̃ ab illis cõmittitur, facile ab aliis trahitur in exemplũ.

Inquietos & prælatis rebelles corripiendos. Cap. V.

ET quoniã alicubi tanta eſt cleri diſſolutio, ut prælatis quãtũuis bonis ac eruditis neq; ſuus honor neq; authoritas ſeruetẽ, intendẽt V.ſitatores nři aſũm, ut inquieti corripiant. Qui corripi & obedire nolunt, cenſura eccleſiaſtica ſecundũ culpæ modũ percellant, donec reſipuerint.

In monaſteriis quomodo abuſus percipiendi. Cap. VI.

IN monaſteriis facile percipientur abuſus, modo regulæ ordinis relegãtur, interrogenturq; qui illis præſunt, num illis ſcilicet ſimul cum noſtris conſtitutionibus per omnia ſatisfiat.

In uiſitatione parochiarum quid agendum. Cap. VII.

VBi ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo paucis ante diebus aduentus Viſitatorũ ſignificari, quo tum oẽs expediti adſint, ac publicæ ſaluti intendant. Deniq; ea ſacramenta ac munera, quæ p ſolum Epiſcopum adminiſtrantur, expurgati & præparati recipiant.

Habenda concio per Viſitatores. Cap. VIII.

NEc uidebiẽ inutile, ut Vicarius noſter ĩ põtificalibus, ſeu alius ex Viſitatoribus nřis Theologus ↄcionem ad pplũm habeat, eundẽq; de oĩbus, de qbus utile uidebiẽ, ex diuinis ſcripturis p dei uerbũ admoneat.

Interrogandus parochus, quo titulo miniſterium gerat. Cap. IX.

INterrogandus deindẽ parochus, nũ ipſe principalis rector ſit, aut uicarius mercenari⁹, an ordinaria authoritate admiſſus, nec ne. Vbi uicari⁹ præeſt parochiæ, uidendum quo priuilegio abſit parochus principalis.

De uita, ac moribus & doctrina inquirendus. Cap. X.

DEinde inueſtigandũ de uita, moribus ac de doctrina, quo pacto uerbum diuinum diſſeminet, ac ſacra eccleſiaſtica adminiſtret, Et nũ oĩa calleat, quæ ad officium ſuum ſpectant. Vbi uero minus fuerit inſtructus, erudiaẽ maxime in his, quæ ad diſpenſationem eccleſiaſticorũ ſacramentorũ attinent, præſertim pœniæ. Subinde inquiratur, num ĩ his deſes aut negligens interdum ſit, Et num illi neceſſarius & honeſtus uictus ſuppetat, ſeu digna ſtipendia exoluantur. Nam ſi cõpetens uictus defecerit ad eum modum (uti ſupra diximus) pcurandus erit, aut ad nos referendum.

De habitu, tonſura ac reliquis externis uidendum. Cap. XI.

VIdendum deinde de eruditione, habitu, tonſura, ac familiari conuerſatione, honeſtas familiæ exploranda, libri quoq; omnes inſpiciendi, qui ſi nothi aut ſuſpecti erunt, auferendi ac tollendi ſunt.

Num hæreſis quæpiam ſerpat, diligenter inueſtigandum. Cap. XII.

INſuper inueſtigandum erit diligentiſſime, num in tota parochia ullus hæreticus aut ſchiſmaticus deliteſcat, nũ hæreſis aliqua ſerpat atq; hic apponenda ſecuris ad radicem, ut ſeducti per uerbum dei in uiam ueritatis & eccleſiæ unitatem reducantur. Qui contumaces fuerint, e cœtu cæterorum tollantur.

Num agantur alia, quæ cum dei & eccleſiæ inſtitutis pu‑
gnent, diſpiciendum. Cap. XIII.

PRæterea, num in parochia ſuperſtitiões, ſortilegia, diuinationes, atq; alia id generis, quibus mentes a deo uiuo per diaboli fraudes ſeducũtur, exerceantur. num periuria, blaſphemiæ, adulteria, & ſimilia crimina, ob quæ iratus deus in nos gladium iræ ſuæ uibrat, publice committantur, num eccleſiaſticæ cenſuræ contemnantur, num ſint qui ſparocho obedire flocciſaciant, qui ſacramenta eccleſiæ non participent, Item, num feſti dies & ieiunia eccleſiaſtica rite obſeruentur.

De puerorũ inſtitutione & hoſpitalium cura quærendum. Cap. XIIII.

DEin uidendum quo pacto pueri inſtituantur, q̃ præterea ſint ſcholis præfecti. Hoſpitalium quoq; cura haud prætermittenda.

Vitia quibus aſſueuerint parochiani, acriter corrigenda ac reſeruanda. Cap. XV.

DE uitiis quibus parochiani uel maxime aſſueuerint, inquiſitio faciẽda, ut p̃ Viſitatores uerbo diuino ab his populus auocetur.

De officio parochi inquirendum. Cap. XVI.

DEniq; expiſcandum, num parochus diuinum officium in eccleſia cãnendo, legẽdoq; rite gerat, Num ſacrũ baptiſma, itidem ſacroſanctã Euchariſtiã cum Chriſmate ſecure ac decenter cuſtodiat, Nũ ueſtes & reliqua ornamenta, quibus in diuinis officiis utimur, munde aſſeruet, Num ipſe, aut q̃ eccleſiæ prouiſores appellanť, templum ſartum tectũ curent. Num ſacris altaribus ſuus honos impendatur, Num ruinis domus parochialis occurrat, Num de rebus eccleſiæ, alienationes faciat, Atq; his ſimilia, quæ Viſitatoribus noſtris pro eorum circunſpectione & prudentia facile occurrent. Et ex conſtitutionibus noſtris (quas ubiq; pro loci ac perſonarum ratione rememorari debebunt) ſuppeditabuntur.

Synodus epiſcopalis anno bis habenda. Cap. XVII.

Nicæ. c. 5. Anthi. c. 20. Conſtãn. c. 3. Calced. 19. c. Sicut olim. de acuſa.

ET quoniã Viſitationes iſtæ generales p̃ ſingulas parochias abſq; magno ſumptu ſingulis quibuſq; annis frequentari haud poſſunt, ſaluberrime ſancitum eſt in antiquiſſimis canonibus, bis p̃ ſingulos annos in ſingulis p̃uinciis Concilium fieri. Vt primum, ante dies quadrageſimæ habeatur, uidelicet, quo oĩbus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum ſolenne deo munus poſſit offerri. Secundũ uero agatur ante tẽpus Autumni, in quo ſi cõmuni omnium cõſenſu rationabiliter cõprobato, ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo uel tres annoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

Quid agendum in ſynodo epiſcopali. Cap. XVIII.

IN his ergo Cõcilus, anno bis, de his omnibus apud metropolitanæ, cathedralium, collegiatarũ, monaſteriorumq; prælatos, & præſertim Archidiaconos, ac quos uocamus Decanos rurales (qui uocati ſunt ĩ partem ſolcitudinis epiſcopalis) per Vicarium noſtrum in pontificalibus ac Officialẽ diſquiſitio diligens fiat. Et quæ ex illorum iudicio reformatio‑

ne opus habere comperientur, communi conſilio emendentur.
De ſynodis archidiaconalibus ac ruralibus. Cap. XIX.
Denique Archidiaconi, qui Epiſcoporum oculi dicuntur, ac Decani iſti rurales in ſuis deinceps ſynodis, quæ ſancita fuerint, in prouinciali ſeu epiſcopali Concilio publicabunt, Et ad eundem modum (qui in Viſitatione præſcriptus eſt) uitiis extirpandis ac uirtutibus inſerendis ſtudeant, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quam pecuniæ exactione puniendis, intenti.
Officiales Archidiaconorum & Decanos rurales, uiros graues eſſe oportere. Cap. XX.
Quod ut recte ac prudenter fiat, Archidiaconis noſtris incũbit, ne ullos idoneos Officiales aut Decanos rurales deligãt aut admittãt, ſed ad has functiones uiros tantum aſſumant, cum doctrina præſtantes, tum uitæ innocentis, inculpatæque, qui nullius criminis labe notabiles, officium ſuum irreprehenſibiliter exequantur.
Synodi archidiaconales antiquitatem quandã præ ſe ferunt. Cap. XXI.
Ex uetuſtiſſima quadã inquirendorum criminum formula relictũ eſt: ut Archidiaconi anno biſextili circumeant, & peccata enormia emẽdent, quæ ſequitur in hæc uerba. IN CONCILIO publico ab Epiſcopo habito, primitus iurare debent de uillis ſingulis fideliſſimi quique, liberi & ſerui, tres uel quatuor, ſeu etiã plures, ut rei ueritas omnino inquiratur. Iuramentum autem illud huiuſcemodi eſſe debet, Quicquid in uilla in qua habitat ueraciter ſciat, uel ſerio audierit actum contra fidem rectã & Chriſtianitatem, Epiſcopũ aut eius nuntium, quãtum recordari poſſit & ſcientia ſubminiſtrat, nõ lateat. Poſt iuramentum uero Epiſcopus per ſingula numerare debet, quæ prius iuramento cõprehendit, hoc eſt. Si uir ſuper uxorem ſuã, aliquam clanculo corrupit, Si cum duabus cognatis, ſiue mulier cum duobus propinquis fornicata ſit, Si cõmatrem ſpiritalem aut filiolã ſuam ſtupro uiolauit, Si qua mulier partum ſuum necauit, uel cõceptum quocunque modo excuſſit, Si quis cognatum ſuum uoluntate an caſu occidit, ſeu morbidum fecit, & necdum ad publicã pœnitentiã uenit, Si mulier maritum ſuũ, aut maritus uxorem ſuã iniquo conſilio interemit, Si quis uirum aut fœminã ueneno, aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc ſcilicet ueneno machinatur, Si ſciant diuinatrices uel augures, etiã illos, qui per incredulitatem illas inquirant, Si ſciant meretrices, quæ meretrix appellatur, ſi uno cõtempto, cum aliis fornicatur, licet nupta nõ ſit, Si illos etiã ſciant, qui cum excõmunicatis cõmunionem habent, Si illos ſciãt qui conuicti ſunt periurium perpetraſſe, Si & illos nouerint, qui loca deo nõ dicata, contra fidem eccleſiaſticam colunt, & ad Chriſti eccleſias ueni re contemnunt, Illos etiam ſi ſciant, qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Epiſcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros uero omnes, nobiles & ignobiles, per bannum Chriſtianitatis conſtringat, ut ſupradictas res minime cœlent, ac ſi in

c.1. de offi. archi.
Hunc canonẽ renarrat. B. Rhenan. in proœmio. Tertulliani.

die iudicii ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannum cōteſtetur, ut nemo per ullius timorem aut fauorem uel etiam amicitiam, præfata reticeat, ueraciter ſcita. Neq; per odium, neq; per inimiciciam ullam quicquam alicui irroget, quod ueraciter non poſſit probare. Horum aliqua ſi antea in præſentia Epiſcopi allata eſſent, eiuſq; iudicio terminata, & poſtea iterata, comperta fuerint, ueluti in initio referantur, & epiſcopali decreto conſtituantur.

Abuſus in ſynodorum Archidiaconalium ac ruralium obſeruatione. Cap. XXII.

PRæſcripta quidem formula, quam antiquitatis cauſa retulimus, ſucceſſu temporis in abuſum, quod negare non poſſumus, deducta eſt, quod non fideliſſimi quiq;, ſed leues delatores, non qui ueraciter ſciant, aut ſerio audiuerint, idq; a probatis, neq; uno tantū, ſed pluribus, hiſque fidedignis, minimeq; maleuolis, ſed frequentius abſque omni delectu uel leues ac futiles uel inuidi uel rapaces, calumniatores, delationi comperiantur aſciti. Quodq; pro manifeſtis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, ſed pecuniatiæ potiſſimum mulctæ a delinquentibus fuerint exactæ, permiſſis interim delinquentibus haud præter graue populi offendiculum, in publica ſcelerum infamia perſeuerare.

Inter uiſitandum abuſus corrigendi. Cap. XXIII.

QVæ omnia magna correctione indigent, quam uolente ac adiuuante deo, inter uiſitandum adhibebimus, nimirum curaturi, ut uiris exploratæ uirtutis tantum hoc officii delegetur.

Procurationem, ſuo officio recte fungentibus pendi, æquum eſſe. Cap. XXIIII.

HIs autem, qui ſynodo præficiendi ſunt, ſumptus neceſſarios (quam procurationem canones uocant) per parochianos ſuppeditare iuſtum atque æquum eſt.

Ex Concil. Lateraň. Ex Concil. generali. c. cum apľis. c. ꝑcurationes de cēſib.

CAetera, quæ præſentis Concilii decretis comprahenſa non ſunt, (ſunt autem pleraque non minorem, quam ea quæ correximus, caſtigationem poſtulantia) ea ſecundum ſacrorum canonum cenſurā partim in Viſitatione, partim in futuris ſynodis epiſcopalibus, deo dante emendare diligenter adnitemur.

FINIS.

INSTITVTIO COMPENDIARIA DOCTRINAE CHRISTIANÆ, EX CONCILIO PROVINCIALI COLONIENSI.



VERONAE.

APVD ANTONIVM PVTELLETVM. M D XLI.

CREDITIS IN DEVM, ET IN ME CREDITE.



SI QVIS SITIT, VENIAT AD ME ET BIBAT.

SI QVID PETIER. PATREM MEVM IN NO. MEO, DABIT VOBIS.

SI QVIS DILIG. ME, MAND. MEA SERVAB.

HERMANNVS DEI GRATIA SANCTAE COLONIEN. ECCLESIÆ

HERMANNVS DEI GRATIA SANCTAE COloniẽ. eccleſiæ Archiepiſcopus, princeps Elector VVeſtualiæ & Angariæ dux, ac Adminiſtrator eccleſiæ Paderborneñ. &c. Omnibus ac ſingulis Parochis, aliiſque diuini uerbi miniſtris per noſtras ciuitates ac diœceſes conſtitutis, ſalutem in domino ſempiternam.

ENchiridion doctrinæ Chriſtianæ, quod uobis in Concilio noſtro prouinciali nuper polliciti ſumus, præter inſtitutũ noſtrũ in iuſtũ exiit uolumẽ, quod tãdem, deo authore, reddimus. Maluiſſemus certe ſi licuiſſet, Enchiridii metas nequaꝗ̃ excedere: uerũ cũ in progreſſu experiremur, res quaſdã maximi momẽti, quæ in præſentia quorundã nouatorũ curioſitate ſumma cũ eccleſiæ iactura ꝯtrauertunt (ueluti ſunt illę, de authoritate eccleſiæ, de hominis iuſtificatione, de ſacrificio miſſæ, ac ſimiles cõplures) tã paucis explicari nõ poſſe, ut libellus intra Enchiridii anguſtias ꝯtineretur, Et tamen ueſtra oĩno referre ſentiremus, ut hæ res ad catholicæ eccleſiæ ſentẽtiam diligenter expenderent, ac ꝗ̃ fieri poſſet explicate traderent, quod alioqui omnis noſter labor nullum fructũ facturus uideret, potius uiſum eſt, libro per nos ædendo aliud nomen a iã deſignato indere, ꝗ̃ cõmittere, ut uos ignoratis illis, quæ ſine graui periculo, præſertim hac tempeſtate ignorari non poſſunt, non ſolũ ipſi impingeretis, ſed & populum uobis concreditum in eandem ruinam uobiſcum traheretis. Quamobrẽ ne uel hinc quiſpiam anſam calumniãdi arripiat, per nos plane licebit, ut qui hunc quem damus librũ ob ſui magnitudinẽ Enchiridion proprie uocari ac inſcribi non poſſe arbitrabit, is eundem aut Inſtitutionẽ doctrinæ Chriſtianæ, aut Compendiũ Chriſtianæ inſtitutionis, aut ſi malit alio quolibet nomine appellet, modo tamen operã noſtram boni conſulat, & quæ pro noſtra exiguitate in medium afferimus ſic accipiat, tanquam ab eo profecta, qui non ſuæ, ſed communi eccleſiarum ſibi commiſſarum utilitati in ſolius Chriſti gloriam tantiſper ſaltem proſpicere uoluerit, donec generali Concilio publicis totius eccleſiæ rebus prope collapſis ſalubrius fuerit prouiſum. Erunt ſcimus ꝗ̃ plures, qui hunc conatum noſtrum, uel non probabunt, uel etiam arrodent ac reprehendent. Quidam enim prophanam eruditionem ac uenuſtam ſermonis elegantiam requirent. Sed hi ſciant, hæc nos non delicatis hominibus, ſed noſtris parochis, aliiſque uerbi dei miniſtris ſcripſiſſe. In quibus Paulus non decorum aut uenuſtum ſermonis ornatum, ſed tantum rerum diuinarum ſcientiam deſiderat. Quoſdam etiam offendet, quod quædam parcius attracta ſint, quædam ſuſius forſan ꝗ̃ par erat tractata. Rurſus, quod quædam non

minus q̃ quæ tradita ſunt cognitu neceſſaria, præterita uideantur. Qui tamen uel hinc nobis placidiores euadent, ſi intelligant nos non perfectum aut abſolutum aliquod opus fuiſſe molitos, ſed qualencūque ſaltem opem eccleſiis noſtris afferre uoluiſſe, qua ſe aduerſus graſſantem hac tempeſtate ueterum ac nouarum hæreſeon peſtem, ueluti præſenti quodam antidoto ſeruarent ac tuerentur, donec ſcilicet Concilium illud generale, pleno remedio, rebus exulceratis ſuccurreret ac proſpiceret. Quidam denique erunt, qui in ſententiam noſtram non ubique diſcedent. Quin etiam quædam ueluti ab eorum paradoxis nuperius inuectis diſſonantia ſuo more reprehendent. Qui tamen, ut ſpes eſt, nos mitius excipient, Tum quod toto opere nullum hominem cuiuſcunque, tandem ſectæ ſit, nominatim perſtrinxerimus, ſed tantum doctrinam nobis minime comprobatam, non tam libere q̃ modeſte reiecerimus, ac eius loco doctrinam hactenus receptam ſimpliciter ac bona fide reponere ac confirmare ſimus annixi, adeo ut eam etiam apud aduerſarios repertam, ſuis propemodum ipſorum uerbis efferre non abhorruerimus. Tum quod nemini (deus nobis teſtis eſt) male uelimus, qui tamen eccleſiæ Chriſti ac ſibi bene uelit, nihil magis optantes, q̃ ut pacatis diſſidiis, omnes in unitatem catholicæ fidei ac profeſſionis in Chriſto Ieſu, quandoque coaleſcamus. Quod ſi nihiloſecius quidam aduerſus nos, contentioſi eſſe pergant, hos admonitos eſſe uolumus, ne ſimul & operam & oleum perdant, quod tales, tametſi ſuam quoque maledicentiam in nos libellis quamuis famoſis exerere ac ſtringere in animum inducant, nullo dignabimur reſponſo, contenti illis opponere tam ueterum q̃ recentiorum orthodoxorum patrum dogmata, ac uniuerſalem totius eccleſiæ, non huius tantum, ſed omnium temporum, catholicum conſenſum. Nos enim in hac inſtitutione, non noſtro ingenio, uel induſtriæ ſumus innixi, ſed ſanctorum Patrum (qui eccleſiam a primis, ut dici ſolet, crepundiis in hæc uſque tempora, & doctrina, & exemplo illuſtrarunt) ipſiſſimam ut ſperamus mentem in diuinarum ſcripturarum (quarum ſacroſancta ac inuiolabilis eſt authoritas) interpretatione & intellectu ubique libenter ſequuti ſumus, eorum non ſolum ſententias, ſed & cum licuit ipſa uerba tranſcribentes. Quamobrem quis non uidet eoſipſos, non nos futuros, qui impetentur? quos certe neceſſe non eſt, ut nos ab iniuria uindicemus, quod ipſi ad ſua, quin potius uniuerſalis ac catholicæ eccleſiæ (aduerſus quam, ne portæ quidem inferi quid ualebunt) dogmata tuenda ac defendenda, nullo egeant defenſore. Interim hoc ubique conteſtatum uolumus, ut quæcunque in hoc uolumine ueluti a nobis profecta uidebuntur, non ut pertinaciter dicta, ſed potius, ut quæ Apoſtolicæ ſedis ac inſtantis Oecumenicæ ſynodi iudicio penitus ſubmiſerimus, habeantur. Supereſt, ut uos Parochi noſtri ac cæteri uerbi miniſtri, qui eccleſiis moderandis eſtis deſtinati (uobis enim

potiſſimum hic labor noſter paratus eſt) hanc inſtitutioně noſtram diligenter euoluatis, ueſtrasq; conciones ad illius præſcriptum exigatis, ac toti in hoc ſitis, ut diſciplina cœleſti formati, ſectas comprimatis, errores eradicetis, ueritatem euangelicam doceatis, ac eccleſiaſticam unitatem in uinculo pacis conſeruetis, quo per ueſtrum miniſterium (cui eſtis alligati) nomen, honos & gloria dei Opt. Max ubique amplietur ac illuſtretur, & homines quamplurimi ad ſalutis æternæ conſortium adducantur.

QVÆ HOC VOLVMINE, IN QVATVOR PARTES DISTRIBVTO, CONTINEANTVR.

Expoſitio Symboli Apoſtolici. Folio. 51

Aſſertio & doctrina de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Folio 76

De ratione ac modo precandi deum, cum expoſitione Orationis Dominicæ. Folio. 109

De natura, diſtinctione, ui, ac uſu Legis, cum ſubiuncta explicatione Decalogi. Folio. 140

Inſunt etiam huic uolumini complures loci communes, præſertim hi, de quibus hac tempeſtate non leuis controuerſia eſt, ad catholicam, & eccleſiaſticam ueritatem excuſſi & explicati.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM,

PRÆFATIO.

QVI doctrinæ Chriſtianæ rudimenta, omnibus hominibus,ad perpetuam ſalutem neceſſaria compendio tradunt,(ſunt enim in hoc argumento complures cum doctrina, tum pietate illuſtres uiri, ſumma cum laude ac fructu uerſati)haud diſpari quidem ſententia, non uno tamen ordine omnes incedunt. Nos eum potiſſimű ſequendum putamus, quo Eccleſia catholica per lauacrű regenerationis nos efficit Chriſtianos. Ibi enim ſymbolű Apoſtolicum(quæ eſt fidei regula)primű locum tenet, ꝙ hæc quű in fideliű mentibus digito dei exarata fuerit,oēm cæcitatem cordis expellāt,omnes Satanæ laqueos(ꝗbus implicati infeliciter naſcimur)disrűpat, ianuamq; diuinæ pietatis aperiat,quā introgreſſi,ſoluto reatu corruptionis antiquæ(qui ex primi parētis Adæ delicto,in oēs poſteros deriuauit)ad ſuauē odorē præceptoꝶ dei feramur.ipſiq; in ſua eccleſia læti deſeruiamus,ac proficiamus de die in diem,donec occurramus oēs in uirű perfectű, in mēſurā plenitudinis Chriſti. Hunc ordinē oſtendit beatiſſimus ille eccleſiæ doctor Paulus: Accedentē(inqt)ad deű oportet credere. Et Roma.v. Per quē habemus acceſſum per fidē in gratiā iſtā. Ac rurſus ad Hebræos:Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Sed & ꝓpheta dicit:Niſi credideritis non intelligetis. Vt ergo intelligētiæ aditus pateſcat,oīum primű ſymboli profeſſio proponitur,in qua fidei catholicæ fundamētű,ſuper quod ædificiű eccleſiæ ſurrexit,cōſtructű manibus Apoſtoloꝶ ac ꝓphetaꝶ continet, idq; mirabili breuitate,pſpicuitateq; ſermonis,ut de hac ſumma diuini dogmatis Propheta non īmerito dixiſſe uideatur,uerbű conſummans & abbreuians in æquitate.Quia uerbű breuiatum faciet dn̄s ſuper terram.

Ordinis ratio.

Cyprian' in. ſymbol.

Symbolű fidei regula.

Hiere.31.

Hebræ.8.

Heb.11.

Roma.5.

Heb.11.

Eſaiæ.7.

Augu.in ſymbol. li.4. ad Catechumenos.

Ephe.2.

Eſaiæ.10.

NE uero qs in primo ueſtibulo ſtatim offendat, nemo putabit hāc fidei regulam ac doctrinā,humana tantum induſtria perdiſci cōpararīq; poſſe.dei enim donum eſt fides Cæterum,uerbi miniſter,huius fidei prædicator,ſecundum gratiam, quæ ipſi data eſt,non niſi plantator eſt & rigator. Neq; tamen(ut Apoſtolus ait)qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat,ſed qui incrementum dat deus, qui unicuique partitur menſuram fidei,prout uult. Illi ergo tota laus debetur, qui intus & docentis organum temperat,& diſcentis mentem transformat.

Auguſt. ad Sixtű contra Pelagianos.

1.Cor.3.

1.Cor.1.

Ibidem.

Qua de re,quum nobis tantus magiſter(quē cœli cœloꝶ adorāt ac tremūt dn̄ationes & poteſtates)audiēdus ſit,oportet huc accedētē depo

nere omnem arrogantiam ac ſupercilium, omnem carnis ſenſum & humanæ rationis argutias, ut ſimpliciter certoq; credat, quicquid nobis ad ſalutem diuina tradidit authoritas. Quod tamen non prius faciet, ꝙ deus id per ſuam gratuitam miſericordiam ipſi largiatur. Nam ea ſola facit, ut fideles ſimus, ac deo per omnia credamus.

1 Timoth. 4.

Fides ergo, de qua hic agimus, eſt donũ mẽti hominis diuinitus infuſum, quo citra ullã hæſitantiam credit eſſe ueriſſima, quæcunq; diuina eloquia docuerunt, quam Paulus Apoſtolus deſcribens, conſiſtere aſſerit in earũ rerũ, quæ non uidenť, cognitione, aſſenſioneq; longe oĩum certiſſima, quod in deum, cui credit, nulla ſuſpitio uanitatis cadere poſſit. Hæc ſola aditũ præbet ac facit, ut qui per incredulitatem & ſuperbiã ueteris Adæ, a deo excidimus, deo rurſus appropinquemus, ac etiam per charitatẽ inſeramur. Infecta eſt in Adã protoplaſto radix, unde cõſequẽs erat, ut ſtirps quoq; tota uitiaretur. Erant ſiquidem homini, in primis præcipuæ illæ animæ uires, intellectus & uolũtas, in hoc diuinitus inditæ, ut deum ueluti optimũ ſimul & maximum regẽ oĩum conditorẽ ac conſeruatorem perpetuo agnoſceret, agnitum utroq; quoad fieri poſſet, complecteretur. At poſteaq; protoplaſtus legem dei neglexit, & Satanæ legibus obtemperare maluit, protinus intellectum, hoc eſt, mentẽ & rationem, qua iudicaret, quid eligendum, omnis error inuaſit. Itidẽ uoluntatem, qua expeteret quod cõmonſtraret ratio, carnalis cõcupiſcẽtia grauiter uitiauit. Atq; ita factũ eſt, ut recederet homo (qui ad imaginẽ dei creatus fuerat, a deo cõditore ſuo) cõparatusq; iumentis inſipiẽtibus, ſimilis illis fact9 ſit. Vtraq; ergo parte uitiata, duplici remedio opus erat, fide, quæ purificaret cor, hoc eſt, mẽtem & rationem, ceu fontẽ animi, & charitate, quæ ſubmoueret prauas cupiditates, ut ad ea tantũ feramur quæ præſcripſit deus. Sed utriuſq; remediũ nõ aliunde, ꝙ a deo petendũ uel expectandũ erit; ambo enim ipſiſſima dei dona ſunt, Quod nemo p fidem ueniat ad patrem, niſi per filium. Et uiciſſim, nemo ueniat ad filiũ, niſi pater traxerit eũ. Rurſus, Charitas dei per filiũ ꝑmerita, nõ aliter diffunditur in cordibus fideliũ, ꝙ per ſpiritũ ſanctũ, qui datus eſt nobis.

Fides qd ſit. Aug. in Enchiridio ad Laurentiũ. Heb. 11. Roma. 3. Iohan. 3. Radice in Adã corrupta, uitiata ẽ tota ſtirps gñis hũani. Auguſti. de ſymbolo ad catechũ. li. 1. Duplici remedio opus. Pſalm. 48. Actor. 15. 1. Timoth. 1. Iohan. 6. Roma. 5.

IAM VT AD SYMBOLI APOSTOLICI, IN QVO HÆC fides ꝓponitur, expoſitionẽ pergamus, Principio ſciẽdũ eſt, qcqd inibi continet, tribus uerbis ſummatim cõprehẽdi, Nẽpe fide in deũ, q unitate eſſentiæ ſimpliciſſime unus eſt, & trinus in pſonis quarũ tamẽ eadẽ eſt deitas, eadẽ eſſentia & coæternitas, eadẽ omnipotẽtia, eadẽ maieſtas, eadem ſapientia, eadẽ bonitas. Prima appropriatur patri, ſecunda filio, tertia ſpiritui ſancto. Quarũ proprietates diſertæ obſeruandæ & retinẽdæ ſunt. Pater innaſcibilis eſt, filius ab æterno genitus, appellatus uerbũ & imago dei patris, qui deſtinato tempore aſſumpſit humanam naturã ex uirgine Maria, Spiritus ſanctus ab utroq; procedens, utriuſque quidam nexus ineffabilis. Pater per filium cõdidit uniuerſa, Filius reſtituit

Sũma Symboli. Credere in deum. Deus vnus eſſentia, trinus in perſonis. Aug. de fide & ſymb. Proprietates pſonarũ diſertæ obſeruandæ.

prolapſa, Spiritus ſanctus utrique cum utriſq; operatur. Pater, cui ſumma eſt authoritas, per filiũ redemit eccleſiam, per ſpiritum ſanctũ gubernat, uegetat ac uiuificat. Tribus ergo partibus hoc ſymbolũ, ut ſunt tres ſanctiſſimæ trinitatis perſonæ, ad quas refert, conſtat. Prima pars patri, ſecunda filio, tertia ſpiritui ſancto deputat. In ſingulas pſonas nos credere profitemur, ut diuinitatis unitatem ac parem potentiã teſtemur. Nã pares ſint, neceſſe eſt, in quos par fiducia collocatur.

Tres ſymboli partes.

CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, CREATOREM COELI ET TERRÆ.

Deum, ſicuti eſt, nemo uidit unquã, ut ne ſeraphicæ quidem mentes diuinam naturã, ſicuti eſt, comprehendat. Multo minus nos in hac uita mortali, quibus tantum per fidẽ deũ uidere licet, ſed tanq̃ in ſpeculo & ænigmate. Optimo ergo iure ſymboli prima uox eſt, credo. Sed hoc initio cõmonendũ eſt, duplicẽ eſſe credendi rationem. Prior, quũ credimus deum eſſe, & uera eſſe quæ de deo dicunt, quẽadmodum & dæmones credunt & contremiſcunt, (ſciunt enim illum mentiri non poſſe) & pleriq; philoſophi crediderunt, ſed tamen euanuerunt in cogitationibus ſuis. Altera ratio credendi eſt, in deo ſiue in deũ credere, quẽadmodum pii credunt, qui pro compertiſſimis habent oĩa, quæ ſacris bibliis ac catholicæ eccleſiæ diffinitione in ſpiritu ſancto pdita ſunt, & ſine omni dubitatione ſperant, quæ deus ibi promittit. Rurſus timent quæ minatur, breuiter & conſtãter deo credunt, eiq; ſe totos committunt, quantũ poſſunt. Qui ſibi nihil quaſi propriũ & in ſua poteſtate poſitum, uendicant, ſeſe illius clementiſſimi domini ſeruos profitent, ſuaq; oĩa tradunt diuinæ uoluntati, propria abnegantes in oĩbus. Quod facimus, quũ credendo amamus, credendo diligimus, & credẽdo in eũ imus. Hæc eſt fides, quã in nobis exigit deus. Nec tamẽ inuenit quod exigat, niſi donauerit quod inueniat. Hæc nos deo copulat, hæc in huius uitæ tenebris prælucet, oſtendens quid uere fugiendũ, quid expetendum, hæc nos armat, impauidos, inuictosq; reddit, aduerſus omnes mũdi, ſatanæq; machinas, hæc eſt quæ cõſolat nos in oĩbus afflictionibus ſpe bonorũ cœleſtium, ſemper habens in ore: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Et: Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis, de qua ſcriptum eſt: Induite uos armaturam dei, in omnibus ſumẽtes ſcutum fidei, in quo poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere. Et iterum: Circuit uos tanquam leo rugiens, quærens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et rurſus: Et hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides ueſtra. Si deſit hæc fides, nulla bona opera cõferũt ad ſalutem. Nam diuus Paulus peccatum pronuntiat, quicquid non eſt

Deus nobis tm per fidẽ uidetur. Iohan. 1. 1. Ioha. 4. 3. Reg. 8. 1. Corin. 13.

Duplex credendi ratio. Aug. in pſalmum. 7.

Credere deũ. Roma. 1.

Credere in deo uel in deum. Aug. in ſoliloq. lib. 1. circa finem.

Quã fidẽ in nobis exigat deus, & q̃ illius uis ſit. Aug. in Iohan. ca. 19

Roma. 8.

Ephe. 6.

1. Petri. 5. 1. Iohan. 5.

Nulla opera bona abſq; fide

ex fide, intelligens: quia nō eſt ſine fide quicquam meritorium. Sin adſit, omnia cooperantur in bonum. Neq; enim deus fide formata ſibi ſic credentem ſubleuare deſinet, nihilq; ei euenire permittet, niſi quod ei proſit, & ſi neſciat, ut ſiue uiuamus ſiue moriamur, domini ſimus.

Roma.14. Roma.8. Augu. in ſoliloq. lib.1.

Credimus, inquam, in deum. Quum deum dicimus, ſentimus illam æternam mentem, qua nihil eſſe poteſt, nec maius, nec ſapientius, nec melius, quæ incommutabiliter eſt ſine tempore, quæ eſt ipſum eſſe, & a qua uenit rebus conditis, ut ſint aliquo modo. Sic Exodi. iii. legimus: Ego ſum qui ſum. Et qui eſt, miſit me ad uos. Et Chriſtus ait: Deus ſpiritus eſt idest, ſubſtantia ſpiritualis ſine initio, ſine fine, ſimplex, ſine ulla admixtione, inuiſibilis, incorporea, immenſa, ineffabilis, inæſtimabilis. In qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit. Nam infinita potentia, infinita ſapientia, infinita bonitas, infinita iuſtitia, infinita miſericordia, quæ deo tribuuntur, non ſunt accidentia in deo, ſed deus eſt re ipſa hæc omnia.

Iob.13. Deus quid. Exodi.3. Iohan.4.

PATREM. Patrem addidit, ut diſtinguat hanc perſonam a filio. Mox enim ſubiicit: Et in Ieſum filium eius unicum. Quanquam in ſcripturis deus trifariam appellatur pater. Primo, ut ſit notionaliter nomen perſonæ deitatis, cui ſoli hoc competit, q; filium genuit eiuſdem deitatis conſortem, & unum cum patre exiſtentem, quemadmodum hic accipitur. Et apud Iohannem: Qui me uidet, uidet & patrem. Et: Ego & pater unum ſumus. Deinde dei nomine ſic accepto, ut totam declaret trinitatem, Deus recte dicitur pater, q; creator ſit omnium, rerum conditarum, quemadmodum legimus: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te & creauit te? Denique peculiari ratione deus dicitur pater timentium ipſum, quos in filios adoptare dignatur, ſicut ſcriptum eſt. Et dedit illis poteſtatem filios dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

Deus pater trifariam accipitur. 1. Iohan.14. 2. Deut.32. 3. Iohan.1.

OMNIPOTENTEM, Quum audis omnipotentem, intelligis deum eſſe, ad cuius potentiam & maieſtatem nihil eſt hominum aut angelorum ſublimitas, ſeu quæcunq; poteſtas. Poteſt quidem ſecundum datam poteſtatem, quilibet angelus uel homo dici potens, ſed abſit, ut dicatur omnipotens. Solus deus omnipotens, qui omnia ex nihilo creauit. Et omnia quæcunq; uoluit, fecit in cœlo & in terra, facitq; hoc omnipotentis cognomen ad confirmandam fidem imbecillium, & ad excludendas omnes ratiocinationes humanas in operibus diuinis. Quibus omnibus hoc uno uerbo reſpondetur: Quia non eſt impoſſibile apud deum omne uerbum. Quum enim infinita ſit & incomprehenſibilis dei potentia, ſtultum eſt diſquirere, quomodo hoc uel illud fecerit. Ex quo hunc fructum homo fidelis capit, quemadmodum credit deum omnipotentem, hunc mundum, quum nundum eſſet condidiſſe, atque alia omnia, quæ deum feciſſe ſacra ſcriptura commemorat, ita credit ſimul futurum quicquid ille futurum promiſit uel prædixit, quando nutu quicquid uult, poteſt

Solus deus omnipotēs. Iohan.1. Pſal.134. Omnipotentia dei, fidei robur. Lucæ.1.

Fiducia in deum unde. Iob. 9. Aug. de ſymbo. ad catechu. li. 1. ca. 1. 2. Timoth. 2. De ſym. ad cate. li. 2. ca. 3.

quantumuis homini uideatur impoſſibile. Ita fit, ut incipiat homo ſuis & quibuſlibet humanis uiribus diffidere, & totus ab illo pendere, qui poteſt omnia, cui nemo reſiſtit aut dicit, Cur ſic facis? Quum autem ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt, & quod ait Apoſtolus, negare ſeipſum non poteſt, quod hæc omnipotentiæ repugnent. In hoc autem articulo quum dicimus, Credo in deum patrem omnipotentem, filium aut ſpiritum ſanctum omnipotentem non negamus, ſed aſtruimus, quod patris & filii & ſpiritus ſancti, ſicut eſt eadem eſſentia & omnipotentia ita etiam eadem eſt ſempiternitas.

Pater ex nihilo oia condidit p filiū.

CREATOREM COELI ET TERRAE. Qui condidit cœlum & terram, & quecunque cœlo terraq; continentur, uiſibilia & inuiſibilia, idq; ex nihilo per coæternum uerbum ſuum, id eſt, filium, ſicut pſalm. xxxii. legimus: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et deinde: Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Quod tamen uerbum non ſicut uerba noſtra debemus accipere ſeu intelligere. Nam hæc uere atque ore prolata uerberato aere tranſeunt nec diutius manent, q̄ ſonant, Quum illud æternum uerbum incommutabile maneat. nam de ipſo dictum eſt, quum de ſapientia diceretur, in ſeipſa manens, innouat omnia. Ideo uerbum patris appellatum, quia per ipſum innoteſcit pater. Sicut enim uerbis noſtris hoc agimus, quum uerum loquimur, animus noſter innoteſcat audienti, & hoc conamur & uerbis, & ipſo ſono uocis, & uultu & geſtu corporis, ut animum ipſum noſtrum, in nobis quidem manentes (quoad fieri poteſt) cognoſcendum & perſpiciendum animo auditoris inferamus, quod intus eſt demonſtrare cupientes. Sic deus pater, uerbum ad ſeipſum indicandum genuit, quanquam hæc ſimilitudo infinitam diſſimilitudinem habeat. Deus eñi quum uerbum genuit, id quod eſt ipſe, ab æterno genuit, in illud eſſentiam ſuam transfundens. Vnde & uirtus & ſapientia eius dicitur, quia per ipſum opera tus eſt, & diſpoſuit omnia. Et ne quis in hac rerum creatione ſomniet præexiſtentem materiam, diuus Iohannes ait: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod & Apoſtolus exerte pronuntiat Coloſſ. i. Quoniam per ipſum condita ſunt uniuerſa, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates; omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Fecit in cœlo uiſibilia, ſolem & lunam & ſtellas. Suis animalibus terreſtribus, & omni plantarum genere impleuit terram. Impleuit aerem uolatilibus, mare natantibus, omnia impleuit creaturis propriis. Fecit & hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, in mente homini indita. ibi enim eſt imago dei. Ideo mens ipſa nō poteſt comprehendi, ne a ſeipſa quidem, quia eſt imago dei. Fecit, inquam, hominem, ut creaturis cæteris dominaretur, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi, Volucres cœli & piſces maris, qui peram

Pſal. 32. Pſal. 148. Verbū quod & filius. Aug. de fide & ſym. ca. 3. Sapien. 7. Verbū cuur dicatur. Nulla ſimilitudo conueniens ad iudicanda diuina. Verbū, uirtus & ſapientia patris. Iohan. 1. Auguſti. de ſymb. ad cate. lib. 1. ca. 1. Gene. 1. Mēs hois icōprehēſibilis. Cur homo creatus. Pſal. 8.

bulant ſemitas maris. Et ut hæc propter hominem, ita hominem atque omnia alia propter ſe, tametſi ipſe nullius egeat, creauit. Siquidem hic eſt finis omnium rerum conditarum, ut cognoſcant & glorificent conditorem ſuum, quod fidelis Dauid non tacuit, Pſal. viii. xviii. ciii. ac. cxlviii. Quod & hymnus trium puerorum manifeſte declarat. Et quis tam cæcus eſt, qui non uideat, cœlos enarrantes gloriam dei? Et hanc uniuerſitatem rerum cōditarum demonſtrare ac teſtari deum, qui ſit omnipotens, ſapiens, bonus & iuſtus. Ideo & Paulus ad Romanos inquit, diuinitatem in natura conſpici. Inuiſibilia enim dei a creaturā mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut omnes pronunciet inexcuſabiles, qui quum ex creatura cōgnouiſſet deum, non ſicut deum glorificauerunt. Nonne lex naturæ, quæ in omnibus rebus conditis uiget, hanc rerum naturam non exiſtere caſu, ſed certo conſilio conditam eſſe gubernari & conſeruari aperte clamat? Veluti quod corpora cœleſtia tot annorum millibus, ſuos certiſſimos motus retinent. Quod ſuperiora & inferiora corpora, in quadam naturarum contrarietate, perpetuo quodam conſenſu colligantur, quod uices temporum recurrunt, quod maria, flumina, fontes, plantæ, & omne animantium genus, ſuæ quodq; naturæ legibus obtemperant, & in ſuos certos uſus ac fines diriguntur. In primis autem in mente hominis expreſſum quoddam ueſtigium diuinitatis deprehendimus, quum illius admirabilem uim in corpore humano ſentimus. Per hos gradus etiā ethnici uenerunt ad aliquam notitiā ſummæ illius mentis, unde condita ſunt omnia. In quibus tamen nihil eſt tam egregium, quin infinitis partibus ſit infra primam cauſam.

Finis omniū rerum conditarum.
Pſal. 8. 18. 103. 148.
Pſal. 18.
Vniuerſitas rerū deū eſſe teſtatur.
Roma. 1.
Lex naturæ arguit diuinam prouidentiam.
Acto. 14.
In mēte hominis expreſſum ueſtigiū diuinitatis.
Ethnici quō deum eſſe cognouerunt.

IAm Chriſtiani hominis eſt, non ſolum intelligere hunc orbem a deo conditum, ſed & deum ubique eſſe præſentem, ſuſtentantem & gubernantem omnia. Adeo, ut ſi ille uel pauliſper manum ſubtrahat, omnia ſtatim in nihilum reciderent, quemadmodum ſcriptum eſt. pſal. ciii. Porrigente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Quamobrem in hoc articulo, nomine creationis non ſolum conditio, ſed & ſuſtentatio ac gubernatio & conſeruatio rerum conditarum intelligi debet, uti quoque eodem pſalmo ſubiicitur: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hinc fit, ut in tota ſcriptura nihil uel factum geratur, uel dicatur ſine mētione dei, ut ſciamus deum eſſe, cuius nutu geruntur omnia, atque adeo prope adeſſe deum, ut pene manibus contrectari poſſit. Quemadmodum in Actis legimus Paulum inſigniter dixiſſe ad uiros Athenienſes: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ quū ſit dominus, non in manufactis templis habitat (intellige quaſi circunſcriptus loco) nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipſe

Au. de ſym. ad catechu. lib. ult.
Pſal. 103.
Ibidem.
Aug. de dogma. eccl.
Acto. 17.

det omnibus uitã, & inſpirationem, & omnia, fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum quærere deum, ſi forte attrectent aut inueniant, quamuis non longe ſit, ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim uiuimus & mouemur & ſumus. Et ad Hebræ.i. portans omnia uerbo uirtutis ſuæ. Itidem ad Coloſſ. i. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Quod Chriſtus (illud æternum dei uerbum) in Euãgelio manifeſtiſſime docet. Matthæi.x. Duo (inquit) paſſeres aſſe ueneunt, & unus non cadit ſuper terram ſine patre ueſtro, ueſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Et iterum: Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt neque metunt, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Et paulopoſt: Si enim fœnũ agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic ueſtit, quanto magis uos, modicæ fidei? Verbum ergo, quo deus dixit: Germinet terra herbam uirentem & facientem ſemen, & factum eſt ita, non deſiit operari, ſed perpetuo operatur, & perpetuo uſque in conſummationem ſeculi ſit ita, & ſic de reliquis rebus creatis. Verbo enim domini cœli firmati ſunt & terra: Vt proinde dixerit Chriſtus: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Quod & ubique Pſaltes mirifice inculcat: Omnia (inquit) a te expectant, ut des illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligent. Et iterum: Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. Atque alibi: Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominũ. Qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Ac Pſal. xxxv. Homines & iumenta ſaluabis domine. Et iterum: Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Quæ omnia euidenter oſtendunt, nos non naſci aut uiuere aut ali, aut hoc uel aliud operari caſu, aut tantum noſtris uiribus ſeu prouidentia, ſed deo dante, uiuificante ac conſeruante. Quemadmodum diuus Paulus Timoth.v. uocat deum uiuificantem omnia, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum, & eſt ſaluator omnium hominum, maxime fidelium.

Hebræ.i. Coloſſ.i. Matth.10. Matth.6. Gene.i. Irenę.lib.4. cõtra hæreſ. cap.34. Pſal.32. Iohan.5. Pſal.144. Pſal.146. Acto.14. Pſal.35. Pſal.99. Nihil temere aut uiribus noſtris fit.

Hæc altius repetere, uiſum eſt, quod ſciamus maximam hominum partem, tanta mentis caligine obtenebratam, ut etſi ſe noſſe deum profiteantur, factis tamen negent, ac ſic uitam inſtituant, quaſi deo res creatæ nullæ ſint curæ. E quaſi deum aliquid cœlare, aut præter illum ſibi proſpicere, aut quid aliud agere poſſint. Quum tamen omnia nuda & aperta ſint oculis eius, qui ſcrutatur renes & corda deus, ſine quo nihil facere poſſumus. Qui craſſiſſimus error facit, ut hoc hominum genus nunquam recta mente ſit erga deum, & quicquid agat, non agat ex fide, aut ſimplici oculo in deum collato (quem Chriſtus in omni actione requirit) ſit quoque, ut deum non recte colat aut inuocet. Cui enim nondum perſuaſum eſt,

Quorũdam hominũ ſtupiditas. Tit.1. Omnia deo aperta. Eccle.39. Hebræ.4. Pſal.7. Iohan.15. Matth.6.

ſum eſt, omnia a deo petenda, ſed humanis uiribus aut prouidentia comparanda, quomodo is in oratione dominica, panem quotidianum a deo recte petierit? quod id nemo recte fecerit, niſi qui certum habeat eum adeſſe, gubernare, alere, & conſeruare omnia. Et nihil nobis uel boni uel mali contingere poſſe, niſi dante uel permittente deo. Qui uero eo peruenit, ut hæc intelligat, is non poteſt ſuis uiribus, & quibuſcunque aliis externis præſidiis non diffidere, & totus ab illo pendere, qui poteſt & præſtat omnia. Is nihil ſuæ ſapientiæ tribuit, quum dei ſapientiam intuetur, ſed credit omnia rectiſſime, iuſtiſſimeq; ab eo fieri, etiamſi iuxta ſenſum humanum (id quod interdum fit) abſurdum uideatur, quale eſt, quod uidemus impios rebus exterioribus florere, & pios in hoc mundo tribulationi expoſitos eſſe. Is deniq; cum bonitatem dei, omnia propter hominem, ipſumq; hominem in ſuam imaginem & ſimilitudinem creantem, ac lapſum per filium reſtituentem, ac omnia per Chriſtum in ſpiritu ſancto, cum fiducia petenti, donantem intelligit, uidet nihil eſſe, quod illius gratuitæ beneficentiæ non debeat. Quo fit, ut ſyncero affectu totam ſpem in illum transferat, ut omnem ſolicitudinem plena fiducia in illum (cui ſcit eſſe curam de nobis) coniiciat. Vnde tandem conſequitur, ut uiuida charitate erga deum afficiatur, & in illum tendat, quem nouit eſſe ſumme bonum, Nihil illi in amore aut præferens aut æquans, ut libeat potius relinquere patrem, matrem, liberos, & uxorem, ut malit amittere principis amorem, perdere opes, honores, & omnem uoluptatem, quin & uitam (ſi deus ita iuſſerit) q̃ hunc offendere. Qui quicquid ueneratur, quicquid metuit, quicquid amat, præter eum, eius cauſa amat, metuit, ac ueneratur, omnia ad illius gloriam referens, ſemper gratias agens, ſiue contingant læta, ſiue triſtia, ſiue mori detur, ſiue uiuere, certus, diligentibus deum, omnia cooperari in bonum, & deum non derelinquere ſanctos ſuos, ſed in æternum conſeruare, breuiter beatos eſſe omnes, qui confidunt in eo.

Marginalia: Ibidem. — Qui oculo ſimplici ſūt, toti a deo pēdent, ſibi diffidentes. — Pſal. 36. — Pſal. 72. — Pſal. 33. — Gene. 1. — Lucæ. 11. — Roma. 8. — 1. Petri. 5. — Matth. 10. — Lucæ. 14. — Roma. 8. — Pſal. 36. — Pſal. 2.

ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM.

Hic ſecundum caput apoſtolici ſymboli ingredimur, quod nobis, ſecundam perſonam, quæ filii eſt redemptoris, proponit, quam in primis uariis cognomentis nobis deſignat, ut omnibus modis declaret hanc perſonam, quæ carnem aſſumpſit, eſſe uerum deum de deo, & uerum hominem ex homine. Sicut enim anima rationalis & caro unus eſt homo, ita deus & homo unus eſt Chriſtus Ieſus. Et quemadmodum ab æterno tres perſonæ deitatis ſunt, in unitate naturæ ſeu ſubſtantiæ, ita tempore deſtinato factum eſt, ut uerbum dei humanam naturam aſſumens ſine confuſione ſubſtantiæ, unum Chriſtum conſtitueret, ſicuti Iohannis Euangelium teſtatur: Verbum caro factum eſt. Verbum, inquam, quod in principio erat deus, apud deum, per quod omnia facta

Marginalia: Filii perſona deus & homo, plurib. nominibus deſignatur. — Ex ſymbo. Athana. — Aug. de tri. lib. 13. cap. 17. — Iohan. 1.

ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Verbum, in quo uita erat, lux hominum, & lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt: lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Verbum denique, quod in mundo erat, per quod mundus factus eſt, & quod mundus non cognouit, factum eſt caro. Filius dei factus eſt homo. Hic enim caro totum hominem ſignificat, ſicut ſæpe alibi. Induit, inquam, humanam naturam dei filius, ut daret ſe recipiẽtibus, ac lucem hanc apprehendentibus, poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri (quales omnes ſumus ex Adam) ſed ex deo nati ſunt, id eſt, regenerati ſunt. Hic eſt Chriſtus Ieſus plenus gratiæ & ueritatis, De cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, per quem deus, quem nemo uidit unquam, multifariam, multiſque modis olim in prophetis loquutus, nouiſſime nobis in perſona eiuſdem filii ſui familiariſſime euidentiſſimeque innotuit. Vnigenitus enim filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit, per quem allata eſt uita æterna. Hæc enim eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum, per quem liberatio ac ſalus, humano generi, in diabolica captiuitate detento, apparuit, quemadmodum ſcriptum eſt: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Quum enim primus parens noſter Adam, ab initio ad dei imaginem & ſimilitudinem conditus, ac in paradiſo delitiarum, ubi erat perpetuo beatus, & immortalis ſuturus, per inobedientiam ſeipſum perdidiſſet, factus carnales & mortalis, tota natura corruptus & deprauatus, nimirum auerſus a deo uero, æterno illo ac incommutabili bono, atque hanc corruptelam, in totam ſtirpem ſuam, maſſæ corruptæ ſobolem, deriuaſſet, non potuit homo, ſicut ſponte ceciderat, ita ſponte etiam reſurgere, quemadmodum qui ſe ipſum occidit, ſeipſum reſuſcitare non poteſt. Sed neceſſarius erat mediator, per quem deus dexteram ſuam nobis porrigeret, qua perditos nos reuocaret in uitam, & captiuos uindicaret in libertatem. Proindeq; factum eſt, ut illud dei uerbum, per quod facta ſunt omnia, & in quo omnia ſubſiſtunt, caro fieret, & uſque ad miſeriam noſtram ſeſe dimitteret, & habitaret in nobis, quemadmodum diuus Paulus ait: Qui quum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, ut filius qui ĩ deitate erat patri æqualis, humanam indutus naturam, & quatenus homo, ab omni tamen peccati labe longe alieniſſimus, deo patri uſque ad mortem obediens factus, hominem, qui a deo per inobedientiam in mortem prolapſus erat, ſeque diabolo ſubiugauerat, in uitam ac libertatem reuocaret. Nobis datus, nobis natus, ut peccata noſtra, immo totius mũdi (pro quibus nihil dignum nos quod exoluerimus deo, habuimus) ipſe portaret, & nos quum inimici eſſemus deo, per mortem ſuam in ſanguine ſuo re-

Marginal notes: Aug. in Ioh. — Eſaiæ. 40. — Iohan. 1. — Roma. 5. — Aug. defi. de ad pe. c. 2. — Iohan. 3. — Iohan. 1. — Hebræ. 1. — Iohan. 1. — Iohan. 16. — Iohan. 8. — Gene. 3. — Aug. in ench. cap. 26. — Aug. de lib. ar. li. 2. c. 20. — Nobis mediator Chrs erat neceſſarius. — Philip. 2. — Eſaiæ. 53. — 1. Iohan. 3. — 1. Petri. 2. — Gene. 3. — Eſaiæ. 9. — Roma. 5. — Ephe. 1. — Roma. 8.

conciliaret, ſuiq́ ſpiritus in ſe credentes participes faceret, per quē diffunderet charitatem in cordibus noſtris, qua deum ſponte ac libenter, non ut ſerui, ſed ut ingenui filii, læti ac alacres, dei uoluntatem faceremus. Tunc enim efficimur uere liberi, quum deus nos fingit, id eſt, format & creat, non ut homines (quod iam fecit) ſed & ut deo accepti ac boni homines ſimus, quod nunc gratia ſua facit, ut ſimus in CHRISTO Ieſu, noua creatura, ſecundum quod dictum eſt: Cor mundū crea in me deus. Neceſſe ergo fuerat, ut hic mediator, ſimul deus eſſet & homo, quod alioqui perditos ſeruare, mortuos uiuificare, iuſtificare impios, peccata remittere, ſpiritum ſanctum dare, breuiter, nos regenerare non potuiſſet, quæ omnia benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei in Chriſto non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam perfecit. Miſericordiam enim conſequuti ſumus, ut ſimus fideles, & hoc non ex nobis, ſed dei donum eſt, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ne tamen quis intelligat, ſic nos gratis liberatos, ut bonis operibus poſthac non ſit opus, ſtatim ſubiecit: Ipſius enim figmentum ſumus, in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, ut in illis ambulemus. Non quæ iuſtificandum præcedunt (quod impoſſibile ſit ſine fide, placere deo, aut bene uiuere) ſed quæ comitantur iam iuſtificatum, qui ſunt fructus ſpiritus & fidei per charitatem operantis.

Per charitatem volūtas dei adimplet. Aug. in enchi. ca. 31. Gala. 6. Pſal. 50. Gratis redēpti ſumus. Tit. 3. 1. Corin. 7. Opera bona neceſſaria q̄ ſequūtur iuſtificationē. Hebræ. 11.

ET IN IESVM. Vides qualis uenerit hic mediator. Non enim uenit ut ultor, ſed ut ſaluator. Ieſus enim Hebræis ſaluatorem ſonat, ut non temere id nominis ei tributum ſit, ſed ab angelo priuſquam naſceretur, inditum, ſicut ſcriptum eſt: Et uocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluū faciet populum ſuum a peccatis eorum. Legimus & alium quempiam Ieſum, filium Naue, ſed nihil aliud quam Ieſu redemptoris typum ac imaginem gerentem. Moſes enim, qui typus ueteris legis eſt, non potuit populum in terram repromiſſam perducere: ſed illi ſuccedens dux Ieſus, qui & Ioſue perduxit. Et quemadmodum is de terra Aegypti populum eductum, deq́ heremi erroribus liberatum, in terram repromiſſionis introduxit. Ita hic Ieſus redemptor noſter populum, de ignorantiæ tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum, ad regna cœlorum prouexit, Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, q̄ non ſit aditus ad ueram felicitatem, niſi per fidem in Ieſum, Sicut ipſe teſtatur, Nemo (inquiens) uenit ad patrem, niſi per me. Et iterum: Ego ſum uia, ueritas, & uita. Ego ſum oſtium: ſi quis per me introierit, ſaluabitur, & cætera quæ ſequuntur.

Priori aduētu Chriſtus venit vt ſaluator. Lucæ 1. Hierony. in Ioſue. Deut. vlt. Ioſue. 1. In ſolo Chriſto ſalus. Acto. 4. Iohan. 14. Iohan. 10.

CHRISTVM, Chriſtus uel regium uel pontificale nomen eſt. Nam & ſacerdotes & reges apud Iudæos, unguento chriſmatis conſecrabantur, qui & Chriſti dicebantur, ſed illi exteriori unguento, materiæ corruptibilis, uelut mortales & corruptibiles ungebantur. Hunc autem ſingulariter plenitudine ſpiritus ſui, unxit deus, ſicut & Eſaias ex perſona

Ciprian. in ſymbo. Chrs plenitudine ſpūs ſ. inunctus. Eſaiæ 61.

Chr. tus ſacerdos. Hebræ.6. domini præſignauerat: Spiritus domini ſuper me, eo quod unxerit me, euangelizare pauperibus miſit me. Vterque porro titulus Chriſto apprime congruit, qui dictus eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui ut ſacerdos ſeipſum agnum uere immaculatum in ara crucis

Ephe.5. Eſaiæ.9. Lucæ.1. Chrūs rex. Chriſti regnū ſpūale. obtulit pro ſalute mundi. Rex quoque ab angelo pronuntiatus eſt: Dabit (inquit) illi deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnabit, inquam, non in regno corporali aut mundano, quod nullum tale ſit æternum, & ut ipſe alibi teſtatur: Regnum eius non eſt de hoc mundo, ſed ſpirituali, in quo ſedet ad dexteram dei patris, interpellans pro nobis, dans remiſſionem

Iohan.18. 1.Iohan.2. peccatorum & ſpiritum ſanctum in ipſum credentibus, & inuocantibus eum, quos & ſanctificat, ut reſuſcitet eos a nouiſſimo die ad uitam & gloriam æternam. De hoc Chriſti regno, quod eſt uita æterna, quæ

Chrs vnicus ille Meſſias. Iudæorum cæcitas. Gene.49. Daniel 9. Matth.16. Lucæ 9. Iohan.6. Iohan.1. Heb.1. 1.Petri.2. hic in nobis incipit, ibi conſummanda, alibi fuſius dicemus. Tantum hic admonebimus ſymbolum docere, hunc eſſe uerum Meſſiā illum unicum a prophetis olim promiſſum. Nam quem Latini unctum uocant, Græci Chriſtum, Hebræi Meſſiam appellant. Proindeque cæcos Iudæos fruſtra alium expectare, quod ſemel Chriſtus uenerit, qui non potentia corporali inſtructus, ſed plenitudine ſpiritus ſancti inunctus, ſanguine ſuo, conſummato illo unico atque admirabili ſacrificio, in ara crucis oblato, nos a tyrannide Satanæ liberauerit, condonatiſq; peccatis omnibus, ueræ libertati reſtituerit, tandem quoq; cœleſtis regni ſibi cohæredes & conſortes aſciſcendos.

Coloſſ.1.2. Roma.8. Cur pater filium miſit. Ephe.1. FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM, Duobus prioribus uerbis, ſymbolum, eam perſonam nobis nominatim indicauit, quæ in hoc erat ab æterno deſtinata, ut per eam mundus redimeretur, & ut notum faceret nobis deus ſacramentū uoluntatis ſuæ, ſecundū beneplacitum eius, quod propoſuit in Chriſto, in diſpenſatiō. plenitudinis temporum, inſtaurare omnia, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in

Chriſtus verus deus & homo. Symb.Nic. Philip.2. Cyp.in ſymbolum. Ioh.5.16.17. Iohan.1. ipſo. Iam declarare incipit, hanc perſonā et uerum deum & uerum hominem eſſe. Verum enim deum oſtendit, quum Chriſtum filium dei unicum pronuntiat, id eſt, natura filium dei, ex ſubſtantia patris genitum, & ut aliud ſymbolum exponit, patri conſubſtantialem. Et proinde ob diuinam naturam, quam eandem habet cum patre, omnipotenti uirtute, magnitudine, ſapientia, bonitate, ſempiternitate, hoc quod pater eſt, omnia tamen hæc non ſine authore ſicut pater, ſed ex patre, tanquam filius patri æqualis, habet, ſine initio a patre natus, quemadmodum Iohannes ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uer-

Natiuitas filii in diuinis inexplicabilis. Eſaiæ.54. bum, hoc erat in principio apud deum. Porro filium dei quum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis aſſumas, ſed cum Eſaia exclama: Generationem eius quis enarrabit? Nam ſi uel eo quod cor generat uerbum, uel mens rationem, uel lux ex ſe parit ſplendorem, nulla fragilitas

cogitatus

cogitatur, quanto ſacratius de horum omnium creatore cenſendū eſt? Quanquam hic nulla ſimilitudo afferri poſſit, quin innumera diſcrepēt. Nulla enim creatura talis eſſe poteſt, qualis creator eius. Et ideo ſicut ſine exemplo eſt diuina ſubſtantia, ita & ſine exemplo eſt diuina generatio. Lux enim non parit ſubſtantiuum ſplendorem, aut cor ſubſtantiuū generat uerbum ſiue conceptum ſiue prolatum, ſed filius dei ſubſtantialiter generatur, quod pater in eum omnem eſſentiam ſuam transfundit. Sicut ipſe in Euangelio dicit: Ego & pater unum ſumus.

Nulla ſimilitudine diuina natiuitas exprimi poteſt. Pſal. 2.

Iohan. 10.

ADdidit ergo, VNICVM, Vt hunc natura filium dei, ſecernat a filiis adoptionis dei. In ſcripturis enim frequenter homines pii appellātur filii dei; at non natura. Natura enim omnes nati ſumus filii iræ; ſed dignatione adoptionis per fidem in Chriſtū, facti ſumus filii dei, quēadmodum Iohannes ait: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, quum Chriſtus nunquam non fuerit natura filius dei, deus de deo. Itidem Paulus Apoſtolus: Prædeſtinauit (inquit) nos in adoptionē filiorū per Ieſum Chriſtū. Et iterū Roma. viii. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater.

Eſaiæ. 1. Iohan. 1. Roma. 8. Roma. 8. Iohan. 1. Ephe. 1. Roma. 8.

SEcundum ergo hanc priorem generationem, Chriſtus non frater eſt noſter nec hæres dei, nec fratres habet, nec cohæredes habet. Quanquam etiam uel ob id filius unicus recte aſſeritur, quod licet ſit deus & homo, duabus naturis, deitate ac humanitate conſtans. Sit etiam bis natus, unius tamen filius ſit. Non enim duos fatemur filios, ſed deum & hominem, unum filium credimus, manentem in duabus naturis, non tamen confuſis. Et quanquam duas habeat natiuitates. Vnam, qua naſcitur ex patre ſine tempore, alteram, qua naſcitur ex uirgine matre, tempore præfinito a deo, non tamen duo, ſed unicus eſt filius, non alius, ſed idem aliter natus.

Augu. de eccle. dog. c. 2.

Duæ Chri natiuitates.

DOMINVM NOSTRVM, Filius in ſcripturis frequenter dominus appellatur, quod cognomen in Chriſtum competit, non tantum iuxta alteram, ſed utranque naturam & diuinam & humanam. Quatenus enim eſt ab æterno deus de deo, dominus eſt omnium, non alius dominus a patre, quemadmodum nec alius deus. Etſi enim dicuntur alii domini, conceſſa & impartita, non ingenita poteſtate dicūtur. Hic uero ſolus eſt unicus filius, & ſolus unicus dominus. Sicut Apoſtolus dicit: Vnus pater deus, & unus dominus Ieſus CHRISTVS, per quem omnia. Iuxta aſſumptam uero naturam, per crucem, mortem & ignominiā promeruit intrare in gloriam patris, omnibusque ſibi ſubiectis, conſtitutus eſt ad dexteram dei in cœleſtibus, ſuper omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.

Cur Chrus paſſim dñs in ſcripturis appelletur. Chrus oium dñs, quaten deus. 1. Corin. 8. Chrus dñs, quaten hō. Ephe. 1.

Et ut alibi Paulus ait: Datum eſt illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium &

Philip. 2.

eſt,inſeri corporibus, uel capi ab eis principaliter poteſt, niſi aliqua media ſit ſubſtantia ſpiritualis, quæ capax eſſe diuini ſpiritus poſſit. Nihil ergo hic uulgare cogitandum eſt,ubi ſanctificatio ſpiritus inerat, & anima quæ erat dei capax, particeps etiam fiebat carnis. Nihil putandum impoſſibile,ubi aderat uirtus altiſſimi. Nihil de humana fragilitate cogitandum,ubi plenitudo inerat deitatis.

Lucæ.1. VIrginem autem deſignat ex nomine Mariam, idq; nō temere: quod & Lucas facit: Miſſus eſt(inquit)angelus Gabriel ad uirginem deſponſatam uiro, ac ſtatim poſtea: Et nomen uirginis Maria. Hæc eſt illa

Ad Mariæ nomen, oēs pior animæ recreantur. Maria,ad cuius nomen recreantur omnes animæ piorum, Eua ſiquidē diabolo aſſentiens,maledictionem & mortem orbi intulit, Maria uirgo deo credens, benedictionem & uitam protulit. Per Euam adhuc uirginē,

Gene.3. Iohan.1.3. ſerpentis afflatu deceptam.uenit calamitas, Per uirginem ſpiritus ſancti afflatu grauidā,rediit beatitudo. Per Euam præuaricantē dei præceptū,

Gene.3. iræ filii naſcimur. Per Mariam deo ſubditā ac dicto angelico parentem, atq; credentē, Chriſtum accepimus,per quē renaſcimur filii dei. Eua ſuperbiens gratiam dei amittens,audiuit: Multiplicabo ærumnas tuas, &

Lucæ.1. conceptus tuos,In dolore paries filios,& quæ ſequuntur. Maria gratiam apud deum inueniens,humilis audiuit: Aue gratia plena,dominus tecū,

Gene.12.22. benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus uentris tui, nimirum, in quo benedicuntur omnes tribus terræ.

Chriſ. ꝓpter nos īcarnat⁹ NOn ſuffecerit autem:ut hæc omnia ineffabili dei diſpenſatione facta credas(nam & dæmones ad eum modum credūt & contremiſcunt,

Iaco.1. Matth.8. Marci.5. Lucæ.8. Sym.Nicæ. Aug.lib.confeſſ.7.cap.18 2.Timo.2. Iohan.14. exclamantes: Ieſu fili dei altiſſimi,ut quid ueniſti ante tempus perdere nos?)ſed neceſſe eſt ut credas hæc omnia propter te facta,quē admodum ſymbolum Nicænum exerte commemorat: Qui propter nos(inquit) & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria uirgine, & homo factus eſt. Venit de cœlis deus,homo factus ex uirgine,ut eſſet mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus,qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, ut eſſet uia per quam ueniremus ad patrem,quemadmodum ipſe ait: Ego ſum uia, ueritas & uita. Neq; enim per ullam aliam creaturam,ſiue ſit in cœlo,ſiue

Acto.4. Cur filius incarnatus. Iohan.1. ſit in terra, uenitur ad patrem, ſed tantum per filium. Nec eſt aliud nomē ſub cœlo,in quo oporteat nos ſaluos fieri, eo ꝙ nō ſit in alio aliquo ſalus. Verbum caro factum eſt,ut lactaret infantiam noſtram ſapientia dei,per quam creata ſunt omnia. Induit humanam naturam æterna ueritas,

Au. de ſym. ad catechu. Tit.2. ſupereminens omnibus creaturis ſuis, ut ſubditos erigeret ad ſeipſam,ut aperiret nobis uoluntatem dei,ut erudiret nos abnegare omnem impietatem,& ſecularia deſideria,ut nos deprimeret a nobiſipſis, & ad ſe traiiceret,ut carnales faceret ſpirituales, ut filios hominum per inſitionem adoptionis faceret filios dei, factus humilis, ut ſanaret ſuperbos. Exaltauit enim ſe homo,& cecidit,humiliauit ſe deus,& erexit. Nos ceci-

 dimus

dimus, ille deſcendit, Nos gemebamus, ille ſe inclinauit, ac manum deus homini porrexit, ac miſere lapſum ſubleuauit. Conceptus de ſpiritu ſancto, ſine omni humana ac carnali actione, ſine uiri ſemine, idq; propter nos, ut conceptionem noſtram carnalem, impuram ac damnatam mundaret: noſq; per infinitam ſuam patriſq; miſericordiã in ſpiritu ſancto regeneraret. Natus ex Maria uirgine, illeſa ipſius uirginitate ac pudore permanente, idq; propter nos & natiuitatem noſtram, originalis peccati macula pollutam, purgaret deus & homo. nam qui poſſet hæc, niſi eſſet pariter deus & homo? Quis enim (ut Iob ait) poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? — Cur de ſpiritu ſancto cõceptus & ex virgĩe natus

PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS, ET SEPVLTVS EST.

IAm myſterium paſſionis ingredimur, quod Paulus Apoſtolus uerbum crucis appellat, in quo ſolo oportet nos gloriari. Nam etſi uerbum crucis pereuntibus ſtulticia ſit, his tamen qui ſalui fiunt, uirtus dei eſt. In primis ergo credimus, Chriſtum uere paſſum. Sic enim ſcriptura clamat apud Eſaiam prophetam: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et in Euangelio Lucæ dominus loquitur: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequam patiar. Et iterum: Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Item prima Petri ſecundo: Qui quum pateretur, non comminabatur. Paſſus itaq; eſt in corpore & anima, indicans ſe uerum hominem eſſe, captus, uinctus, contumeliis adfectus, colaphis cæſus, cõſputus, flagellatus, ſpinis coronatus, deniq; in crucem actus. Et ne exiſtimes eum a paſſione, quod ad animam attinet, liberũ fuiſſe, audi quid dicat: Triſtis (inquit) eſt anima mea uſque ad mortem, & factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terram. Abſit autem, ut credas Chriſtum uel damno aliquo aut iniuria impasſibilis diuinitatis, in carne paſſum, aut paſſionem quam in carne & animo ſuſtinuit, per diuinitatis unionem abſorptam eſſe. Vnio enim illa incõprehenſibilis, ſingulis naturis ſuam proprietatẽ ſeruauit. Quod enim pasſibile, nempe humanitas, pasſibile fuit. Quod impasſibile, nẽpe diuinitas, manſit impasſibile. Ego (inquit) deus, & non mutor. — Verbum crucis, virt' dei. 1. Corin. 1. Chriſtus vere paſſus Eſaiæ. 53. Lucæ. 22. Lucæ. 24. 1. Petri. 2. Paſſus in corpore & aĩa. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Iohan. 12. Diuinitas in chriſto impaſſibilis. Pſal. 101. Malach. 3.

SVB PONTIO PILATO, Iudicis nomen, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, adiectum eſt, propter temporum agnitionem, & hiſtoriæ certitudinem. Erat enim id temporis Pontius Pilatus præſes Iudææ, ſub Tyberio Cæſare Auguſto, Qui Chriſtum, licet innocentem, a ſe iudicatum, in crucem tamen egit. — Matth. 27. Marci. 15. Lucæ. 23. Iohan. 18.

CRVCIFIXVS. Mortis genus audis, quod ut erat maxime cruciabile ac lentum, ita habebat ſummam ignominiam, maxime apud Iudæos. Nam in lege eorum ſcriptum reperiebatur: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Cur autem hæc mortis ſpecies omnium acerbisſima a deo — Mors in cruce decebat redemptorẽ

prolapſa, Spiritus ſanctus utrique cum utriſq; operaẗ. Pater, cui ſumma eſt authoritas, per filiũ redemit eccleſiam, per ſpiritum ſanctũ gubernat, uegetat ac uiuificat. Tribus ergo partibus hoc ſymbolũ, ut ſunt tres ſanctiſſimæ trinitatis perſonæ, ad quas refert, conſtat. Prima pars patri, ſecunda filio, tertia ſpiritui ſancto deputat. In ſingulas pſonas nos credere profitemur, ut diuinitatis unitatem ac parem potentiã teſtemur. Nã pares ſint, neceſſe eſt, in quos par fiducia collocatur.

Tres ſymboli partes.

CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, CREATOREM COELI ET TERRAE.

Deus nobis tm per fidẽ uidetur. Iohan. 1. & 16. Ioha. 4. 3. Reg. 8. 1. Corin. 13.

DEum, ſicuti eſt, nemo uidit unquã, ut ne ſeraphicæ quidem mentes diuinam naturã, ſicuti eſt, comprehendãt. Multo minus nos in hac uita mortali, quibus tantum per fidẽ deũ uidere licet, ſed tanquã in ſpeculo & ænigmate. Optimo ergo iure ſymboli prima uox eſt, credo, ſed hoc initio cõmonendũ eſt, duplicẽ eſſe credendi rationem. Prior, quũ credimus deum eſſe, & uera eſſe quæ de deo dicunt, quẽadmodum & dæmones credunt & contremiſcunt, (ſciunt enim illum mentiri non poſſe) & pleriq; philoſophi crediderunt; ſed tamen euanuerunt in cogitationibus ſuis. Altera ratio credendi eſt, in deo ſiue in deũ credere, quẽadmodum pii credunt, qui pro compertiſſimis habent oĩa, quæ ſacris biblijs ac catholicæ eccleſiæ diffinitione in ſpiritu ſancto pdita ſunt, & ſine omni dubitatione ſperant, quæ deus ibi promittit. Rurſus timent quæ minatur, breuiter & conſtãter deo credunt, eiq; ſe totos committunt, quantũ poſſunt. Qui ſibi nihil quaſi propriũ & in ſua poteſtate poſitum, uendicant, ſeſe illius clementiſſimi domini ſeruos profitenẗ, ſuaq; oĩa tradunt diuinæ uoluntati, propria abnegantes in oĩbus. Quod facimus, quũ credendo amamus, credendo diligimus, & credẽdo in eũ imus. Hæc eſt fides, quã in nobis exigit deus. Nec tamẽ inuenit qđ exigat, niſi donauerit quod inueniat. Hæc nos deo copulat, hæc in huius uitæ tenebris prælucet, oſtendens quid uere fugiendũ, quid expetendum, hæc nos armat, impauidos, inuictosq; reddit, aduerſus omnes mũdi, ſatanæq; machinas, hæc eſt quæ cõſolaẗ nos in oĩbus afflictionibus ſpe bonorũ cœleſtium, ſemper habens in ore: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Et: Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis, de qua ſcriptum eſt: Induite uos armaturam dei, in omnibus ſumẽtes ſcutum fidei, in quo poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere. Et iterum: Circuit uos tanquam leo rugiens, quærens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et rurſus: Et hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides ueſtra. Si deſit hæc fides, nulla bona opera cõferũt ad ſalutem. Nam diuus Paulus peccatum pronuntiat, quicquid non eſt

Duplex credendi ratio. Aug. in pſalmum. 77.

Credere deũ. Roma. 1.

Credere in deo uel in deum. Aug. in ſoliloq. lib. 1. circa finem.

Quã fidẽ in nobis exigat deus, & q̃ illius uis ſit. Aug. in Iohan. ca. 29.

Roma. 8.

Ephe. 6.

1. Petri. 5.

1. Iohan. 5.

Nula opera bona abſq; fide

ex fide, intelligens: quia nõ eſt ſine fide quicquam meritorium. Sin adſit, Roma.14.
omnia cooperantur in bonum. Neq; enim deus fide formata ſibi ſic cre- Roma.8.
dentem ſubleuare deſinet, nihilq; ei euenire permittet, niſi quod ei proſit, Augu. in ſy-
& ſi neſciat, ut ſiue uiuamus ſiue moriamur, domini ſimus. libo q. lib.1.

CRedimus, inquam, in deum. Quum deum dicimus, ſentimus illam Iob.11.
æternam mentem, qua nihil eſſe poteſt, nec maius, nec ſapientius, Deus quid.
nec melius, quæ incommutabiliter eſt ſine tempore, quæ eſt ipſum eſſe,
& a qua uenit rebus conditis, ut ſint aliquo modo. Sic Exodi. iii. legi- Exodi.3.
mus: Ego ſum qui ſum. Et qui eſt, miſit me ad uos. Et Chriſtus ait: De- Iohan.4.
us ſpiritus eſt, id eſt, ſubſtantia ſpiritualis ſine initio, ſine fine, ſimplex, ſi-
ne ulla admixtione, inuiſibilis, incorporea, immenſa, ineffabilis, inæſti-
mabilis. In qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit. Nam infinita poten-
tia, infinita ſapientia, infinita bonitas, infinita iuſtitia, infinita miſericor
dia, quæ deo tribuuntur, non ſunt accidentia in deo, ſed deus eſt re ipſa
hæc omnia.

PATREM. Patrem addidit, ut diſtinguat hanc perſonam a filio. Mox Deus pater
enim ſubiicit: Et in Ieſum filium eius unicum. Quanquam in ſcripturis trifariam ac
deus trifariam appellatur pater. Primo, ut ſit notionaliter nomen perſo- cipitur.
næ deitatis, cui ſoli hoc competit, ꝙ filium genuit eiuſdem deitatis con- 1.
ſortem, & unum cum patre exiſtentem, quemadmodum hic accipitur. Et
apud Iohannem: Qui me uidet, uidet & patrem. Et: Ego & pater unum
ſumus. Deinde dei nomine ſic accepto, ut totam declaret trinitatem, De- Iohan.14.
us recte dicitur pater, ꝙ creator ſit omnium, rerum conditarum, quem- 2.
admodum legimus: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te & Deut.32.
creauit te? Deniq; peculiari ratione deus dicitur pater timentium ipſum, 3.
quos in filios adoptare dignatur, ſicut ſcriptum eſt. Et dedit illis poteſta- Iohan.1.
tem filios dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

OMNIPOTENTEM, Quum audis omnipotentem, intelligis de- Solus deus
um eſſe, ad cuius potentiam & maieſtatem nihil eſt hominum aut ange- omnipotẽs.
lorum ſublimitas, ſeu quæcunq; poteſtas. Poteſt quidem ſecundum da-
tam poteſtatem, quilibet angelus uel homo dici potens, ſed abſit, ut dica- Iohan.1.
tur omnipotens. Solus deus omnipotens, qui omnia ex nihilo creauit. Et Pſal.134.
omnia quæcunq; uoluit, fecit in cœlo & in terra, facitq; hoc omnipoten Omnipoten
tis cognomen ad confirmandam fidem imbecillium, & ad excludendas tia dei, fidei
omnes ratiocinationes humanas in operibus diuinis. Quibus omnibus robur.
hoc uno uerbo reſpondetur: Quia non eſt impoſſibile apud deum omne Lucæ.1.
uerbum. Quum enim infinita ſit & incomprehenſibilis dei potentia, ſtul
tum eſt diſquirere, quomodo hoc uel illud fecerit. Ex quo hunc fructum
homo fidelis capit, quemadmodum credit deum omnipotentem, hunc
mundum, quum nundum eſſet condidiſſe, atque alia omnia, quæ deum
feciſſe ſacra ſcriptura commemorat, ita credit ſimul futurum quicquid
ille futurum promiſit uel prædixit, quando nutu quicquid uult, poteſt

Fiducia in deum vnde. Iob. 9. Aug. de ſym bo. ad cate- chu. li. 1. ca. 1. 2. Timoth. 2. De ſym. ad cate. li. 2. ca. 3

quantumuis homini uideatur impoſſibile. Ita fit, ut incipiat homo ſuis & quibuſlibet humanis uiribus diffidere, & totus ab illo pendere, qui poteſt omnia, cui nemo reſiſtit aut dicit, Cur ſic facis? Quum autem ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt, & quod ait Apoſtolus, negare ſeipſum non poteſt, quod hæc omnipotentiæ repugnent. In hoc autem articulo quum dicimus, Credo in deum patrem omnipotentem, filium aut ſpiritum ſanctum omnipotentem non negamus, ſed aſtruimus, quod patris & filii & ſpiritus ſancti, ſicut eſt eadem eſſentia & omnipotentia ita etiam eadem eſt ſempiternitas.

Pater ex nihilo oia condidit p filiū. Pſal. 32. Pſal. 148. Verbū quod & filius. Aug. de fide & ſym. ca. 3. Sapien. 7. Verbū cuur ..atur.

CREATOREM COELI ET TERRAE. Qui condidit cœlum & terram, & quecunque cœlo terraq́ continentur, uiſibilia & inuiſibilia, idq́ ex nihilo per coæternum uerbum ſuum, id eſt, filium, ſicut pſalm. xxxii. legimus: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et deinde: Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Quod tamen uerbum non ſicut uerba noſtra debemus accipere ſeu intelligere. Nam hæc uere atque ore prolata uerberato aere tranſeunt nec diutius manent, q̃ ſonant, Quum illud æternum uerbum incommutabile maneat. nam de ipſo dictum eſt, quum de ſapientia diceretur, in ſeipſa manens, innouat omnia. Ideo uerbum patris appellatum, quia per ipſum innoteſcit pater. Sicut enim uerbis noſtris hoc agimus, quum uerum loquimur, animus noſter innoteſcat audienti, & hoc conamur & uerbis, & ipſo ſono uocis, & uultu & geſtu corporis, ut animum ipſum noſtrum, in nobis quidem manentes (quoad fieri poteſt) cognoſcendum & perſpiciendum animo auditoris inferamus, quod intus eſt demonſtrare cupientes. Sic deus pater, uerbum ad ſeipſum indicandum genuit, quanquam hæc ſimilitudo infinitam diſſimilitudinem habeat. Deus em̄ quum uerbum genuit, id quod eſt ipſe, ab æterno genuit, in illud eſſentiam ſuam transfundens. Vnde & uirtus & ſapientia eius dicitur, quia per ipſum operatus eſt, & diſpoſuit omnia. Et ne quis in hac rerum creatione ſomniet præexiſtentem materiam, diuus Iohannes ait: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod & Apoſtolus exerte pronuntiat, Coloſſ. i. Quoniam per ipſum condita ſunt uniuerſa, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Fecit in cœlo uiſibilia, ſolem & lunam & ſtellas. Suis animalibus terreſtribus, & omni plantarum genere impleuit terram. Impleuit aerem uolatilibus, mare natantibus, omnia impleuit creaturiis propriis. Fecit & hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, in mente homini indita. ibi enim eſt imago dei. Ideo mens ipſa nō poteſt comprehendi, ne a ſeipſa quidem, quia eſt imago dei. Fecit, inquam, hominem, ut creaturis cæteris dominaretur, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi, Volucres cœli & piſces maris, qui peram

Nulla ſimilitudo conueniens ad iudicanda diuina. Verbū, virtus & ſapientia patris. Iohan. 1. Auguſti. de ſymb. ad cate. lib. .. ca..

Gene. 1. Mēs hois lo cōprehēſibilis. Cur homo creatus. Pſal. 8.

bulant ſemitas maris. Et ut hæc propter hominem, ita hominem atque omnia alia propter ſe, tametſi ipſe nullius egeat, creauit. Siquidem hic eſt finis omnium rerum conditarum, ut cognoſcant & glorificent conditorem ſuum, quod fidelis Dauid non tacuit, Pſal. viii. xviii. ciii. ac. cxlviii. Quod & hymnus trium puerorum manifeſte declarat. Et quis tam cæcus eſt, qui non uideat, coelos enarrantes gloriam dei? Et hanc uniuerſitatem rerum cōditarum demonſtrare ac teſtari deum, qui ſit omnipotens, ſapiens, bonus & iuſtus. Ideo & Paulus ad Romanos inquit, diuinitatem in natura conſpici. Inuiſibilia enim dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut omnes pronunciet inexcuſabiles, qui quum ex creatura cognouiſſet deum, non ſicut deum glorificauerunt. Nonne lex naturæ, quæ in omnibus rebus conditis uiget, hanc rerum naturam non exiſtere caſu, ſed certo conſilio conditam eſſe gubernari & conſeruari aperte clamat? Veluti quod corpora coeleſtia tot annorum millibus, ſuos certiſſimos motus retinent. Quod ſuperiora & inferiora corpora, in quadam naturarum contrarietate, perpetuo quodam conſenſu colligantur, quod uices temporum recurrunt, quod maria, flumina, fontes, plantæ, & omne animantium genus, ſuæ quodq; naturæ legibus obtemperant, & in ſuos certos uſus ac fines diriguntur. In primis autem in mente hominis expreſſum quoddam ueſtigium diuinitatis deprehendimus, quum illius ad mirabilem uim in corpore humano ſentimus. Per hos gradus etiā ethnici uenerunt ad aliquam notitiā ſummæ illius mentis, unde condita ſunt omnia. In quibus tamen nihil eſt tam egregium, quin infinitis partibus ſit infra primam cauſam.

Finis omniū rerum conditarum.
Pſal. 8. 18. 103. 148.
Pſal. 18.
Vniuerſitas rerū deū eſſe teſtatur.
Roma. 1.
Lex naturæ arguit diuinam prouidentiam.
Acto. 14.
In mēte hominis expreſſum ueſtigiū diuinitatis.
Ethnici quo deum eſſe cognouerunt.

IAm Chriſtiani hominis eſt, non ſolum intelligere hunc orbem a deo conditum, ſed & deum ubique eſſe præſentem, ſuſtentantem & gubernantem omnia. Adeo, ut ſi ille uel pauliſper manum ſubtrahat, omnia ſtatim in nihilum reciderent, quemadmodum ſcriptum eſt. pſal. ciii. Porrigente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Quamobrem in hoc articulo, nomine creationis non ſolum conditio, ſed & ſuſtentatio ac gubernatio & conſeruatio rerum conditarum intelligi debet, uti quoque eodem pſalmo ſubiicitur: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hinc fit, ut in tota ſcriptura nihil uel factum geratur, uel dicatur ſine mentione dei, ut ſciamus deum eſſe, cuius nutu geruntur omnia, atque adeo prope adeſſe deum, ut pene manibus contrectari poſſit. Quemadmodum in Actis legimus Paulum inſigniter dixiſſe ad uiros Athenienſes: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic coeli & terræ quū ſit dominus, non in manufactis templis habitat (intellige quaſi circunſcriptus loco) nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipſe

Au. de ſym. ad catechu. lib. ult.
Pſal. 103.
Ibidem.
Aug. de. dogma. eccl.
Acto. 17.

det omnibus uitã & inſpirationem, & omnia, fecitque ex uno omne ge-
nus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ, definiens ſtatu-
ta tempora & terminos habitationis eorum quærere deum, ſi forte attre-
ctent aut inueniant, quamuis non longe ſit, ab unoquoque noſtrum, in
Hebræ.1. ipſo enim uiuimus & mouemur & ſumus. Et ad Hebræ.i. portans om-
Coloſſ.1. nia uerbo uirtutis ſuæ. Itidem ad Coloſſ. i. Omnia per ipſum, & in ipſo
creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Quod Chri-
ſtus (illud æternum dei uerbum) in Euãgelio manifeſtiſſime docet. Mat-
Matth.10. thæi.x. Duo (inquit) paſſeres aſſe ueneunt, & unus non cadit ſuper ter-
ram ſine patre ueſtro, ueſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.
Matth.6. Et iterum: Reſpicite uolatilia coeli, quoniam non ſerunt neque metunt,
& pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Et paulopoſt: Si enim fœnũ agri, quod
hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic ueſtit, quanto magis uos,
Gene.1. modicæ fidei? Verbum ergo, quo deus dixit: Germinet terra herbam ui-
rentem & facientem ſemen, & factum eſt ita, non deſiit operari, ſed perpe-
Irenę.lib.4. tuo operatur, & perpetuo uſque in conſummationem ſeculi ſit ita, & ſic
cõtra hæreſ. de reliquis rebus creatis. Verbo enim domini cœli firmati ſunt & terra:
cap.34. Vt proinde dixerit Chriſtus: Pater meus uſque modo operatur, & ego
Pſal.32. operor. Quod & ubique Pſaltes mirifice inculcat: Omnia (inquit) a te ex-
Iohan.5. pectant, ut dies illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligent. Et iterum
Pſal.144. Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in tempore op-
Pſal.146. portuno. Atque alibi: Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ plu-
Acto.14. uiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominũ,
Qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.
Pſal.35. Ac Pſal. xxxv. Homines & iumenta ſaluabis domine. Et iterum: Scito-
Pſal.99. te quoniam dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, nos au-
Nihil teme- tem populus eius, & oues paſcuæ eius. Quæ omnia euidenter oſtendunt,
re aut virib^s nos non naſci aut uiuere aut ali, aut hoc uel aliud operari caſu, aut tan-
noſtris fit. tum noſtris uiribus ſeu prouidentia, ſed deo dante, uiuificante ac conſer-
uante. Quemadmodum diuus Paulus Timoth.v. uocat deum uiuifican-
tem omnia, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum, & eſt ſalua-
tor omnium hominum, maxime fidelium.

Quorũdam Hæc altius repetere, uiſum eſt, quod ſciamus maximam hominum par-
hominũ ſtu- tem, tanta mentis caligine obtenebratam, ut etſi ſe noſſe deum profitean-
piditas. tur, factis tamen negent, ac ſic uitam inſtituant, quaſi deo res creatæ nul-
Tit.1. læ ſint curæ. E quaſi deum aliquid cœlare, aut præter illum ſibi proſpice-
re, aut quid aliud agere poſſint. Quum tamen omnia nuda & aperta ſint
Omnia deo oculis eius, qui ſcrutatur renes & corda deus, ſine quo nihil facere poſ-
aperta. ſumus. Qui craſſiſſimus error facit, ut hoc hominum genus nunquam
Eccle.39. recta mente ſit erga deum, & quicquid agat, non agat ex fide, aut ſimpli-
Hebræ.4. ci oculo in deum collato (quem Chriſtus in omni actione requirit) ſit
Pſal.7. quoque, ut deum non recte colat aut inuocet. Cui enim nondum perſua-
Iohan.15. ſum eſt,
Matth.6.

ſum eſt, omnia a deo petenda, ſed humanis uiribus aut prouidentia comparanda, quomodo is in oratione dominica, panem quotidianum a deo recte petierit? quod id nemo recte fecerit, niſi qui certum habeat eum adeſſe, gubernare, alere, & conſeruare omnia. Et nihil nobis uel boni uel mali contingere poſſe, niſi dante uel permittente deo. Qui uero eo peruenit, ut hæc intelligat, is non poteſt ſuis uiribus, & quibuſcunque aliis externis præſidiis non diffidere, & totus ab illo pendere, qui poteſt & præſtat omnia. Is nihil ſuæ ſapientiæ tribuit, quum dei ſapientiam intuetur, ſed credit omnia rectiſſime, iuſtiſſimeq; ab eo fieri, etiamſi iuxta ſenſum humanum (id quod interdum fit) abſurdum uideatur, quale eſt, quod uidemus impios rebus exterioribus florere, & pios in hoc mundo tribulationi expoſitos eſſe. Is deniq; cum bonitatem dei, omnia propter hominem, ipſumq; hominem in ſuam imaginem & ſimilitudinem creantem, ac lapſum per filium reſtituentem, ac omnia per Chriſtum in ſpiritu ſancto, cum fiducia petenti, donantem intelligit, uidet nihil eſſe, quod illius gratuitæ beneficentiæ non debeat. Quo fit, ut ſyncero affectu totam ſpem in illum transferat, ut omnem ſolicitudinem plena fiducia in illum (cui ſcit eſſe curam de nobis) coniiciat. Vnde tandem conſequitur, ut uiuida charitate erga deum afficiatur, & in illum tendat, quem nouit eſſe ſumme bonum, Nihil illi in amore aut præferens aut æquans, ut libeat potius relinquere patrem, matrem, liberos, & uxorem, ut malit amittere principis amorem, perdere opes, honores, & omnem uoluptatem, quin & uitam (ſi deus ita iuſſerit) q̃ hunc offendere. Qui quicquid ueneratur, quicquid metuit, quicquid amat, præter eum, eius cauſa amat, metuit, ac ueneratur, omnia ad illius gloriam referens, ſemper gratias agens, ſiue contingant læta, ſiue triſtia, ſiue mori detur, ſiue uiuere, certus, diligentibus deum, omnia cooperari in bonum, & deum non derelinquere ſanctos ſuos, ſed in æternum conſeruare, breuiter beatos eſſe omnes, qui confidunt in eo.

Ibidem. Qui oculo ſimplici ſūt, toti a deo pēdent, ſibi diffidentes. Pſal. 36. Pſal. 72. Pſal. 33. Gene. 1. Lucæ. 11. Roma. 8. 1. Petri. 5. Matth. 10. Lucæ. 14. Roma. 8. Pſal. 36. Pſal. 2.

ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM.

Hic ſecundum caput apoſtolici ſymboli ingredimur, quod nobis, ſecundam perſonam, quæ filii eſt redemptoris, proponit, quam in primis uariis cognomentis nobis deſignat, ut omnibus modis declaret hanc perſonam, quæ carnem aſſumpſit, eſſe uerum deum de deo, & uerum hominem ex homine. Sicut enim anima rationalis & caro unus eſt homo, ita deus & homo unus eſt Chriſtus Ieſus. Et quemadmodum ab æterno tres perſonæ deitatis ſunt, in unitate naturæ ſeu ſubſtantiæ, ita tempore deſtinato factum eſt, ut uerbum dei humanam naturam aſſumens ſine confuſione ſubſtantiæ, unum Chriſtum conſtitueret, ſicuti Iohannis Euangelium teſtatur: Verbum caro factum eſt. Verbum, inquam, quod in principio erat deus, apud deum, per quod omnia facta

Filii perſona deus & homo, pluribus nominibus deſignatur. Ex ſymbo. Athana. Aug. de tri. lib. 13. cap. 17. Iohan. 1.

ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Verbum, in quo uita erat, lux homi-
num. & lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt,
lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mun-
Aug. in Ioh. dum, Verbum denique, quod in mundo erat, per quod mundus factus
eſt, & quod mundus non cognouit, factum eſt caro. Filius dei factus eſt
Eſaiæ.40. homo. Hic enim caro totum hominem ſignificat, ſicut ſæpe alibi. Induit
inquam, humanam naturam dei filius, ut daret ſe recipiétibus, ac lucem
Iohan.1. hanc apprehendentibus, poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in no-
Roma.5. mine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque
Aug. defi. ex uoluntate uiri (quales omnes ſumus ex Adam) ſed ex deo nati ſunt,
de ad pe.c.2. id eſt, regenerati ſunt. Hic eſt Chriſtus Ieſus plenus gratiæ & ueritatis,
Iohan.3. De cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, per
Iohan.1. quem deus, quem nemo uidit unquam, multifariam, multiſque modis
Hebræ.1. olim in prophetis loquutus, nouiſſime nobis in perſona eiuſdem filii ſui
Iohan.1. familiariſſime euidentiſſimeque innotuit. Vnigenitus enim filius, qui eſt
Iohan.16. in ſinu patris, ipſe enarrauit, per quem allata eſt uita æterna. Hæc enim
eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum deum, & quem miſiſti,
Iohan.8. Ieſum Chriſtum, per quem liberatio ac ſalus, humano generi, in diabo-
lica captiuitate detento, apparuit, quemadmodum ſcriptum eſt: Si uos
Gene.3. filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Quum enim primus parens
noſter Adam, ab initio ad dei imaginem & ſimilitudinem conditus,
ac in paradiſo delitiarum, ubi erat perpetuo beatus, & immortalis fu-
Aug. in en-ch. cap. 26. turus, per inobedientiam ſeipſum perdidiſſet, factus carnalis & morta-
lis, tota natura corruptus & deprauatus, nimirum auerſus a deo uero,
Aug. de lib. ar. li. 2. c. 20. æterno illo ac incommutabili bono, atque hanc corruptelam, in totam
ſtirpem ſuam, maſſæ corruptæ ſobolem, deriuaſſet, non potuit homo,
Nobis mediator Chrs erat neceſſarius. ſicut ſponte ceciderat, ita ſponte etiam reſurgere, quemadmodum qui
ſe ipſum occidit, ſeipſum reſuſcitare non poteſt. Sed neceſſarius erat me-
diator, per quem deus dexteram ſuam nobis porrigeret, qua perditos
nos reuocaret in uitam, & captiuos uindicaret in libertatem. Proindeq;
factum eſt, ut illud dei uerbum, per quod facta ſunt omnia, & in quo
Philip.2. omnia ſubſiſtunt, caro fieret, & uſque ad miſeriam noſtram ſeſe dimit-
teret, & habitaret in nobis, quemadmodum diuus Paulus ait: Qui quum
in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed
Eſaiæ 53. ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, ut filius qui ī deitate erat
1. Iohan.3. patri æqualis, humanam indutus naturam, & quatenus homo, ab omni
1. Petri.2. tamen peccati labe longe alieniſſimus, deo patri uſque ad mortem obe-
Gene.3. diens factus, hominem, qui a deo per inobedientiam in mortem prola-
Eſaiæ.9. pſus erat, ſeque diabolo ſubiugauerat, in uitam ac libertatem reuocaret.
Roma.5. Nobis datus, nobis natus, ut peccata noſtra, immo totius mūdi (pro qui
Ephe.1. bus nihil dignum nos quod exolueremus deo, habuimus) ipſe portaret,
Roma.8. & nos quum inimici eſſemus deo, per mortem ſuam in ſanguine ſuo re-

conciliaret, ſuiq́ſpiritus in ſe credentes participes faceret, per quē diffunderet charitatem in cordibus noſtris, qua deum ſponte ac libenter, non ut ſerui, ſed ut ingenui filii, læti ac alacres, dei uoluntatem faceremus. Tunc enim efficimur uere liberi, quum deus nos fingit, id eſt, format & creat, non ut homines (quod iam fecit) ſed & ut deo accepti ac boni homines ſimus, quod nunc gratia ſua facit, ut ſimus in CHRISTO Ieſu, noua creatura, ſecundum quod dictum eſt: Cor mundū crea in me deus. Neceſſe ergo fuerat, ut hic mediator, ſimul deus eſſet & homo, quod alioqui perditos ſeruare, mortuos uiuificare, iuſtificare impios, peccata remittere, ſpiritum ſanctum dare, breuiter, nos regenerare non potuiſſet, quæ omnia benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei in Chriſto non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam perfecit. Miſericordiam enim conſequuti ſumus, ut ſimus fideles, & hoc non ex nobis, ſed dei donum eſt, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ne tamen quis intelligat, ſic nos gratis liberatos, ut bonis operibus poſthac non ſit opus, ſtatim ſubiecit: Ipſius enim figmentum ſumus, in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, ut in illis ambulemus. Non quæ iuſtificandum præcedunt (quod impoſſibile ſit ſine fide, placere deo, aut bene uiuere) ſed quæ comitantur iam iuſtificatum, qui ſunt fructus ſpiritus & fidei per charitatem operantis.

Per charitatem volūtas dei adimplet
Aug. in enchi. ca. 31.
Gala. 6.
Pſal. 50.
Gratis redēpti ſumus.
Tit. 2. 3.
1. Corin. 7.
Opera bona neceſſaria & ſequūtur iuſtificationē,
Hebræ. 1.

ET IN IESVM. Vides qualis uenerit hic mediator. Non enim uenit ut ultor, ſed ut ſaluator. Ieſus enim Hebræis ſaluatorem ſonat, ut non temere id nominis ei tributum ſit, ſed ab angelo priuſquam naſceretur, inditum, ſicut ſcriptum eſt: Et uocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluū faciet populum ſuum a peccatis eorum. Legimus & alium quempiam Ieſum, filium Naue, ſed nihil aliud quam Ieſu redemptoris typum ac imaginem gerentem. Moſes enim, qui typus ueteris legis eſt, non potuit populum in terram repromiſſam perducere: ſed illi ſuccedens dux Ieſus, qui & Ioſue perduxit. Et quemadmodum is de terra Aegypti populum eductum, deq́ heremi erroribus liberatum, in terram repromiſſionis introduxit: Ita hic Ieſus redemptor noſter populum, de ignorantiæ tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum, ad regna cœlorum prouexit. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, q non ſit aditus ad ueram felicitatem, niſi per fidem in Ieſum, Sicut ipſe teſtatur, Nemo (inquiens) uenit ad patrem, niſi per me. Et iterum: Ego ſum uia, ueritas, & uita. Ego ſum oſtium: ſi quis per me introierit, ſaluabitur, & cætera quæ ſequuntur.

Priori aduētu Chriſtus venit vt ſaluatoř.
Lucæ 1.
Hierony. in Ioſue.
Deut. vlt.
Ioſue. 1.
In ſolo Chriſto ſalus.
Acto. 4.
Iohan. 14.
Iohan. 10.

CHRISTVM, Chriſtus uel regium uel pontificale nomen eſt. Nam & ſacerdotes & reges apud Iudæos, unguento chriſmatis conſecrabantur, qui & Chriſti dicebantur, ſed illi exteriori unguento, materiæ corruptibilis, uelut mortales & corruptibiles ungebantur. Hunc autem ſingulariter plenitudine ſpiritus ſui, unxit deus, ſicut & Eſaias ex perſona

Ciprian. in ſymbo.
Chřs plenitudine ſpūs ſ. inunctus.
Eſaiæ. 61.

Chr. ꝰus ſacerdos. domini præſignauerat: Spiritus domini ſuper me, eo quod unxerit me, euangelizare pauperibus miſit me. Vterque porro titulus Chriſto apprime congruit, qui dictus eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui ut ſacerdos ſeipſum agnum uere immaculatum in ara crucis obtulit pro ſalute mundi. Rex quoque ab angelo pronuntiatus eſt: Dabit (inquit) illi deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnabit, inquam, non in regno corporali aut mundano, quod nullum tale ſit æternum, & ut ipſe alibi teſtatur: Regnum eius non eſt de hoc mundo, ſed ſpirituali. in quo ſedet ad dexteram dei patris, interpellans pro nobis, dans remiſſionem peccatorum & ſpiritum ſanctum in ipſum credentibus, & inuocantibus eum, quos & ſanctificat, ut reſuſcitet eos a nouiſſimo die ad uitam & gloriam æternam. De hoc Chriſti regno, quod eſt uita æterna, quæ hic in nobis incipit, ibi conſummanda, alibi fuſius dicemus. Tantum hic admonebimus ſymbolum docere, hunc eſſe uerum Meſſiã illum unicum a prophetis olim promiſſum. Nam quem Latini unctum uocant, Græci Chriſtum, Hebræi Meſſiam appellant. Proindeque cæcos Iudæos fruſtra alium expectare, quod ſemel Chriſtus uenerit, qui non potentia corporali inſtructus, ſed plenitudine ſpiritus ſancti inunctus, ſanguine ſuo, conſummato illo unico atque admirabili ſacrificio, in ara crucis oblato, nos a tyrannide Satanæ liberauerit, condonatiſq; peccatis omnibus, ueræ libertati reſtituerit, tandem quoq; cœleſtis regni ſibi cohæredes & conſortes aſciſcendos.

Marginalia: Chr. ꝰus ſacerdos. Hebræ.6. Ephe.5. Eſaiæ.9. Lucæ.1. Chrũs rex. Chriſti regnũ ſpũale. Iohan.18. 1.Iohan.2. Chrs unicus ille Meſſias. Iudæorum cæcitas. Gene.49. Daniel 9. Matth.16. Lucæ.9. Iohan.6. Iohan.1. Heb.1. 1.Petri.2. Coloſſ 1.2. Roma.8.

FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM, Duobus prioribus uerbis, ſymbolum, eam perſonam nobis nominatim indicauit, quæ in hoc erat ab æterno deſtinata, ut per eam mundus redimeretur, & ut notum faceret nobis deus ſacramentũ uoluntatis ſuæ, ſecundũ beneplacitum eius, quod propoſuit in Chriſto, in diſpenſationẽ plenitudinis temporum, inſtaurare omnia, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. Iam declarare incipit, hanc perſonã et uerum deum & uerum hominem eſſe. Verum enim deum oſtendit, quum Chriſtum filium dei unicum pronuntiat, id eſt, natura filium dei, ex ſubſtantia patris genitum, & ut aliud ſymbolum exponit, patri conſubſtantialem. Et proinde ob diuinam naturam, quam eandem habet cum patre, omnipotenti uirtute, magnitudine, ſapientia, bonitate, ſempiternitate, hoc quod pater eſt, omnia tamen hæc non ſine authore ſicut pater, ſed ex patre, tanquam filius patri æqualis, habet, ſine initio a patre natus, quemadmodum Iohannes ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Porro filium dei quum audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis aſſumas, ſed cum Eſaia exclama: Generationem eius quis enarrabit? Nam ſi uel eo quod cor generat uerbum, uel mens rationem, uel lux ex ſe parit ſplendorem, nulla fragilitas cogitatus

Marginalia: Cur pater filium miſit. Ephe.1. Chriſtus uerus deus & homo. Symb.Nic. Philip.2. Cyp.in ſymbolũ. Ioh.5.10.17. Iohan.1. Natiuitas filii in diuinis inexplicabilis. Eſaiæ.54.

cogitatur, quanto ſacratius de horum omnium creatore cenſendū eſt? Quāquam hic nulla ſimilitudo afferri poſſit, quin innumera diſcrepēt. Nulla enim creatura talis eſſe poteſt, qualis creator eius. Et ideo ſicut ſine exemplo eſt diuina ſubſtantia, ita & ſine exemplo eſt diuina generatio. Lux enim non parit ſubſtantiuum ſplendorem, aut cor ſubſtantiuū generat uerbum ſiue conceptum ſiue prolatum, ſed filius dei ſubſtantialiter generatur, q; pater in eum omnem eſſentiam ſuam transfundit. Sicut ipſe in Euangelio dicit: Ego & pater unum ſumus. Nulla ſimilitudine diuia natiuitas exprimi poteſt. Pſal. 2. Iohan. 10.

ADdidit ergo, VNICVM, Vt hunc natura filium dei, ſecernat a filiis adoptionis dei. In ſcripturis enim frequenter homines pii appellātur filii dei; at non natura. Natura enim omnes nati ſumus filii iræ, ſed dignatione adoptionis per fidem in Chriſtū, facti ſumus filii dei, quēadmodum Iohannes ait: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, quum Chriſtus nunquam non fuerit natura filius dei, deus de deo. Itidem Paulus Apoſtolus: Prædeſtinauit (inquit) nos in adoptionē filioꝝ per Ieſum Chriſtū. Et iterū Roma. viii. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater. Eſaiæ. 1. Iohan. 1. Roma. 8. Roma. 5. Iohan. 1. Ephe. 1. Roma. 8.

SEcundum ergo hanc priorem generationem, Chriſtus non frater eſt noſter nec hæres dei, nec fratres habet, nec cohæredes habet. Quanquam etiam uel ob id filius unicus recte aſſeritur, quod licet ſit deus & homo, duabus naturis, deitate ac humanitate conſtans. Sit etiam bis natus, unius tamen filius ſit. Non enim duos fatemur filios, ſed deum & hominem, unum filium credimus, manentem in duabus naturis, non tamen confuſis. Et quanquam duas habeat natiuitates. Vnam, qua naſcitur ex patre ſine tempore, alteram, qua naſcitur ex uirgine matre, tempore præfinito a deo, non tamen duo, ſed unicus eſt filius, non alius, ſed idem aliter natus. Augu. de eccle. dog. c. 2. Duæ Chri natiuitates.

DOMINVM NOSTRVM, Filius in ſcripturis frequenter dominus appellatur, quod cognomen in Chriſtum competit, non tantum iuxta alteram, ſed utranque naturam & diuinam & humanam. Quatenus enim eſt ab æterno deus de deo, dominus eſt omnium, non alius dominus a patre, quemadmodum nec alius deus. Etſi enim dicuntur alii domini, conceſſa & impartita, non ingenita poteſtate dicūtur. Hic uero ſolus eſt unicus filius, & ſolus unicus dominus. Sicut Apoſtolus dicit: Vnus pater deus, & unus dominus Ieſus CHRISTVS, per quem omnia. Iuxta aſſumptam uero naturam, per crucem, mortem & ignominiā promeruit intrare in gloriam patris, omnibuſq; ſibi ſubiectis, conſtitutus eſt ad dexteram dei in cœleſtibus, ſuper omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Cur Chrus paſſim dñs in ſcripturis appelletur. Chrus oīum dñs, quaten deus. 1. Corin. 8. Chrus dñs, quaten hō. Ephe. 1.

Et ut alibi Paulus ait: Datum eſt illi nomen, qnod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & Philip. 2.

infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Vnde ipſe apud Matthæum dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et ut humanitati Chriſti non tribuamus omnipotentiam, tamen ob unitatem hypoſtaſeos, duas naturas complectentis, recte dicitur omnium dominus, quemadmodum Chriſtiane ac pie dicimus Deum paſſum ac mortuum, Sed peculiari ratione, Chriſtus dicitur dominus credentium, ſeu electorum, & ideo ſymbolo additur, noſtrum, quo admonemur, quotquot in Chriſto per baptiſmum renati ſumus, quotquot habemus redemptionem per ſanguinem eius, ut totos nos ei dedicemus, & hunc unicum dominum noſtrum profiteamur, qui nos a dominatu Satanæ liberauit, & ſibi peculium & populum acquiſitionis fecit. Nam quum eſſemus ſerui peccati (qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati) & per peccatum diabolus in nos tyrannidem obtineret, is clementiſſimus dominus, noſtri miſertus, ab hoc tyranno crudeliſſimo dominium in ſe tranſtulit, & nos ſuo ſuauiſſimo iugo ſubiecit, ut qui in baptiſmo diabolo renuntiamus, & ipſi uti domino noſtro nomen damus, ipſius etiam præceptis per omnem uitam uoluntarie parere, & ſub eius tutela ſecuri uiuere & poſſimus & debeamus. Suauiſſima uox eſt dicentis: Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Sed uide quid repoſcat: nempe ut quemadmodum ipſe fecit, ita & nos faciamus. Certi, quod ab eo toti pendentes, tuti ſimus ab omni periculo. Nam oues, quæ audiunt uocem eius, & ſequuntur eum, non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu eius. Breuiter, dat eis uitam æternam: nimirum a patre impetrâs hic benigniſſimus dominus, ut ubi ipſe eſt, illic ſit & miniſter eius.

Matth. ult. | Chr̄s omniū dominus. | Peculiari ratione dominus credētiū | 1. petri. 1. | Ephe. 1. | 1. Petri. 2. | Iohan. 8. | Coloſſ. 2. | Matth. 11. | Roma. 6. 7. | Iohan. 13. | Chriſto fidēs ab omni periculo tutus. | Iohan. 10. | Iohan. 17. | Iohan. 12.

ET quanquam ſecundum hanc rationem humanitatis aſſumptæ & peractæ redemptionis dominus noſter ſit, Non dedignatur tamen ſecundum eandem, nos ſuos compellare fratres, & pro ſeruis amicos, Quid ni? quum nec dedignatus ſit agere miniſtrum: Ego (inquit) in medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. At hæc uocabula non æqualitatis, Sed ſimilitudinis, cognationis, & charitatis ſunt. Nam quod & ad humanitatem attinet, habitu quidem inuentus eſt ut homo, receptis in ſe omnibus incommodis, quæ naturæ ueritatem comitantur, ut ſunt, eſurire, ſitire, laſſari, angi, tædere, denique mori, idq; uolens noſtra cauſſa, ut exolueret quod nos commerueramus, ſed interim gratia & ueritate ſemper plenus, nempe in quo inhabitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, expers omnis peccati, & ad peccandum procliuitatis, erroris, ignorantiæ, breuiter omnium, quæ uel non congruunt dignitati perſonæ (quæ ſimul erat deus & homo) uel gratiæ plenitudinem excludunt.

Chriſti, quatenus hō, fratres ſumus. | Matth. 28. | Iohan. 15. | Lucæ. 22. | Philip. 2. | Matth 16. | Lucæ. 14. | Iohan. 1. | Coloſſ. 2.

QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, NATVS EX MARIA VIRGINE.

HIc articulus,ſecundam Chriſti natiuitatem (de qua propheta præ dixit:Poſthæc,inquiens,in terris uiſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt)proponit.Quem ergo ex prioribus,ſecundum naturam diuinam ab æterno ineffabiliter ex patre natum didiciſti, eundem hoc audis in tempore de ſpiritu ſancto conceptum,&ex uirgine natum, quemadmodum ante multa ſecula uaticinatus erat Eſaias:Ecce(inquit)uirgo concipiet,& pariet filium,& uocabitur nomē eius Emmanuel,quod eſt, nobiſcum deus. In primis ergo hoc articulo refertur, Spiritus ſanctus dominicæ carnis & templi eius creator, Sic tamen,ut intelligas totam trinitatem hoc adorabile myſterium cooperatam eſſe. Quod teſtatur Euangeliſta,referens,angelum uirgini mariæ reſpōdentem: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et ideo quod naſcetur ex te ſanctum,uocabitur filius dei. Adeſt ergo altiſſimus, intellige patrem,fontem & authorem deitatis. Adeſt uirtus altiſſimi, nempe filius, qui proprie carnem aſſumpſit. Adeſt Spiritus ſanctus, cui tamen hoc opus peculiari quadam ratione attributum,ſcriptura dedicat,quod non eſt rarum,ut quædam quæ omnium perſonarum communia ſunt, ſcriptura ſingulis tribuat perſonis, ueluti quum patri tribuit omnipotentiam,filio ſapientiam,Spiritui ſancto charitatem. Iam quum opus incarnationis Chriſti,opus ſit incomprehenſibilis & ineffabilis charitatis dei,quemadmodum Chriſtus dixit: Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret,recte opus Spiritui ſancto tribuitur, per quem dilargitur chariſmata.

secūda chriſti natiuitas. Baruch.3. — Eſaiæ.7. — Cypriā.in ſymbo. — Tota trinitas cooperata ē myſteriū incarnationis. — Lucæ.1. — 1.Corin.1. — Quid ſpiritui ſancto peculiariter dedicatur. — Iohan.3.

NATVS EX MARIA VIRGINE, Sic enim debebat adimpleri ſcriptura, prophetico ænigmate perpetuam integritatem uirginis Mariæ ſignificans,quū ait:Porta hæc clauſa erit,& non aperietur,& uir non tranſibit per eam,eritq; clauſa principi. Quo quid euidētius de cōſecratione uirginis dici potuit? Clauſa fuit in ea uirginitatis porta,ſoli deo Chriſto principi patuit,reſpiciens ad orientem,unde ſol oritur nunquam occidens,qui uiſitauit nos oriens ex alto,ut illuceſcat his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent,per hanc prodiit ſol ille iuſtitiæ,qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Non humana ſed uulgari ratione. Spectabat enim porta ad uiam ſanctuarii exterioris,quoniam ea natiuitas erat extra uulgarē hanc natiuitatē,nihil habēs admiſtum humanæ concupiſcentiæ aut fragilitatis. Suſcepit Verbū carnem, non eſt mutatum in carnē,quia manens deus ſuſcepit hominem.

Perpetua uirginis matris virginitas. — Cypriaū.in ſymbo. — Ezech.44. — Lucæ.1. — Iohan.1.

QVanquam nec hoc omittendum uidetur,ꝙ filius dei per animam rationalem,tum ſimul creatam,omnis cœleſtis gratiæ plenam in ſecreta rationabilis ſpiritus arcæ Verbū capiētem, tanquā mediā, carni unitus ſit. Neque enim ſubſtantia dei, quæ per omnia incorporea

Cyp.in ſymbol.

eſt, inſeri corporibus, uel capi ab eis principaliter poteſt, niſi aliqua media ſit ſubſtantia ſpiritualis, quæ capax eſſe diuini ſpiritus poſſit. Nihil ergo hic uulgare cogitandum eſt, ubi ſanctificatio ſpiritus inerat, & anima quæ erat dei capax, particeps etiam fiebat carnis. Nihil putandum impoſſibile, ubi aderat uirtus altiſſimi. Nihil de humana fragilitate cogitandum, ubi plenitudo inerat deitatis.

Lucæ.1. — Ad Mariæ nomen, oēs pio℞ animæ recreantur. — Gene.3. — Iohan.1.3. — Gene.3. — Lucæ.1. — Gene.12.11.

VIrginem autem deſignat ex nomine Mariam, idq; nō temere: quod & Lucas facit: Miſſus eſt (inquit) angelus Gabriel ad uirginem deſponſatam uiro, ac ſtatim poſtea: Et nomen uirginis Maria. Hæc eſt illa Maria, ad cuius nomen recreantur omnes animæ piorum. Eua ſiquidē diabolo aſſentiens, maledictionem & mortem orbi intulit, Maria uirgo deo credens, benedictionem & uitam protulit. Per Euam adhuc uirginē ſerpentis afflatu deceptam uenit calamitas, Per uirginem ſpiritus ſancti afflatu grauidā, rediit beatitudo. Per Euam præuaricantē dei præceptū, iræ filii naſcimur. Per Mariam deo ſubditā ac dicto angelico parentem, atq; credentē, Chriſtum accepimus, per quē renaſcimur filii dei. Eua ſuperbiens gratiam dei amittens, audiuit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, In dolore paries filios, & quæ ſequuntur. Maria gratiam apud deum inueniens, humilis audiuit: Aue gratia plena, dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui, nimirum, in quo benedicuntur omnes tribus terræ.

Chriſtus ꝓpter nos īcarnat⁹ — Iaco.1. — Matth.8. — Marci.5. — Lucæ.8. — Sym.Nicæ. — Aug.lib.confeſſ.7.cap.18 — 1.Timo.2. — Iohan.14. — Acto.4. — Cur filius incarnatus. — Iohan.1. — Au. de ſym. ad catechu. — Tit.2.

NOn ſuffecerit autem ut hæc omnia ineffabili dei diſpenſatione facta credas (nam & dæmones ad eum modum credūt & contremiſcunt, exclamantes: Ieſu fili dei altiſſimi, ut quid ueniſti ante tempus perdere nos?) ſed neceſſe eſt ut credas hæc omnia propter te facta, quēadmodum ſymbolum Nicænum exerte commemorat: Qui propter nos (inquit) & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria uirgine, & homo factus eſt. Venit de cœlis deus, homo factus ex uirgine, ut eſſet mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, ut eſſet uia per quam ueniremus ad patrem, quemadmodum ipſe ait: Ego ſum uia, ueritas & uita. Neq; enim per ullam aliam creaturam, ſiue ſit in cœlo, ſiue ſit in terra, uenitur ad patrem, ſed tantum per filium. Nec eſt aliud nomē ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, eo ꝙ nō ſit in alio aliquo ſalus. Verbum caro factum eſt, ut lactaret infantiam noſtram ſapientia dei, per quam creata ſunt omnia. Induit humanam naturam æterna ueritas, ſupereminens omnibus creaturis ſuis, ut ſubditos erigeret ad ſeipſam, ut aperiret nobis uoluntatem dei, ut erudiret nos abnegare omnem impietatem, & ſecularia deſideria, ut nos deprimeret a nobiſipſis, & ad ſe traiiceret, ut carnales faceret ſpirituales, ut filios hominum per inſitionem adoptionis faceret filios dei, factus humilis, ut ſanaret ſuperbos. Exaltauit enim ſe homo, & cecidit, humiliauit ſe deus, & erexit. Nos ceci-

dimus, ille deſcendit, Nos gemebamus, ille ſe inclinauit, ac manum deus homini porrexit, ac miſere lapſum ſubleuauit. Conceptus de ſpiritu ſancto, ſine omni humana ac carnali actione, ſine uiri ſemine, idq; propter nos, ut conceptionem noſtram carnalem, impuram ac damnatam mundaret: noſq; per infinitam ſuam patriſq; miſericordiã in ſpiritu ſancto regeneraret. Natus ex Maria uirgine, illæſa ipſius uirginitate ac pudore permanente, idq; propter nos & natiuitatem noſtram, originalis peccati macula pollutam, purgaret deus & homo. nam qui poſſet hæc, niſi eſſet pariter deus & homo? Quis enim (ut Iob ait) poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?

Cur de ſpiritu ſancto cõceptus & ex virgĩe natus

PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS ET SEPVLTVS EST.

IAm myſterium paſſionis ingredimur, quod Paulus Apoſtolus uerbum crucis appellat, in quo ſolo oportet nos gloriari. Nam etſi uerbum crucis pereuntibus ſtulticia ſit, his tamen qui ſalui fiunt, uirtus dei eſt. In primis ergo credimus, Chriſtum uere paſſum. Sic enim ſcriptura clamat apud Eſaiam prophetam: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et in Euangelio Lucæ dominus loquitur: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequam patiar. Et iterum: Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Item prima Petri ſecundo: Qui quum pateretur, non comminabatur. Paſſus itaq; eſt in corpore & anima, indicans ſe uerum hominem eſſe, captus, uinctus, contumeliis adfectus, colaphis cæſus, cõſputus, flagellatus, ſpinis coronatus, deniq; in crucem actus. Et ne exiſtimes eum a paſſione, quod ad animam attinet, liberũ fuiſſe. audi quid dicat: Triſtis (inquit) eſt anima mea uſque ad mortem, & factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terram. Abſit autem, ut credas Chriſtum uel damno aliquo aut iniuria impaſſibilis diuinitatis, in carne paſſum, aut paſſionem quam in carne & animo ſuſtinuit, per diuinitatis unionem abſorptam eſſe. Vnio enim illa incõprehenſibilis, ſingulis naturis ſuam proprietatẽ ſeruauit. Quod enim paſſibile, nempe humanitas, paſſibile fuit. Quod impaſſibile, nẽpe diuinitas, manſit impaſſibile. Ego (inquit) deus, & non mutor.

Verbum crucis, virt' dei. 1. Corin. 1.
Chriſtus vere paſſus
Eſaiæ. 53.
Lucæ. 22.
Lucæ. 24.
1. Petri. 2.
Paſſus in corpore & aĩa.
Matth. 26.
Marci. 14.
Lucæ. 22.
Iohan. 12.
Diuinitas in chriſto impaſſibilis.
Pſal. 101.
Malach. 3.

SVB PONTIO PILATO, Iudicis nomen, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, adiectum eſt, propter temporum agnitionem, & hiſtoriæ certitudinem. Erat enim id temporis Pontius Pilatus præſes Iudææ, ſub Tyberio Cæſare Auguſto, Qui Chriſtum, licet innocentem, a ſe iudicatum, in crucem tamen egit.

Matth. 27.
Marci. 15.
Lucæ. 23.
Iohan. 18.

CRVCIFIXVS, Mortis genus audis, quod ut erat maxime cruciabile ac lentum, ita habebat ſummam ignominiam, maxime apud Iudæos. Nam in lege eorum ſcriptum reperiebatur: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Cur autem hæc mortis ſpecies omnium acerbiſſima a deo

Mors in cruce decebat redemptorẽ

electa ſit,præter ſcripturæ uaticinium(quæ hanc & typis & prædicatio nibus apertiſſimis futuram prodiderat)non oportet Chriſtianũ admodum eſſe ſolicitum,modo credat ac ſciat eã mortis ſpeciem,ad redimendum genus humanum,nedum optimam, ſed & decentiſſimam fuiſſe. Decebat enim,ut qui in ligno per ſuperbiæ & uoluptatis ſtimulos uicerat,in ligno quoq; per extremam humilitatem & rigentiſſimos dolores uinceretur per Chriſtum dominum noſtrum. Decebat ut Chriſtus expanſis brachiis a terra ſublimis pẽderet,qui pro ſua ineffabili miſericordia quærebat omnes complecti,quemadmodũ ipſe,diſcipulis ſuis,mortis genus ſignificans,ait:Quum exaltatus fuero a terra,omnia traham ad meipſum. Decebat eum,propter quẽ omnia,& per quem omnia,qui multos,filios in gloriam adduxerat,authorem ſalutis eorum per paſſionem & crucem conſummari. Decebat ut ſponſus noſter thalami ſui lignum aſcenderet,& quum in eiuſmodi thalami lecto dormiret,aperiretur latus eius,& eccleſia uirgo prodiret,deſpõſanda Chriſto, ut quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormientis,ita & eccleſia formetur ex latere Chriſti in cruce pẽdentis,ex quo manauit ſanguis & aqua,quę ſunt eccleſiæ ſacramenta. Decebat deniq; ut Chriſtus,qui ſibi tria regna ſubiecturus uenerat,quemadmodum Paulus apoſtolus ait:Quia in nomine Ieſu omne genu flectetur,cœleſtium,terreſtrium,& infernorũ,in aerẽ ſublimatus,aereas ſubiugaret poteſtates,tenderetq; manus,ut & populo non credenti,incredulitatem ſuam exprobraret,& inuitaret credẽtes, fixa demum cruce in terrã, ut indicaret ꝙ inferna ſibi regna ſubiiceret. Crux ergo iſta triumphus erat ſeu potius triumphi inſigne, quod trophęum appellamus,nempe deuicti hoſtis indicium.

Cyp. in ſymbolum. — *Iohan.12.* — *Hebræ.2.* — *Au. de ſym. ad catechu. lib.2.ca.6.* — *Gene.2.* — *Iohan.19.* — *Philip.2.* — *Eſaiæ.65.* — *Crux trophęum.*

MORTVVS, Ecce hoſtia pro peccato in ara crucis immolata. Ecce Chriſtum,dei & hominis filium,obedientem patri uſq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Ecce Ieſum gratia dei pro omnibus mortem guſtantem,atq; ideo participantem carni & ſanguini,ut per mortem deſtrueret eum,qui habebat mortis imperium,id eſt,diabolum,& liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant ſeruituti, Id quod & eccleſia canit:Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit. Et propheta Oſee ante multa tempora Prædixit: O mors,ero mors tua,morſus tuus ero inferne,Et ideo Chriſtus noui teſtamenti mediator eſt,ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento,repromiſſionem accipiãt,qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Vbi enim teſtamentum eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt,alioqui nondũ ualet,dum uiuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Sed prioris teſtamenti typi,nimirum diuerſa illa hoſtiarum & holocauſtorum genera euanue-

Philip.2. — *Hebræ.2.* — *In pfa.miſſ.* — *Oſee.13.* — *Hebræ.9.* — *In ſanguine oĩa mũdant.* — *Chr̃o in cruce oblato,o-*

tuut,poſtquam Chriſtus uetus agnus dei,qui tollit peccata mundi, per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo,ut eũ undaret conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti.Obtulit autem ſemetipſum uoluntarie ſacrificium deo,ſicut ſcriptum eſt.Oblatus eſt,quia uoluit, ut uel hoc inter mortem noſtram & Chriſti interſit,quod noſtra anima ui morbi, aut humorum defectu a corpore depellitur,ſed dominus uolens animam ſuam depoſuit, quemadmodum apud Iohannem ait.Nemo tollit animam meam a me,ſed ego pono eam a meipſo.

mnes uet.legis hoſtiæ euanuerunt.

Voluntarie Chriſtus mortuus.

Eſaiæ.53.

Iohan.10.

ET SEPVLTVS, Sepultus eſt,ut monumentum clauſum,reſurrecturo ad uitæ nouitatem, teſtimonium præberet, ſicut naſcituro uterus uirginalis.Sepultus autem in monumento nouo, e uiuo ſolidoq; lapide exciſo, ut ſicut in hoc monumento nullus alius mortuus ſepultus eſt,nec ante,nec poſtea,ſic in illo utero,nec ante nec poſtea quicquã mortale conceptum eſt,quanquam & alia pleraque myſteria hæc ſepultura complectatur.

Aug. de fide & ſymb.

Matth.27.

Ineffabilis dei pietas erga nos.

IAm qui credis Chriſtum paſſum, crucifixum, mortuum, & ſepultum.Et in Chriſtum propter te paſſum,crucifixum, mortuum & ſepultum crede.Audi Chriſtum tuum te aduocantem ac dicentem.Sic deus dilexit mundum,ut filium ſuum unigenitum daret,ut omnis qui credit in illum,non pereat, ſed habeat uitam æternam. O ineffabilem dei miſericordiam,quam deus commendat in nobis: quoniam adhuc quũ peccatores & impii eſſemus,ſecundum tẽpus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt.quum inimici eſſemus,reconciliati ſumus deo per mortem filii eius.Capiat ergo fiduciam anima chriſtiana,pro qua mortuus eſt Chriſtus filius dei,hoſtia immaculata,ſufficiens ad totius mundi diluẽda crimina.Hic eſt agnus ille immaculatus, cuius puriſſimus ſanguis ſubmouit angelum extinctorem.Hic eſt æneus ille ſerpens, quem exaltauit Moſes in deſerto:poſitus pro ſigno,ut qui percuſſi ſunt ab ignitis ſerpentibus,& aſpexerint eum,uiuant & ſanentur.Serpẽs ignitus eſt diabolus,qui humanum genus a deo uiuo per inobedientiam auertens,per concupiſcentiam,omnium malorum radicem,peccare fecit, & peccati chirographum contra nos ſcripſit, quia ut propheta dicit. In peccatis noſtris uenundati ſumus. Pretium enim animæ ſuæ diuenditæ,unuſquiſq; conſequitur,quum concupiſcentiæ ſatiſfecerit.Chriſtus ergo nõ ſuam,ſed patris faciens uoluntatem,aſcendens crucem,deleuit quod aduerſus nos erat chirographum,& affigens illud cruci ſuæ,traduxit principatus & poteſtates,triumphans in ſemetipſo,dãs ſubinde hominibus, in ſe crucifixum credentibus,poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones,& ſuper omnem uirtutem inimici.

Au.de ſym. ad catechu. lib.2.ca.6.

Iohan.3.

Roma.5.

Hebræ.9.

Iohan.1.

Exodi.12.

Nũe 21.

Iohan.3.

1.Timo.6.

Coloſſ.2.

In peccatis noſtris uenũdati ſumus.

Lucæ.10.

DEinde pro peccatis noſtris mortuus,& ſepultus eſt Chriſtus, ut & nos peccatis moriamur. An ignoratis (inqt Paulus)fratres qcũq;

Roma.6.

baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſe
pulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, hoc ſcientes, quia
uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut
ultra nō ſeruiamus peccato, nec regnet peccatum in noſtro mortali cor-
pore, ut obediamus cōcupiſcentiis eius. Itidē Petrus Apoſtolus ait: Chri-

I. Petri. 2.

ſtus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſti
gia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui
quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non cōminaba
tur, tradebat autem iudicanti ſe iuſte, qui peccata noſtra pertulit in cor-
pore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus, cuius liuo-
re ſanati ſumus. Et iterum. Chriſto ergo paſſo in carne, & uos eadem co

I. Petri. 4.

gitatione armemini, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit a peccatis, ut iam
non deſideriis hominum, ſed uoluntate dei, quod reliquum eſt uiuat tē-

Gloria noſtra in cruce dñi.
Gala. 5.

poris. Iuuet ergo exclamare cum Paulo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce
domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego
mundo. Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum uitiis

Quō portanda crux poſt Chriſtum.
Coloſſ. 3.

& concupiſcentiis, qui Paulum commonentem & audiunt & imitantur,
dicentem: Mortificate membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicatio
nem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam,
quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus, ac deponētes iram, indignationem, ma
liciam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore ueſtro. non mentientes,
ſed expoliātes uos ueterem hominem, qui renouatur in agnitionem dei,

Philip. 2.

ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Docet deniq; Chriſtus, quā
abſolutam obedientiam præſtare erga deum nos oporteat, quemadmo-
dum diuus Paulus exponit: Hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ie-
ſu, qui quum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqua-

Reſiſtendum peccato uſq; ad mortem.

lem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudi
nem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, factus eſt obediens
patri uſque ad mortem, mortem autem crucis. Proponit ergo in eadem

Au. de ſymbo. ad cate. lib. 1. ca. 3.

cruce nobis exemplum reſiſtendi peccato uſque ad mortem, & libenter in
teritum ſuſcipiendi, ſi ita res poſtulet pro pietate. Demōſtrauit enim cor
poris mortem timendam non eſſe, dum ipſe prius pro omnibus digna-

Matth. 10.

tus eſt mori, & de morte triumphare. Diabolus promittit ſuæ uolunta-
tis ſectatoribus uitam temporalem, & momentaneam uoluptatem, Chri

Matth. 5.

ſtus uero, iuſtitiam uſque ad mortem ſitientibus, uitam æternam. Et hic

Afflictiones modo patiēter ferantur, ſalutares.

admodum ſuaue eſt, guſtare & ſentire per mortem & paſſionem Chriſti
factum eſſe, ut & afflictiones noſtræ, imo & mors ipſa (modo tamen eas
dei reſpectu ac patienter feramus) ipſi deo non tantum gratæ ſint & ac-
ceptæ per Chriſtum, ſed & nobis ſalutares, habentes promiſſionem, quo-

I. Timoth. 2.

niam ſi compatimur, & cum illo glorificabimur. Non enim condignæ

Roma. 8.

ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in
nobis. hæc eſt crux, quam tollere nos iubet Chriſtus, & cum ſequi quam

gaudentes ſuſceperunt Apoſtoli & martyres Chriſti, In hac gloriatur Apoſtolus Paulus.ii.Corinth.xi.Hæc qui intelligunt, in omnem fortu- 2. Corin.11. nam erecti,cum fideli Iob dicunt:Dominus dedit,dominus abſtulit, Sicut domino placuit,ita factum eſt,Sit nomen domini benedictum.No- Iob.1. uerunt enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationũ. 2.Corin.4. noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis,non contemplantibus nobis quæ uidentur,ſed quæ non uidentur.Quæ enim uidentur,temporalia ſunt:quæ autem nõ uidentur,æterna ſunt,Hæc qui ſciunt.ne mortẽ quidem abhorrent,Sciunt enim quod Roma.8. ſiue uiuimus ſiue morimur: domini ſumus. Sciunt quoque quod mors Au. de ſym. adeo non ſeparat nos a charitate dei,ut & arctius copulet, quod ſit uia, ad catechu. per quam tranſimus a charitate imperfecta ad perfectam, optabilis piis, lib.2.cap.10. ſed horribilis impiis.Paulus clamat.Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et ſancti patres,mortes piorum,tranſitus ſeu dormitiones,imo natales potius uocant quam mortem,Chriſti uerbum ſequuti:dicẽtis,quod qui Iohan.5.11. crediderit in eum,non morietur in æternum,ſed tranſeat a morte ad uitam.Sed alia longe ratio eſt de impiorum morte. nam quemadmodum propheta ait:Mors peccatorum peſſima. pſal.33.

DESCENDIT AD INFEROS.

CRedimus Chriſtum ad inferos deſcendiſſe,non ꝙ ibi ſit aliquid paſ- Cur Chriſtus ad iferos deſcenderit. ſus.Nam in cruce omnis paſſionis eius conſummatio facta eſt, ſed ut nobis frangeret regnum Satanæ.Deſcendit, non ut illic cruciaretur, Roma.6. ſed ut Satanam cum omni potentia, propter quam princeps mundi hu- Acto.2. ius dictus eſt,ſibi et in ſe credentibus ſubiiceret ac captiuam duceret ca- Iohan.12. ptiuitatem.In Chriſto enim uere completa eſt prophetia pſalmi.Non de Ephe.4. relinques animam meam in inferno.quemadmodum Petrus Apoſtolus pſal.15. de Chriſto prædictum in Actis apoſtolicis interpretatur, Idem in prio- Act.2. ris epiſtolæ capite tertio ſcripſit in hunc modum: Mortificatus autem 1.Petri.3. carne,uiuificatus autem ſpiritu,in quo & his qui in carcere erant ſpiritibus ueniens,prædicauit.Huc quoque ſpectat prophetia Oſeę: Ero mors Oſea.13. tua o mors:morſus tuus ero inferne. Et pie interpretantur, qui ad hunc articulum citant,quod Zacha.ix.ſcribitur: Tu quoq; in ſanguine teſta Zacha.9. menti tui emiſiſti uinctos de lacu,in quo non erat aqua.Et quod Eccleſiaſt.cap.xxiiii.ſub perſona ſapientiæ dictum legimus:Penetrabo inferio Eccle.24. res partes terrę,& inſpiciã omnes dormientes,& illuminabo oẽs ſperãtes in domino.Et pleraq; alia,ex pſalmis cum hoc articulo cõgruentia.

TERTIA DIE RESVRREXIT A MORTVIS.

IN miſſæ ſymbolo canit eccleſia: Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas.Et Paulus Apoſtolus ait: Tradidi uobis in primis quod 1.Corin.15. accepi,quod Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt,& ꝙ ſepultus eſt & ſurrexit ſecundum ſcripturas.Nam triduana mors domini, paſſim

Triduana & prædicta eſt & præſignata per prophetas. Ionæ enim prophetæ typus
mors dñi. quo ſpectet, ipſe dominus indicauit, quũ ait ad Iudæos. Generatio hæc,
Ionæ.2. generatio nequam eſt, ſignum quærit, & non dabitur ei, niſi ſignum Io-
Matth.12. næ prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tri-
Lucæ.11. bus noctibus, ita oportet eſſe filium hominis in corde terræ tribus die-
Math.17.20. bus & tribus noctibus, quod p ſynecdochen intelligitur. Porro in Euan
Marci.9.10. gelio nihil eſt, quod tam ſæpe inculcet Chriſtus, tam euidẽter prędicat,
Lucæ.9.18. ꝗ ſe paſſurum, & tertia die reſurrecturum, ut poſtquam factum eſſet
quod prædixerat, incõcuſſa fide teneremus Chriſtũ deum & hominem,
ut hæc omnia noſtræ ſalutis cauſa perageret, de cœlis deſcendiſſe. In
paſſione hominem ſe declarauit mortalem, per quam quod infirmum
ac fragile erat, abſoluit. In reſurrectione ſe deum declarauit & immorta
Hebræ.2. lem. Qui enim deuicta morte reſurgit, non poteſt eſſe mortalis. Atq; ita
decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in
Chriſtus pro gloriam adducentem, authorem ſalutis eorum per paſsionem conſum-
nobis reſur- mari. Reſurrexit ergo Chriſtus pro nobis, ſicut paſſus eſt pro nobis. Pri
rexit. mum, ut eum quem authorẽ ſalutis noſtræ agnoſcimus, in quo omne
præſidium incolumitatis noſtræ collocamus, immortalem ſciremus.
Roma.6. Chriſtus enim reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra
Ibidem. non dominabitur. Deinde, ut nos ſimul cum illo per pœnitentiam cõ-
Coloſſ.2. mortui peccatis, & per baptiſma conſepulti, ſimul etiam cum illo, in no
uitate uitæ reſurgeremus, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per
Lucę.1. gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, ut excitati p gra
tiam ac ſpiritum ipſius, ipſi pie uiuendo, & in mandatis dei ambulando,
Roma.4. ſeruiremus. Traditus ẽ ergo propter delicta noſtra, & reſurrexit propter
iuſtificationem noſtram. Si ergo complantati facti ſumus ſimilitudini
Roma.6. mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Si mortui ſumus cum Chri-
ſto, credimus, quia ſimul etiam uiuemus cum illo. Quod enim mortu-
us eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos
Roma.7. exiſtimate, uos mortuos quidem eſſe peccato, uiuentes autẽ deo in Chri
ſto Ieſu. mortificatos legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius, qui ex mor
Fructus ſpi- tuis reſurrexit, ut fructificetis deo. Fructus autem ſpiritus ſunt, charitas,
ritus qui. Gala.5. gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, manſuetudo, fides, mo-
deſtia, continentia, caſtitas, aduerſus quæ non eſt lex. Qui enim Chriſti
ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum uitiis & concupiſcentiis. Et iterũ,
Coloſſ.3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite. Vbi Chriſtus
eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quę ſup terrã. Mor-
tui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Induite
ergo uos ſicut electi dei, ſancti & dilecti, uiſcera miſericordiæ, benignita
tem, humilitatem, modeſtiam, ſupportantes inuicem, & donantes uo-
biſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus
donauit uobis, ita & uos. Super omnia autem hæc, charitatem habete,

quod eſt uinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus ueſtris, in qua & uocati eſtis in uno corpore, & grati eſtote. Proinde pientiſſima oratio eſt Pauli ad Hebræos. Deus pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet uos in omni bono, ut faciatis uoluntatem eius, faciens in uobis quod placeat coram ſe, per Ieſum Chriſtum. Denique Chriſtus ſurrexit primitiæ dormientium, ut nobis certam ſpem reſurrectionis faceret. Ipſe eſt enim caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis. Qui autem primus eſt, ſolus eſſe nõ poteſt, neq; caput deſeret ſua membra. Si enim (ut diuus Paulus colligit) Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus.

Deprecatio Paulina. Hebræ. 13. 1. Cor. 15.

ASCENDIT AD COELOS, SEDET AD DEXTERAM PATRIS.

Conſummatis his, quæ in terra gerebantur, & animabus de inferni captiuitate reuocatis, breuiter conſummato redemptionis myſterio Chriſtus aſcendit in cœlum. non ſecundum deitatem, qua ſemper æqualis eſt patri, qua ubiq; eſt, & qua nuſquam deeſt, ſed ſecundum hominem aſſumptum, gloria & honore coronatum, ſubiectis ſibi omnibus, & quæ in cœlo & quæ in terra. Aſcendit uero ut propheta, & prophetam explicans. Paulus ait. Captiuam ducens captiuitatem, corporis aſpectum ſubducens diſcipulis, & animos illorum ad cœleſtia ſubuehens, promittens dona ſpiritus ex alto. Aſcendit autem poſt quadraginta dies a reſurrectiõe, intra quos ſeipſum diſcipulis ſuis uiuum præbuit in multis argumentis apparens eis, loquens de regno dei.

Chriſtus aſcẽdit ſecundũ hominẽ aſſũptum. & cur. Philip. 2. Hiere. 23. 1. Iohã. 1. Pſal. 8. Ephe. 1. Hebr. 2. Pſal. 67. Ephe. 4. Acto. 1.

Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Seſſio iſta non eſt accipienda humano ſenſu, tanquam pater ad ſiniſtram, filius ad dexteram ſedeat, ſed per dexteram intelligenda eſt honoris æqualitas, regni conſortium, & poteſtas, qua conſtitutus eſt Chriſtus ſuper omnes creaturas, & quæ in cœlo, & quę in terra, & quæ apud ĩferos ſunt. Sicut Paulus Epheſiis ſcribit. Secundum operationem potentiæ uirtutis eius quã operatus eſt in Chriſto Ieſu, conſtituens eum ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſuper omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Sic Stephanus legitur uidiſſe cœlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris uirtutis dei. Et ipſe Chriſtus ſic futurum dixit. Verũtamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis ſedentem a dextris uirtutis dei. Sedet qui ſine ſolicitudine gubernat uniuerſa, ſtat paratus ad opitulandum omnibus ipſum implorantibus. Sicut Paulus dicit. Habemus aduocatum in cœlis. Secundum ergo hanc uirtutem de cordibus fidelium nunquam diſcedit, nunquam ſuos derelinquit, ſed ſemper potens eſt nos eripere de omnibus tribulationibus, anguſtiis ac hoſtibus noſtris, quemadmodum pollicitus eſt nobis, dicens,

Qũo Chriſt. ſedet ad dexterã patris. Au. de ſym. ad catechu. lib. 2. cap. 7. Ephe. 1. Acto. 7. Matth. 26. Cur ſedere dicatur: & cur ſtare. Hebræ. 9. 1. Iohan. 2. 1. Petri. 1. Matth. ult.

tes in cœlū. Hic eſt Ieſus, qui aſſumptus eſt a uobis in cœlum, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœlum. Humana quidem ſpecie conſpicuus, ſed iam immortalitatis gloria reſulgens.

IVdicabit autem uiuos & mortuos, id eſt, feret ſententiam, & de uiuis, qui tum adhuc in aduentu ſuo ſupererunt, & de mortuis, nimirum omnibus, quotquot ab Adam uſque in eum diem defuncti erunt, tum ſubito reuicturis, quemadmodum diuus Paulus ait: Quod nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Oportet enim nos omnes ſiſti ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria operis ſui, prout geſſit, ſiue bona, ſiue mala. Pater enim omne iudicium dedit filio. Nec tantum homines, ſed & angeli boni, ac dæmones impii coram eo ſiſtentur, Ieſumq; præſentem intuebuntur, pii ad ſolatium, impii ad terrorem. Qui hic iniuſte pro nobis iudicari cōdemnarique ſuſtinuit, illic iudicabit orbem uniuerſum, redditurus cuique ſecūdum opera ſua. Et hæc forma iudicii, quum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tum ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & ſtatuet oues quidem a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & uiſitaſtis me: in carcere eram, & ueniſtis ad me. Et quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc & rex his qui a ſiniſtris eius erūt, dicet: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus, & in carcere eram, & non uiſitaſtis me. Et quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Quæ uerba diligenter recolenda ſunt, quibus docetur Chriſtianus, ſe ex fide illa mortua, quam nulla comitantur fidei & dilectionis opera, haud ſaluandum. Quin adeo charitatis ac miſericordiæ opera (ſine quibus nemo uere fidelis ſeu Chriſtianus cenſeri poteſt) requiri, ut de cæteris pene omnibus ſileatur. Qui enim dilectionem habet, omnia habet. Plenitudo enim legis, dilectio eſt. Et finis præcepti, charitas eſt, de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Nam etſi quiſque per fidem abſq; meritis propriis ex impio fiat iuſtus. Interim tamen manifeſtum eſt, fidem ſine operibus fidei nō prodeſſe ad ſalutem, in eo qui tempus habet operandi.

CAeterum totum hoc iudicium non humano more, ſed in momento punctoq; temporis geretur, & tamē ueriſſime geretur. Nec enim opus eſt moroſa diſcuſſione, quando patebunt omnia cordium arcana,

Iudicium extremum.
Au. de ſym. ad catechu. lib. 2. cap. 4.
Roma. 14.
Iohan. 5.
Forma iudicii.
Matth. 25.
Matth. 25.
Fides mortua nō pfert ad ſalutem.
Plenitudo legis dilectio.
Roman. 13.
Timoth. 1.
Auguſti.
Iudiciū extremū in momēto pagetur.

Roma.2. quando ſua quęq; damnabit conſcientia, ſicut Apoſtolus ait: Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum, ac inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus, in die, quum iudicabit deus occulta hominum. Corpora quoq; tunc ad immortalitatem immutata, non occupabūt (quemadmodū nūc) ſpacium loci, iuxta triplicem dimēſionem, longi, lati, & profundi, ut nemo demirari debeat, ubi ſiſtendi ſint omnes homines, qui tot annorum millibus ab orbe condito fuerunt, & tamen erunt ueriſſime eadem corpora, quemadmodum circa articulum Reſurrectiōis mortuorum latius dicetur. Quod autem ſcriptura ita loquitur, perinde atq; humano more iudicium hoc extremum peragendū ſit, more ſuo facit, attemperans ſermonem ad humanum captum, obſecundans tarditati noſtræ.

1. Corin. 15. Corporum poſt reſurrectionē ſubtilitas.

Rediturus p pter nos, & cur.

CRedimus autem Chriſtum propter nos uenturum iudicare uiuos & mortuos, ut pios a corporali morte ac aliis omnibus anguſtiis liberatos, in regnum ſuum cœleſte, ubi perpetuo cum eo erimus, ſubuehat. Impios uero debitis pœnis afficiat, quemadmodū ipſe dixit: Et ibūt hi, nimirū impii, in ignem æternū. Iuſti autem in uitā æternā. Itidē beatiſſimus apoſtolus ait: Qui reddit unicuiq; ſecūdū opera ſua, his quidē qui ſecundum patientiā boni operis, gloriam & honorem & incorruptionē quærētibus uitā æternā. His aūt qui ſunt ex cōtentione, & qui nō acquieſcunt ueritati, credūt aūt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtiā in oēm animā hoīs operātis malū, Iudæi primū & Græci. Nō enim eſt perſonarū acceptio apud deū. Proindeq; oēs pii hunc aduentū cū ſummo deſiderio morātur, expectātes beatā ſpē & aduētū gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſemp orātes, ut deus pacis ſanctificet eos per oīa, ut īteger ſpūs eorū & anima & corpus ſine querela in aduētu dñi noſtri Ieſu Chriſti cōſeruetur, ſcientes quia fidelis eſt qui uocauit eos, qui etiā faciet. Diligentibus enim aduētū eius, magna repromittitur beatitudo, quemadmodū Pauli teſtimonio cōprobatur: De cætero (inquit) repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quā reddet mihi dñs iuſtus iudex in illa die, non ſolum autem mihi, ſed & his, qui diligunt aduentum domini.

Matth. 25. 1. Theſſ. 4. Roma. 2. Acto. 10. Ti. 2. 2. Theſſ. 5. 2. Timo. 4.

Cur dies aduētus dñi nobis ignotus.

VOluit autem, dominus hunc diem aduētus ſui nobis eſſe ignotum, ad excitandum nos, quo ſemper in officio & ea, qua uocati ſumus uocatione, parati inueniamur. Proindeq; apud Marcū dominus ita Euāgelium ſuum claudit: Videte, & uigilate, & orate. neſcitis enim quando tempus ſit. ſicut homo qui peregre profectus, reliquit domum ſuā & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit, ut uigilet: Vigilate ergo. neſcitis enim quando dominus domus ueniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne quum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico. Vigilate. Vigilemus ergo, & oremus, quia breuis eſt & incerta iſta uita, & neſcimus tempus, quando uenturus eſt dominus,

Marci. 13. Aug. in Sym.

CREDO IN SPIRITVM SANCTVM.

SVbſequitur tertia ſymboli pars, quæ Spiritui ſancto tribuitur, in primis declarans eius diuinam naturam, quam habet cum patre, filioq; communem, ſalua diſtinctione proprietatis perſonarum, ſubinde dilucide exprimens, quæ ſit per Spiritum ſanctum in Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, gubernatio.

Tertiæ partis ſymboli diuiſio. 1.Corin.12.

SPiritus interdum pro flatu ſpiritus aerei accipitur, re inconſtanti, uolubili & inſtabili, ſecundum quam appellationem non oportet aliquid ſimile imaginari de Spiritu ſancto. Sed frequentius in ſcripturis, generali uocabulo, ſpiritus dicitur, quicquid incorporeum eſt. Sic in Euangelio dicitur: Spiritus eſt deus, quod omnibus perſonis iuxta diuinã naturam commune eſt. Sic & angeli Spiritus dicuntur, ſic & animus hominis ſpiritus appellatur, ſed ratione incomparabiliter craſsiore. Peculiari autem appellatione in ſcripturis ſanctis, tertia in diuinis perſona, Spiritus ſanctus nuncupatur.

Spūs varie accipitur. 1 Pſal.148. 2 Iohan.4. Pſal.103. Hebræ.1. 3. Rom.8.

CREDO, &c. In exordio noſtræ expoſitionis diximus, ſummam apoſtolici ſymboli tribus uerbis contineri, nimirum, Credo in deum. Cætera enim quæ ſequuntur, tres unius eiuſdemq; deitatis perſonas, perſonarumq; proprietates exponunt, quare ſi ſolius diuinitatis ratio habeatur, unico contextu dicemus, Credo in deum patrem, filium, & Spiritum ſanctum, quemadmodum Athanaſius in ſuo ſymbolo docet, fidem hanc eſſe catholicam, ut unum deum in trinitate, & trinitatem in unitate ueneremur. In qua nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales. Illa ergo omnia, quæ de Chriſto, poſt articulum. Et in Ieſum Chriſtum filium eius, unicum dominum noſtrum, media intercedunt, ad incarnationis & paſſionis eius myſterium pertinent. In quibus tamen, de ſpiritu ſancto, non ſiletur, Sed ut una eademq; in trinitate diuinitas doceatur, ſubnectitur tertia ſymboli pars, qua principio dicimus.

1.Corin.2. Summa ſymboli. ey.in ſym. Athanaſius.

CREDO IN SPIRITVM SANCTVM, Diligenter enim hic retinenda eſt præpoſitio, IN, quæ manifeſte declarat Spiritum ſanctum deũ eſſe patri filioq; coæqualem. Nam in quas perſonas pariter creditur: eaſdem neceſſe eſt coæquales, atque unum deum eſſe. Nemo enim in creaturam ullam credit, hoc eſt, ſummam fiduciam collocat, ſed in unico ſoloq; deo, ſicut ſcriptũ eſt: Audi Iſrael, dominus deus tuus unus eſt. Interrogati ergo de patre, an pater deus ſit? Reſpõdemus, deus eſt. Interrogati de filio, eodem modo, quia deus eſt. Interrogati deniq; de Spiritu ſancto, pariter dicimus, quia deus eſt. Non tamen tres dii, ſed unus eſt deus, de quo meminit ſcriptura: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Quãquam autem omnium uerisſimum ſit, in rebus creatis, nullam reperiri poſſe conuenientẽ ſimilitudinem, per quam uel tenuiter hæc trinitas perſonarum

Præpō.in. Spūſ.deus. Aug.in Iohan.cap.14. Deute.6. Matth.22. Marci.12. Lucæ.10. Aug.de fide & ſym.ca.19 Roma.11.

Au. de ſym. ad catecu. lib.3 cap.9.
Exodi.3.13.
Trinitas inſeparabil'r oīa operatur.
Gene.1.
Roma.11.
Myſteriū trinitatis incōprehenſibile etiā angelis.
3.Reg.5.
Aug. de fide & ſym.ca.9.
Matth.5.
1.Corin.13.

in unitate deitatis intelligi poſſit. Quæ enim ratio, aut quæ ſimilitudo incomprehenſibili & ineffabili deo comparari poteſt? quemadmodum quoque ſupra meminimus. Tamē, cum uenia diuinæ maieſtatis, Sequuti diuum Auguſtinum, ad iuuandam infirmitatem noſtram, aliquam afferemus ſimilitudinem, in ea re creata, in qua deus noſter, in ſcripturis apparuiſſe dicitur, nempe igni. In igne tria conſpicimus, lumen ignis, ſplendorem, & calorem, & quum ſint tria, unū lumen eſt, ſimul exurgunt, ſimulq; conſiſtunt, nec ignis præcedit ſplendorem, nec ſplendor calorem, & hæc non confuſe unum ſunt, ſimul operantur, & inſeparabiliter operantur, aliud igni tribuitur, aliud ſplendori, aliud calori. Nam quum ad ignem refers uiſionē, ibi operatur, & ſplendor, & calor, & quum ad ſplendorem refers illuminationem, ſimul operatur & ignis & calor: & quum ad calorem refers calefactionē, ſimul operatur ignis & calor & ſplendor. Ita quū dicitur, ꝙ deus fecerit mundum, intelligimus patrem, ex quo omnia, per filium, per quem omnia, in Spiritu ſancto, in quo omnia, mundum condidiſſe. Et quum dicimus, filium pro nobis incarnatum & paſſum, intelligimus incarnationem & paſſionem filii, operatum fuiſſe & patrem & filium & ſpiritum ſanctum: quemadmodum ſuperius quoq; meminimus. Et quum peccatorum remiſſio tribuitur Spiritui ſancto, intelligimus totam trinitatem hoc donum inſeparabiliter operari. Hoc ob omnino rudes dixerimus. Nam illud myſterium, quod eſt ineffabile & incomprehenſibile, nec uerbis angelicis explicari poteſt, quanto minus humanis? propterea temere nihil de inuiſibilibus affirmemus tanquam ſcientes, ſed tāquam credentes, quoniam non niſi mundo corde uideri poſſunt, Idq; nō aliter in hac uita q̄ ex parte tantum & in ænigmate.

Perſonarum æqualitas.
Matth.24.
Symbolum Conſt.

Simpliciter ergo credenda eſt hæc perſonarum æqualitas. Nam quid eo manifeſtius? quod ſaluator in Euangelio ait: Baptizantes eos in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti, Hic enim tres perſonas recenſet, quibus tribuit parem potentiam, uirtutem & honorem remiſſionis peccatorum, & regenerationis noſtræ, per baptiſmum. Et ut euidentius ſymbolum, quod in miſſa canitur, æqualitatem ſpiritus ſancti in diuinitate cum cæteris perſonis indicaret, addidit quaſdam uoces de ſpiritu ſancto, appellans illum dominum, & uiuificantem, qui ex patre filioq; procedat, qui cum patre & filio ſimul adoretur & conglorificetur, qui loquutus ſit per prophetas.

Vnicus ſpūs natura ſctūs
Roma.1.
1.Reg.16.
3.Reg.22.

SPIRITVM SANCTVM, Sanctum appellauit, quia unicus eſt ſpiritus, natura ſanctus, ex ſe omnia ſanctificans, quæ ſancta ſunt, appellatus propterea a Paulo Spiritus ſanctificationis. Angelorū quidem & hominum piorum ſpiritus. Sancti quoque dicuntur, at non ſanctificantes, ſed ſanctificati per ſpiritum creatorem. Sanctus quoq; ſpiritus nuncupatur, ad diſcretionem aliorum ſpirituū. Nam in ſcripturis legimus, Sauli fuiſſe ſpiritum a domino malum, & ſpiritum mendacem in ore prophetarum,

iatum,Spiritum uertiginis,ſpiritum phytonicum, ſpiritũ fornicationũ. 1.Reg.28.
ſpiritum nequam,ſpiritum immundum,ſpiritum huius mundi,ſpiritũ Acto.16.
Satanæ,ſpiritũ tumidum & elatum.His omnibus Spiritus ſanctus cõ Lucæ.11.
trarius eſt,eiiciens eos.Nam diſpellit omnem maliciam, pro ferocibus 2.Corint.12.
mites reddit,deducit in omnem ueritatem,reuelat ſcripturaꝝ myſteria, Prouer.16.
per fidem purificat corda,largitur ueram charitaté,quæ nõ cogitat ma Lucæ.11.
lum,nec operatur perperam,inſpirat huius mundi contemptum,eximit Iohan,16.
ab omni conſortio Satanæ,& ſubiectos reddit deo,quia ſpiritus dei eſt, 1.Corin.12.
& ſpiritus Chriſti,a patre filioq; procedens. A patre quidem, atteſtante 1.Corin.13.
ſcriptura.Qui(inquit Chriſtus) a patre procedit,ille teſtimonium perhi Iohan.14.16
bebit de me.Et iterum.Nõ enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpũs patris Roma.8.
ueſtri,qui loquitur in uobis.A filio uero,quum Euãgeliũ dicat, Quod Iohan.15.
filius poſt reſurrectionem mittens diſcipulos ſuos, pdicare Euangeliũ, Matth.10.
inſufflauit in faciem ipſorum & dixit,Accipite ſpm̃ ſanctum. Et Apo Iohan.20.
ſtolus ait.Si quis ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius. Roma.8.

HAbet autem Spiritus ſanctus in ſcripturis diuerſa nomina, ſecúdũ Spũs ſancti
diuerſas operationes. Digitus dei dicitur,in quo Chriſtus eiiciebat diuerſa no͂ia
dæmonia.Spiritus paracletus,ideſt conſolator,qui confirmat & conſo in ſcripturis.
latur nos in omni tribulatiõe noſtra, ſeu aduocatus.Ipſe enim poſtulat Lucæ.11.
pro nobis gemitibus inenarrabilibus,ideſt,ad poſtulandum nos incitat Matth.10.
& impellit. Spiritus rectus,q deducat nos in uiam rectam a terrenis affe Iohan.15.
ctibus,quibus inambulamus,nos purgans, & ad cœleſtia ſubuehens,a Actu.2.
circuitu,in quo impii ambulant,reuocans,& in uiam rectam mandato 2.Corin.1.
rum domini reducens.Spiritus principalis,q cõfirmet nos,ut nullis per Roma.8.
turbationibus a Chriſto ſeparari ualeamus, nullis terroribus recedere, 2.Corin.11.
nullis cruciatibus infirmari. Spiritus bonus,quem dat deus petentibus Pſal.50.
eum,diffundens charitatẽ in cordibus noſtris.Spiritus adoptionis filio Roma.8.
rum dei,in quo clamamus.Abba pater. Tribuitur auté in primis Spiri Lucæ.11.
tui ſancto bonitas,quoniã per ipſum fit remiſſio peccatorũ & largitio Roma.5.
donorum,quibus ornat animam abolitis peccatis. Itidem charitas, qa Roma.8.
per ignem amoris ſui cõgregantur & conglutinantur fideles,ſicut mem Gala.4.
bra corporis noſtri cohærent integra,beneficia animi,ſeu ſpũs noſtri. Roma.12.
1.Corint.12.
Ephe.4.

CRedimus ergo in Spiritũ ſanctum deum,cum patre & filio Credi Q͂ão in ſpm̃
mus q in illo pater per Chriſtũ,& in Chriſto omnia operatur,oĩaq; .ſ. credendũ.
uiuificat ac fouet.Credimus q hoc ducente & gubernante,per filiũ ue 10.14.15.16.
niemus ad patrem,q per hunc a deo patre cũ filio agitemur,excitemur, Iohan.3.
uocemur,ac trahamur. Credimus q ille per ueram fidem, quæ in Chriſtũ Roma.8.
eſt,donetur,q per eum inhabitantem,efficimur templum dei,ſicut dicit Actio.11.
ſanctus Paulus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Et itẽ 1.Corin.3.
rum. Neſcitis quia corpora ueſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in 1.Corin.6.
uobis eſt,quem habetis a deo Credimus,q hic eſt, qui conſcientias no Iohan.16.
ſtras reas arguit de peccato. Cui enim dubium eſt, alium ſpiritũ ſpiritui Bernar. in ſer
mo. dici pen
te. 1.

noſtro in iniquitate frigido, tum adueniſſe, cũ feruore accendit pœnitẽ
tiæ; Necq enim qui lethali crimine occubuit, ſeipſum rurſum accendere
poteſt, ut ad deũ ſuum reuertatur, niſi accedat alius, hoc eſt, dei Spiritus,
Spũſſ. mortificat & uiuificat. ipſum diiudicans. Credimus, ꝙ hic Spiritus mortificet in nobis carnales
concupiſcentias, ꝙ extinguat opera carnis, ꝙ motus in nobis excitet, &
Gala. 5. fructus gignat ſpirituales. Eſt itaq certiſſimum pignus uocationis no-
ſtræ, qm̃ quum ſentimus opera eius in nobis, ideſt cõuerſionem anima-
2. Corin. 5. rum noſtrarũ ad deum uiuentem, & cætera quæ diximus, ipſe Spiritus
Ephe. 1. reddit teſtimoniũ ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filii dei. Si aũt filii, & heredes,
hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti. Quo imbuti, cum fidu-
Roma. 8. cia clamamus. Abba pater. Nam qui hoc ſpiritu uacant, mundano ſpi-
ritu imbuti, falſo dicunt Chriſto. Domine dñe, quia hoc Spiritu carẽt,
Qui ſpiritũ Chri non habet, is fruſtra appellat deũ non facientes uoluntatem patris, nec fructus ſpiritus. proindecq ſecun-
dum Iohannis teſtimonium, nemo Ieſum appellat dñm, niſi in Spiritu
ſancto. Dñm enim Ieſum appellare non poteſt quiſq, qui ſe illi totũ non
1. Corin. 15. cõmittit & ſubdit, quod fit Spiritu ſancto docente. Ergo fratres (ut di-
uus Paulus inquit) debitores ſumus, non carni, ut ſecundũ carnẽ uiua-
Roma. 8. mus. Si em̃ ſecundũ carnẽ uixeritis, moriemini. Si aũt ſpũ, facta carnis
mortificaueritis, uiuetis. Quicunq em̃ ſpũ dei agunt, hi ſunt filii dei.

Aug. de tri. lib. 5. cap. 14. NOlo tamen, ut intelligas hanc motionẽ animi tui, eſſe ipſum Spm̃
ſanctũ, etſi in ſcripturis interdũ ſic nominet, nimirũ ꝙ ſit gratia &
opus Spiritus ſancti ab eo proficiſcens, quæ non ſubſtantia, ſed accidẽs
in nobis eſt. Ad eum modũ orat Paulus, ut hic ſpiritus integer perſeue-
1. Theſſ. 5. ret in nobis, hoc eſt, Spiritus ſancti gr̃a. Atq huius gratiæ reſpectu, quã
Aug. de fide & ſym. c. 10. operatur Spiritus ſanctus in cordibus fidelium, homo ex corpore, ani-
mo, & Spiritu humano compoſitus, ſæpenumero caro, carnalis ſeu ani-
1. Corin. 2. malis apud Paulum appellatur, quod quicunq ex Spiritu ſancto nõ fue
rit renatus, mentem, rationem & uoluntatem carnalibus deſideriis, ita
Iohan. 3. ob itam teneat, ut regnum dei uidere non poſſit.

SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM.

HIc ſermonis uis mutatur. omittitur enim ꝑpoſitio. IN. Non enim
Cyp. in ſym. dicit ſymbolum, Credo in ſanctam eccleſiã, & cætera quæ ſequũ-
tur, ſicut ſuperius dixit. Credo in deũ patrẽ, Et in Ieſum Chriſtum filiũ
eius unicum, & in Spiritum ſanctum, Sed tantum, Credo ſanctam eccle
ſiam catholicam. i. credo eccleſiam a deo congregatam eſſe, non in ſan-
Credim' ſcãm eccleſiã non in eccleſiam. ctam eccleſiam, ut in deum. Hac ergo præpoſitionis ſyllaba, creator ſe-
cernitur a creaturis, & diuina ſeparantur ab humanis.
SANCTAM ECCLESIAM. Proximo articulo didicimus ſpm̃ omnia
ſanctificãtem, hic eccleſiam audimus ab illo ſanctificatã. Eccleſia græ-
Eccleſia quid ſignificet. ca uox eſt. ab ἐκκαλεῖν, quod ẽ euocare. Vnde eccleſia quaſi euocata cõ-
cio. Fides enim (ut ait Paulus) ex auditu eſt, auditus autem per uerbum
Roma. 10. Chriſti. Qui ergo per uerbũ Chriſti euocati ſunt a ſimulachris mortuis

ad deum

ad deum uiuum,ab ignorãtiæ tenebris ad lucem Chriſtianæ ueritatis,
& obtemperarunt,eccleſia Chriſti dicuntur.Eccleſia aũt duplex eſt,mili 1.Petri.2.
tans & triũphans,utrãq; complectit̃ hic articulus. Triũphans eſt cœtus Eccleſia duplex. Aug. in
ille beatarũ animarũ cum Chriſto regnantium,qui & de mundo & dia enchi.56.57.
bolo triũphauit,& regnat cum Chriſto ſecurus in æternum,quem Apo 58.
calypſis deſcribit. Hi (inquit) ſunt qui uenerunt de tribulatione magna, Apoca.7.
& lauerunt ſtolas ſuas,& dealbauerunt eas in ſanguine agni,& ideo ſunt
ante thronũ dei,& ſeruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius,& q ſedet in thro-
no,habitabit ſuper illos,non eſurient,neq; ſitiet amplius,nec cadet ſuper
illos ſol neq; ullus æſtus,qm̃ agnꝰ q ĩ medio throni ẽ reget illos,& dedu Militans bifariã cõſideratur.
cet eos ad fontes aq̃rũ,& abſterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ.

VT ad Eccleſiã militãtẽ ueniamus,hæc bifariam conſideratur.Primũ Au. de fide ad
ſtrictius,quatenus dicimus eos eſſe in Eccleſia,q ita ſunt in domo Petrũ itẽ li.7.
dei,ut & ipſi ſint domus dei,ſeu tẽplum Spiritusſancti,qui conſtituũt ur ꝯtra Donatiſtas.
bem illã beatam Hieruſalẽ de cœlo deſcendentẽ,a deo paratam,cõſtru- Apoca.2.
ctam uiuis ex lapidibus,de quibus dixit Apoſtolus. Multi unũ corpus 1.Corin.12.
ſumus in Chriſto Ieſu,quos & alibi uocat populũ emundatũ ab oĩ ini- Roma.12.
quitate,acceptabilẽ deo,ſectatorẽ bonorũ operũ, Eccleſia uero catenus Ephes.4.
accepta ſoli deo nota eſt,quẽadmodũ idẽ Apoſtolus ait. Cognouit dñs Tit. 2.
qui ſunt eius. Verũ ad eum modũ non oportet accipere Eccleſiæ uoca- 2.Timo.2.
bulũ,ubi uel Chriſtus de audienda Eccleſia ꝑcipit,uel Patres poſt Apo- Eccleſia uiſibilis.
ſtolos de authoritate Eccleſiæ diſſerunt.hanc enim quæ audiẽda eſt, &
cuius authoritas ſequẽda,nobis cognobilẽ atq; adeo uiſibilẽ eſſe opor-
tet. Secũdo ergo Eccleſia conſyderatur,ut complectit̃ oẽs qui hñt cõionẽ Aug. de fide
ꝓfeſſionis fidei,doctrinæ, & ſacrorũ ſecũdum catholicã & apoſtolicam ad Pet.ca.45
traditionẽ. Ad hũc modũ,nimirũ quod ad eã ſocietatem attinet,tã bo
ni q̃ mali,per quãdã colligantiã eiuſcemodi ꝓfeſſionis ac exterioris par-
ticipationis ſacramentorũ,ſunt in Eccleſia dei,mali tamẽ nõ ſecus, quã Boni & mali i Eccleſia q̃o
palea eſt in frumento. Et quemadmodum humano corpori, plerunque Matth.15.
adhærent membra,aut mortua,aut arida, aut putrida, aut languida,
quæ nõnunq̃ reſecanda ueniunt,ne cætera membra horum contagiõe
inficiantur.interdum toleranda,ne forte,ſi abſcindantur,totum corpus 1.Corin.5.
in periculum ueniat,quæ etſi membris uiuis in uitali ſpiritu non cõmu
nicent,colligantia tamẽ quadam uiuis adhærent,proindeq; adhuc cor
poris membra dicuntur & corporis eſſe partes. Ita de Eccleſia, ad hunc
modum accepta ſentiendum eſt,ut ſit populus in unam profeſſionem fi-
dei,& communionem ſacramentorum uocatus,cohærens ſaltem ſecũ-
dum unitatem profeſſionis,& uiſibilem quandam Chriſtianæ fidei for-
mam. In quo cœtu & bonos & malos dicimus eſſe ꝑmiſtos, qui etſi nõ
ſint colligati omnes:unitate ſpiritus,& uinculo charitatis, colligati ta-
men ſunt ſecundum unionem,unius ſignaculi fidei, & corporaliter cõ-
iuncti,ſecundũ uiſibilia pietatis ſacramenta.quãuis nonnulli inter eos

1.Timoth.3. ſint impii,peccatores,auari,fornicatores,& id genus homines, ſecundū exteriorem fidei profeſsionem,formam quidem pietatis habentes, uirtutem tamen eius abnegantes.

Qui ab eccleſia ſint excluſi.

AD hunc modum accipientes eccleſiam,excludimus ab ea tum excõmunicatos, tum hæreticos, ſchiſmaticos item & paganos. Excom.municatos quidem,q̃ publico eccleſiæ iudicio, ab exteriori eccleſiæ conſortio,donec reſipiſcant,ſeparati ſint. Hæreticos aūt & ſchiſmaticos,quod ſua ſponte de eccleſia exierint, deſeruerintq; eandem & contẽnent.s,& proſcindentes,& perſequentes. Paganos uero,quod eccleſiá,ueluti in qua nec ſint nec unquam fuerint,nulla ex parte agnoſcant,ſecundum nullam,ne exteriorem quidem & uiſibilem formá religionis & ſacramentorum,eccleſiæ unq̃ adſcripti ſeu coagulati.

1.Corin.5. 1.Iohan.2. Iohan.2. Aug lib.7. cõtra Donatiſ.

Diſcrimẽ iter excluſos ab eccleſia, & inter peccatores nõdum reſectos.

Nec dubiū eſt,magnum diſcrimen eſſe inter hos,quos a conſortio eccleſiæ penitus ſecludimus,& illos quos certa ratione uti membra, licet inutilia, ab eccleſiæ unione non repellimus. Nam gẽtes,itidẽ manifeſtos hæreticos, ſchiſmaticos & excommunicatos,quauis eccleſiæ membris cohabitent,& ſecūdum exteriorem politiam cum eccleſię membris conuerſentur, nemo tamen eos eccleſiæ membra dixerit,quod ſecus eſt in Chriſtianis,quáuis publice peccantibus,ab eccleſiæ tamen conſortio nõdum reſecatis,ſcripturis id apertiſſime docentibus,

1.Corin.5.

Paulus Apoſtolus ad Corinthiorū eccleſiam ſcribens,culpat ipſos,quod audiretur inter eos fornicatio talis, qualis nec inter gentes. Et ſtatim apertum diſcrimen facit inter fornicarios & ſceleratos fratres,ac fornicarios ac ſceleratos huius mūdi, quod illos uti membra contagioſa tolli ac ſegregari,& ut fermentum malitię ac nequitiæ,cõmiſtum maſſæ, expurgari iubeat,donec reſipuerint,quẽadmodum ipſe illic inceſtum fratrem excõmunicat ac Satanæ in interitum carnis tradit,ut ſpiritus eius ſaluus fiat in die dñi,non tolleret autem,nec ſegregaret,niſi eum intus in eccleſia fuiſſe fateretur.

Paulus excõmunicat fratrẽ inceſtũ.

At hos,nempe fornicarios ac ſceleratos huius mundi, ibidem penitus foris eſſe dicit,& eos ad ſuum iudicium nõ pertinere. Quid enim mihi (inqt) de his qui foris ſunt iudicare? Nõne de his qui intus ſunt uos iudicatis? ná eos qui foris ſunt,deus iudicabit. Auferte ergo (ut ſubdit) malum ex uobiſipſis.

1.Iohan.2. Iohan.2. epi.

Hæretici ergo ac ſchiſmatici manifeſti,non intus, ſed foris eſſe dicuntur,ut qui ſecundum uerbum Apoſtoli receſſerint & nõ permanſerint in doctrina Chriſti,qui ex nobis prodierunt,ſed non erát ex nobis. nam ſi fuiſſent ex nobis,permáſiſſent utiq; nobiſcum,

Cũ hæreticis nõ communicandum. Timo.3.

quibus ne uel aue dicamus,uel hoſpitiū præbeamus,idem Apoſtolus uetat,ac Paulus hæreticum hominem poſt unam & ſecundá correptionem deuitari præcipit,quod ſubuerſus ſit qui eiuſmodi eſt,& delinquat,quum ſit ꝓprio iudicio condemnatus. Quod ſi (ut omnes ſolent Hæretici) ſe eccleſiæ mẽbrum eſſe ſimulet,ſtatim ut innotuerit,de eccleſia exiiſſe,ac palmitē arefactum eſſe,eccleſiaſtico ſarculo reſcindendus eſt,ne uiti officiat.

Iohan.15.

Et ne

ET ne quis hoc diſcrimen uanum eſſe putet,ſed intelligat Chriſtianos,uitæ licet non ſatis inculpatæ carnaliter uiuentes,atq; adeo lethalibus criminibus contaminatos(modo tamē pacem integram tum quod ad fidei profeſſionem ac doctrinam,tum quod ad ſacramentorū participationem attinet,cum membris uiuis retineant) ad prædictum modum in eccleſia eſſe. Chriſtus eccleſiam ſuam,arcam uocat, quæ continet & paleam & triticum, Semētem quoq; ſeminatum in agro,in quo quum ſuperſeminatur lolium,ſuccreſcunt ſimul zizania & triticum. Sagenam item in mare miſſam, atq; ex omni genere piſcium congregantem,maloſq; piſces ſimul cum bonis permiſtos habentem. Itidem uineā, in qua ſunt palmites,non tantum uuas,ſed & labruſcas faciētes. Regnū etiam coelorum appellat eccleſiā,quod cōfert decem uirginibus,quinq; prudentibus,& quinq; fatuis. Deniq; quemadmodum in arca Noe animalia munda erant ſimul cum immundis. Ita & in eccleſia,quamdiu in hoc mundi pelago iactatur,bonos habebimus & malos.

Malos ſuo modo in eccleſia eſſe cō. probatur.

Matth.3. Lucæ.3. Matth.13. Matth.20. Iohan.15. Matth.25. Gene.7.

HAec autem noſſe oportet omnem Chriſtianum,ne exiſtimet eccleſiam propter malorum permiſtionem deſerendam,& aliam quærendam. Verum in omnibus (uti Auguſtinus ait) tenenda eſt beatisſimi Cypriani pleniſſima charitatis pietatiſq; ſententia,dicentis. Quanq; in eccleſia uideamus eſſe zizania,non tamen debet perturbari aut fides, aut charitas noſtra,neq; de eccleſia recedere debemus ob id, q zizania in eccleſia eſſe cernimus. quin potius ubi uidemus eccleſiā opprimi per impios,hic fidei articulus,quem tractamus,nos confirmabit,ne deſperemus,ſed ſciamus eccleſiam eſſe permanſuram,& nauiculam iactandam quidem,ſed non ſubmergendam.

Cypria.ad Max. Aug. contra Creſco.grāma.ca.31. Matth.16. Matth.14.

SEcundo,ut intelligamus non extenuandam eccleſiæ authoritatem, multo minus ab eccleſia recedendum ob id,q interdum cathedram occupent Pontifices uitæ non ſatis inculpatæ,aut q in eccleſia præſidere conſpiciamus criminoſos,modo tamen per legitimam ordinationē ius & poteſtatem miniſterii acceperint,& in communione permāſerint. Siquidem eum, qui ſemetipſum conſtituerit Epiſcopum,nemini ſuccedens,nemine legitima ordinatiane epiſcopatum dante,quantūlibet ſub ſe congreget multitudinem populi,& dicat ſe ſeruare ac docere quatuor dei Euangelia,apoſtolicam ſcripturam,& fidem & charitatem cum cæteris eccleſiis,non poſſe tamen eccleſiæ membrum eſſe,palam eſt. Eccleſiæ ergo ordinem authoritatemq; ob malos tantummodo mores miniſtrorum labefactare,plane ſchiſmaticum eſt. Nam etſi tales eccleſiæ miniſtri,uitam ducentes improbatam,ſpiritu careant,quo ipſi ſancti ſint & iuſti. Quamdiu tamen eccleſiæ membra ſunt,& ab eccleſia tolerantur Spiritum ſanctum,qui Chriſti & eccleſiæ miniſteriis,quæ per eos aguntur,aſſiſtit,habent,per quem in eccleſia peccata remittunt, ac ſacramenta efficaciter impertiuntur. Neq; enim ideo non ſunt efficacia ſacramē-

Ob malos pōtifices nō extenuanda eccleſiæ authoritas.

Irenæ.contra hæreſ. lib.4. ca.4.5.63. Tertul de p ſcrip.hæret, Cypri.

Sacra efficaciter conferuntur per malos miniſtros

ta,q̃ per malos tractantur. Omnia enim ſacramenta, licet indigne tra-
ctantibus obſint, proſunt tamen per eos digne ſumentibus. In miniſtris
enim, quatenus miniſtri ſunt, non attendimus meritorum diuerſitatem,
ſed tantum uirtutem ac poteſtatem eius, cuius munere funguntur. Non
Vis ſacrox, ex ordinatione dei. enim pendent ſacramenta ex dignitate miniſtrorum, ſed ex mandato &
ordinatione diuina. Clamat contra Corinthios Paulus, q̃ æſtimarint
baptiſmi gratiam a miniſtris, dicentes. Ego quidem ſum Pauli, ego au-
1. Corin. 1. tem Apollo, ego uero Cephæ, ego uero Chriſti, quaſi diuiſus eẽt Chriſt⁹,
uel Paulus, uel Apollo pro ipſis crucifixi, aut in nomine Pauli, & nõ po-
tius Chriſti baptizati eẽnt. Proindeq; grauiter arguit eos, ut ſchiſmatis
reos, dicens. Quum ſit inter uos zelus & contentio, nonne carnales eſtis,
1. Corin. 3. & ſecũdũ hominem ambulatis? Quid enim Apollo? quid uero eſt Pau-
lus? Miniſtri eius, cui credidiſtis. Ego quidem plantaui, Apollo rigauit,
ſed qui incrementum dat, deus. Itaq; neq; qui plãtat, eſt aliquid, neq; qui
rigat, ſed qui incrementum dat, deus.

Johan. 1. Hac de re, multæ inſignes in ſcripturis ſententiæ extant. In Euãgelio Jo
hannis legimus Baptiſtæ teſtimonium. Qui (inquit) miſit me baptizare
in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris ſpiritum deſcendentem &
manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Similiter
Matth. 3. apud cæteros Euangeliſtas. Ego baptizo uos aqua, ille autem bapti-
Marci. 1. zabit uos in ſpiritu ſancto. Docet idem aperta Chriſti ſententia, hono-
Lucæ. 3. rem etiam deferens Iudæorum cathedræ, in qua tamen impii ſedebãt. Su
per cathedram (inquit) Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæcunq;
Matth. 24. dixerint, facite. Et iterum. Vade & oſtende te ſacerdoti. Itidem alibi. Ite
Matth. 8. & oſtendite uos ſacerdotibus. Et quid apertius, eo quo ait: Qui uos au
Lucæ. 17. dit, me audit: qui uos ſpernit, me ſpernit? Vbi miniſterii authoritatem a
Lucæ. 10. miniſtris in ſe trãsfert. Baptizatus ergo ab immundo ſacerdote nihilo
ſecius mundatur, non ab immundo, ſed a Chriſto qui intus baptizat in
homine, in quem oportet totam ſpem ponere. Maledictus enim, qui cõ-
fidit in homine.

Ephe. 4. TErtio, hæc noſſe oportuit, ut ſciamus malos in eccleſia dei præſi-
dentium mores, non tanti æſtimandos, ut nos dubitare faciãt, ubi
nam ſit eccleſia Chriſti, quod hac tẽpeſtate multis uſuuenit, qui fluctuãt
ab omni uento doctrinæ, a nobis recedentes, & in angulum aliquem ſe
Matth. 23. recipientes, dicere incipiunt. Ecce hic Chriſtus, ecce illic. Sic enim fieri nõ
Marci. 13. oportuit. Notas & ſigna habemus longe certiſſima, quæ nos de eccle-
Lucæ. 17. ſia, ubinam ſit, dubitare non ſinunt. Principio nemo negat, in eccleſia
Certiſſima ſigna eccleſiæ catholicæ. ſynceram doctrinam, euangelicam & apoſtolicam eſſe oportere. Et hãc
præcipuam eſſe eccleſiæ notam, iuxta illud. Oues meæ uocẽ meam au-
Iohan. 10. diunt, & quod ẽ apud Paulum. Si quis prædicauerit aliud Euangelium,
Galat. 1. anathema ſit. Sed hæc nota non ſtatim defendet nos ab hæreticis. Nam
& ipſi iactant ſe Chriſtianum habere nomen, & apud ſe ſolos eſſe Chri-

ſti fidem,

ſti fidem,ſacramenta, & ſcripturas,ſed aut mentiunt̃ detorquentes ſcri-
pturas,aut grauiter falluntur.Nam & Cyprianus ait. Scripturas ſi ſer- Cyprianus.
uarent,eccleſiam Chriſti cognoſcerent,& in ea permanerent.Quærenda
eſt enim eccleſia in ſcripturis ſacris,ubi manifeſte cognoſcitur, quibus
deſignatur ipſa ab Hieruſalem incipiens creſcere,& inde per apoſtolos Augu. ad ce-
diffundi in omnes gentes,ſecundum ſeriem ſucceſſionis, durans adhæc leſ. epi. 150.
uſq; tempora.Quiſquis ab hac eccleſia catholica fuerit ſeparatus, quã- ad Donatiſt.
tumlibet ſe laudabiliter uiuere exiſtimet,hoc ſolo ſcelere (quod a Chri- epiſt. 160.
ſti unitate ſeiunctus eſt) non habebit uitam æternam,ſed ira dei manet Lucæ.4.
ſuper eum.Quiſquis autem,in hac eccleſia bene uixerit,nihil ei præiudi-
cant aliena peccata,quia communio malorum non maculat aliquem
communione ſacramentorum, ſed conſenſus factorum. Hæc eſt ergo
ſola religionis Chriſtianæ machina,quæ cunctas hæreſes ſemel abolet.
Ipſa inquam concors doctrina,omnium ſanctorum patrum, ſecũdum
ſuorum temporum ſucceſſiones,concorditer reddentium teſtimonium Conceſſio pa-
uerbis Chriſti & Primitiuæ eccleſiæ conſuetudini. trũ legitima.

Quod ut paulo euidentius fiat,ex ſcripturis manifeſtum eſt,eccleſiæ col-
ligantiam non tantum conſtare,aliquorum hominum cõſenſu in unã Colligantia
aliquam fidei profeſſionem, ſacramentorumq; communionem, aut in eccleſiæ qui-
eadem Euangelia,eaſdemq; canonicas ſcripturas,ſed præter hæc, ordo bus cõſtet.
in eccleſia retinendus eſt,ueluti quidam eccleſiæ nexus,nõ quem huma- Ordo eccle-
na præſumptio adinuenit,ſed quem Chriſtus inſtituit,qui in eccleſia ſua ſiæ nexus. 1.Corin.12.
omnia ordinatiſſima eſſe uoluit,ſingulaq; membra ſuis officiis defun- Ephes.4.
gi,diuidens unicuiq; gratiam,ꝓut uult,proindeq; poſuit ac dedit quoſ-
dam apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios uero Euangeliſtas,ali-
os autem paſtores & doctores,ad conſummationem ſanctorũ, in opus
miniſterii,in ædificationem corporis Chriſti,donec occurramus omnes
in unitatem fidei & agnitionem filii dei in uirum perfectum,in menſu-
ram plenitudinis Chriſti. Et cur hoc neceſſarium fuerit, continuo ad-
didit,dicens,ut iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur
omni uento doctrinæ in nequitia hominum. Officia ergo Chriſtus in
eccleſia diſcreuit,non parem membris omnibus tribuens poteſtatem, Chriſtus ec-
ſacerdotalem inſtituens functionem, cui annexuit non humanam, ſed cleſia diſcre-
plane diuinam poteſtatem,nempe prædicandi Euangelii,remittendi & uit officia.
retinendi peccata,dandi ſpiritum ſanctum, claudendi & aperiendi re- Marci.1.
gnum cœlorum,conficiendi corpus & ſanguinem dominicum,ac cæ-
tera ſacramenta eccleſiæ miniſtrandi.Hanc poteſtatẽ collaturus Chri-
ſtus Apoſtolis,iam renatis ac ſpiritum ſanctum habentibus, poſt reſur- Lucæ.22.
rectionem inſufflans dixit.Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſe- 1.Corin.4.
ritis peccata,remittunt̃ eis.Hanc inſufflationem Auguſtinus ac cæteri
patres,peculiarẽ gratiã ac poteſtatem interpretantur, quæ per traditio- Iohan.20. Matth.18.

Auguſtinus. num infunditur baptizatis, quũ per manus impoſitionem ritę ordinan
1.Timo.4. tur,de qua dicit Apoſtolus ad Timotheum. Noli negligere gratiam dei,
Matth.10. quæ in te eſt per impoſitionẽ manuũ p̃ſbyteri. Viſibili ergo ordinatiõe
Marci.3. per Chriſtũ iſtituta, per Apoſtolos deī facta,& in nos cõtinua ſucceſſio
Lucæ.9.10. nis ſerie deducta, ad retinendã eccleſiæ unitatẽ quã maxime opus erat.
Acto.14.

Ti.1. NAm nunquam ſchiſmatum fuiſſet finis, niſi Chriſtus non tantum
Iohan.10. inuiſibili,ſed & uiſibili iuſſione ac ſacramento, Apoſtolos ſuos mi
Marci ult. ſiſſet, dicens. Sicut me miſit uiuens pater,& ego mitto uos. Et iterũ. Eun
Matth.ult. tes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, ba-
Roma 10. ptizantes eos, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, docentes eos oĩa ſeruare quæcunq; præcepi uobis. Quomodo enim prædicabũt, niſi mit tantur, ut Apoſtolus ait. Non enim tuto ulli hominum creditur ſe inui
Acto.13. ſibiliter miſſum aut a deo unctum eſſe diceti. Quum & Paulus Apoſto-
Tit.1. lus & Barnabas uiſibili ſacramento ſegregandi erant apoſtolica autho ritate ad eccleſiaſtica miniſteria. Et Paulus Titum officii cõmonẽs ait. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas,& conſtitu-
Legitima epiſcoporũ ſucceſſio eccleſiæ nota. as per ciuitates p̃ſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Quærenda eſt ergo eccleſia apud eos, apud quos eſt cõcors doctrina,& legitima epiſcoporũ ſucceſſio, ab apoſtolorũ temporibus adhæc uſq; tempora deducta.

Ire.li.4. contra hær. c.63. QVod patres apertiſſime docẽt,& in primis Irenæus uetuſtiſſimus epiſcopus, qui non multo poſt Apoſtolorum tẽpora floruit, hanc ſententiam paſſim inculcat. Nam lib. iiii. aduerſ. hæreſ. cap. iiii. ſic habet. Agnitio uera (nimirum eccleſiæ) eſt apoſtolorum doctrina,& antiquus eccleſiæ ſtatus, in uniuerſo mũdo,& charactere corporis Chri ſti, ſecundum ſucceſſiones epiſcoporũ, quibus illi eam quæ in unoquoq;
Ireñ.li.4. loco eſt, eccleſiã tradiderunt, quæ peruenit uſq; ad nos cuſtodita. Et poſt
cap.45. pauca. Et præcipuum dilectionis munus (ſubaudi, eccleſia habet) quod eſt precioſius q̃ agnitio, glorioſius autem q̃ prophetia, omnibus aũt cha riſmatibus ſupereminẽs,& eiuſdem libri ca.xlv.(ubi refert ſe audiſſe pre
Ire. li 3 ca.1. 2.3.4.&.5. ſbyterum, qui audierat ab his qui Apoſtolos uiderant) ait. Vbi igiẽ cha riſmata domini ſunt poſita, ibi diſcere oportet ueritatem, apud quos eſt ea, quæ eſt ab apoſtolis eccleſiæ ſucceſſio, quod hinc cõfirmat, quia po- ſuit deus primo in eccleſia Apoſtolos,&c. Eandẽ ſententiã lib. iii. cap. i. ii. iii. iiii.&.v. aduerſus hæreticos grauiſſime ac luculentiſſime defendit, uindicans authoritatẽ & traditionem eccleſiæ, quæ ab Apoſtolis p ſuc- ceſſionem p̃ſbyterorũ cuſtoditur, perueniẽs uſq; ad nos. Et eiuſdẽ aſtru-
Ireñ.lib.4. ens unitatẽ. Pleniſſima (inquit) eſt hæc oſtẽſio, unã & eandẽ uiuificatri-
cap.43. cem fidem eſſe, quæ in eccleſia ab Apoſtolis uſq; nunc ſit conſeruata,& tradita in ueritate. Et ne quis putaret ſolius fidei ſucceſſionẽ ſufficere, li. iiii. cap. xliii. ait. His tantum p̃ſbyteris obediendũ, qui ſucceſſionem ha-
Schiſmatici, qui ſeipſos p̃ bent ab Apoſtolis, qui cũ epiſcopatus ſucceſſiõe, chariſma ueritatis cer- tum ſecundũ placitum patris acceperunt. Reliquos q abſiſtunt a prin-

cipali

cipali ſucceſſione,& quocunq; loco colligunt,ſuſpectos hēdos,uel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ,uel quaſi ſcindentes & elatos & ſibi placentes,aut rurſus ut hypocritas qſtus gratia & uanæ gloriæ hoc operā- tes,qui omnes a ueritate decidunt.Et hæretici quidem(ut ſubdit)alienū ignem offerentes ad altare dei,ideſt alienas doctrinas,a cœleſti igne cōburentur,quemadmodum Nadab & Abiu,& qui exurgunt contra ueritatem,& alios adhortantur aduerſus eccleſiam dei,remanent apud inferos,uoragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Chore Dathā, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant unitatem eccleſiæ,eandem quam Hieroboam,pœnam percipiunt a deo.Hæc ille.Cui reliqui ſancti patres uno ore omnes aſſentiuntur ac ſubſcribūt.In primis autem Tertullianus libro de præſcriptionibus hæreticorum,ubi docet,epiſcopum principalem iu unaquaq; eccleſia, habuiſſe authorem,uel Apoſtolum,a quo ius & poteſtatem ſacerdotii acceperit.Itidem Cyprianus paſſim,ex profeſſo uero in epiſtola ad Antonianum: Eos docet eſſe ſchiſmaticos, qui ſe præpoſitos conſtituunt ſine ulla ordinatiōis lege,qui,nemine epiſcopatum dante,epiſcopi ſibi nomen aſſumunt.Cui Hieronymus accedit.Sine chriſmate(inquit) & epiſcopi iuſſione,neq; p̄ſbyter neq; diaconus ius habent baptizandi.Deniq; ut cæteros ſileamus, diuus Auguſtinus clara uoce pronunciat,eos extra eccleſiam eſſe,qui relicto Epiſcopo dei,ſuccedanea ordinatione præſidente,aut ſibimetipſis aut ſemetipſos conſtituunt præpoſitos,primates, & epiſcopos.

[Margin: poſitos conſtituunt. 1.Timo.1. 1.Timo.6. Numeri.16. 3.Reg.14. Tertul. de p̄ſcript.hære. Cyp. in epſta ad Antonia. Hieronymus Auguſtinus.]

VBi in primis eos perſtringit,qui etſi eccleſiæ ordinariam poteſtatē uerbis ornent,tamen re ipſa confundunt, aſſerentes apud eccleſiā, hoc eſt,promiſcuum populum,ius eſſe conſtituendi miniſtros,modo hi qui titulum habent ordinariæ poteſtatis,dare nolint. Interpretanturq; eccleſiam eam,quæ habet purum uerbū dei abſq; omni alia nota. Ordinarios autem tum nolle dare dicunt,quum non ſtatim dant,quos ipſi petunt homines reprobos circa fidem,quo hoc cōtendunt, ut plebs aliqua, male perſuaſa, ſe tantum purum dei uerbum habere, contemnat eccleſiaſticam ordinationem,& miniſtros legitime conſtitutos pro ſuo arbitratu reiiciat,& ſibimetipſi cōſtituat magiſtros. prurientes auribus, & huc torquent ſcripturas, aſſerentes illud. Cauete a pſeudoprophetis. Et illud.Oues meæ uocem meam audiunt. Et hoc Si quis aliud Euangelium prædicauerit,præterq̄ quod prædicatum eſt uobis,anathema ſit, Imo non tantum ſcripturas torquent,ſed & patres citant,in primis Cyprianum,quaſi is plebi poteſtatem fecerit interpretandi ſcripturas,deſtituendi ac conſtituendi pro ſuo arbitratu miniſtros, quum tamen Cyprianus in eo quem citauimus loco,diuerſam ſentētiam acerrime tueatur. Adferunt ergo,quod Cyprianus habet epiſt.iiii. ubi ait. Propter qđ plebs obſequens præceptis dominicis & deum metuēs,a peccatore p̄poſito ſeparare ſe debet,nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere,quū

[Margin: Plebs nō habet poteſtatem pro ſuo arbitratu miniſtros eccleſiæ conſtituendi. Iohan.10. Gala.1. Cyp.epſta.4. Obiectio.]

ipſa maxime habeat poteſtatem, uel eligendi dignos ſacerdotes, uel indignos recuſandi. Sed ipſi uidere non uolunt, hanc epiſtolam de hæreſiarchis Martiale & Baſilide ſcriptam eſſe, Et in hoc ſcriptam eſſe, ut doceat, plena diligentia & exploratione ſyncera, oportere ad ſacerdotiũ deligi eos, quos deo conſtet fore acceptos, non tãtum ſuffragio plebis (quãuis & plebem adhiberi conuenerit ut pſente plebe, uel delegantur malorum crimina, uel bonorũ merita) ſed legitima & iuſta ordinatione accedente, nimirum ſacerdotali authoritate, alioqui competet in plebem, quod per Oſeam dominus dixit. Sibimet regem conſtituerunt, & non per me. Propterea (ut ibi ſubdit Cyprianus) de traditione diuina & apoſtolica obſeruatione ſeruãdum eſt & tenendum, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui ppoſitus ordinatur, epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quiq; cõueniant. Et Epiſcopus eligatur plebe præſente. Et poſt pauca. Quãuis domini uoce pdictum ſit, deficiente mundo, bona quoq; deficere, mala uero ac aduerſa proficere. Non ſic tamen, quamuis nouiſſimis temporibus in eccleſia dei aut euangelicus uigor cecidit, aut Chriſtianæ uirtutis & fidei robur clanguit, ut non ſit portio ſacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas & fidei naufragia ſuccũbat. Sed fortis & ſtabilis honorem diuinæ maieſtatis & ſacerdotalẽ dignitatem plena timoris obſeruatione tueatur. Aperte ergo Cyprianus diffinit, aliud eſſe eligere ac nominare hominem, qui incipiat eſſe paſtor aut epiſcopus, quod permiſſum eſt plebi, aliud conſtituere paſtorem, qđ proprium eſt Apoſtolorum & eorum qui ipſis ſuccedũt. Vt enim ſcriptura habet, Apoſtoli conſtituerunt diaconos, presbyteros ac epiſcopos per loca & ciuitates. Deniq; aliud eſſe, inſtituere ſacerdotiũ ſeu epiſcopalem poteſtatem, quod proprium eſt Chriſti.

Diluſio. Oſee. 8. Matth. 23. Marci. 13. Lucæ. 21. Actor. 14. Tit. 1.

QVod autẽ Cyprianus ait licere plebi, ſeparare ſe a peccatore & ſacrilego ſacerdote. Vel intelligẽdum eſt de eo, qui extra legitimam ordinationem eccleſiam exiens, cathedram occupat, uel ſi malis generatim intelligere, cognoſces aliud eſſe, uitare perſonam uitiis corruptam, maxime cum eccleſiæ legitimo iudicio a conſortio reſecta ſit. Aliud uero ſeparare ſe a cathedra, hoc eſt, aliud eſſe, contemnere corruptam uitam hominis in cathedra ſedentis, aliud contemnere ſacerdotalem poteſtatem. nam & hæc in malis epiſcopis honoranda eſt, non uita. hanc fuiſſe Cypriani ſententiam, ipſe ubiq; teſtatur & exemplo declarat. Nam & ipſe (ut beatus inquit Auguſtinus) cum auaris & rapacibus non ſolum laicis & clericis, ſed & Epiſcopis atq; Pontificibus, panẽ domini manducabat, & calicem bibebat, nec tamẽ terrebatur uerbo Apoſtoli, iubentis: non cõmiſcere illis, nec cibum ſumere. ſufficiebat enim illa talibus corde ſeiungi, uita & moribus diſtingui, qui nõ poterat ab eis corporaliter ſeparari. Quare ſi plebs ex uita ſcelerata paſtoris ſcandalizetur, non ſeparet ſe ob id a paſtorali poteſtate, nõ, conſtituat ſibi proprio

Sacerdotalis ptãs etiã in malis honoranda.

Auguſtinus. Quid agẽdũ plebi, cui pfectus eſt malus paſtor.

prio

prio arbitratu parochum. Sed expectet eccleſiæ iudicium, quæ ſeruata lege Euangelii, debet tollere malos ac contumaces a cõmunione. Interea autem ſequatur plebs Euangelii præceptum. Quæcunq; dixerint uobis, facite, ſecundum opera uero eorum nolite facere. Matth. 18. Matth. 23.

IAm quod de puro uerbo adſerunt, non eſt audienda plebs, uindicans ſibi cenſuram & authoritatem de puritate uerbi cognoſcendi. Nam ſi quibuslibet licebit de puritate ſcripturæ & doctrinæ pronunciare, tot erunt eccleſiæ quot ſunt hæreticorum capita. Quis enim ignorat omnes ſchiſmaticos ſuperbia inflatos aut miſerabili cæcitate deceptos, dicere ſe tenere ſcripturas, & recte ſentire de domino noſtro Ieſu Chriſto? nomen Chriſtianum fortiter iactantes. Neq; enim ſibi blandiantur (ut inquit Hieronymus) ſi de ſcripturarum capitulis uideantur ſibi affirmare quod dicunt. Nam & diabolus de ſcripturis nonnulla eſt loquutus, & ſcripturæ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtunt. Alioqn (ut ſubdit) ſi literam ſequimur, poſſumus & nos quoq; nouum uobis dogma componere ut aſſeramus in eccleſiam non recipiendos, qui & calceati ſunt & duas tunicas habent, ex cap. ix. Lucæ detorto, ſed puritas doctrinæ expendenda eſt non ſecundum traditionem præſentis, aut huius uel illius particularis eccleſiæ, huius uel illius interpretis, ſed ſecũdum traditionem ab initio a temporibus apoſtolorum concordi patrum ſentẽtia ad nos uſq; deductá. Non enim ideo quia Cyprianus, aut Hieronymus, aut Auguſtinus, ita docuit, ſed quia eccleſia Chriſti ab initio ſecũdum ſucceſſionem, ſerie adhæc uſq; tẽpora deducta, ex ſcripturis ſic credidit, tenuit, docuit, & prædicauit, idem credendum ac docendum eſt.

Plebi non eſt deferendum iudicium doctrinæ. Hieronymus. Matth. 4. Lucæ. 9. Vniuerſalis, & perpetua traditio eccleſiæ.

QVare nemo nobis opponat eccleſiam præſentem in ſingulis mẽbris poſſe falli, aut eccleſiæ præſenti non licere nouos fidei articulos condere. Neq; enim hoc dicimus, eccleſiam præſentem pro arbitratu ſuo poſſe diffinire & ſtatuere de fidei articulis. Sed doctrinã eccleſiæ dicim⁹ eá, q̃ ſpũ dei ab Apoſtolis in nos uſq;, cõcors deriuata eſt. Innitit̃ ergo p̃ſens eccleſia, antiquæ fidei antiquis ſcripturis ac traditionibus ueteris eccleſiæ apoſtolicæ, cui hæc eccleſia p fidei ſp̃m copulat̃.

Obiectio. Dilutio. Cum in eccleſia q̃ſtio oritur, quo recurrendum.

SI ergo (quemadmodum Irenæus lib. iii. cap. iiii. pulcherrime dixit) de aliqua quæſtione diſputatio eſt, oportet ad antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus conuerſati ſunt apoſtoli, & ab eis de propoſita quæſtione ſumere quod certũ eſt. Quid aũt ſi neq; Apoſtoli quidẽ ſcripturas reliquiſſent nobis? nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quem tradiderunt his quibus committebant eccleſias, cui & barbari aſſenſerunt, atramento ſcriptam habentes, per ſpiritũ in cordibus ſuis ſalutem? Hæc ille. Proindeq; Paulus dixiſſe uidetur. Si quis euangelizauerit uobis præter id quod accepiſtis, nimirum traditione, non ſcriptura.

Ire. li. 3. ca. 4. 2. Corin. 3. Gala. 1.

IRenæo conſentit Auguſtinus cõtra Manichæos. Palam (inquit) eſt quod in re dubia ad fidem ac certitudinẽ ualeat authoritas eccleſiæ

Aug. contra Manichæos. quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus,uſq; in hodiernũ diem durans ſuccedentium ſibi tot epiſcoporum ſerie,& tot populorum con ſenſione firmatur.Iam ſi inſpicientes ueteris eccleſiæ traditionem & antiquiſſimorum patrũ uolumina,plane uidemus ueteris eccleſiæ doctrinam prorſus cum doctrina eccleſiæ præſentis cõuenire,& in hiſce quæ fidei ſunt,faciem & ſtatum eccleſiæ præſentis,eſſe antiquo ſtatui conſentaneum,& eccleſiam Chriſtianam impſentiarum credere & obſeruare, quemadmodum credidit & obſeruauit eccleſia,quæ fuit,quum Bernardus ageret in humanis.Et eccleſiã eam,quæ ætate Bernardi fuit,in eiſdem fidei rebus,ita credere & docere,quemadmodum tota eccleſia Chriſtiana,quæ Bernardum ſexcẽtis,& multo pluribus annis anteceſſit,quæ & baptizabat infantes,& pro defunctis orabat,& ieiunia cõmendabat, & uota obſeruabat,& ſanctorũ interceſſiones nõ reſpuebat, ac alia quæ nunc in contentionẽ uocantur,tradebat.Inſanimus profecto ſi concordi & uetuſtiſſima eccleſiæ traditione relicta,ſchiſmaticis aſſentiamur.

Præſens eccleſia credit quẽadmodum primitiua.

ET ut nunc occurrat aliquid,quod uel aperto ſcripturæ teſtimonio, uel ſynodorum generalium authoritate aperte deciſum non ſit,ſed inter dubia computetur,ſua cenſura & authoritas etiam præſenti eccleſiæ ſubtrahenda non eſt,ad q̃ Chriſtus ultimum iudicium retulit.Præterea præſens eccleſia poteſtatem habet inſtituendi ordinationes & ritus eccleſiaſticos,ad fidem charitatemq; ædificandam alendamq;, quarum finis quum huc tendat,ut in eccleſia omnia(ſecundum diui Pauli pſcriptum)ordine ac decenter gerantur,ut ſint pedagogia,ad ſecretiora myſteria capeſſenda & ſacra reuerentius tractanda,ut ſint imagines pietatis & fidei in oculos & aures influentes,ut ſint fulcimenta uirtutis, & ſtimuli quidam nos admonẽtes,quid,a quo,quo tempore,quoue pacto ſuſcipi,agi,tractariq; in toto iſto ordine conueniat omnino contemnẽdæ non ſunt.Quæ tamẽ ab eccleſia ſic inſtituunt̃,non ut charitati(modo abſit ſcandalum)interdum cedere non debeant,ſed potius ut fidẽ & charitatem prouchãt,quales ſunt ieiuniorum,feriarum,ac alii innumeri pii ritus,qui huc ſpectant,ut expeditiores ſimus ad audiẽdum uerbũ dei,ſacramenta participandum, & ſeruiendum deo uiuenti,& proinde non tantum utiles,ſed & neceſſariæ ſunt,in præſenti eccleſia, quæ multos carnales complectitur,quibus manuductiõe opus ẽ.Quare qui has ſpernit & reiicit,aut ut mera figmenta hominum irridet aut a deo uetitas eſſe dicit,is cum deo & diſcipulo eius Paulo pugnat.Nam ut cætera ſileamus,prior ad Corinthios epiſtola ſatis oſtendit, quam fuerit diuus Paulus,in ritibus iſtis piis ordinandis,atq; adeo obſeruandis ſolicitus, ut pronunciarit reiiciendos ſecus ſentientes.Si quis(inquit)uult cõtẽtioſus eſſe nos talem conſuetudinẽ non habemus,nec eccleſia dei.

Eccleſiæ cenſura in rebus dubiis. Matth.18. Finis ceremoniarum. 1.Corin.14. 1.Corin.14. Ceremoniæ in eccleſia neceſſariæ. Paulus ceremonias aſtruit. 1.Corin.11.

DEniq; ut præſens eccleſia non ſit eiuſdẽ illuminatiõis & reuelationis,cuius illa fuit,quę ſub apoſtolis,& ſtatim poſt Apoſtolos erat

Primitiuæ eccleſiæ in eruendis myſteriis maior

quod

quod ad docenda ac tradenda Chriſtianæ fidei myſteria atq; doctrinā attinet. Quod Apoſtoli ac ipſoꝝ proximi ſucceſſores, eccleſiæ primitiuę columnæ, arctius teſtimōiū de his quæ uiderāt, perhibere poterant, qui & ipſum Chriſtū, illiuſq; opera uiderūt, & doctrinā ex ſacratiſſimo ipſi-ut ore perceperūt, manifeſtationēq; diuini ſpiritus in ſignis & prodigiis aſſequuti ſunt, quibus & ipſe Chriſtus poſt reſurrectionē aperuit ſenſus ut intelligerent ſcripturas ꝓphetarū. Præſens tñ eccleſia eandē authoritatem habet, quā illa primitiua, quod ad claues eccleſię traditas attinet, quæ nihil aliud ſunt, q̄ poteſtas eccleſiaſtica in docendo uerbo dei, in ſacramentis, cæteriſq; myſteriis Chriſti diſpenſandis, in remittendis ac retinendis peccatis, in excōmunicando ac reconciliādo crimino ſos, ac cōtumaces, ac aliis eiuſdem generis de quibus ſuo loco latius dicemus,

ſcientia ſiue eruditio.

Lucę. 23.

Præſentis eccleſię par claiū authoritas.

Claues quid.

IAm neminem offendet, ꝙ ſingulæ eccleſiæ ſuos interdum ritus nō ad modum conſentientes habeant. Hæc enim diuerſitas, fidei ac charitatis cōmunionem non diſſoluit, p̄ſertim quum idem finis ſit, & idem ſcopus, quem ſinguli in his rebus (ut diximus) intendūt, multominus ꝙ patres interdum diuerſa tradere uidentur. Nam quod extra eos articulos, quos eccleſia catholica traditione diffiniuit (cui illi ſcientes nunq̄ repugnarent) ſalua fidei compage, & ſpiritu charitatis interdum diſſonent, non ducimus abſurdum, quod in his non immobili ſententia diffiniendo loquuti ſint. Comperta eſt enim pietas fidei in eis non uacillare, quoniam omnia (in unitate eccleſiæ uſq; in uitæ finem manentes,) ad fidei ædificationem & eccleſiæ concordiam alendam dixerunt.

Diuerſitas particulariū rituū nō ſoluit catholicā cōmunionē.

Auguſti.

EX quibus omnibus manifeſtum euadit, eccleſiam dei quod ad exteriorem colligantiam & cōmunionem attinet, uſq; in finē ſeculi habituram permiſtos bonos, & malos etiam ſecundum rationem mēbrorum. Deinde quod ob malos mores uel præſidētium in eccleſia, uel mēbrorum, ab eccleſiæ unione recedendum non ſit, ſed ſemper eccleſiæ authoritas quærenda, ne perpetuo uel ob malos mores præſidentium, uel eccleſiæ membrorū, etſi mortuorū, hæreamus, num in corpore ueræ eccleſiæ ſimus nec ne. Deniq; ad quam regulā ſcripturæ interp̄tatio & dubiarum rerum, quæ in eccleſia occurrunt, determinatio exigenda ſit.

Epilogus.

INterim tñ, quod & ſupra diximus, non inficiamur ad Eccleſiā ſtrictius acceptam, quatenus ſcilicet ii in Eccleſia eſſe dicunt, ex quibus Ciuitas dei conſtat, tantū uitæ ſp̄ualis participes, & ſibi mutuo in ſpiritu charitatis cohærentes ꝑtinere, ad quē modū Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum, ſeu congregatio fideliū, in unitate fidei & charitatis uinculo, ſub uno capite Chriſto militātiū, ipſiq; capiti (ex quo totum corpus per nexus cōiunctioneſq; ſubminiſtratū, & ꝯſtructū creſcit in augmētum dei) per uiuā fidē & charitatē cohærentium. Quā hic ſymbolū appellat ſanctam, ideſt, mundam ac puram, quanq̄ & ſancta recte dicatur, quod ſit deo conſecrata, ſicut ſanctum domino dicit, quod eſt illi ſacrū.

In eccleſia ſtricte accepta ſoli, p̄deſtinati.

Ephe. 1.

coloſſ. 1.

ephe. 4.

Eccleſia cur ſancta dicat.

Lucæ.2. Deniq; quod ad eam rationem, qua ſanctū inuiolatum appellamus, ecclesia omnino inuiolabilis eſt fundata ſupra firmam petrā, ideſt Chriſt; adeo ut ne portæ quidem inferorū aduerſus eā ꝑualere poſſint. Talē ecclesiā conſtantē tantum ex membris participibus uitæ ſpiritualis & occulta quadam cōnexione in ſpiritu charitatis cohærentibus, apoſtolus Paulus deſcribit Ephe. quīto. Chriſtus (inquit) dilexit eccleſiā, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illā ſanctificaret, mundans eam lauacro uitæ, ut exhiberet ipſam ſibi glorioſam eccleſiā non habentē maculā aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata, nutritq; & fouet eā, quia membra ſumus corporis eius & de oſſibus eius.

Matth.16.

Ephe.5.

Sym. Cōſtan.

NEc prætermittendum cenſemus, q̄ miſſæ ſymbolum (ut quæ uetaſit ecclesia, manifeſtius reddat) unam ſanctā dicit. nam eccleſiæ catholicæ nihil ita peculiare eſt, q̄ unitas, ꝑindeq; inter alias notas, qua uiua membra eccleſiæ dinoſcuntur, hæc eſt, quod ſupportant inuicē in charitate, ſolicita ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Vnū (inquit Apoſtolus) corpus & unus ſpiritus, ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ, unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Vocati ergo ſumus in unitatem ſpiritus, ut ueritatem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus, ex quo totum corpus cōpactum & connexum per oēm iuncturā ſubminiſtrationū. ſecundum operationem in menſuram uniuſcuiuſq; membri augmētum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Et alibi. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unū corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. habentes autem donationes ſecundum grātiam, quæ data eſt nobis, differentes, & cætera quæ ſequuntur. Hæc in Canticis deſcribitur in hūc modū. Vna eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ electa genetrici ſuæ. Hæc eſt tunica illa incōſutilis de ſuper contexta per totū, quæ ſciſſa non fuit, de qua Chriſtus dixit apud Iohānem. Et erit unum ouile & unus paſtor.

4 nota. Vnitas ac charitas mutua eccleſiæ peculiaris.

Ephe.4.

1.Corin.12.

Iohan.19.

Iohan.10.

HAec deſcribitur hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa, fons ſignatus, puteus aquæ uiuæ, paradiſus cū fructu pomoꝝ. Quod intelligere non audet Auguſtinus, niſi in ſanctis & iuſtis, nō auaris, fraudatoribus, rapacibus, ebrioſis, & inuidis, quibus baptiſmū habuiſſe cū iuſtis cōe, eſt cum quibus non hn̄t cōem charitatem. Numerus ergo iuſtoꝝ, qui ſecū dum ꝓpoſitum uocati ſunt, de quibus dictum eſt. Nouit dominus qui ſint eius, ipſe eſt hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ uiuæ paradiſus cū fructu pomorū. Ex hoc numero (ut ſubdit Auguſtinus) quidam ſpūaliter uiuunt, & ſupereminentē uiā charitatis ingrediunt, & cū ꝓoccupatum hoīem in aliquo delicto inſtruunt in ſpū lenitatis, intēdūt ne & ipſi tentētur, Et cum forte ipſi præoccupantur, reprimitur in eis aliquantulum,

Aug. de baptiſ. contra Donatiſt. li.5. cap.27.

Canti.4.

Ephe.1.

2.Timoth.2.

Canticor. 2.

Prædeſtinatorum tres gradus.

Galat.5.

quantulũ,non autem extinguitur charitatis affectus,rurſuſq; reſurgens & inardeſcens priſtino curſui reſtituitur. Norunt enim dicere. Dormitauit anima mea præ tœdio,confirma me in uerbis tuis. Quidam uero adhuc carnales & animales,prouectus ſuos inſtáter exercent, & ut cibo ſpiritualium fiant idonei ſanctorum myſteriorum lacte nutriuntur, ea quæ in prauis moribus,populari etiam iudicio manifeſta ſunt,in dei timore deuitant,& ut minus minuſq; in rebus terrenis & tẽporalibus delectentur,uigilantiſſime ſatagunt,regulam fidei diligenter inquiſitá firmiſſime tenent,& ſi quid ab ea deuiãt,cito authoritate catholica corrigũtur. Ex numero etiam eorum qui nequiter uiuũt, aut etiam in hæreſibus,uel in gentilium ſuperſtitionibus iacent, nouit dominus qui ſunt eius,qui nobis quidem foris eſſe uidentur, Dei autem præſcientia intus ſunt,ipſe enim nouit ſi conuertantur ad eum ,& uiuant. Pſalm.118. Tit 2.

QVod ergo diximus,ſanctam eccleſiam non habere maculam aut rugam,intelligendum eſt de criminibus lethalibus,a quibus oẽs qui Chriſtiani ſumus,& poſſumus & debemus abſtinere, opitulante ſpiritu Chriſti,qui confirmabit nos uſq; in finem ſine crimine in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. A leuioribus autem,quis dicere poteſt ſe mundum eſſe? Sed hi neui uerius ſunt q̃ maculæ facile diluibiles. aut qd dicimus eccleſiam non habere maculam aut rugam,non ſic accipiendũ eſt,quaſi iam ſit tota pulchra,ſed quod ad ſummam puritatẽ enitatur, & a deo præparetur,ut tandem glorioſa appareat. Nunc enim propter quaſdam ignorantias & infirmitates membrorum ſuorum habet eccleſia,unde quotidie tota dicat. Dimitte nobis debita noſtra. Eccleſiam nõ habere maculã q̃ſo accipiendum. Ephe.5. 1.Corin.1. 1.Iohan.2. Au.lib. retra. cap.19. Matth.6. Lucæ.11.

CATHOLICAM. Eccleſia ſancta appellatur catholica,hoc ẽ uniuerſalis,protendens palmites ſuos in quælibet & loca & tempora,tum præterita,tum præſentia,tum futura,ſecundum ſeriem ſucceſſionis naſcentium & decedentium continuata ſub uno duce inuiſibili deo,in unitate fidei & religionis. Proindeq; hæc eccleſia non eſt affixa ulli loco, regioni,genti,aut familiæ,dicente ſcriptura. Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Non eſt perſonarum acceptio apud deum,ſed in omni gente & loco, qui timet deum,acceptus eſt illi. Quicunque ergo ab Adam in præſens uſque tempus fuerunt, ac deinceps uſque in conſummationem ſeculi erunt de fide in unum deum & Chriſtum eius (quem ſancti ab orbe condito in ſpiritu uenturum & diaboli regnum deſtructurum nouerunt) conſentientes,unius eiuſdemque fidei & Spiritus uiuificantis ſignaculo obſignati,de eccleſiæ membris ſunt,nouerint ſe mutuo nec ne. Sufficit enim ſcire hanc ſocietatem ſpiritu Chriſti conglutinatam,in orbe ſemper fuiſſe,& uſque in conſummationem ſeculi futuram. Viderunt ſancti ab orbe condito diem Chriſti, & gauiſi ſunt. Viderunt autem partim diuino & ſupercœleſti lumine illuſtrati,partim diuinis promiſſionibus innixi,quæ ſtatim poſt Adæ lapſum (ne deſperaret homo) inſonue- Eccleſia cur catholica dicatur. Eccleſia nõ ẽ affixa ulli loco. Galat.3. Roma.2. Acto.10. Iohan.8. 1.Petri.1. Hebræ.11. Matth.ult. Iohan.8. Gene.3.12.

runt de ſemine, quo conterendum foret ſerpentis caput, & in quo benedi-
Ephe. 2. centur omnes gentes. Proindeq; manifeſtum eſt, & ueteris & noui te-
Fundamẽtũ ecclesiæ. Christus. ſtamenti unam eandemq; eccleſiam eſſe fundatam ſuper fundamentum
prophetarum & apoſtolorum, hoc eſt Chriſtum, qui utriuſq; teſtamen-
Psal. 117. ti finis eſt, & utriuſq; populi fundamentũ, lapis ille angularis, quo uterq;
populus cõnectitur. Vocamus ergo eccleſiam catholicam, quod ramos
Ante finẽ ſeculi pdicabit euãgeliũ p totum orbẽ. & palmites ſuos per uniuerſam terram extendat. Quemadmodum do-
minus pronunciauit eccleſiam ab Hieruſalem incipientem creſcere, do-
nec perueniat in omnes gentes. Prædicabitur (inquit) Euangelium re-
gni in uniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet
Matth. 24. Lucæ. 24. conſummatio. Et iterum. Oportebat Chriſtum pati, & in nomine eius
prædicari pœnitentiam & remisſionem peccatorum per omnes gentes,
Acto. 1. incipientibus ab Hieruſalem. Et alibi. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem,
in Iudæa & Samaria uſq; ad ultimum terræ, non quod neceſſe ſit, eccle-
Non eſt neceſſe, eccleſiã in dies maiorẽ fieri. ſiam in dies maiorem fieri, ſed quod quotidie accreſcant noui palmites
ex gentibus, aut rurſus, non quod nulla ſit natio, ubi in præſentiarũ nõ
nigeat fides, q̃ posſibile ſit, nonnullas adhuc eſſe gentes, quibus Euange-
lium prædicatum non ſit, ſed quod finis ſeculi uenturus non ſit, donec
Inſaniũt hæretici q apud ſe tantũ fidẽ aiunt eſſe. Euãgelium ſalutis in omnibus gentibus prædicatum fuerit. Ex quibus
omnibus eſt conſequẽs, hæreticos inſanire, qui aſſerunt totum terrarũ
orbem apoſtataſſe, & fidem tantum apud ſe remanſiſſe, & a ſua parte in
quodam terræ angulo ſtare.

CVr autem ſymbolum miſſæ addat, apoſtolicam, ſuperius expoſui
Eccleſia cur apoſtolica dicatur. mus ac docuimus, Spiritum ſanctum remittentem peccata, nõ ali
bi reſidere quam apud eccleſiam apoſtolicam, cui Ieſus dixit. Accipite
Iohan. 20. Spiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis. Hic enim
Eccleſia copula ſub vno paſtore, ſub vna cathedra. Spiritus copulat, & ſociat omnia eccleſiæ membra non ſecundũ corpo
ralem congregationem, in unam patriam, prouinciam, regionem, ſed ſe
cundum ſpiritualem copulam, in uno fidei ſacramento, in una profesſio
ne, in uno grege, in uno ouili, ſub uno paſtore, ſub una cathedra.

DEniq; noſſe oportet ex ſcripturis, duas eccleſias eſſe, unam dei, alte
Duæ eccleſiæ, altera dei, altera diaboli. ram diaboli, unam Chriſti, alteram Satanæ, unam piorum, alterã
malignãtium. Prioris author eſt deus, & ſanctificator Spiritus ſanctus,
de qua, hic articulus loquitur. Alterius, diabolus, per apoſtatationem a
deo. Duæ quidem ciuitates, quarũ utraq; uti corpus quoddam creſcit
uſq; ad conſummationem ſeculi, de quorum ortu, progreſſu ac exitu in
Aug. de ciuitate dei. ſigne uolumen ædidit Auguſtinus, cui nomen a patre meliori indidit,
de ciuitate dei. Conſtat autem eccleſia malignantium ex conuenticulis
ſchiſmaticorum, hæreticorum, ac aliorum impiorũ aduerſus eccleſiaſti
cæ hierarchiæ tranquillitatem conſpirantium, quę licet innumera ſint,
uariis titulis ſe uenditantia & inter ſe contraria. in hoc tamen conueni-
unt, quod uni eccleſiæ catholicæ nunquam non inſidiantur, aduerſant

ac bellum

ac bellum non incruentum mouent. Contra quæ hic articulus fiduciā præbet, ꝙ non prævalebunt aduerſus eam. Matth.16.

CRedimus ergo ut huius articuli finem tandem faciamus, unā tantum per totum terrarum orbem ſanctam ecclesiam catholicam, quæ per ſpiritum ſanctum in unitate fidei colligitur, cōſeruatur & gubernatur, quodq; nullus ſaluari poſſit, uel qui de hac eccleſia non eſt, uel qui ab illa rite reſectus eſt, niſi ſe illi reconciliet. Quod fit quū p eccleſiæ miniſtros authoritate clauiū in gratiā recipitur. nam & ſæpe in ſcripturis eccleſiæ miniſtri, iudices, rectores, moderatores, & paſtores, eccleſia dicuntur. Quemadmodum (ſi diuo Chryſoſtomo credimus) dictū ē Marci. xviii. Si te non audierit, dic eccleſiæ, ideſt, eccleſiæ præſulibus ac præſidentibus, quibus Christus ligandi ac ſoluendi poteſtatem cōmiſit. Extra eccleſiæ vnitatē, nemo ſaluaē 3. Corin. 6. Chryſoſt. Marci. 18.

SANCTORVM COMMVNIONEM.

ARticulus iſte potius explanatio eſt ꝓxime prioris, ꝗ articulus nouus. Declarat enim quid intelligendum ſit per ſanctam eccleſiam, & quem fructum referat qui eccleſiæ catholicæ uiuum eſt membrum. Sancta enim eccleſia (ut paulo ante diximus) eſt cœtus & cōgregatio fidelis populi, unum deum, unum Euangelium, unam fidem, unā ſpem, in uinculo charitatis profitentium, atq; eiuſdem ſpiritus, eorundemq; ſacramentorū participationem habentium. Credimus ergo nō ſolum in cœlis, ſed & in terris eſſe talem ſanctorū ſocietatem, ſpiritu Chriſti conglutinatam, idq; arctiſſima conunctione myſtici corporis cū capite ac inter ſe membrorū, adeo ut in hac ſocietate talis quædam ſit cōmunio omnium bonorū operum, inter omnes pios qui fuerunt ab initio mundi, qualis eſt membrorū corporis inter ipſa ſocietas. Proindeq; credimus aliorum omnium piorū hominum benefacta nobis ſubuenire, nos iuuare, defendere ac confirmare. Donec tamen membra corporis, hoc eſt eccleſiæ fuerimus. Hinc eſt quod Chriſtus nos orare docens, iubet nō ſibi quęq; peculiariter aliqd rogare, ſed uelut unius corporis mēbra, eodē animata ſpiritu, quod in cōmune omnibus expediat, poſtulare, quēadmodum ſuo loco in expoſitione dñicæ orationis dicemus. Alter enim alterius onera portamus, & ſic adimplemus legem Chriſti. Sancta eccleſia quid. Ephe. 4. In ſocietate ſanctoꝶ, cōmunio bonoꝶ opeꝶ. 1. Corin. 12. Oramus pro inuicem, ut Vnius corporis membra. Matth. 6. Lucæ. 11. Gala. 6.

CAeterum extra hanc ſanctorum communionem, quæ eſt eccleſia, ne propria quidem benefacta conducunt cuiq̄ ad ſalutem, quamlibet etiam in ſpeciem eximia. Quapropter etſi pro Chriſti nomine quis ſanguinem fundat, tamen ſi in hac uita non tenuit eccleſiæ catholicæ unitatem, non habebit æternam ſalutem. Nam ſi unam ſanctam eccleſiam, ſanctorumq; cōmunionem credimus (quæ eſt Chriſti corpus myſticum) conſequens eſt, eum nullam cum ſanctis cōmunionem habere qui hanc unitatem deſerit. In corpore quoq; Chriſti myſtico nō eſſe qui ab illa recedit. Nec pertinet ad Chriſti præmia qui relinquit eccleſiam Chriſti, alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, deniq; habere nō poteſt deū Auguſtinus. Cyp. de ſimpl. prala.

patrem, qui non habet eccleſiam matrem, in qua ſola eſt remiſſio pecca torum. Et ideo ſequitur.

REMISSIONEM PECCATORVM.

Au. de ſymbol. ad cate. lib. 1. ca. 10. EX ſuperioribus manifeſtum euadit, non propter aliud factum eſſe, ut & pater mitteret filium, & ipſe filius ſuſciperet hominem ſanādū & ſpiritus ſanct⁹ ſua dona in nos effunderet, niſi ut noſtræ animæ a ſarcinis peccatorum liberārentur. Suſcepit quidem Chriſtus totum hominem, & in anima & in corpore curandū, a cura tamen animi cœpit, tandem etiam corpori daturus fœlicitatem, immortalitatemq́, quin priorem curam animæ adhibendam eſſe q̄ corpori demonſtrauit, quū paralyticum ſanaret, Fili (inquit) confide, remittuntur tibi peccata tua. Deinde quum uidiſſet peruerſam Iudæorum mentem: Vt, (inquit) ſciatis, quia habet poteſtatem filius hominis in terra dimittēdi peccata, ait paralytico: Surge, tolle grabatum tuū & ambula. Neceſſe eſt enim, ut prius interius ſanus ſit, qui exterius ſaluus eſſe deſiderat, quemadmodum dominus alibi ait: Munda prius quod intus eſt, ut fiat & id, quod deforis eſt mundum.

Quo ordine hō per Chriſtum cureť.

Matth. 9. Marci. 2.

Matth. 23.

CRedimus ergo in ſola eccleſia Chriſti, neq; uſquam alibi, eſſe remiſſionem peccatorum. In eccleſia inquam, non hæreticorum, ſed ſancta catholica & apoſtolica, in ſpiritu Chriſti cōgregata, eſt remiſſio peccatorum per baptiſmum, & poſt baptiſmum per pœnitentiam & claues eccleſiæ datas. Baptiſmus quidem extra eccleſiam eſſe poteſt apud hæreticos, baptizantes, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, ſed prodeſſe non poteſt ad remiſſionem peccatorum, niſi baptizatus ante finē uitæ ſuæ, catholicæ eccleſiæ reconciliatus, redditus, & incorporatus fuerit. Quia etſi habeam (inquit Apoſtolus) omnem fidem & nouerim oīa myſteria, charitatem autem (quæ in hæreticis & ſchiſmaticis ſe ab unitate eccleſiæ ſeparantibus non eſt) non habuero, nihil ſum. Nā & in diebus diluuii neminem legimus extra arcam potuiſſe ſaluari. In eccleſia autem catholica, ſanctum baptiſma, omnia prorſus delicta delet, & originalia & propria, ut amodo non imputentur. Innouat ſiquidem hominem per baptiſmum qui fecit illum, præuenit gratia etiam ipſam infantiam, ut ſint liberi, per Chriſtum liberati, qui in Adam a diabolo tenebantur ante captiui. Deoneratur anima ſarcinis peccatorum, ut liberta te nouæ uitæ induta, aduerſus diabolum cum adiutorio diuino fortiter ualeat dimicare, eumq́ a quo ſuperata eſt, ita ſuperet ut in regnū dei tranſlata de hoſte deuicto ſecura regnet cum ſuo capite Chriſto. Quum ergo baptizati fuerimus, ducere uitam bonam in præceptis dei debemus, ut baptiſmum cuſtodiamus uſq; in finem.

In ſola eccleſia Chriſti catho. remiſſio pctōꝝ eſt.

Aug. de fide ad Pet. c. 37. & ſequent.

1. Corin. 13.

Gene. 7.

Au. de ſym. ad catechu. lib. 3. ca. 10.

Au. de ſym. lib. ult. ca. 9.

Baptizatis quomodo agenda uita.

Hierony. AT ſi poſt baptiſmum in peccata, quamuis grauia & crebra, ceciderimus, ſupereſt ſecunda poſt naufragium tabula, nempe pœnitentia, per quam lapſus, in uirtute ſanguinis Chriſti donatur remiſſiōe peccatorum,

cátorum,miniſterio clauium eccleſiæ in perſona Petri traditarum:Tibi dabo(inquit)claues regni cœlorum,quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis,& quæcunq; ſolueris ſuper terram,ſoluta erunt & in cœlis.Et iterum Matth.xviii.Amen dico uobis,quæcunq; ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlo,& quæcunq; ſolueritis ſuper terram,ſoluta erunt & in cœlo.Et hæc pœnitentiæ ianua,nō aperitur, niſi per ſpiritum ſanctum illuminantem & conuertentem, quemadmodum Apoſtolus dixit:Ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoſcēdum ueritatem,& reſipiſcant a diaboli laqueis,ſed de hoc ſuo loco latius.Tantum meminiſſe omnes debent tunc demum remitti nobis peccata,ſi nos uiciſſim proximo remiſerimus.

Marci.16. | Matth.18. | pœnitentiæ effector, ſpiritus ſanctus. | 2.Timo.2. | Matth.6. | Marci.11. | Nō aliter remitti pecca ta,niſi nos uiciſſim proxi mis remitta mus.

Hic locus foret non importunus de ſeptem eccleſiæ ſacramentis dicendi,ſed ne lectorem ad ſymboli finem properantem remoremur peculiarem illis locum,ſtatim poſt calcem huius explanationis reſeruamus.

CARNIS RESVRRECTIONEM.

IAm diximus, Chriſtum totum hominem curandum & ſaluandum ſuſcepiſſe.Conſtat autē homo anima & corpore.Anima rurſus duas partes habet rationalē & uitalem ſeu ſenſitiuā. Rationalis (qua carent beſtiæ)mens ſeu ſpiritus dicitur,qua deo ſeruimus, non prius tamen q̄ hic ſpiritus noſter,per ſpiritus ſancti gratiam exoneratus a peccatis & innouatus fuerit.De qua parte dixit Apoſtolus:Mēte ſeruio legi dei. Et iterum:Teſtis eſt mihi deus,cui ſeruio in ſpiritu meo.Altera pars, nempe uita,qua coniungimur corpori,animā dicitur,quæ quum etiā in electis & innouatis non omnino concupiſcentiā carnalem exiuerit, caro nominatᷣ.Vnde dicitur.Mente ſeruio legi dei,carne autem legi peccati. Poſtremo,tertia pars,quæ tantum uiſibilis eſt,ultimum & infimū in nobis,corpus eſt noſtrum.Iam natura corrupta refingitᷣ & perficitur, quū ſpiritus hominis ſubiicitur ſpiritui dei,& quum ſequitur ducentem deum per ueram fidem & bonam uoluntatem.Dein quum anima ſpiritui noſtro per ſpiritum dei innouato,ad bonam operatiōem ſubdiᷣ.Quod non tam cito fit q̄ ſpiritus noſter ſpiritui ſancto ſubiugatur, aliquanto enim tardius eius impetus,quo in carnalia & temporalia defluit,refrenatur.Et ideo aſſidua in nobis donec uixerimus pugna eſt,qua ſpiritus cōcupiſcit aduerſus carnem,& caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Sed tñ quia & ipſa carnalis anima mundaᷣ,recipiens ſtabilitatem naturæ ſuæ dominante ſpiritu,qui ei caput eſt,cuius rurſus caput eſt ſpiritus Chriſti,non dubitandum,ſed firmiter credendum eſt,corpus etiā ipſum,beneficio Chriſti tandem ꝓpriæ naturæ reſtitui, q̄uis non tam cito q̄ uel anima uel ſpiritus reſtituunᷣ,ſed tempore opportuno,in nouiſſima tuba quum mortui reſurgent incorrupti & nos immutabimur.

Hō conſtat. Corpore. & etiam. | Aug. de fide & ſym.c.10. | Mente. | Roma.7. | Anima. | Quō naturā corrupta refingitur. | Roma.8. | Galat.5. | Lucæ.8. | Aſſidua & perpetua in nobis pugna. | Gala.5. | 1.Corin.15.

CRedimus ergo per ſpiritū ſanctū reſuſcitandam omnem carnem, hoc eſt,omnes homines ſecundū corpus & carnem reuicturos, tā

Per ſpm ſctm reſurrectio mortuorum

Eodē corpore reſurgemus. pios q̃ impios,tam bonos q̃ malos,ſic ut eadē caro quā circumferimus, quæ mortua eſt & ſepulta,ac computruit,reſuſcitanda ſit. quod aperte 1.Corin.15. oſtendit Paulus,quū reſurrectionē carnis tradit,addito pronomine, dicens.Oportet corruptibile hoc.Quum enim dicit, hoc, in carnē quam geſtamus,quaſi digitum intendit, Quid enim aliud eſt dicere mortale hoc:q̃ ꝙ hæc uiſibilis caro ſit reuictura:Sicut & apertiſſime Iob teſtat̃, Iob.19. dicens. Et rurſus circumdabor pelle mea,& in carne mea uidebo deum meum,quem uiſurus ſum egoipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non Immortalitas piis & impiis cōis, ſed diuerſa rōne. alius.Reſurget ergo hoc corpus ad immortalitatē,quæ piis atq; impiis communis erit,ſed longe diuerſa ratione,nam piis æternam beatitudinem,impiis uero æternos cruciatus adferet,quemadmodum apud Danielem prophetā legimus.Quia tunc reſurgent qui ſunt in terræ puluere.hi Danie.12. quidem in uitam æternam,hi autem in opprobriū & cōfuſionem æternam.Sicut Chriſtus dixit.Et procedent qui bona fecerunt in reſurrectiōem uitæ,qui uero mala egerūt in reſurrectionē iudicii,id eſt æternæ condemnationis.quemadmodum explanatius dicitur in ſymbolo Symbolum Athanaſii. Athanaſii.Ad cuius aduentū omnes homines reſurgere habent cū corporibus ſuis,& reddituri ſunt rationem.Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam,& qui mala egerunt,ibunt in ignem æternum.

RESurget ergo caro non mutata ſubſtantia,ſed qualitate.ꝙ ſi deus noua corpora creare poteſt,cui dubium, quin & hæc corpora ad īmortalitatem reſtituere poſſit:nō īmutata corporis ſubſtātia, ſed corporis qualitatibus.Non cōtradicit ergo reſurrectioni corporum,quod 1.Corin.15. Paulus prima Corin.xv.(ubi toto capite reſurrectionē corporū ex profeſſo demonſtrat)ait:Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt.hoc enim oſtendere uoluit,ꝙ caro & ſanguis cū his qualitatibus corruptibilibus nō reſurgant.Subdit em̄.neq; corruptio incorruptelā poſſidebit.

DIcet ergo quiſpiam,quō ergo mortui reſurgent:quali corpore ueQuæſtio. nient:Audi reſpondentē Paulum,Inſipiens tu,quod ſeminas, non Reſponſio. 1.Corin.15. uiuificat̃,niſi prius moriat̃.Et quod ſeminas,non corpus quod futurū eſt ſeminas,ſed nudum granum,utputa tritici,aut alicuius cæterorum. Cy.in ſym. Similitudine reſurrectio corporum docetur. Deus autem dat illi corpus ſicut uult,& unicuiq; ſeminū proprium corpus Quaſi diceret.Quod in ſeminibus quæ tu in terrā iacis per annos ſingulos fieri uides,hoc in tua carne quæ legi dei ſeminatur in terra, futurum eſſe non credis:Nonne quum diuerſa ſemina quis in unum permiſcet,& hæc indiſcreta ſeminat,uel paſſim ſpargit in terram uniuſcuiuſq; ſeminis ſatio quocunq; loco fuerit,competenti tempore ſecūdum naturæ ſuæ ſpeciem germen producit: & culmū ſuæ formæ,ſuiq; corporis reparat:Quid ergo mirum,ſi deus uniuſcuiuſq; carnis ſubſtantiam, quamuis uarie diſperſam,mutatis qualitatibus reparet ac refingat,ſic ut unicuiq; animæ nō confuſum aut extraneum corpus, ſed ſuū quod habuerat,reparetur,ut ſubinde idem corpus cum anima ſua uel

pudica

pudica coronari, uel impudica puniri poſſit.

HAec eſt ergo ſumma fidei noſtræ, quæ ſeparat nos ab infidelibus, qua ſine, uana eſt fides noſtra, tum quòd qui non credit reſurrectionẽ mortuorum, neque credit quòd Christus reſurrexit, tum quòd nos, ſi in hac uita tm̃ in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſimus oĩbus hominibus. Hæc inquam eſt baſis totius fidei noſtræ, quæ piis in hoc ſeculo, pcipuũ adfert ſolatium contra omnes adflictiones, impiis uero terrorẽ, alioqui in oĩa ſcelera ſine modo prolapſuris. Porro hic articulus inſignis eſt (quod ad pios attinet) pmiſſionum magnitudine, ut ex multis pauculas referamus. Chriſtus inquit Paulus) reſurrexit a mortuis primitiæ dormiẽtiũ, quandoquidem per hoĩem mors, & per hoĩem reſurrectio mortuorum, & ſicut in uno omnes moriunt, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur, primitiæ Chriſtus, deinde qui ſunt Chriſti, qui in aduentũ eius crediderũt. Et ſtatim poſt. Stella a ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. ſeminatur in corruptione, ſurgit in incorruptiõe: ſeminat in ignobilitate, ſurgit in gloria, ſeminatur in infirmitate, ſurgit in uirtute, ſeminatur corp⁹ animale, ſurgit corpus ſpirituale, ſicut ſcriptum eſt. Factus eſt primus Adam in animam uiuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantem: primus homo de terra, terrenus, ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœleſtis. Quibus & hæc addit. Ecce myſterium uobis dico. Omnes quidẽ reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Et cætera quæ ſequuntur. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in uictoria, ubi eſt mors uictoria tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? hoc eſt peccatum. Stimulus enim mortis, peccatum eſt, quod tũc euacuabitur. Et iterum, quid dulcius illa conſolatione, quæ eſt ad Theſſalon. Nolo uos (inquit) ignorare fratres de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. nam ſi credimus quia Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita deus eos qui dormierũt per Ieſum, adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui relicti ſumus, in aduẽtu domini non præueniemus eos qui dormierunt: Quoniã ipſe dominus in iuſſu, in uoce archangeli, in tuba dei, deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, deinde nos qui uiuimus qui relicti ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ita ſemper cum domino erimus. Itaque ut ſubiicit) conſolamini inuicem in uerbis iſtis. Quod maius ſolatium homini pio adferri poteſt, quàm quod deus per Apoſtolum ſuum teſtat, piorum corpora in tantam gloriam mutari, ut in occurſum domini ſuſpẽſa nubibus, & aere uectata rapiantur? Quinimmo, quod deus transformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori filii claritatis ſuæ, facietque æquales angelis, ſicut in Euangelio pollicitus eſt, in reſurre-

Summa fidei noſtræ.

1. Corin. 15.

Baſis fidei, reſurrectio mortuorũ.

1. Corin. 15.

1. Theſſ. 4.

Nullũ ſolatiũ pro hoi maius, quàm ſpes reſurrect.

Cyp. in ſym.

Gloria corporũ piorũ poſt reſurrect.

ctione mortuorũ non nubent,neq; nubent, ſed erunt ſicut angeli dei in
Matth.22. cœlo,ut uiuāt cũ ipſis in æterna uita. Et ideo ſequr.

ET VITAM AETERNAM.

Vita eterna fidei noſtræ concluſio.

QVid iucundius? quid dulcius? quid optatius hac ſymboli conclu-
ſione,qua in Chriſto manentibus poſt glorioſam reſurrectionem
corporũ pmittitur æterna uita,æterna felicitas,æterna q; beati-
Vitæ æternæ dulcedo. tudo. In hac lachrymarũ ualle,nihil pſite uita charius ducimus,quæ tñ
uix uita dicenda eſt. Quem ergo non delectet ueræ æternæq; uitæ fide-
lis pmiſſio? Vitæ inquã corporis & animi nunq̃ finiendæ. Quod enim
Apoca.7. ad corpus attinet,non erit amplius obnoxiũ fami,ſiti,æſtui,frigori, in-
Q d ad corpus attinet. digentiæ,laſſitudini,ſeruituti,dolori,morti,aut ullo incõmodo, ſed erit
immortalitate,agilitate,ſubtilitate,& claritate ſumma decoratum,ſicut
ſcriptum eſt. Quod iuſti ſicut ſol fulgebunt,& ſicut ſplendor in firma-
mento dei. Et iterum. Fulgebũt iuſti & tanquã ſcintillæ in arundineto
Q d ad animam attinet. diſcurrent. Quod ad animũ attinet,nullis uitiis,nulla triſtitia aut mœ-
ſtitia ſolicitabitur,ſed perpetuo fruetur ſummo bono,qui eſt de9. Quæ
fruitio quanta bona cõplectatur,nulla lingua dicere,nulla mẽs huma-
Eſaiæ.6. na apprehẽdere poterit. Nec enim oculus uidit,nec auris audiuit, nec in
1.Corin.2. cor hoĩs aſcenderunt, quæ pparauit deus diligentibus ſe. Quis enim ex-
plicet,ex qua gloria in quam gloriam ſanctorum corpora reſuſcitata
Ephe.4. tranſeant? Quis cogitando aſſequatur,quemadmodum ſponſa eccleſia
1.Corin.15. in uirum perfectum conuertatur,conregnatura Chriſto? Quis explica-
re audeat? quomodo ipſe filius,quum tradiderit regnũ deo & patri,ideſt
congregationem fidelium,ita illum hominem ſuſceptum ampliuſq; cla-
Iohan.17. rificatum non dimittat,ut eam claritudinem,quam habebat cũ patre,
ante quam mundus fieret, ſuis fidelibus demonſtrare non differat. De-
niq; quomodo erit deus omnia in omnibus, contemplantes delectabi-
1.Corin.15. mur,& delectabiliter contemplando,dei uiſione fruemur. Idq; in ſancto-
rum omnium communione,ubi erit feruẽtiſſima charitas,non minus
Matth.18. de bonis alienis q̃ de ſuis gaudens. Bonis inquam ſpiritualibus, quibus
Pſal.46. fruuntur angeli,ſemper uidentes faciem patris,qui in cœlis eſt,tum com
Vita æterna quid. plebimus quod iubet Dauid. Vacate & uidete,quoniam ego ſum deus.
Hæc eſt enim uita æterna,ut cognoſcant te ſolum uerum deum & quẽ
miſiſti,Ieſum Chriſtum.

Mors æterna hæreditas impiorum. QVemadmodum autem pii uitam æternam hæreditabunt, ita im-
pios mors æterna & animi & corporis,hoc eſt,æternum ſupplici-
Matth.25. um poſſidebit,ſicut Chriſtus dixit. Et ibunt hi in ſuppliciũ æter-
num,iuſti autem in uitam æternam. Impiorum enim immortalitas ue-
rius æterna mors,q̃ immortalitas nuncupatur,q; æternos cruciatus tã
Roma.6. animi q̃ corporis abſq; ulla ſpe ueniæ ſit allatura. Quemadmodũ Pau-
lus Roma. viii. Stipendia (inquit) peccati, mors: gratia autem dei, uita
æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Amen.

Quoniam

AMEN.

QVoniam omnia prædicta, uerisſima eſſe indubitate credimus. Et quæ uel ad creationem uel redemptionem uel ſanctificationem noſtram pertinent, patrem cœleſtem per filium, & cum ſpiritu ſancto operatum eſſe, & nobis certo obuentura per dei miſericordiam credimus, Idcirco dicimus, Amen, quæ uox eſt ſermonem confirmantis & ratum fore precantis, hoc eſt, ita certo fiat.

Amen quid.

Soli deo ſaluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante oĩa & nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI.

Quid ſacrm̃ ſignificet ethnicis.

SACRAMENTI VOCABVLVM VARIE ACcipitur, nam qui ad proprietatem latinæ uocis reſpiciunt, & ex ethnicis tantum ſcriptoribus uerbi ſignificationem petunt, ſacramentum appellant iuſiurandum ſeu obligationem numinis ac religionis interuentu confirmatam. Sed qui Biblia tranſtulerunt, ac cæteri ſancti patres, eam uocem accommodarunt, ad ſignificandum id, quod Græci myſterium dicunt, quod ſacrum ſecretum aut religioſum arcanũ dicere poſſimus. In qua tamen ſignificatione interdum latius, interdum reſtrictius accipitur. Nam in genere accepto uocabulo, ſignificat omne religioſum arcanum, ſeu omnem rem ſacram abſconditam, etſi alterius rei ſignũ non ſit, uti dicimus ſacramentum diuinitatis. Et Paulus Epheſiis ſcribens, ait, Deum nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ notum feciſſe, ſecundum beneplacitum ſuum, quod aliis generationibus non eſt agnitum, ſed abſconditum a ſeculis, nempe gentes eſſe concorporales & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu, in quo omnes habemus fiduciam ac ceſſum in confidentia per fidem ad ipſum. Itidem. 1. Timoth. iii. Et manifeſte magnũ ẽ pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, nimirum ipſum Chriſtum innuens, magnum eſſe pietatis ſacramentum, quod quum ſit filius dei inuiſibilis, manifeſtatus eſt in carne. Frequentius uero ſacramentum dicitur ſacræ rei ſignum, quod eius ſimilitudinem gerit, cuius ſignum eſt, quemadmodum ſigna & figuræ ueteris teſtamenti, ſacramenta appellantur, id quod familiare eſt patribus. Sic Auguſtinus ait, Sacramenta quæ obſeruabãtur ex lege prænunciatiua tantum fuiſſe Chriſti uenturi. Deniq; quod ad propoſitum noſtrum attinet, patres ſacramenti uocabulum ad ſignificandum peculiariter ſa-

Quid ſacris ſcriptoribus.

Interdũ latiꝰ accipitur.

Ephe. 1.

Per ſolũ euãgeliũ diſcimꝰ uolũtatẽ dei erga oẽs gentes, a prudentib. huius ſeculi abſcõſã.

Interdũ reſtrictius accipiẽ ſacramẽti uocabulum.

Sacramenta vet. teſt.

Au. ↄtra Fau. Manich. li. 96 cap. 13.

Interdũ ſtrictiſſime.

Roma 3. cramenta nouæ legis deflexerunt,ea ſcilicet,quæ ſunt ſigna uiſibilia inuiſibilis gratiæ dei quam deus efficaciter & certo in ipſis operatur, modo rite nec indigne tractentur & accipiantur. Qui enim ſuis ſacramentis ſe adfuturum promiſit deus mentiri ſeu fallere non poteſt.

Septē, eccleſiæ ſacramenta. Adhunc ergo modum accepto uocabulo, ſeptem numerant eccleſiæ ſacra,quæ ſunt,Baptiſmus,Confirmatio.Euchariſtia,Pœnitentia: Extrema unctio, Ordo,& Matrimonium.Ex ſcripturis eñ animaduerterunt patres,hæc ſeptem myſteria recte ac ꝓprie ſacra dici. Q. d ita ſint ſenſibilia ſigna inuiſibilis gratiæ dei,ut & ipſius gratiæ quæ impartit, imaginem gerant & cã ſint, quod ut paulo notius fiat,a rebus externis ſumamus exemplū.Quædam ſunt quæ interdū ꝓpter ſe fiunt, interdū aūt ꝓpter alia deſignanda,quatenus ſcilicet & dãr & ſunt ſigna,quemadmodum annulus interdum dat,non ut ſit alterius rei nota,ſed tantū ꝓpter ſe.Interdum uero dat uti congruū fidelitatis ſignum ueluti, quo d ñs Vaſallum de feudo inueſtit,quo ſcilicet accepto: Vaſallus non ſolū de beneuolentia dñi ſeu beneficio accepto certus efficit, ſed & mutuum quoddam fœdus inter dñm & Vaſallum contrahit,ut iam dicere,qui annulum accepit,poſſit.Non reſpicio annulum,ſed hæreditas eſt,quam quærebam.Eodem modo ſentiendum ac tenendū eſt(quod eſt hu9 rei caput)nempe dominum nr̄m Ieſum Chriſtum ſigna quædam delegiſſe per quæ deus in uirtute uerbi ſui peccatis noſtris mederet,& nos quodā modo de gratia ſua īueſtiret ac fœdere ſpirituali ſibi colligaret.Ita enim ipſi deo Opt.Max.ſemper uiſum eſt,ſubducere nos per ſenſibilia ad inuiſibilia.Nam (quæ eſt humanarum mentium caligo,ex primorum parentum præuaricatione in nos deriuata)non pōt homo ex ſeipſo in dei cognitionem aſſurgere,aut dei uoluntatem in remittendo peccata ratione deprehendere.Propterea deus ſemper & uerbis & externis ſignis nobiſcū egit,per quæ nobis ſe manifeſtaret,ſuamq; erga nos uoluntatem indicaret. Atq; adeo quum iam multifariá multiſq; modis,deus olim loquutus fuiſſet in prophetis,conſuluiſſetq; uerbo,lege,ſignis & ꝓdigiis,nouiſſime nobis loquutus eſt in filio ſuo,quem carnem ſumere & crucem pro nobis ſubire uoluit,ut in illum tanq̄ in ſignum potentiſſimū,a deo poſitum,ſimilem nobis factum,uiſibilem ac palpabilem intuentes,eūdemq; audientes,deum in ipſo agnoſcere,deo credere ac fidere,deum deniq; ſup omnia diligere inciperemus.In ipſo enim dei potentia,ſapientia,& bonitas perfectiſſime,euidentiſſimeq; reſplendent, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter.Et quo tandem ſigno deus potentius oſtendere potuit,nos ſibi præcipue curæ eſſe:q̄ quod filium ſuum unigenitū ꝓ nobis dedit,ut omnis qui credit in illum, non pereat,ſed habeat uitā æternam:Et qm̄ tota uirtus paſſionis Chriſti(quod ad nos attinet)in applicationē ſita eſt,ut ſcilicet eam gratiam(quam nobis in ara crucis moriēdo promeruit Chriſtus)participemus,dignatus eſt ipſe quædam poſt ſe

Margin notes: Berñ.in ſer. in cœna dñi de baptiſ. & ſacramẽto alt. — Quædam ꝑ ſe fiunt q̄dā propter alia deſignanda. — Chr̄s ſacra inſtituit ut per hæc nobis mederet noſque ſibi colligaret.Ro.1. — Iohannis.1. Mar.9. Ro.n.10. Heb.1. Grego. Lucæ.2. Hebr.1. 1.Ioh.1. Ioh.3. 2.Petri.1. Ioh.14. Roma 5. Coloſſ.12. Ioh.3. 1.Ioh.4. Iohã.17.

ſacramenta relinquere, quæ ſuo uerbo & pmiſſione firmauit, ut ſciremꝰ per eorum legitimũ uſum, fructum ſuæ paſſionis nobis efficaciter & certo cõicari. Potuit qdem ille ſine omni uiſibili forma grãm ſuam nobis donare, ſed qm̃ carnales ſumus, & ad ſpũalia capeſſenda admodum tardi, ꝙ animi robur corporis uitiati mole ac operatione debilitetur ac diſtrahatur, a fide, ſpe, & charitate ſubinde cõcidens, idcirco fragilitas carnis ſub forma uiſibili reparanda, incitanda, erudienda, fouenda & cõfortanda erat. Et ne quis de horũ uiſibilium ſacramentorũ uirtute addubitaret, addidit deus ſigno uiſibili uerbum pmiſſionis, adhibuit quoqꝫ initio ter initia ſacramentorũ uiſiões uiſibiles ac miracula, ut ea quæ ſemel facta cernimus, per eundem Chriſti ſpm̃, in ſacris indies fieri, fidei ardore credamus. Nam ut certa fide teneres, cum baptizaris, ſpm̃ ſanctum in te uenire. Spũs ſanctus in columbæ ſpecie ſupra Chriſtum, quum baptizaretur, apparuit: Vt crederes, quum confirmaris, ſpm̃ ſanctum tibi ad robur dari, factus eſt in die pentecoſtes ſpiritus uehemens, ac uiſæ linguæ diſpartitæ, tanq̃ ignis, ſedentes ſupra Apoſtolos: & ſic de cæteris, quæ euidentia ſigna quotidie replicari non eſt neceſſe, quum nobis ſola fides ſufficere debeat, quæ alioqui euaneſceret, ſi Chriſti uerbo addito ſacramento, abſqꝫ euidenti miraculo credere detrectaremus.

Aug. lib. 3. de trin. cap. 4. Ioh. 3. Matth. 16. Roma. 7. Ephe. 5. Aug. in Io. tracta. 80. Aug. in pſal. 109. 144. Chryſoſt. in Matth. ho. 12. Matth. 3. Marci. 1. Lucæ. 3. Acto. 1. Iohã. 20. Grego.

Sunt ergo ſacramenta noui teſtamenti principaliter inſtituta, ut ſint certa & efficacia ſigna uoluntatis & gratiæ dei, in ſenſum externum incurrentia, admonentia & erudientia nos, ut quod foris in ſpecie uiſibili geri cernimus, intus per dei uirtutem effici credamus. Conſtat eñ ſacramentum duobus, nempe elemento ſenſibili, uti ſigno & uerbo. Verbum eſt inuocatio trinitatis uerbo pmiſſionis innixa. Elementum eſt aqua, oleum, & cætera eiuſmodi. Quemadmodum uero uerbum inſtrm̃ eſt, quo dei uoluntas ſignificatur & apprehenditur, & per quod Spũs ſanctꝰ efficax eſt, ſicut Paulus ait. Fides ex auditu, auditus aũt per uerbũ Chriſti. Et iterum. Euangelium eſt potentia dei ad ſalutem omni credẽti. Ita per ſacramenta tanq̃ quædam indicia ſeu teſtimonia dei (quibus teſtat ſe nobis placatum propter Chriſtum filium ſuum) Spũs ſanctus efficaciter operatur ſalutem & confert gratiam. In ſacro ergo non tantum elementum ſeu exteriorem ſpeciem reſpicimus, ſed magis uerbum.

Augu. cõtra Fau. lib. 19. cap. 16. Magiſt. in. 4. diſt. 1. ca. tripli. Aug. in Io. tracta. 80. Roma. 10. Roma. 1. Aug. contra Fau. lib. 19. cap. 14. Cy. de card. ope. Chriſt. ſer. de bap. Chriſti.

Vnde quum quæritur, quomodo ſacramẽta uiſibilia operari poſſint in animam, ſeu partem hominis ſpiritualem & incorporalem, facile reſpondetur, uirtutem ſacramenti non tribui ſeu aſſcribi elemẽto exteriori, ſed deum eſſe, qui pro bona ſua uoluntate per hæc ſenſibilia in uerbo fidei gratiam inuiſibilem operetur, quã promeruit Chriſtus, ex cuius latere in cruce aperto, ſacramenta nouæ legis fluxerunt. Quod ergo ſupra diximus, ſacramenta nouæ legis ita eſſe ſigna gr̃æ, ut ſint & cauſſa, intelligendum eſt, non ꝙ ſacramenta proprie & per ſe ſint cauſſa efficacis, remiſſionis peccatorum ſeu collationis gratiæ. Nam ad eum modũ

Ephe. 5. I. Pet. 3. Ioh. 19. Aug. in pſal. 138.

Ger. in compen. tract. 3. artic. 1. Marci. 2.

ſolus deus iuſtificat, q ſolus peccata remittit, ſed ꝗ ſint cauſſa, large ſum pto uocabulo, quemadmodũ cauſſam rei dicimus, ſine qua res fieri non ſolet, quamuis ſine ea fieri poſſit. Non enim (ut diximus) ſic alligauit deus potentiam ſuam ſacramentis, ut ſine illis gratiam ſuam donare non queat, quamuis ſine ſacramentis, quum illis conceditur uti, minime eã donet. Conſtat quidem pleriſq; ab exteriori communione ſacramentorum per præoccupationem mortis ꝓhibitis, ſuam fidem & bonam uoluntatem ſacramenta (ſi licuiſſet) percipiendi, ad ſalutem ſuffeciſſe. Interim tñ uis ſacramentorũ (quæ inenarrabiliter ualet plurimum) cõtempta, ſacrilegos facit. Impie quippe cõtemnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. quare eatenus ſacramenta gratiæ cauſſa ſunt, quatenus Spiritus ſanctus eorũdem effectum in nobis operatus fuerit. alioqui ſine ipſius Spiritus opere, ſacramenta nullam in nobis efficaciam habent.

Aug. in Le. q̃ſt. 38. lib. 3. de triñ. ca. 7. lib. 4. contra Dona. ca. 22. Aug. contra. Fauſt. lib. 19. cap. 11. Aug. lib. 2. retractat.

Sacramenta cur inſtituta ſint.

Hæc eſt ergo principalis cauſſa inſtitutionis ſacramentorum nouæ legis, ut ſint præſentiſſima remedia contra peccatum, & efficacia ſigna gratiæ dei, quæ ipſorum diſpenſatio ñ. nõ reſiſtentibus fidei, & recipientibus nõ indigne, certiſſime conferatur. Proindeq; ſic ſunt ſigna, ut nõ tãtum ſignent, ſed & ſanctificent: ut hinc facile ſit diſcernere ſacramẽta ueteris legis a ſacramentis nouæ legis. Illa enim umbra futuroꝝ fuerunt, ut ſignificarent, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta. Hæc uero inſtituta ſunt, uirtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. ut non tm̃ ſignificarent, ſed & mundarent ac ſanctificarent. Deinde (licet minus principaliter) ſacramenta inſtituta ſunt, ut ſint ſigna memoralia paſſiõis ac mortis Chriſti, ſigna quoq; conſolationis futuræ gloriæ. Deniq; ſigna excitantia in nobis fidẽ, ac cohortãtia nos ad mutuã dilectiõem, alioſq; ſanctos ac Chriſtianos mores, quo argumento ſæpe utunẽ ſancti patres.

Aug. contra Fauſt lib. 19. c. 11. 13. 14. 16

Auguſt. in pſal. 73.

Aug. contra. Fau. li. 19. c. 9

Aliam inſuper inſtitutionis ſacramentorum cauſſam diuus Auguſtinus recenſet. In nullum (inquiens) nomen aut uerum aut falſum coagulari hoĩes p̃nt, niſi aliquo ſignaculorum uel ſacrorum uiſibilium cõſortio colligentur. Quamobrem dominus Ieſus Chriſtus leui iugo ſuo & leui ſarcinæ nos ſubdens, ſacramentis numero pauciſſimis, obſeruatiõe facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis, ſocietatẽ noui populi colligauit, de qua colligatione latius dictum eſt in explanatione ſymboli, circa articulos, qui de eccleſia ſancta catholica & ſanctorum cõione ſunt.

Au. cõ. Fau. lib. 19. ca. 11. de do. chriſ. lib. 3. ca. 9.

Et ut reuertamur unde digreſſi ſumus, firmiter retinendum eſt, ſacramenta, his duobus conſiſtere, uidelicet uerbo & elemento, tanquã partibus quibuſdam ſubſtantialibus, quibus tamen eccleſia pleroſq; ritus, tã ad decorem honoremq; ſacramenti, q̃ ad denotandum & docendũ nos, quid in ſacramento agatur, addidit, ſine quibus licet uerum ſacramentum conſiſtere quidem poſſit, modo ibi ſint, uerbum & elementum, tamen, quũ eiuſmodi ritus diuinorum myſteriorum pleni ſint, & magna

Magiſt. in. 4. diſt. 1.

Magiſt. in. 4. diſt. 1.

cum

cum ratione a patribus inſtituti,nempe in excitationem fidei & charitatis,nequaq̃ contemnendi erunt.quin potius ex doctrina Pauli(qui iubet ut in eccleſia omnia honeſte,ordinate,ac ad ædificationem fiant)maxime circa ſacramentorum diſpenſationem, ne uileſcant, uti ſulcimenta pietatis diligentiſſime ac acerrime(niſi inſtans neceſſitas prohibeat)retinendi ſunt,tanq̃ catenulæ quædam eccleſiaſticæ unitatis.

1.Corin.14.

Quãquam uero hæc legis nouæ ſacramenta præſentiſſima remedia ſint,quibus Samaritanus ille bonus uulnerato appropinquans,& originalis & actualis peccati uulneribus medetur,& corda noſtra per operationem Spiritus ſancti,in uerbo illuminata,ſanctificat,confortatq;,non tamen omnibus una eſt ſignificatio,non eadem dignitas aut uirtus. nã præter omnem controuerſiã,duo inter alia præcipua ſunt,baptiſmus,& euchariſtia.at ſingulis ſuum eſt uerbum,quod formale ſacramenti quidam appellant,Suum item ſignum rei externæ & uiſibilis,internã & iuiſibilem gratiam referens & adumbrans,quod quidam materiale dicũt. Hoc uero omnibus eſt cõe,q̃ miniſter ſeu ſacramenti diſpenſator, non ſuam,ſed Chriſti perſonam refert.quemadmodum in expoſitione articuli ſymboli Apoſtolici(qui de eccleſia catholica eſt)declarauimus.Tantum hic repetiſſe ſuffecerit,ſacramenta nec bonorũ diſpenſatorum meritis ampliari,nec malorũ(modo in eccleſiæ conſortio maneant)attenuari.Alia ratio eſt in hæreticis.nam etſi apud hæreticos ſacramenta ſint & miniſtrentur,tñ non præſtantur ad remiſſionem peccatorum ſeu ſalutem,q̃ extra eccleſiam ſacramentorum efficacia eſſe non poſſit.proinde q; qui in hæreſi quacunq; uel ſchiſmate,in nomine patris & filii,& Spiritus ſancti,baptiſmi ſacramentum acceperit,integrum quidem ſacramentum accepit,ſed ſalutem(quæ uirtus eſt ſacri)non habebit, ſi extra eccleſiam catholicam ſacrũ non habuerit.Debet ergo ad eccleſiam redire,non ut ſacramentum baptiſmi iterum accipiat,ſed ut eccleſiæ recõciliatus,in ſocietate catholica uitam accipiat. Et ut quæ diximus magis perſpicua fiant,de ſingulis ſacramentis ſpeciatim diſpiciemus, idque eo ordine,ut primo de uerbo ſacramenti,Secundo de exteriori elemento,Tertio de cæteris ritibus,quos eccleſia ad ſacramenti uſum addidit, Quarto de effectu & uirtute cuiuſlibet,Quinto de accedentiũ affectu, Sexto de cuiuſuis miniſtro,idq; q̃ fieri põt breuiſſime, dicturi ſumus.

Sacra nouæ legis ſunt remedia cõtra peccatum.
Lucæ.10.
Aug.ad Ianua epiſ.118.
Itẽ de doct. chriſt.lib.3. cap 9.
Duo sacra præcipua.
Aũ. ſup Ioh. de con.diſ.4 c.Baptiſmus
Aug. de fide ad Pet,ca.5.
Ordo tractationis.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

BAPTISMVS Græca uox eſt,ſignificans tinctionem ſeu lotionem.Quãobrem uocabulum in genere acceptum,etiam ad lotionem rerum externarum accommodatur,ſicut Marci ſeptimo legimus.Phariſæi & oẽs Iudæi a foro uenientes,niſi baptizentur,non comedunt,

Baptiſmi uocabulũ quid ſignificet.
Marci.7.

Et alia multa quæ tradita ſunt eis ſeruare, Baptiſma calicum & urceorum & æramentorum & lectorum. Transfertur item ad calicem paſſionis dominicæ & mortis eiuſdem. Marci. x. Poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari. i. ſanguinem fundere, & ſupplicium mortis meæ ſufferre? Et Lucæ. xi. Baptiſmo habeo baptizari, & quo coartor, uſquedum perficiam, id eſt, patiendum mihi eſt pro ſalute generis humani, id quod ſumme deſidero. Sed quod ad propoſitum noſtrum attinet, pro lauacro regenerationis accipitur, quod eſt omnium ſacramentorū primum, & ianua, qua in eccleſiam, & ad cætera ſacramenta peruenitur.

Marci. 10. *Lucæ. 11.* *Baptiſmus ianua in eccleſiam.* *Baptiſmi partes.*

IN baptiſmo duo ſunt, uerbum & elementum. Verbum eſt ipſa inuocatio trinitatis huic diuinæ promiſſioni innixa: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, quæ peragitur hiſce uerbis a Chriſto traditis, uidelicet. Ego baptizo te in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. In quod quidem uerbum in primis intuendum eſt. In aqua enim uerbū mundat, detrahe uerbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. Vnde iſta tāta uirtus aquæ, ut corpus tingat, & cor abluat, niſi faciente uerbo? non quia dicitur aut pronūciatur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo uerbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud uirtus manēs. propterea dixit Apoſtolus: Chriſtus dilexit eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea, ut eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, niſi accederet uerbum quo accedente fit ſacramentum, quod perinde ſe habet atq; uiſibile uerbum.

Aug. in Ioh. tracta. 80. Item in Ioh. tract. 15. *Au. cō. Fau. lib. 19. ca. 16.* *Ephe. 5.* *Aug. contra Fau. lib. 19. cap. 16.*

NAm quū dicit miniſter, Baptizo te in nomine patris & filii & Spiritus ſancti, ſenſus uerborum eſt. Hoc uiſibili ſigno tecū paciſcor ac teſtor, te reconciliari deo, te recipi, a deo, qui eſt pater, filius & Spiritus ſanctus. Nam quid aliud eſt baptiſmus, q̄ fœdus dei cum homine, & hominis cum deo? Nam quatenus homo ſatanæ & mundi gloriæ, pōpiſq; abrenunciat, & ſe uero deo aſtringit, ad mortificandum per omnem uitam membra peccati, eſt fœdus hominis cum deo. Rurſus quatenus ſe deus uiciſſim homini aſtringit, qd̄ peccata illi remittat, quod propter filium recipiat, quod ſpiritum ſanctum donet, qui uiuificet & ſanctificet, fœdus dei cum homine dici poteſt, quod diuus Petrus grauiſſime teſtatur: Sic & uos (inquit) baptiſma ſaluos facit, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in deū, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Id eſt, baptiſmum eſſe non tm̄ externā ſordium corporis ablutionem, ſed pactū bonæ cōſcientiæ erga deū, per reſurrectionem Chriſti, quo deus erga nos teſtat̄, ſe nobis placatū eſſe ꝓpter reſuſcitatum Chr̄m, ut uiciſſim hoc fœdere bona cōſcientia bene reſpondeat apud deum, cōfidens ſe habere placatum deum ꝓpter Chriſtum.

Sentētia uerbi baptiſmi. *Baptiſmus fœdus dei cū hoīe, & hoīs cū deo.* *Roma. 6.* *Tit. 3.* *1. Petri. 3.* *Au. in Ioh. tracta. 80.* *Tit. 3.* *Acto. 8.*

TYpus autē baptiſmi in ueteri lege, circunciſio fuit, in myſterio & ſignificatione cum baptiſmo cōueniens, adeo ut beatus Athanaſius dixerit,

Circunciſio, figura baptiſmi.

dixerit,baptiſmum eſſe ipſam circūciſionem ſpirituale͂.Que͂admodum enim circu͂ciſio ſignu͂ ſeu pactum fœderis inter deum & Abraha͂, Abra-haeq; poſteros fuit,uti ſcriptura dicit:Statuam pactum meu͂ inter me & te,& inter ſemen tuu͂ poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim deus tuus & ſeminis tui poſt te.Et tu ergo cuſtodies pactu͂ meu͂, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, Quod pactu͂ ſubinde ex-primés,ait:Hoc eſt pactu͂ meum,quod obſeruabitis inter me & uos.circuncidetur ex uobis omne maſculinu͂.& circu͂cidetis carnem præputii ueſtri.Infans octo dierum circu͂cidetur in uobis,eritq; pactum meu͂ in carne ueſtra in fœdus æternum.Ad eundem modu͂ in Euangelio diſcipulis loquitur Chriſtus:Ite(inquiens)docete omnes gentes, baptizantes eos,in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.Et in Actis ait Petrus. Baptizetur unuſquiſq; in nomine Ieſu Chriſti,in remiſſione͂ peccatoru͂. Et quemadmodu͂ dicit ſcriptura ueteris legis.Maſculus,cuius præputii caro circunciſa non fuerit,delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactu͂ meu͂ irritum fecit.Ita de baptiſmo dixit Chriſtus: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpu͂ ſancto,non poteſt introire in regnum dei.

Artha.lib.q̃ſt. q̃ſt.38. Gene.17. Analogia baptiſmi ad circunciſionem Matth.28. Acto.2. Gene 17. Iohan.3.

ET uel ex hoc ipſo refelluntur impii Anabaptiſtæ,qui baptiſmu͂ infantium impie negant ac auerſantur.Na͂ deus in ueteri lege circuncidi iuſſit infantes,ut insererent ſynagogæ,& adiecit pactu͂ promiſſiõis:Ero deus eoru͂.Ergo & per baptiſmu͂, qui circunciſioni ſucceſſit,pueri inſerendi ſunt eccleſiæ,extra qua͂ non eſt ſalus,ne excludantur a regno dei, quod Chriſtus ad eos pertinere aperte aſſeruit. Sinite (inquit) paruulos uenite ad me:talium enim eſt regnum cœloru͂. Item. Non eſt uoluntas coram patre ueſtro,qui in cœlis eſt,ut pereat unus de puſillis iſtis, Et iterum. Videte,ne conte͂natis unu͂ ex his puſillis.Dico enim uobis, q͂a angeli eoru͂ ſemper uident faciem patris mei,qui in cœlis eſt,quibus uerbis teſtatur paruulos deo placere,& per deum cuſtodiri.Et ſicut pactum circunciſionis, non ideo minus ad infantes pertinuit, quod non intelligerent quid ageretur.Ita nec baptiſmus,propterea minus ualet in infantibus,quod nondu͂ intelligant pactu͂ gratiæ diuinæ, quo remittitur ipſis peccatum originale.In fide enim eccleſiæ per uerbu͂ credentis,offerentis, benedicentis,tingentis,etiam tantilli mundantur infantuli,q̃uis nondu͂ ualentes corde credere ad iuſtitiam,& ore confiteri ad ſalutem.Sed quid opus eſt errorem ab eccleſia catholica a temporibus Apoſtolorum ſemper damnatum,pluribus reuincere? Tantum de uerbo baptiſmi.

Anabaptiſtæ damnantur. Gene.17. Matth.19. Marci.10. Lucæ.10. Matth.18. Aug. ad Bonifa.epiſ.23. In iohan.tractа.80.

ELementum au͂t ſeu materiale externum huius ſacramenti,eſt aqua. Ideo au͂t per aqua͂ celebratur,ut ſicut aqua corporis ſordes abluit, ita credamus & nos per baptiſmum ab omni peccato ſpiritualiter mundari,innouari & regenerari,ut quod incorporale eſt,inuiſibiliter abluatur. Vnde & lauacrum regenerationis appellatur . Natura enim naſcimur filii iræ,ſed baptiſm⁹ regenerat nos filios gratiæ.Natura naſcimur

Elementum baptiſmi, aqua. Quid ſignet aqua. Ephe.5. Ephe.2. Iohan.1.

ex ſanguinibus,ex uoluntate carnis,ex uoluntate uiri,hoc eſt, in pecca-
Gala.3. tis,ſed ex baptiſmo renaſcimur filii dei:nimirum Chriſto filio dei per baptiſmum inſerti,ſicut Paulus ait. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis. Chriſtum induiſtis.

Am.de myſte.iniit.li.3. Gene.7. 1.Petri.3. Porro omnino conueniebat.ut huius ſacramenti elementum aqua eſſet.Nam inter alias huius ſacramenti figuras,baptiſmi typus,diluuium fuit.Nam quemadmodũ deus per diluuium mũdum perdidit, & paucos in arca ſeruauit per aquã,ſic per baptiſmũ,mundus,ideſt peccata pereunt,& baptizati in arca eccleſiæ,ex aqua emergentes ſeruantur. Per baptiſmum Chro cõmorimur. Atque cato immergitur,ut ſignificetur illic ueterem hominem mori: ablui omne peccatũ,ſepeliri omne uitiũ.Ex aqua reducimur, ut ſignificetur illic nos in nouitatem uitæ reſurgere,quamobrem Paulus paſſim Roma.6. ait,per baptiſmum nos cõmori & conſepeliri Chriſto,& reſurgere cum Chriſto.Romañ.yi.Quicunq; (inquit)baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus.Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmũ in mortem,ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.Rurſus conſepulti Coloſſ.3. Chriſto per baptiſmũ,in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei, qui ſuſcitauit illum a mortuis.Hinc illa exhortationis uox. Igitur ſi cõſurrexiſtis cũ Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite,ubi eſt Chriſtus in dextera dei ſedens,quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terrã. mortui eñi eſtis &c.Et iterũ.Mortificate ergo membra ueſtra,quæ ſunt ſuper terrã, fornicationem,immunditiã,libidinem,concupiſcentiã malam,& auari- 1.Cor.4. tiam.Ergo baptiſmi myſteriũ non leuiter tranſmitti,ſed hæc quæ ſignificat & reqrit,per omnem uitã meditari,in his exerceri oportet, ut mor- Roma.6. tificationẽ Ieſu Chriſti in corpore noſtro ꝑpetuo circũferamus.i.ut exẽplo Chriſti deo uiuamus,mortui mũdo.Et ut Chriſtus ꝙ mortuus eſt, mortuus eſt,ſemel,ꝙ aũt uiuit,uiuit deo.Ita nos peccato ſemel mortui, Roma.8. uolũtatẽ nr̃am dei uolũtati attẽperemus.Mortificãda ẽ eñ nõ natura, Athana. ſed concupiſcentia mala.Si eñ(ut Paulus ait)ſecundũ carnẽ.i. ſecundũ Galat.5. carnalẽ cõcupiſcentiã uixeritis,moriemini.Si aũt ſpũ facta carnis mor- Coloſſ.3. tificaueritis,uiuetis.ubi Athanaſius:Corpus(inquit)nõ morte conficiẽdum,ſed opera carnis,quæ Paulus ad Gala.y.& Coloſſ.iii.enumerat.

1.Corin.10. Mare etiã rubrũ,ſacramentũ ſeu ſignaculũ baptiſmi fuiſſe declarat beatus Paulus,dicens.Nolo enim uos ignorare fratres,quia pr̃es ueſtri omnes ſub nube fuerunt,& per mare tranſierũt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt,& in nube,& in mari.& adiecit,dicẽs.Hæc aũt omnia in figura noſtri fuerunt,ſignificans in baptiſmo,diabolũ(cuius Pharao imaginem geſſit)nequitiæ ſuæ uires amittere. Pharao enim reluctatus, & in ſua perfidia demoratus,tam diu reſtitit ac præualuit,donec ad aq̃ ueniret,quo quũ ueniſſet,uictus eſt,& extinctus cũ ſuo ſatellitio.Sic hodie per exorciſmos,uoce humana,ſed poteſtate diuina flagellať, uritur,

& torquetur

& torquetur diabolus, interim tamen fallax eſt, exire ſe & homines dimittere ſimulans. Sed quum ad aquam ſalutarem & baptiſmi ſanctificationem uenitur, ſcire debemus & confidere, q̃ illic diabolus opprimitur, & homo dicatus deo, diuina indulgentia liberatur.

IAm de myſticis ritibus, quos eccleſia in baptiſmo adhibet, paucis agemus. Adhibet aũt (ut & ſupra diximus) nõ temere, ſed ut uiua quædã incitamenta fidei & pietatis ad formandã religionẽ neceſſaria, nimirum quibus manuducit̃ uulgus ad intelligendũ & retinendũ myſteria Chriſti. Pædagogia enim & lacte ei principio opus eſt, ut aſſueſcat diſciplinæ Chriſti. Nec dubium eſt, maximam cerimoniaꝝ partem, quæ circa adminiſtrationem adhibentur a primitiua & apoſtolica eccleſia ad nos peruenisse, ut impie abiiciatur, quod tot ſeculis, tot ſanctiſſimis uiris ſacroſanctum eſt habitum.
Cerimoniæ circa baptiſmum.
Hebræ. 5.
Cerimoniæ eccleſiaſticæ vetuſtiſſimæ.

IN primis conſecrat̃ fons baptiſmatis, & ſignat̃ oleo unctionis duobus ſolẽnibus anni diebus, qñ in primitiua eccleſia baptiſmus recipi cõſueuerat, nẽpe paſchæ, & pẽtecoſtes, quẽ ritũ ex eccleſia matrice ad nos deriuatũ, diuus Aug. paſſim teſtat̃. q̃q̃ tpe neceſſitatis etiã aqua nõ cõſecrata liceat baptizare, qđ Victor Ro. Pont. q circa annũ. cxc. uixit, decreuit, quo decreto primitiuæ eccleſiæ cõſuetudo aperte cõprobatur.
Conſecratur fons.
C. eccleſiaſticæ. 11. diſt.
Ex decretó Victoris.

QVum uero baptiſmus miniſtrat̃, principio adhibetur exorciſm⁹, qui uerbo & exufflatione peragit̃, ut ſpũs immundus a baptizando expellat̃, utq̃ p puꝝ ſacerdotis miniſteriũ, Spũi ſancto cedat fugiens ſpũs malignus. Non enim natura (ut inquit Auguſtinus) exorcizatur aut exufflat̃, ſed ille, ſub quo ſunt qui ſub peccato naſcunt̃. Adiurantur ergo, ut expellat̃ ab eis poteſtas inimica, quæ decepit hominem, ut poſſideret hominem, ne poſthac contendat eos ſubuertere, nec hoc ſacrum ſignaculum unq̃ audeat uiolare. Quem ritum antiquiſſimũ eſſe, ex Tertulliano, Hieronymo, Ambroſio, & quem citauimus, Auguſtino, Chryſoſtomo, Cœleſtino Papa, aliiſq; patribus diſcimus.
Vide Auguſt. lib. 2. de gratia Chriſti & pec. orig. ca. 40.
Lib. de ſym.
Gene. 3.

DEinde ſignum crucis fit principio in fronte, ad ſignificandũ, q̃ baptizandus nomen dat Chriſto crucifixo, in quo confidat, & quem publicitus confiteri, nunq̃ erubeſcat. Super oculos dein, ut intelligamus baptizandũ præparari ad uidendũ claritatem dei. Super aures quoq;, ut intelligamus eũ conſecrari, ut audiat uerbũ ueritatis dei. Super nares etiam, ut percipiat ſuauitatem odoris dei. Signatur quoq; pectus, ut credat in eo, quia corde creditur ad iuſtitiã. Scapulæ quoq;, ut ſuſcipiat iugum ſeruitutis dei, iuxta Chriſti præceptũ: Tollite iugũ meum ſuper uos. Os deniq;, ut confiteatur illi: quia ore confeſſio fit ad ſalutem.
Signũ crucis in fronte.
Sup oculos.
Aures.
Nares.
Pectus.
Roma. 10.
Scapulæ.
Os.
Roma. 10.

INter exorcizandum, ſal cõſecratũ in os baptizandi dat̃, ut per ſal typicũ conditus, iniquitatis fœtore careat, ideſt, carere ſignificetur, utq; a uermibus peccatorum ultra ne putrefiat, ſed magis illeſus, ad maiorẽ grãm recipiendã ſeruetur, ac ad ſapientiæ ſaporẽ præparetur.
Sal conſecratum quid ſignificet.
Beda.

Lectio Euangelii. Matth. 19. Eccleſia ex inſtitutione Chri offert ei paruulos baptizādos. Patrinorum munus.

DEin legitur Euangelium. Oblati ſunt Ieſu paruuli, quo ſignificamus nos paruulos noſtros offerre Chriſto, qa ipſe dicit: Sinite paruulos uenite ad me. Et qm̄ addit. Talium eſt enim regnum cœlorū. Offerimus etiam eos Chriſto baptizandos. Si enim illoꝝ eſt regnum cœlorum, non negabit eis Chriſtus baptiſmum, qui eſt (ut diximus) ianua, qua in eccleſiam, & ſubinde in regnum cœlorum intramus.

POſt, patrini manum infanti imponunt, ſymbolumq; recitāt & orationem dominicam, ꝙ eccleſiā referant, quæ dn̄o pueros offert baptizandos, & in ſuam illos fidē recipit. Offerūtur quippe paruuli, ad percipiendum ſpiritualē gratiā, nō tam ab eis, quorū geſtanť manibus. q̄uis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſint, q̄ ab uniuerſa ſocietate ſanctoꝝ atq; fidelium. Ab omnibus nanq; recte offerri intelliguntur, quibus placet ꝙ offerunť, & quorū ſancta atq; indiuidua charitate ad cōmunicationem ſancti ſpūs adiuuantur. Tota ergo hoc mater eccleſia, quæ in ſanctis, eſt facit, quia tota omnes, tota ſingulos parit. Vnde non fides illa particularis quæ in patrinorū credentū uoluntate conſiſtit, ſed fidei sacrm̄ fidelem facit. In eccleſia ergo Chr̄i per alios paruuli credūt, ſicut ex aliis (quæ in baptiſmo remittunť) peccata traxerūt. Deinde, patrini ſe quodā modo fideiuſſores conſtituunt pro baptizatis. Ideoq; ſemper admonere debent eos, ut caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatē teneant, ante omnia uero, ſymbolum & orationem dominicam edoceanr.

Aug. ad Bonifa. de bap.

In baptiſmo paruuli per alios credūt.

Illinitio ſputi quid ſignificet. Iohan. 9. Siloe quid. Marci. 7.

DEinde illinitur ſputū naribus & auribus, exemplo Chriſti, qui prius cæci nati oculos luto e ſputo facto ſubliniuit, & ſic ad aquas Siloe miſit. Illinitio uocationē ad gratiā baptiſmi ſignificat, unct⁹ nondum uidet, ſed mittitur ut laueť ad aquas Siloe. i. ut baptizetur in miſſo, ideſt Chriſto id enim Siloe ſignificat. Et dicitur ei uerbum Euangelicum, quod Ieſus, quando mutū & ſurdum ſanauit. tāgēs ſputo linguā eius, & mittens digitos in auriculā eius, dixit: Ephphetha, quod eſt adaperire, uerbum ſane ſacramento cōueniens. Admonentur enim baptizādi per ſaliuam typicam, & ſaluatoris factum, ut aperiatur ipſis nares ad odorem notionis dei & uitæ æternæ capiendum, quo baptizati dicant. Bonus odor Chriſti ſumus, utq; aperiantur eius aures ad audiendū uerbum & mandata dei. Saliua typus eſt ſapiētiæ & gratiæ dei & diſcretionis fidei, cuius acceptio in auditu, & diſcretio in naribus ſignificatur.

2. Corin. 2. Saliua quid.

Myſterioꝝ q̄ apud fontē celebrantur, expoſitio.

POſt peractum exorciſmū ſuccedūt myſteria, quæ apud ipſum fontē celebrantur. In primis quæritur de nomine infantis. Nam uetuſtiſſimo eccleſiæ more ante baptiſmum, baptizandi nomen ſuum dat, quo ſignificatur, eos per abrenunciationem prioris poſſeſſoris ſe nomen dare Chriſto, ut in illius dominiū tranſeant. A nomine enim quod ab Adā habebant, ſcilicet filii Adæ uocati, ad nouum nomen, ꝙ filii dei uocanť, perueniunt, quinimo tū demū nomen acqrunt. anteq̄ enim baptizaremur, fide & nomine caruimus. Poſtq̄ uero inuocatur nomen dei ſuper

nos,

nos,ſecundum nomen eius uocati ſumus. Reddito nomine, baptizandus ter abrenunciat. Nam interrogatus, Abrenuncians Satanæ? Reſpõdet. Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? Reſpondet: Abrenũcio. Et omnibus pompis eius, omni uanitati & gloriæ ſeculi, faſtui, luxui, uoluptatibus, breuiter omnibus uitiis? Reſpondet: Abrenuncio. Quam eccleſiæ primitiuæ conſuetudinem fuiſſe, docet Tertul. de corona militis. Debet ergo baptizatus tota uita eſſe memor ſermonis ſui, & nunq̃ committere ut ſibi excidat ſuæ ſeries cautionis. Per uerbi enĩ illius & renũciationis, quæ in baptiſmo fit, recordationem, diabolicas incantationes, faſtum, uoluptates, breuiter, omnia peccata facile uincemus. *Trina abrenunciatio.* *Tertullia. de corona mil.* *Am. de my. initian. c. 1. & li. 1. de ſacra. ca. 2.*

Poſthæc baptizandus oleo cathecumenoꝝ inungit̃ in pectore, & inter ſcapulas, at poſt baptiſmum, chriſmate in uertice. De chriſmate poſtea latius dicemus. Quod autem ad unctiõem (quæ in baptiſmo fit) attinet, beatus Aug. traditionis Apoſtolicæ eſſe dicit. ea ſiqdem ab Apoſtolorum temporibus ad nos uſq; deriuatam, & canones Clementis ac Fabiani Pont. & pleraq; Concilia declarant. Prioris unctionis, quæ ante baptiſmum fit, myſterium Auguſtinus explicat. Vngimur (inquit) in pectore & ſcapulis, qm̃ fides mente concipit̃, & opere perficit̃. Vngitur pectus, ut ſignificet̃ hoc pectus cõſecrari Chriſto, & mentem in ſanctæ trinitatis fide confortari, in qua amodo nullas reliquias latentis inimici reſidere oporteat. Vngitur inter ſcapulas, ut ſignificet̃, baptizandum per gratiam undiq; muniri ad bona opera facienda, & ad portandum onus domini fortitudinem accipere, quemadmodũ diuus Ambroſius ait. Vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi certamen huius ſeculi luctaturus. *Oleum catechumenorũ. c. eccleſiaſticoꝝ. 11. diſt.* *Roma. 10.* *Roma. 2.* *Iaco. 2.* *Inter ſcapulas cur.* *Amb. de ſacramen. c. 1.*

Vnctioni ſuccedit Catecheſis. i. ĩquiſitio de fide trinitatis, idq; iuxta domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris imperium, qui quum ad patrem in cœlum aſcenderet, Apoſtolis mandauit. Euntes (inquit) docete omnes gentes, baptizãtes eos, in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Quod autem interrogamus. Credis ſanctam eccleſiam, remiſſioné peccatorum, carnis reſurrectionem, & uitam æternam poſt mortem, nõ co modo interrogamus, ut quomodo in deum creditur, ita & in eccleſiam ſanctam credatur, ſed ut in eccleſia ſancta conuerſantes, in deum credamus. Nam eccleſia propterea ſancta & catholica eſt, quia recte creditur in deum. Proindeq; interrogatur. Vis baptizari? Et reſpondetur. Volo. Nemo enim ſaluatur inuitus, ſed uolens, ut integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria arbitrii libertate ſerpenti obediens periit, ſic uocante ſe gratia dei, propria mentis conuerſione ſaluatur. *Catecheſis.* *Matth. 28.* *Vide expo. ſymb. fo. 65.* *Eccle. 15.* *Ex Concil. Toleta.*

Qvo facto, baptizatur tandẽ infans in hiſce domini uerbis. Ergo te baptizo, in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Quid autem uerba iſta ſignificent, & quod fœdus inter deum & hominem hiſce uerbis contrahatur, ſupra diximus. *Verbum formale baptiſmi.* *Sup. fo. 78.*

Tvm uero infans uel immergitur uel tingitur aqua baptiſmatis. Ba- *Infans ter tingitur.*

ptizamur enim in patrem & filium & Spiritum ſanctum,ad ſingula nomina,ad ſingulas perſonas tingimur,ut æqualitas, eademq; perſonarũ poteſtas ac maieſtas declaretur,ut trinitatis unum appareat ſacramentum. Tertio quoq; repetita immerſio uel tinctio, typum triduanæ domini ſepulturæ exprimit,per quam Chriſto conſepulti ſumus in baptiſmo,& cum Chriſto reſurreximus in fide, ut a peccatis abluti, in ſanctitate uirtutum uiuamus,imitando Chriſtum.

Auguſt. de conſ. diſ. 3. c. poſtquam. Roma. 6.

POſt baptiſmum,baptizatus inungitur chriſmate,ſed in uertice,cuius myſterium diuus Amb. declarat,dicens:Memento quid tibi dixerit,nimirum ſacerdos baptizans:Deus(inquit)pater omnipotens,qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto,conceſſitq; tibi omnia peccata tua,ipſe te ungat in uitam æternam.Noli ergo hanc uitam illi æternæ uitæ anteferre. Verbi gratia,Si exurgat inimicus aliquis,ſi uelit tibi fidẽ tuam auferre,ſi minetur mortem,ut præuariceris, Vide quid eligas. Noli eligere in quo non es unctus,ſed elige,in quo es unctus,& uitam æternam uitæ præferas temporali,per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. In capite uero ungitur baptizatus,ut norit ſe capiti Chriſto inſitum.ut ſciat ſe iam a Chriſto nomen accepiſſe,ſeq; Chriſto nomẽ dediſſe, hoc ẽ, Chriſti militiæ eſſe inauthoratũ. A chriſmate enim nomen habet Chriſtianus,ſicut & chriſma a Chriſto,in cuius nominis inuocatione, ad eũ quem diximus inungendi uſum,præparatum eſt chriſma.

Inũctio quæ chriſmate in uertice fit, quid ſignet. Amb. de ſacram. cap. 2.

Vnctio quæ fit in capite, qd ſignet. Chriſtus. Chriſma. Chriſtianus.

POſtremo,baptizatus alba ueſte ueſtitur,quod eſt ſignum manumiſſionis & libertatis,teſte Tertulliano. Notat quoq; innocentiam & puritatem Chriſtianam,quam poſt ablutas ueteres peccatorum maculas ſtudio ſanctæ conuerſationis immaculatam ſeruare debet, ad repræſentandam eam ante tribunal Chriſti. Olim in primitiua eccleſia,baptizati adulti per totam hebdomadam ſtolis albis ſeſe ueſtiebant, quãobrem dies ille dominicus proximus poſt paſcha,dominica in albis uocatur,qua cerimonia eccleſia & fidem & uitæ innocentiam,religioniſq; puritatem animis noſtris imprimere ſtuduit.

Tertul. Am. de myſt. incar. di. ca. 7.

Dñica in albis cur dicat.

VIrtus,efficacia,ſeu effectus baptiſmi,ſatis ſuperq; ex prædictis colligitur. In baptiſmo enim per aquam & ſpiritum in paruulis originalis culpa aboletur,& ex filio iræ fit filius dei. In adultis uero tam originalia q̃ actualia ſeu perſonalia peccata delentur. Morimur enim in baptiſmo peccato,uicturi deo in Chriſto Ieſu,qui per lauacrum aquæ mũdat eccleſiam in uerbo uitæ,ut exhibeat ipſe ſibi glorioſam eccleſiã,non habẽtem maculam aut rugam,aut aliquid huiuſmodi,ſed ut ſit ſancta & immaculata. De hoc baptiſmi fonte uaticinatus ẽ Zacharias. In die (inquit)illa,erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hieruſalem, in ablutionem peccatorum. Itidem Ezechiel,dicens: Et effundam ſuper uos aquam mundam,& mundabimini ab oĩbus iniquitatibus ueſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris mũdabo uos,& dabo uobis cor nouum &

De re ſacramẽti baptiſmi. Roma. 6. Ephe. 5. Zacha. 13. Ezech. 36.

ſpiritum

ſpiritum nouum ponã in medio ueſtri. In baptiſmo enim regeneramur, Iohan. 3.
ac renaſcimur, ſicut Chriſtus in Euangelio dixit. Niſi quis renatus fue- Tit. 3.
rit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt uidere regnum dei. Ad Tit. iii. Se
cundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenera-
tionis, & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde, per Ie
ſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes Galat. 3.
ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ. Quotquot enim baptizati ſumus
in Chriſto Ieſu. Chriſtũ induimus. Effectus ergo baptiſmi eſt mors pec- Amb. in epi-
cati, ut alia ſequatur natiuitas, quæ corporis manente compage, homi ſto. ad Rom.
num mentem innouat, ſepulta omnium peccatorum uetuſtate. quãquã cap. 6.
idem baptiſmi effectus demum morte corporali (qua & animo & cor-
pore peccatis penitus defungimur) abſoluatur.

Iam ſi quis quærat. Si uerum eſt, in baptiſmo deletum eſſe peccatum, Concupiſcen
quod a parentibus contraximus, cur adhuc manet cupiditatis fomes, & tiæ fomes, ſo
ueluti incẽtiuum quoddam peccati? Neq; enim dubium eſt, quin a pri- luto reatu, re
mis parentibus in nos traducta ſit lex iſta peccati ſeu membrorum. i. cõ manet in ba-
cupiſcentia, quam Paulus opponit legi mentis ſeu dei, dicens. Condele- ptizato.
ctor enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam Roma. 7.
legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem Bern. in ſer. in
me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Omnes ſiquidem in pecca- cœna dñi de
trice uoluptate generamur. propterea licet inuiti, etiam poſt baptiſmum baptiſ.
illicitos quoſdam & beſtiales propemodum motus ſentimus, qui aſſi-
duam in nobis pugnam generant. Paulo teſte. Caro enim cõcupiſcit ad Galat. 5.
uerſus ſpiritũ, Spiritus autem aduerſus carnem, &c. Huic ergo quæſtio- Peccatũ pro-
ni reſpondendum eſt, in baptiſmo imputationem & reatum omnis pec- prie reatus.
cati tolli, quia deletur chirographum damnationis noſtræ, & reſpõſum Pſal. 31.
mortis, quod in nobis ex inueterato ulcere manabat. Reatus enim ſeu Roma. 3.
imputatio in peccatum, proprie peccatum eſt. Beatus enim uir, cui non Roma. 7.
imputat dominus peccatum. Sed manet cõcupiſcentia, quæ licet a Pau- Roma. 8.
lo interdum peccatum dicatur, ueluti quum ait. Si autem quod nolo il- Præcipua vir-
lud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. tus baptiſmi.
Tamen poſt baptiſmum fomes non imputatur in peccatum, niſi ei
mens ſeu uoluntas aſſentiatur. Atq; hæc eſt eximia baptiſmi uirtus, ꝙ
non tantum peccatum tollit, ſed & contra hunc fomitem gratiam con-
fert, ne iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen a conſenſu abſtinea-
mus, quod ut facere poſſimus, impartit nobis deus in baptiſmo ſpiri-
tum, cuius ductum ſequuti, non in noſtra, ſed in eius uirtute de concu- Roma. 8.
piſcentia ac diabolo triumphemus. atque in hunc modum hanc quæ-
ſtionem diſſoluit Paulus. Infelix (inquit) ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum no-
ſtrum. Vt ergo concupiſcentiam, quæ radix eſt amaritudinis, quæ ſe- Concupiſcen
ges eſt omnium malorum, reprimamus, ne germinet iterum, denique ut tiã vt morti-

ſicemus, tota vita enitēdū. 1. Theſſ. 5.

eradicemus eam, tota uita elaborandum eſt. Et perpetuo cum Paulo orandum, ut ſpiritus ille in baptiſmo nobis collatus, integer perſeueret in nobis: nimirum ut gratia ſpiritus ſancti (quæ ſpiritum noſtrum mouet, incitat, purificat, fouet, ac confirmat) nunquam auferatur a nobis, ſed in uiſceribus noſtris continuo innouetur; ut illius uirtute iuſtificatio legis impleatur in nobis, qui non ſecūdum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Si quis autem hunc Chriſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius. Si uero Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus uero uiuit propter iuſtificationem. Ergo (ut Apoſtolus infert) debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filii dei. Reddit autem ipſe ſpiritus teſtimonium ſpiritui noſtro, quod ſumus filii dei, quum ſentimus, non accepiſſe nos ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore, ut ſcilicet deum tanquam tyrannum aliquem metuamus, ſed quum ſentimus nos accepiſſe ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo filiali amore, perciti, clamamus, Abba pater. Si autem per baptiſmum filii, ergo, & hæredes: hæredes quidē dei, cohæredes uero Chriſti. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Baptiſmi ergo uis & effectus tota uita in nobis ad hunc modum (ut diximus) exercendus eſt, atq; ita uiuendum, ut uitali huic moriamur uſui, ut ſeipſum homo ſibi abneget, & totus mutetur, imitans Chriſtum ducem. Quod faciendo, tandem etiam abſq; moleſtia mortificationem carnis (in domino obdormientes) peragamus, adeo ut cum Paulo dicere libeat. Mihi enim uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrū, nimirum quod hoc mortale induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem. Tunc enim plane effectus baptiſmi abſoluetur, nempe per corporis reſurrectionem, cuius baptiſma eſt pignus & imago (ſi diuo Ambroſio in epiſtolam ad Romanos credimus) ſed de hoc latius ſupra diximus circa articulū ſymboli, qui de carnis reſurrectione eſt.

Pſal. 50. Roma. 8. Iuſtificatio legis q̄ō a iuſtificatis impleatur. Q̄ō ſpirit' dei reddat teſtimoniū ſpiritui noſtro de vocat. noſtra. Roma. 8. Baptiſmi vis tota vita exercenda. Mortificatio ī homine q̄ō peragat. Philip. 1. 1. Corin. 15. Amb. in epiſto. ad Roma. cap. 6.

De affectu, quo ad baptiſmum accedendum ſit, in canonibus Concilii prouincialis, ſub titulo. De adminiſtratione ſacramentorum dictum eſt, ut hic repetere non ſit neceſſe. Qui adultus accedit, cogitare debet, ſe huius ſacramenti perceptione, ſeipſum totum Chriſto offerre, ſeq; exutum ueterem hominem, nouumq; indutum exhibere, repræſentareq;, atq; hoc tota uita conaturum, ut candidam illam ueſtem, inſigne libertatis & manumiſſionis, ab omni peccatorum labe immaculatam, ad tribunal Chriſti perferat. Quod ſi totum ludicre, mimice & ioco ageretur, tum nec recipitur ſacramentum, nec res ſacramenti, ſi indigne aut irreuerenter propoſitum peccandi retinens quis accedat, charactere quidem ſacramentalem recipit, ſed rem ſacramenti, ideſt, gratiam nullā conſequitur, poſtea tamen reconciliatus eccleſiæ, effectum ſacramenti abſq;

De affectu, quo ad percipiendum baptiſma accedendum ſit. Vide mag. in 4. diſt. 4. & arti. Solet etiam, &c.

noua

noua tinctione per pœnitentiam recipit ac indipiſcitur.

MIniſter ſacramenti ſacerdos eſt, in quo (quantum ad ſacramenti efficaciam attinet) uitæ meritum non reſpicimus. Nã reuera non homo eſt, ſed Chriſtus qui baptizat, ſacerdos uero legatione tãtum pro Chriſto fungitur, per quem Chriſtus baptizat. Et quamuis ſacerdos dicat. Ego te baptizo, tamen ut eũ non aliter quã miniſtrũ hoc agere intelligas, non in nomine ſuo, ſed in nomine patris & filii & Spiritus ſancti, baptizare ſe dicit, quemadmodum Paulus ait. Nunquid Paulus crucifixus eſt pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?

Cyp. de car. di. op. Chri, ſermo. de bapti. Chriſti. Tertul. in li. de exhor. caſti. Hiero. aduer. luciferi. 1. Corin. 1.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

QVum in baptiſmo non ſolum omne peccatum, tam originale q̃ actuale remittatur, ſed & ſpiritus ſanctus, in nouam nos regenerans creaturam, detur, qui & concupiſcentiæ fomitem (ideſt, appetitus inordinationem, & naturæ corruptæ imbecillitatem, quæ in nobis poſt baptiſmum reliqua eſt) ſic attenuat, ut ea nobis, niſi rurſus peccato aſſentiamus, nocere non poſſit. Cõſequens eſt, ꝙ ſi continuo ex hoc ſeculo poſt perceptum baptiſmum nobis migrãdum foret, ſolus ipſe baptiſmus ſufficeret, & regeneratio per ſe ſaluaret, mox in pace beati ſeculi recipiendos. Qui enim poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, ipſa morte confirmatur, quod non poſſit peccare poſt mortem. Iam uero quum nos poſt tranſitũ mare rubrum, uaſtum huius mundi deſertum ingredi, ac cum hoſtibus & internis & externis, priuſq̃ ad terram repromiſſionis perueniamus, ſine intermiſſione dimicare oporteat, nempe carne, mundo, & diabolo, quorũ impetus tantus eſt, ut nemo ſecure glorietur ſe in hoc corpore peccati, ſine peccato eſſe poſſe, quod humanæ cupiditates & ueteris peccati reliquiæ in ſinu noſtro latentes, rebellionem aduerſus ſpiritum mouere nunq̃ ceſſant. Mundus quoq; nos adhuc mortali corpore onuſtos, omnibus machinis oppugnat. Deniq; diabolus mille artib⁹ tanq̃ leo rugiens, ſemper circuit quærens quem deuoret, ut merito quis hanc initurus luctã grauiter terreatur, niſi interim agnoſcat Chriſtum redemptorem (qui carnem domuit, mundum uicit, ac diabolum mundi principem foras eiecit) aduerſus hoſce inſultus alia parata remedia, quibus luctantibus nobis ſubueniret, reliquiſſe, ut non in uirtutibus noſtris, ſed in eo faciamus uirtutem. In Exodo legimus, filios Iſrael ex Aegypto per mare rubrum iam egreſſos, deuictis ac ſubmerſis etiamnum hoſtibus (flauit enim ſpiritus dei, & operuit eos mare) tum maxime fuiſſe compluribus aliis confortatos ſacramentis.

Amb. lib. de myſte. initi. cap. 3. Titum. 3. Vide Bern. in ſerm. habito i die cœnæ dñi de baptiſmo. Roma. 3. Ex dec. Melchiad. Papæ. Dimicandũ nobis tota vita cũ trib⁹ hoſtibus. Roma. 7. 1. Iohan. 1. Caro. Galat. 5. Mundus. Diabolus. 1. Petri. 5. 1. Petri. 4. Iohan. 16. Iohan. 12. Pſal. 59.

In primis expãſione nubis, in protectionem eorum, & ignis, ut luceret

Exodi. 15.

Coluna nubis, ignis. Pſal. 140.

eis per noctem. Deinde alitione panis cœleſtis, & bibitione aquæ, quam percuſſa dedit petra.

Matth. 15. Ephe 4.

Ad eundem modum Chriſtus (qui ueteris legis typos impleuit) poſt baptiſmum pleraque alia ſpiritus ſancti munera, ac gratiarum dona nobis reliquit, quibus nos per baptiſmum reſurgentes & erectos, ſuſtentaret, confirmaretq́ʒ, ne ab hoſtium impetu nos rurſus impetente ſuccumbamus. Quæ ſunt cætera eccleſiæ ſacramenta. In primis uero Confirmatio & Euchariſtia. De confirmatione nunc dicendũ eſt. In baptiſmo,

Ex decretis Melchiadis. Tit. 3.

filii dei renaſcimur, & cœleſtis hæreditatis promiſſionem accipimus, ſed ut hanc retineamus, pupillis tutore eſt opus. Quare non ſatis uiſum eſt Chriſto, in baptiſmo nobis impartiri ſpiritum innouantem, niſi & per confirmationis ſacramentum largiretur ſpiritum tuentem ac defendentem, qui tamen non alius, ſed idem eſt ſpiritus in baptiſmo datus: alius tantum atque alius ſecundum diuerſas gratiarum donationes & chariſmata. Nam quatenus in confirmatione datur, paracletus eſt, qui regeneratis in Chriſto, & cuſtos, & conſolator, & tutor eſt. Ergo ſpiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi, ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte pulchritudinem tribuit ad innocentiam, In confirmatione augmentũ præſtat ad gratiam, quia in hoc mundo tota ætate uicturis, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt. quamobrem alia atq́ʒ alia ſpecie ſubinde uiſus eſt.

1. Corin. 12. Iohan. 16.

Cur ſpũs ſanctus alii atq́ʒ alia ſpẽ ſubinde viſus ſit. Math. 2. Marci. 1. Lucæ. 3. Acto. 2.

In baptiſmo, in ſpecie columbæ deſcendit, innocentiam (in quam regenerat) teſtatus. In die uero penteçoſtes, in diſcipulos in linguis igneis illapſus eſt, quibus Apoſtoli intrepidi loquerentur magnalia dei.

Itaque in baptiſmo regeneramur ad uitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnã. In baptiſmo abluimur, poſt baptiſmũ roboramur. In baptiſmo in milites Chriſti recipimur ac ſignamur. In confirmatione ad agones & prælia mundi huius, reſeruandi, armis competentibus, inſtruimur pugnaturi.

Iohan. 13. Iohan. 15. Iohan. 16. Iohan. 20.

VTrunque ergo magnum eſt ſacramentum, & quamuis alterum alteri ad modũ cõiunctum ſit, tamen in euangelicis & apoſtolicis literis ſic diſcernunt, ut non unum, ſed duo plane appareant ſacramenta. Poſtq̃ Chriſtus in ultima cœna Apoſtolis pedes lauiſſet, & dixiſſet. Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lauet, ſed eſt mũdus totus, Et uos mũdi eſtis, Tandem poſt multa ſubiecit. Quum aũt uenerit paracletus, quẽ ego mittam uobis a patre, ſpiritum ueritatis, qui a patre ꝓcedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & uos teſtimoniũ perhibebitis. Et iterum. Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, quum autem uenerit ſpiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.

Deinde, poſt reſurrectionem, quamuis dominus inſufflaſſet in Apoſtolos, dicens. Accipite ſpm̃ ſanctum, tamen iam in cœlum aſcenſurus, aliud donum Apoſtolis, & per Apoſtolos, omnibus regeneratis pollicitus eſt.

tus eſt. Ego (inquit) mittam promiſſum patris mei in uos, uos autem ſedete in ciuitate, quoaduſq; induamini uirtute ex alto. Et iterũ. Accipietis uirtutem ſpũs ſancti ſuperuenientis in uos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſq; ad ultimum terræ, quam promiſſionẽ, poſtea in ſigno uiſibili in die pentecoſtes euidentiſſime præſtitit, ut quod in Apoſtolis ſemel in forma ſenſibili factum eſſe cernim⁹, in nobis per ſacramentum confirmationis fieri minime ambigeremus. Nam quod in primitiua eccleſia, ſpiritus ſancti deſcenſio in credentium populos, donauit uniuerſis, hoc in confirmãdis neophytis impoſitio manus Epiſcoporum tribuit ſingulis, unicuiq; tamen ſecũdum menſuram donationis Chriſti. Alioqui Chriſtus uere diuinum illum ſermonem in cœna habitum (quo toties paracletum pollicetur) finiens, fruſtra oraſſet in hunc modum. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, &c.

Lucæ.14. Acto.1. Chryſoſt. de cõſ. diſ. 5. c. nouiſſime. Ephe.4. Iohan.15. 14.15.16. Iohan.17.

QVod ut manifeſtius fiat, ſaltẽ duo apertiſſima ſcripturæ teſtimonia intuenda ſunt. Actorum octauo ſic legimus. Quũ autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, ꝙ recepiſſet Samaria uerbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohannem, Qui quũ ueniſſent, orauerũt pro ipſis, ut acciperent ſpiritum ſanctum. nondum enim in quẽquam illorum uenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt ſpiritum ſanctũ, etiã in ſigno uiſibili. Sequitur enim, Simonem magum uidiſſe, quia per impoſitionem manus Apoſtolorũ, daretur ſpiritus ſanctus. Item Actorum. xix. His auditis, baptizati ſunt in nomine domini Ieſu, & quum impoſuiſſet illis manus Paulus, uenit ſpiritus ſanctus ſuper eos, & prophetabant. Quos ambos locos omnes catholici ſcriptores ad ſacramentum confirmationis referunt.

Teſtimonia ſcripturæ ꝑ hoc facto. Acto.8.

HIc ſi quis requirat, quid profuerit Apoſtolis aduentus ſpiritus ſancti poſt aſcenſionem Chriſti, quem & prius acceperunt? Ex Euangelio reſpondetur, quoniam profuit ad robur uirtutis, qua induti ſunt ex alto. Docuerunt certe nos Apoſtoli, quanta ſit infirmitas noſtra, & quanto ſpiritus profectu etiam poſt baptiſmũ indigeamus. Petrus Apoſtolorum princeps Chriſtum uidit, gloriam eius in monte guſtauit, uocem patris audiuit, mira opera ſuis oculis conſpexit, ipſe quoque miracula fecit. Super aquas pedibus ambulauit, cum domino familiariſſime conuerſabatur. Vbi a domino lotus eſſet, & mundus pronunciatus, ſe paratum & in carcerem & in mortem cum eo ire adſerebat. Sed quid factum eſt? Ad uocem ancillæ territus ſtatim negauit. Venit alia ancilla, & iterum negauit. Quomodo Petrus ſtetiſſet coram regibus & principibus, qui coram mulieribus ſtare non potuit? Quinimmo poſt reſurrectionem, uiſo etiamnum Chriſto, ac larga conſolatione recepta, ſimul

Cur Chriſtus poſt aſcen. miſerit ſpm ſanctũ apl'is quem prius dedit. Lucæ.24. Matth.17. Marci.9. Lucæ.9. 1.Petri.1. Matth.14. Iohan.13. Matth.26. Marci.14. Lucæ.22. Iohan.18. Iohan.20.

cum cæteris Apoſtolis,propter metum Iudæorum latebat, atque adeo, ubi cum cæteris Chriſtum tam glorioſe aſcendentem uidiſſet,& angelorum uiſione,conſolationeq; confortatus eſſet,in publicum tamen prodire non audebat,ſed expectabat promiſſum patris,ſpiritum ſanctum. Quum primum uero hic aduenit,tunc ipſe ſtatim ſimul & cæteri Apoſtoli,magna fiducia loqui cœperunt,uirtuteq; magna teſtimonium reſurrectionis Chriſti reddiderunt,atque adeo principes ſacerdotum,& reges huius mundi non timuerunt,ut gloriarentur etiam in tribulationibus, & irent a conſpectu concilii gaudentes,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Act.1.2. Act.4. Act.5.

Quid agatur in ſacro confirmationis.

HOc ergo in ſacramento confirmationis agitur, ut ſpiritum ſanctum,quem in baptiſmo ad purificationem & emundationem accepimus,ad robur quoque & augmentum uirtutis capiamus, quo aduerſus peccatorum,mundi,& diaboli inſultus confirmemur,& facti intrepidi,nullis perturbationibus frangi,nullis tribulationibus ſuccumbere,nullis denique terroribus ac cruciatibus a Chriſto ſeparari ualeamus,affectátes cum Paulo dicere. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Hoc ſpiritus ſancti robur,eſt illa charitas dei,quæ diffundit in cordibus nrīs per ſpm̄ ſanctū,qui nos certos facit,quia neq; mors, neq; uita,neq; angeli,neq; principatus,neq; uirtutes,neq; inſtantia, neq; futura,neq; fortitudo,neq; altitudo poterit nos ſeparare a charitate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quam gratiam quū Chriſto uiſum ſit, ſanctis Apoſtolis ſuis ſigno quodam uiſibili,ſupra modum illuſtri,impartiri,quanto magis neceſſe erat,ut eadem nobis tanto infirmioribus ſigno quopiam uiſibili,ad confirmandam in nobis uerbi fidem traderetur?

Philip.1. Rom.5. Roma.8.

Verbum huius ſacramēti

VErbum quo hoc ſacramentum traditur,hoc eſt:ſigno te ſigno crucis,& confirmo te chriſmate ſalutis,in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Promiſſionem,cui hoc uerbum innititur, & ex qua eruitur,ſupra retulimus.

Materia chriſmatis.

MAteria uero huius ſacramenti,chriſma eſt, quod manu Epiſcopi in frontem confirmandi illinitur. In eccleſia dei triplex oleum,in die cœnæ domini per Epiſcopos conſecratur. Oleum infirmorum, oleum catechumenorum,& chriſma,quod ex oleo oliuæ & balſamo componitur,idque non abſque inſigni myſterio. Nec putandum eſt, nouam eſſe ſacri chriſmatis inuentionem,quum ex Dionyſio,Clemente,Fabiano,Tertulliano,Cypriano,Hieronymo,Auguſtino,cæteriſque catholicis ſcriptoribus,chriſmatis conſecrationem nos ab Apoſtolis recepiſſe, eandemq; non tātum in Romana,ſed per totam eccleſiam catholicam receptam eſſe,diſcere ac uidere eſt. Quanquam enim ueteris legis cerimoniæ,Chriſto illuceſcente,euanuerint,unctionis tamen myſterium religio Chriſtiana non contempſit, ſed potius quod regibus & ſacerdotibus.

Cypria. Aug.in pſal. 26.178.

tibus eius tantum gentis, unde Chriſtus erat uenturus, peculiare eſſe cõſueuit, in omnem populum catholicum propagatum eſt. ut ſicut Chriſtus à chriſmate dictus eſt, eò, quod ſingularis excellentiæ oleo, hoc eſt, ſpiritu ſancto præ participibus ſuis unxerit eum deus; Ita & participes eius, quotquot ſunt, conſortes ſint, tam actionis q̃ nominis, & dicantur a Chriſto Chriſtiani, ut ſint ſui Chriſto duce, rectores & duces & offerant deo ſpiritualia ſacrificia, ordinati a deo ſanctimoniæ ſacerdotes. quemadmodum Petrus omnes Chriſtianos appellás: Vos (inquit) eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta populus acquiſitionis. Vnctio ergo chriſmatis exterior unctionem ſpiritus ſancti interiorem ſignificat, quam accipimus a Chriſto, quæ docet nos de omnibus.

Inno. iii. de ſacr. Vnct. c. cũ veniſſet. paragrapho vnde in ve. — Pſal. 44. — Hebræ. 1. — Acto. 11. — 1. Petri. 2. — Inno iii. — 1. Iohan. 2.

IAm quod eccleſiæ hoſtes chriſmati ſuum honorem detrahere cõtendunt eo q̃ in actis Apoſtolicis non legamus, Apoſtolos in confirmãdis baptizatis chriſmate uſos fuiſſe, ſed tantum manuum impoſitione & oratione, id illi ſuo more faciunt, degeneres filii, eccleſiam matrem, ueritatis columnã, mendacem facere cupientes, quæ aſſeuerat per Apoſtolos, chriſmatis conſecrationem nobis commendatam, ſed ſuperat illa & ſuperabit perpetuo. q nec portæ inferi præualebunt aduerſus eam. Vis autem ſcire, cur neq; Chriſtus Apoſtolos, neq; Apoſtoli in primis eccleſiæ primordiis, populos confirmandos chriſmate unxiſſe legãtur, animaduerte chriſmatis exteriori inunctione (quæ denotaret inuiſibilẽ ſpiritus ſancti unctionem) tantiſper non fuiſſe opus, quantiſper ſpũs ſanctus ſigno uiſibili deſcendit in confirmatos, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum in primis illis eccleſiæ crepundiis factũ legimus, poſtea uero dilatata eccleſia dei, cum ſigno illo uiſibili diuerſitatis linguarum opus non eſſet amplius, ſpũ ſancto roborãdi ac confirmãdi, chriſmate ſunt inuncti, ut & ipſi ſigno externo admonerent, excitarenturq; ad myſterii interioris fidem & contemplationem, quandoquidem beatus Auguſtinus ait, Sacramentum chriſmatis in genere uiſibiliũ ſignaculorum ſacroſanctum eſſe, ſicut ipſe baptiſmus eſt, Neq; enim (ut idem alibi ait) temporalibus & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus, per manꝰ impoſitionem modo datur ſpiritus ſanctus, ſicut antea dabatur ad cõmendationem rudis fidei & eccleſiæ primordia dilatanda.

Hæretici chriſmati ſuum honorẽ Detrahere cõtendunt, ſed fruſtra. — 1. Timoth. 3. — Matth. 16. — Acto. 8. 10. — Li. 2. contra literas Petiliani cap. 104. — De bapt. contra Donat. cap. 16.

QVis enim nunc hoc expectat, ut hi quibus manus ad accipiendũ ſpiritũ ſanctũ imponitur, repẽte incipiant linguis loqui, ſed inuiſibiliter & latẽter intelligitur per uinculum pacis, eorũ cordibus diuina charitas inſpirari, ut poſſint dicere. Quoniam charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Opponẽdus eſt ergo æmulis noſtris, uniuerſalis cõſenſus eccleſiæ omnium temporum uti certiſſimum teſtimonium, quod hæc ordinatio ſit Apoſtolica, maxime quum uel uno eodemq; tempore, idq; non multo poſt Apoſtolorum deceſſum, per omnes ferme eccleſias, uti Apoſtolica,

Ibidem. — Roma. 5. — Ire. li. 4. contra hær. c. 63.

Ex decretis Fabia. cuſtodita comprobatur. Sic enim habet Fabianus. Hæc (nimirum chriſmatis annuam conſecrationem, renouationem, & ueteris cremationẽ ſignificans) a ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorũ accepimus, uobiſq; tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana eccleſia & Antiochena a tẽpore Apoſtolorum cuſtodit. Hæc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt.

Chriſma aliter in baptiſmo, aliter in confir. datur. NEc hic prætereundum eſt, ꝙ chriſma aliter in baptiſmo, aliter in confirmatione datur. Signatur enim baptizatus chriſmate per ſacerdotem in capitis uertice, per põtificem uero in fronte, ut in priori unctione ſignificetur ſpiritus ſancti ſuper ipſum deſcenſio, ad habitationẽ deo conſecrandam. In ſecunda uero, ut eiuſdem ſpiritus ſancti ſeptiformis gratia, cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & uirtutis ĩ hominem uenire declaretur, quod orationes, quæ circa utranq; recitãtur, ſatis indicant. In confirmatione ſic inter alia orat Epiſcopus ſuper confirmandum. Oratio epi ſuper confirmãdum. Immitte in eum ſpiritum ſanctum tuum ſeptiformis gratiæ tuæ paracletum, de cœlis, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & imple eum ſpiritu timoris tui, & ſigna eum ſignaculo ſanctæ crucis, propitiatus, & ſpiritũ ſanctum non amittat in uitam æternam Quamobrem Dionyſius hoc ſacramentum ab Apoſtolis uocatum eſſe Teleten teſtatur, ideſt, perfectionem & abſolutionem uirtutis ſpiritualis.

Sapienda in quo cõſiſtat. HIc obiter ſe offert locus de donis ſpiritus. Sapientia (quæ donũ eſt ſpiritus ſancti) in cognitione & delectatione ſummi boni, ideſt dei, ſita eſt, quam beatus Augu. Theoſebian, ideſt, cultum dei, appellat, quia uacat ac ſtudet deo, & fertur in deum, ſyncero affectu totã fiduciam ac ſpem in illum transferens, ipſumq; ex toto corde, tota anima, tota mente, tota uirtute diligens, præterea nihil amans aut colens, niſi dei cauſa, omnia ad illius gloriam referens. Quo fit, ut nihil niſi deum ſuſpiciat, ac omnia quæ in mundo ſunt præ deo, tanquam ſtercora contemnat, ut Chriſtum lucrifaciat, quæ ſapientia plena eſt cœleſtis ſuauitatis. Hæc eſt quæ de ſurſum deſcendit a patre luminum, donũ ſpiritus ſancti, quæ neq; naturæ beneficio, neq; humana ratiocinatione, aut ſtudio acquiritur, ſed ab illo illuſtrante datur, de quo ſcriptum eſt. Omnis ſapientia a deo eſt. Quare, quemadmodum diuus Iacobus monet. Si quis indiget ſapientia, poſtulet a deo, & dabitur ei. Huic oppoſita eſt ſapientia huius mundi, quam diuus Iacobus, terrenam, animalem ac diabolicam appellat, nimirum propter finem in quem intendit, qualis erat philoſophorũ ſapientia, qui licet ratiocinando, qualẽ qualẽ dei cognitionem eſſent aſſequuti, non tamen deum ſicut deum glorificauerunt, nõ fide, ſpe & charitate deum coluerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, ſibi tantũ placentes, & ſuam, non dei gloriam, non æternam, ſed terrenam commoditatem quærẽtes. Immo in ſapiẽtia, quin potius aſtutia & uiribus ſuis,

Aug. in Enchi. cap. 1. — Philip. 3. — Amb. lib. 3. offi. cap. 1. — Iaco. 3. — Eccle. 1. — Iaco. 1. — Iaco. 3. — Roma. 1. — Coloſſ. 2.

tanquam

tanquam in idolum quoddam,ſpem ſuam collocantes,quibus inſultat 1.Corin.1.
Apoſtolus,dicens,Vbi ſapiens,ubi ſcriba,ubi conquiſitor huius ſeculi?
Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mũdi?Et iterum. Sapientia 1.Corin.3.
huius mundi ſtultitia eſt apud deum.

INtellectus ſecundum donum,in agnitione conſiſtit,ſicut præcedens
donum in contemplatione.Chriſtus in Euangelio ad diſcipulos ait. Matth.4.
Vobis datum eſt noſſe myſteriũ regni,illis autem qui foris ſunt omnia Marci.13. Lucæ.8.
in parabolis fiunt,ut uidentes uideant & non uideant,& audientes audi Iohan.12.
ant & non intelligant.Item.Confitebor tibi pater domine cœli & ter- Eſaiæ.6.
ræ,quia abſcondiſti hæc a ſapiẽtibus & reuelaſti ea paruulis,hoc dono, Acto.18.
noui & ueteris teſtamenti ſcripturæ,ſyncere & recte intelliguntur.proin Roma.11.
deq; hoc dono Chriſtus illuſtrauit mentes diſcipulorum,ut intelligerẽt Matth.11.
quæ de ipſo erant,aperiens illis ſcripturas. Neque enim aliter unquam Lucæ.24.
eas intelligemus,niſi ille qui ſolus aperit & nemo claudit, claudit & ne- Apocã.3.
mo aperit,nobis reuelet.Oportet enim nos omnes a deo doceri & theo-
didactos eſſe,quod ſentiens Dauid,dominum orat.Da mihi(inquit)in- Eſaiæ.16.
tellectum,& ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde Hiere.31.
meo,Hoc dono cæci Iudæi carent,qui exteriori literæ legis ſunt affixi, Iohan.6. Pſal.118.
ſuper quorum oculos uelamen poſitum eſt,ut non poſſint intendere in
faciem Moyſi Hoc dono hæretici uacant,qui Paulinas epiſtolas(in qui 2.Corin.3.
bus ſunt quædam difficilia)indocti & inſtabiles deprauant,ſicut & cæ- 2.Petri.3.
teras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditiõem.Hoc donum Ariſtoteles,
quantumuis magni,ſed humani intellectus philoſophus,neſciuit, & fa- Hierony.ad
cundus Demoſthenes ignorauit.Breuiter quotquot animales ſunt, qui Paul.
non percipiunt ea quæ ſint ſpiritus dei.Stultitia enim eſt illis,& nõ poſ-
ſunt intelligere.Soli uero ſpirituales,quibus deus impartitur,hoc donũ Roma.8.
habent,quemadmodũ Paulus ait.Nos aũt ſenſum Chriſti habemus.

IVnguntur autem hæc ambo dona,ꝙ minor ſit ſapientia,ſi intellectu 1.Corin.2.
careat,& ualde inutilis ſit intellectus,ſi ſapientia non ſubſiſtat .Quid Greg.1. mora.
enim prodeſt habere prophetiam & noſſe omnia myſteria, ſi charitas 1.Corin.13.
dei,in qua uerus dei cultus,ideſt ſapientia,conſiſtit,non habeatur?

TErtium donum ſpiritus eſt,conſilium.Duo priora dona in cõtem Conſiliũ in
platione & agnitione ſita ſunt,quæ recte ſequitur conſilium,quod quo ſitum.
conſiſtit in iudicando & amplectendo.Hoc dono confertur bona uolũ
tas deum colendi & bene operandi,per ſapientiam guſtamus,per intel Pſal.33.
lectum uidemus.per conſilium iudicamus, quia ſuauis eſt dominus, &
ꝙ proinde beatus eſt uir qui ſperat in eo.Poſtquam ergo dei aliquã ſua
uitatem deguſtauimus,& aliquam cognitionem accepimus, orandum
nobis eſt,ut uoluntatem etiam ad ſeruiendum deo capiamus.Nam niſi Deus nõ ex-
hæc adſit,nihil certe proderit operum externorum facies, quãtumuis in terior opeꝝ
ſpeciem bona,quia deus intuetur cor & ſpontaneam uoluntatem,quod finẽ,ſed cor reſpicit.
Chriſtus apud Matth.in bonis operibus inſignioribus, nempe ieiunio,

Huius doni vis. eleemoſyna,& oratione diuiniſſime explicat.Hoc eſt donum,quo audemus dicere. Voluntarie ſacrificabo tibi,& confitebor nomini tuo domine,quoniam bonum eſt.Nam etſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam,tamen ſi nõ prius ſtatuero in corde meo,hoc bonum eſſe coram deo,& ſponte fecero propter deum,nihil mihi prodeſt.Propterea Apoſtolus dixit. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo,non ex triſtitia aut ex neceſſitate, nam ſpiritus ſanctus,ſpiritus libertatis e. Huic dono ſpiritus, opponit̃ conſilium humanum,cuius ſcopus nõ eſt dei gloria, ſed hæret in rebus externis,& quærit quæ ſua ſunt.Conſilio,dono ſpiritus, inſtructi erant Apoſtoli,quum principibus ſacerdotum præcipientibus,ne docerent in nomine Ieſu,reſponderunt.Oportet plus obedire deo q̃ hominibus. Cõſilium uero humanum cœperunt ipſi ſacerdotum principes conferentes ad inuicem ac dicentes. Quid faciemus hominibus iſtis? quoniam quidem notum factum eſt ſignum omnibus habitantibus Hieruſalem, ſed ne amplius diuulgetur in populum,comminemur eis,ne ultra loquãtur in nomine hoc ulli hominum.ſed Gamaliel utriuſq; conſilii uim recte ac grauiter diſcreuit:Quoniam (inquit)ſi eſt ex hominibus conſilium hoc,aut opus,diſſoluetur.ſi uero ex deo eſt,non poteritis diſſoluere, ne forte & deo repugnare uideamini. Et Dauid in eandem ſententiam. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum,& reprobat conſilia principum.conſilium autem domini manet in æternum.

Pſal.53. 1.Corin.13. 2.Corin.9. Roma.8. 2.Corin.3. Conſiliũ humanũ quale. Acto.5. Acto.4. Acto.5. Pſal.32.

Fortitudo quartum donum ſpiritus eſt,quo dei reſpectu, res labentes forti animo contemnimus,quo nullis illecebris emollimur,nullis aduerſis perturbamur,quo non lucris aut diuitiis uincimur,non adulatione flectimur,non fauore delinimur,nullius potentiæ terrore proſternimur,ſed inuictum animum pro conſeruatione Chriſtianæ iuſtitiæ tenemus, quo caſto corde, nullius uanæ gloriæ cauſa, ſed ueri dei amore,quiduis libenter perferimus.Quo dono omnia poſſumus, in eo qui nos confortat.Hoc ergo dono nullum aliud magis eſt nobis neceſſarium,q̃diu in hac uita(quæ militia eſt ſuper terram)degimus. Omnes enim,qui uolunt pie uiuere in Chriſto,oportet in hoc mundo perſequutionem pati. Quinimo ex hoc dono,fit ne quiſq̃ uere Chriſtianus, potiſſimum cognoſcitur,nam qualis unuſquiſq; apud ſe lateat,illata contumelia probat.Hoc dono inſtructi Apoſtoli,ibant a conſpectu concilii gaudentes,q̃m digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Huic uero dono opponitur fortitudo uirium humanarũ,quatenus ſibiipſi fidit.Nam prior innititur dei præſidio,habẽs ſemper in ore. Fortitudinem meam o deus,ad te cuſtodiam.Deus refugium noſtrũ & uirtus.In deo faciemus uirtutem,quia uana ſalus hominis, poſterior uiribus humanis,potẽtia multitudinis,& animi pertinacia ꝯſtat,quæ adeo

Ambro.lib. offi.1.cap.31. & ſeq. Phil.4. 1.Timo.2. Iob.7. 2.Timo.3. Acto.5. Fortitudo humana q̃. Pſal.58. Pſal.45. Pſal.59.

uirtus

uirtus non eſt,ut potius uitium ſit. Quamobrem apud deum nullam laudem merentur fortia illa philoſophorum ac Romanorũ facta,abſq; pietate. Quoniam(ut diuus Auguſtinus īquit)libertas & cupiditas laudis humanæ,ad facta compulere miranda Romanos. Nos itaq; cũ Dauid dicere conuenit. Hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine domini dei noſtri exultabimus. Non enim dominus in fortitudine equi uoluntatem habebit,nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei, ſed beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum. Lib. 5. de ciu. dei ca. 18. Pſal. 19. Pſal. 146.

BEne autem conſilium & fortitudo iunguntur,quoniam ualde inutile eſt conſilium,cui opus fortitudinis deeſt,& ualde fortitudo deſtruitur,niſi per conſilium fulciatur. Non probat deus conſtantiam hæreticorum,aut eorum qui ſibiipſis mortem conſciſcunt,quia eſt ſine cõſilio,qualis & Iudæ fuit,qui ſeipſum ſuſpendit. Nec probat conſilium eorum,qui quum audierint,cum gaudio ſuſcipiunt uerbum,& quia radices non habent,ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt. Itaq; non qui cœperit,ſed qui perſeuerauerit uſq; in finẽ,hic ſaluus erit. Grego. 1. mora. Matth. 27. Matth. 13. Marci. 4. Marci. 4. Lucæ. 8. Matth. 24.

SCientia quintum donum Spiritus ſancti. ab Aug. Epiſteme,hoc eſt, diſciplina uocatur,ſita in elaboratione boni,idq; propter ſummum bonum deum,quã prudenter conuerſamur in medio nationis prauæ,ſine noſtro,& aliorum ſcandalo. Hæc ſapientiæ. iiii. dicitur, ſcientia ſanctorum. Iuſtum(inquit)deduxit dominus per uias rectas,& oſtendit illi regnum dei,& dedit illi ſcientiam ſanctorum,honeſtauit illum in laboribus,& compleuit labores illius. Et apud Iob legimus,recedere a malo ſcientia. Sicut ergo ſapientia in contemplatione,intellectus in agnitione,conſilium in deliberatione & approbato iudicio,fortitudo in cõtemptu rerum labentium. Ita ſcientia in opere conſiſtit,cuius finis eſt, declinare a malo & facere bonum,inquirere pacem & perſequi eam,prouidere bona,non tãtum coram deo,ſed etiam coram omnibus hominibus. Huic oppoſita eſt ſcientia mundana,cuius finis eſt rerũ notitia,in oſtentationem,ſeu ob quæſtum,de qua Paulus dixit. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Et Sapiens. Qui addit ſcientiam,addit & laborem. Sciẽtia ergo,quæ donum ſpiritus eſt,charitate ſemper temperata eſt. Vnde hoc dono carent,qui inflati ſcientia,traditiones eccleſiaſticas temere diſſoluunt,in ſcandalum infirmorum,propter quos illæ factæ ſunt, quos grauiter increpat Paulus ad Romañ. xiiii. & i. Corin. viii. atq; alibi queritur Paulus,Iudæos zelum quidem dei habere,ſed non ſecũdum ſciam Aug. de ciui. dei. 14. ca. 1. Philip. 2. Sap. 4. Iob. 28. Pſalm. 33. 1. Corin. 8. Scientiæ mũdanæ finis. 1. Corin. 8. Eccle. 1. 1. Corin. 8. Roma. 14. 1. Corin. 8. Roma. 10.

SExtum donum ſpiritus, pietas dicitur. Hoc nomen complectitur omnem affectum,cultum,omniaq; officia,quæ debemus his, unde uitam accepimus. Summa ergo pietas debetur deo,ſecũdum quam quidem ſummam ſpeciem,pietas non eſt donum a dono ſapientiæ diſtinctum,ſed eſt ipſa ſapientia,quemadmodum in Iob legimus. Ecce pietas eſt ſapientia,ubi græce legimus,θεοσέβεια,ideſt,dei cultus. Sed quatenus Pietatis nomen qd complectatur. Aug. in Enchi. cap. 2.

diſtinctum donum eſt,ſignificat miſericordiam,ac ſita eſt in affectu hominis prono ad benemerendum de proximo, idq; cauſſa dei, ut ſcilicet dei uoluntatem exequatur,& obſequium deo præſtet,quia deo fœneratur,qui miſeretur proximi. Vnde & pietas uulgo accipitur ꝑ operibus miſericordiæ,& pius pro miſericorde. Qui pius eſt,in domino gloriat, & proximum non niſi in domino diligit. Hæc pietas nobis commendatur.i.ad Timoth.iiii.Exerce teipſum ad pietatem.Nam exercitatio corporalis ad modicum utilis eſt,pietas autem ad omnia ualet.Hanc pietatem mundus non habet,quamlibet multa pietatis exempla liberorum in parentes,ſeruorum erga dominos,ciuium erga patriam cõmemoret, quia nõ ſtatuit finem beneficentiæ deum.Pietas autem Chriſtiana adeo deum ſcopum habet,ut dei cauſſa relinquat patrem, matrem, fratres, & ſorores,patriam & cognationem.Immò impium putet in cauſſa dei parentes deo præponere.Hoc dono muniti,facile condonamus fratribus, libenter largimur egentibus,ſubuenimus oppreſſis,ac alia miſericordię opera ad quæ alioqui,niſi ſpiritu dei excitati torpentes ſumus) libenter præſtamus,quam nobis Chriſtus mirifice commendat. Miſericordiam (inquit)uolo,& non ſacrificium.

Amb.de Voca.gent. — 1.Timo.4. — Mundus non habet pietatem ſpũs. — Matth.10. — Lucæ 14. — Huius doni vis. — Matth.9.

Neque temere ſcientia & pietas iunguntur. Nulla eſt enim ſcientia,ſi utilitatẽ pietatis non habeat,& ualde inutilis eſt pietas ſi ſcientia diſcretione careat,quod Paulus Roma,xiiii.&.i.Corinth.x.grauiſſime oſtendit,quemadmodum etiam proxime ſupra declaratum eſt.

Cur ſcientia & pietas iungantur. — Roma.14. — 1.Corin.10.

SVpereſt ſeptimum donum ſpiritus ſancti.Timor duplex ẽ, ſeruilis ac filialis.Seruilis eſt,quo perinde atq; ſerui dominos timore plagarum metuunt,deus timetur,ne ſcilicet mittat in gehẽnam.hoc timore lex cuſtoditur metu pœnæ,quo qui præditus eſt, præuaricari mallet, ſed a crimine lex timoris cohibet illum,qui ueluti tyrannum & exactorem deum habet non patrem,de quo timore dixit Apoſtolus. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum, in timore.Et alius apoſtolus. Perfecta charitas foras mittit timorem. Timor caſtus,qui & filialis & reuerentia'is dicitur,eſt timor ſyncerus,abſq; prauo affectu,quo præditi,mãdata dei cum quadam reuerentia & ex intimo affectu cuſtodiunt,ſemper ſoliciti,ne alicubi offendãt,ſuam ſalutem in timore ac tremore operantes,quos Dauid beatos pronunciat.Beati(inquit)qui timent dominum,qui ambulant in uiis eius,De quo timore alibi idem Pſaltes dixit. Timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi. Vtriuſque timoris exemplũ beatus Auguſtinus dat,in pſalm̃.cxxvii. Fingit duobus timoribus ſimiles eſſe duas uxores. Pone (inquit) aliquam mulierem caſtam,timentem uirum,aliam pone adulteram,& ipſa timet uirum. Caſta timet,ne diſcedat uir:adultera,ne ueniat. Illa timet, quia amat uirũ, eius optans præſentiam,cui ſe caſtos debere amplexus agnoſcit, adulterinos uero concubitus ſuper omnia deteſtatur, cogitat tantum ut placeat

Timor duplex. — Roma.8. — 1.Iohan.4. — 1.Petri.1. — Pſal.127. — Pſal.18. — Auguſt.in Pſal.127. — Caſta cõiunx quid timeat. — Adultera qd.

ceat

ceat uiro ſuo. Hæc timet maritum, quia adhuc nequitiam amat, pluſq̃ maritum. Proinde grauis eſt illi mariti præſentia, cui ſi ſperaret occultũ fore, adulterium committeret. Illius timor ex mariti reuerentia & amore procedit, odit crimen, etiamſi ſciat perpetuo id poſſe latere, trepidat & ardet, ut officio reſpondeat, timet, ne qua macula diſpliceat uiro: metuit, ne quid illi mali contingat abſenti, cuius præſentia nihil ipſi gratius eſt, quem cupit mente. Huius uero timor ex metu pœnæ proficiſcitur, amans iniquitatem, quam cuperet perficere, ſi eandem ſperaret poſſe latere. Ad modum igitur caſtæ & pudicæ fœminæ ſe habet caſtus timor erga deum, qui perpetuo curat, ne offendatur deus, dei amore & reuerentia honeſte agit, amans ſynceritatem, nequitiam fugiens, cupiens tantũ placere deo, cui coniungi nunquam non deſiderat, dicens cum Paulo. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Seruilis uero longe ſecus ſe habet, q̧ oderit peccare non dei amore, ſed formidinæ pœnæ, quam a deo comminante peccatoribus expectat. Et quamuis hic timor ſeruilis, meritũ non habeat, tamen quum dei iuſtitiam reſpicit ac deo credit comminãti, præparat locum charitati. Quum enim q̃uis per hunc timorem ſe a peccato continet, aſſueſcit iuſtitiæ, & incipit quod durum erat amari, tũ dulceſcit deus, & quo magis charitas creſcit, decreſcit timor, donec perfecta charitas penitus foras mittat timorem. Eſt denique timor quidã mere humanus, qui dei reſpectum non habet, ſed tantum alicuius externi incommodi, quemadmodum timent homines, ne damnum, ne orbitas, ne alicuius chari amiſſio, ne exilium, ne carcer, ne tribulatio, & his ſimilia ipſis obueniant, qui timor quatenus naturalis eſt, licet defectus potius corruptæ naturæ q̃ peccatum ſit, tamen quum a iuſtitia deflectit & dei amori præponitur, damnabilis eſt, prohibitus a Chriſto. Nolite (inquit) timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Et iterum. Nolite ſoliciti eſſe de craſtino. Orandum itaque nobis eſt, ut dominus timorem ſeruilem in nobis extenuet, donec perfecta charitas eum foras mittat. Nam niſi timor charitate fulciatur, & cæteris, donis muniatur, ad nullum opus bonæ actionis ſurgit.

Caſtus timor amori dei cõiunctus.

Philip. 1.

Auguſt. in pſal. 127.

1. Iohan. 4.

Timor mere human⁹ qs.

Matth. 10.

Matth. 6.

Grego. 1. mora.

Quod ſi orationem dominicam diligenter expendamus, ſingulis donis, ſingulæ precationes uidentur dicatæ. Timorem caſtum petimus, quũ dicimus. Libera nos a malo. Fortitudinẽ precamur, qñ dicim⁹. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Pietatem, dicẽtes. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Sciẽtiam petimus, orantes: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Conſilium, quando dicimus: Fiat uolũtas tua. Intellectum, dicentes: Adueniat regnum tuum. Denique ſapientiam, quum dicimus: Sanctificetur nomen tuum.

Vide Auguſt. de ſerm. domini in monte lib. 2.

Ex prædictis ergo ſatis ſuperq; liquet, cur ſancti patres hoc ſacrm Teleten, ſeu ſacramentum perfectionis & conſummationis uocarint.

Cur hoc ſacramentũ patres Teleten appellent.

Cur chriſma cõficitur ex oleo oliuæ & balſamo.

1.Corin.2.

IAm ad ſignorum & rituum expoſitionem pergemus. Quid chriſma ſignificet, ſupra diximus. q̃q̃ non temere etiam ex oleo oliuæ & balſamo miſtum conficiatur. Nam oleum, gratiæ pinguedinem, ſplendorem fidei, & ardorem charitatis ſignat. Balſamum, ſpiritus ſuauitatem, qua nos Chriſtus ad ſe trahit, & cuius communicatione dicimus. Chriſti bonus odor ſumus. Ideo enim confirmamur, ut meminerimus nos intrepide fidem confiteri, & bonum odorem factorum ad ædificationem proximi nos circunferre oportere.

Cur cõfirmãdus ſignetur cruce in frõte.

Matth.10.
Marci.9.
Luc.9.12.
Gal.6.
Acto.5.
Matth.5.

SIgnatur uero confirmandus ſigno crucis in fronte, qui locus eſt pudoris, ut admoneamur ſuſcepiſſe nos ſignũ Imperatoris noſtri Chriſti, quem omni metu atq; pudore poſtpoſito, palam & ubiq; confiteri debeamus, quemadmodum Paulus dixit. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

POſt confirmationem, confirmatus alapa cæditur, ut meminerit ſe deinceps pro nomine Ieſu contumeliam libenter paſſurum, & percucienti ſe ad dexteram, ſiniſtram etiam porrecturum.

Quid ſuſceptoribus iniungatur.

POſtremo, poſt abſolutas diuinas orationes & inuocationes, quæ fiunt ſuper confirmatos, ſuſceptoribus ſeu patrinis iniungitur, ut cõfirmatum in fide inſtruant, declinare malum & facere bonum, ac dominicam orationem edoceant.

EFfectus ſacramenti ſatis ſuperq; ex prædictis elicitur, nempe quod detur ad impartiendum donum ſpiritus, quo confirmemur aduerſus omnes tentationes carnis, mundi & diaboli, quo in fide roboremur ad confitendũ & glorificandum nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, quo deniq; charitatis augmentum ac perſeuerantiam in bonis operibus capiamus. Huius ergo ſacramenti myſterium tota uita rememorandum eſt, ut recogitet Chriſtianus, ſe Chriſti ſigniferum eſſe, ſe Chriſti arma in fronte portare, ſe in crucifixo omnia aduerſa uicturum, ſe pro deſertore habendum, ſi ab his ſignis ad aduerſarii, nempe diaboli, caſtra peccando transfugerit, ſe non coronandum, niſi legitime certauerit, ſe deniq; perdendum, niſi ab imperatore ſuo in omnibus actionibus, tribulationibus & anguſtiis fideliter ſteterit. Vix eſt ergo ulla cerimonia in eccleſia, quæ nos in omnibus tentationibus ad conſtantiam, perſeuerantiam, & patientiam efficacius cohortetur.

Huius ſacramenti myſteriũ tota vita rememorandum.
Roma.8.
2.Timo.1.2.

Quo affectu accedẽdũ ſit.
Roma.8.

AFfectus accedentis ad participandum hoc ſacramentum, is erit, ut credat ſe accepturum ſpiritum ſanctum, arrabonem ſalutis. Confirmabit autem fidem ſuam ex locis ſcripturæ ſupra allatis, memor uerbi ſaluatoris, quod Chriſtus ad Apoſtolos (quorum Epiſcopi in eccleſia ſucceſſores ſunt) dixit. Sicut me miſit uiuens pater, & ego mitto uos. Vt enim diuus Ambroſius ait. Non humanum hoc opus, neq; ab homine datur, ſed inuocatus a ſacerdote ſpiritus a deo traditur, in quo dei munus miniſterium eſt ſacerdotis.

Iohan.20.
Amb. de ſpiritu ſan. li.1. cap.7.

Deniq;

DEnique, miniſter huius ſacramenti Epiſcopus eſt. Nam ut in actis legimus, Philippus diaconus, licet Samaritanos uerbo dei conuerterit, & baptizauerit, non tamen hoc ſacramẽtum miniſtrauit, ſed Apoſtoli miſerunt ad eos Petrum & Iohannem, qui quum deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, ut acciperent ſpiritum ſanctum, quod nunc faciũt Epiſcopi, nimirum Apoſtolorum ſucceſſores. Acto. 8. Hierony. contra lucif.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

SAcramento Euchariſtiæ, eccleſia nihil ſublimius habet. Quid enim auguſtius, q̃ quod eccleſia per corporis & ſanguinis dominici participationem, etiam iuxta naturam & ſubſtantiam unum cum Chriſto efficitur? & quodammodo in deum ſuum transformatur? Quid efficacius ad perfectam, indiſſolubilemq; concordiam fouendam, q̃ quod eccleſia eodem corpore ueſcens, eundem ſanguinem bibens, per eundem ſpiritum in unum corpus redigitur, & Chriſto capiti uiuo, uiua connectitur? Et eatenus hoc ſacramentum cæteris ſacramentis, tum ueteris, tum noui teſtamenti maius & excellentius eſt, q in aliis elemẽtum ſeu exterior ſpecies nullam ſubſtantialem mutationem recipit. Neque enim aqua baptiſmatis aut oleum chriſmatis conſecrata, in aliam naturam mutantur, neque ſpiritus ſanctus (quem aqua in baptiſmo ſignificat abluentem & emundantem, chriſma uero in confirmatione roborantem & illuminantem) in eiſdem elementis eſſentialiter continetur, quamuis credẽtibus in myſterio exhibeatur & detur. At ſolum ſacramentum panis & uini potentia uerbi diuini ita mutatur, ut ſubſtantialiter non ſit quod ante ſuerat, ſed quæ ante conſecrationẽ erant panis & uinum, poſt conſecrationem ſint ſubſtantialis caro & ſanguis Chriſti. Vnde, id (quod paulo ante diximus) conſequitur, nempe nos uirtute huius tam eximii ſacramenti non ſolum ſpiritualiter (quod recta fide, charitateq; ſyncera fit) ſed & corporaliter Chriſto uniri, ut ſimus non tantũ ſpiritu ei conglutinati, ſed & ſimus membra corporis eius ex carne & ex oſſibus eius, quemadmodũ apud diuum Paulum, Ephe. 5. legimus. Sic enim eum locum orthodoxi patres in primis uetuſtiſſimi illi, Cyrillus ac Hilarius interpretãtur. Sed de hoc infra latius dicemus. Nunc nobis, quem inſtitutionis cauſſa delegimus, ordo ſequendus eſt. Sacro eucha. eccleſia nihil habet ſublimius. In cæteris ſacramẽtis exterior ſpecies nõ mutat ſubſtantialr. In ſacramẽto altaris non manet quod ante fuerat. Ephe. 5. Cyrillus. Hilarius.

De nomine in primis uidendum. Conſtat autem uarias eſſe huius ſacramenti appellationes.

A Patribus certe frequentius Euchariſtia appellatur. Euchariſtiam uero quidam gratiarum actionem, quidam bonam gratiam interpretantur. Baſilius hoc ſacramentũ Euchariſtiæ uocabulum exprimere uolens, corporis & ſanguinis Chriſti gratiam appellat, utriq; recte. in co Euchariſtia cur dicatur. Baſilius.

Iohan.1. Matth.26. 1.Corin.11.

enim Chriſtus,qui gratia & ueritate plenus eſt,ſeipſum nobis exhibet,ac teſtatur carnem ſuam,quam ipſe æternum patris uerbum,mortalis factus,noſtri cauſſa ſuſcepit,pro nobis crucifixam,& ſanguinem ſuũ pro nobis in cruce effuſum eſſe in remiſſionem peccatorum noſtrorum.Iubetque nos eandem carnem pro nobis uulneratam ſumere & ſanguinẽ bibere,idque in ſuam commemorationem,hoc eſt,ut pro tantis beneficiis in Euchariſtia,tanquam in noſtræ redemptiõis & futuræ ſalutis ac gloriæ pignore,nobis exhibitis,ipſi gratias agamus,quemadmodum diuus Paulus ait.Quotieſcunq; manducabitis panem hunc,& calicem bibetis,mortem domini annunciabitis,donec ueniat.Canit itaque eccleſia,ad Euchariſtiæ nomen alludens.O ſacrum conuiuium,in quo Chriſtus ſumitur,memoria paſſionis eius recolitur,mens impletur gratia,& futuræ gloriæ nobis pignus datur,Halleluia,quod eſt,laudate dominũ, nimirum pro tanto nobis collato beneficio. Dicitur quoque hoc ſacramentum græcis ſynaxis,ideſt,conciliatio ſeu communio, quod hoc myſterio ſignificetur & confirmetur arctiſſima coniunctio myſtici corporis cum capite,hoc eſt,Chriſti & eccleſiæ,& omnium Chriſti mẽbrorum,Chriſti nomen uere profitentiũ inter ſe,quæ appellatio ex diui Pauli uerbis deſumpta eſt,dicẽtis:Calix benedictionis cui benedicimus, nõne communicatio eſt ſanguinis Chriſti? Et panis quem frangimus,nõne participatio corporis domini eſt? Quoniã multi unus panis, & unũ corpus multi ſumus,qui de uno pane & de uno calice participamus.Gemina ergo iſta nomina ab effectu ſacramenti deſumpta ſunt,de quo infra latius dicemus.Quod hodie quidam hoc ſacramentum exemplo diui Pauli,cœnam dominicam malunt appellare,id non admodum improbandum,modo innouandi ſtudium abeſſet.Cæterum poſt Paulum uix reperias quenquam ex patribus,qui hoc ſacramentum cœnam dominicam appellet,poſtquam ſcilicet uiſum eſſet ſpiritui ſancto,ut in honore tanti ſacramenti in os Chriſtiani hominis dominicum corpus prius intraret q̃ alii cibi,non enim quia poſt cibos dedit dominus,propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent,aut(ſicut faciebant,quos Apoſtolus redarguit & emendat) menſis ſuis iſta miſcere.Nam ſaluator,quo uehementius commendaret myſterii illius altitudinem,ultimũ hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum,a quibus erat ad paſſionem digreſſurus. Quo autem ordine deinceps ſumeretur Apoſtolis,per quos eccleſias diſpoſiturus erat docendum reſeruauit.

Ibidem. Eccleſiæ canticum. Hoc ſacrm cur ſynaxis dicitur. 1.Corin.10. Cœna domini. 1.Corin.11. Aug.ad Ianua. 1.Corin,11. Chriſtus cur poſt cœnam hoc ſacrm inſtituerit.

Verbum huius ſacramenti eſt,ſermo Chriſti, cuius uirtute hoc ſacramentum conficitur,cuius efficacia panis fit corpus Chriſti, & uinum aqua miſtum tranſit in ſanguinem.Hunc ſermõem eccleſia ſancta dei a domino ſuo Chriſto Ieſu per apoſtolicã traditionem acceptũ, ſic pronunciat.Accipite & manducate ex hoc omnes.Hoc eſt enim corpus meum

Ambro.de ſacramento. In canone.

pus meum. Et iterum. Accipite & bibite ex hoc omnes, hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Reliqua omnia quæ dicuntur, uel ad uſum ſacramenti pertinent, uel laudes, uel gratiaꝝ actiones ſunt, uel certæ obſecrationes & fidelium petitiones. Tam autẽ apertus eſt hic Chriſti ſermo, quo hoc ſacramentum (ut diximus) conficitur, ut plane inſani ſint, qui eum ſecus q̃ a Chriſto dictus eſt, interpretari, quin potius dedita opera deprauare (ſed fruſtra) contendunt.

August. c. Vtrum, de cõſ. diſt. 2.

Chriſtus enim æterna illa ueritas, quæ omnino mentiri non poteſt, ut euidentiſſime nobis oſtenderet, quid in hoc traderet ſacramento, quum hoc ipſum diuina poteſtate inſtitueret ac porrigeret, ſimplicius ac apertius dicere non potuit, q̃ quod atteſtantibus Matthæo, Marco, Luca Euangeliſtis dixiſſe legitur. Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Itidem diuus Paulus uas illud electionis, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Chriſtus, dominicam inſtitutionem renarrans, ſic habet. 1. Corinth. xi. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi uobis, quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem. Porro hic ſermo quem retulimus, nec humanus nec angelicus etiam putandus eſt, ſed plane diuinus, quem etſi pronunciet conſecrans ſacerdos, homo mortalis, tamen pronunciãdo nõ ſuis, ſed Chriſti uerbis utitur. Itaque non ſacerdotis, ſed Chriſti ſermo eſt, cui omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Is utique ſermo, quo facta ſunt, omnia, quum antea non eſſent. Ante conditionem mundi cœlum non erat, mare non erat, terra non erat, nulla creatura erat, Sed audi dicentem. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Ergo quum Chriſtus illud æternum dei uerbum, per quod facta ſunt omnia exertiſſime dicat. Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et iterum. Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus, certiſſime credere debemus, hoc quod nobis porrigitur, eſſe & uerum corpus & uerum ſanguinem Chriſti, licet ante conſecrationem, quæ fit hoc omnipotenti uerbo dei, fuerit panis & uinum, quod qui non facit, is ne primum quidem Apoſtolici ſymboli articulum mente percepit, neque enim in deum omnipotentem credit, qui uerbo eius omnipotentiam detrahit. Ruṙſus, qui omnipotentiam diuini uerbi intelligit, is ſtatim colligit, ꝙ deus, quæcunque uult, facit in cœlo & in terra. Et ut Paulus ait: Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Quod ſi tanta uis eſt in ſer-

Iohan. 14. 2. Timo. 2.
Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22.
Acto. 9. 1. Corin. 2. 1. Corin. 11.
Chryſo. homi. 51. i Matthæ. cap. 14.
Philip. 2.
Gene. 1. Iohan. 1. Amb. de ſacrament.
Infidelis qui verbo dei in hoc ſacramẽto oipotentiam detrahit.
Pſal. 134.
Roma. 2.
Amb. de ſacr.

Quid credẽdũ in Euch.

mone domini, ut incipiant eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, ut quæ erant, ſuo iuſſu in id quod prius non erant (ideſt, in corpus, & ſanguinem ſuum) commutentur? Quum itaque Chriſtus, inuiſibilis ille ſacerdos, per uiſibilem miniſtrum, panem in manus accipit, ac benedicit, dicens. Hoc eſt corpus meum, ſcito ibi ſtatim ac certiſſime eẽ corpus Chriſti: Itidem ad hæc uerba. Hic eſt ſanguis meus, ſtatim adeſſe ſanguinem Chriſti. Abſit ergo, ut fidelis quiſpiam aurem accommodet impiis illis Sacramentariis hæreſiarchis, qui excæcata mente omnipotentiam Chriſti in hoc ſacramento credere uel cõprehendere detrectãt, quos tanquam peſtem quandam lethalem uitare, ac intellectum noſtrũ in obſequium Chriſti captiuare debemus, exemplo fidelis patris noſtri

2. Corin. 10. Roma. 3.

Abrahæ, qui in repromiſſione dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, pleniſſime ſciens, quia quæcunque promiſit deus, potens eſt & facere. In ſolum Chriſti teſtimonium, quod non poteſt non eſſe ueriſſimum (ꝙ Chriſtus ſit ipſa ueritas) intueri debemus. Ipſe eſt qui teſtificatur nobis, ꝙ corpus ſuum accipiamus et ſanguinem. ſic enim ait. Accipite, hoc eſt corpus meum. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare? qui ut omnem nobis ſcrupulum eximeret, addidit. Quod pro uobis tradetur, ideſt, non aliud, ſed illud idẽ, ſubſtantialiter, quod pro uobis redimendis tradetur ad mortem & crucifigetur.

Chry. in homi. 51. i Matthæ. cap. 14. Iohan. 14. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. 1. Corin. 11.

Neque enim uel hoc imaginandum eſt, ꝙ ipſum corpus in utero uirginis formatum, deinceps formetur, ſed illud ipſum corpus, quod per ſpiritum ſanctum in utero uirginis formatum & igne paſſionis in ara crucis decoctum eſt, uerbo cœleſti conficitur. Deinde, ne hæc tanta myſteria ex perſona ſeu dignitate miniſtri ſeu ſumentis metireris, adiecit: hoc facite, Hoc inquam, ideſt, hocipſum, quod ego nunc facio, inſtituo, ac faciendum & ſumendum iubeo, facite & uos: nimirum ex pane, corpus meum, non ueſtra uirtute, ſed meo uerbo conſecrate, accipite & mãducate, ac aliis manducandum porrigite. Rurſus, ne putares hanc poteſtatem conficiendi & porrigendi corpus dominicum Apoſtolis tantum fuiſſe conceſſum, adiecit. In meam cõmemorationem, ideſt, corpus meũ accipite, & manducate per ſucceſſionem temporum uſque in finem ſeculi, in memoriam paſſionis meæ. quemadmodum diuus Paulus cæteris Euangeliſtis apertius retulit, dicens. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Ergo hocipſum quod Chriſtus fecit, quod deinde Apoſtoli, eius mandato fecerunt, nunc quoque per ſacerdotes & fideles ipſius in conſecrando, porrigendo, & manducando corpore dominico fit, & deinceps fiet, donec ipſe redierit ad iudicandum uiuos & mortuos. Interea enim oportet perpetuo meminiſſe & prædicare mortem domini, & annunciare remiſſionem peccatorũ in nomine eius, uidelicet, quod is per mortem & ſanguinem ſuũ nos a morte æterna redemerit, remiſ-

Magi. in. 4. diſt. 11. Damaſ. lib. de orth. c. 4.

Non ſolum Apl'is hæc ptãs cõceſſa.

1. Corin. 11.

Amb. de ſacra. cap. 6.

ſionem

donecꝗ peccatorum & uitam æternam impetrauerit, quod certe maiori ſerio facere aut exprimere haud poſſumus, q̃ edẽdo corpus Chriſti in cõmemorationem corporis eius pro nobis in cruce mortui, & bibẽdo ſanguinem Chriſti, in commemorationem ſanguinis Chriſti pro nobis in cruce effuſi. Iam ut Apoſtolus ueritatem dominici corporis in Euchariſtia magis etiam confirmaret ac teſtatiorem redderet, ſic ſubintulit. Itaque quicunꝗ manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Et iterum. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quorum uerborum ſenſus eſt. Quandoquidem dominus Ieſus teſtatur ſe in hoc ſacramento, nobis tradere uerum corpus ac ſanguinem ſuum. Itaꝗ quicunꝗ manducauerit indigne, reus fit corporis & ſanguinis domini, ideſt, reatum damnationis æternæ incurrit, ac pœnas mortis domini dabit, quia non diiudicat corpus domini, ideſt, non diſcernit q̃ ſit hoc corpus dignius omnibus creaturis, tametſi quod ad externam ſpeciem attinet, uideatur eſſe panis, id quod ipſe Apoſtolus graui cenſura coarguit in Corinthiis, qui non diiudicabant illud, ſed uelut quemlibet cibum indiſcrete, negligenterꝗ ſumebant. Quos & ſuperius commonefaciens, ait. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? Quibus uerbis nihil aliud ſignificat, q̃ porrecto nobis ſacramẽto ſub ſpeciebus panis & uini in Euchariſtia, exhiberi nobis corpus & ſanguinem Chriſti, qui ut communicauit carni & ſanguini propter nos, ita ea per quæ nobis coniunctus eſt, indicibili charitate nobis rurſus communicat & impertit. Ex quibus omnibus manifeſtum euadit, quid Chriſtianum hominem de hoc ſacramẽto oĩum maximo ſentire, & interrogatum reſpõdere oporteat, nempe in hoc ſacramento nobis ad manducandum & bibendum exhiberi uerum corpus & uerum ſanguinẽ Chriſti, ſub ſpeciebus panis & uini, ex ipſius Chriſti inſtitutione. Ipſe eſt enim (ut ſupra diximus) ipſe inquam eſt, non miniſter, qui nobis carnem & ſanguinem ſuum (licet per miniſtrum ſacerdotem) porrigit, quod uerba ſua clariſſime teſtantur.

Veritas corporis ex Paulo.
1. Corin. 11.
ibidem.
Senſus uerborum apoſtoli.
Corinthii grauiter reprehenſi a Paulo.
1. Corin. 10.
Hebræ. 2.
Quid Chriſtianũ hominẽ de hoc ſacramento interrogatum, reſpondere oporteat.
Cyp. de cœna dñi, ſub finem.

Elementum ergo ſeu materia huius diuiniſſimi ſacramẽti, panis eſt, & uinum aqua miſtum, ad quæ quum accedit uerbum, tranſeũt in uerum corpus & ſanguinem Chriſti, & fit ſacramentũ. Hoc (inquit Auguſtinus) eſt quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus ſacrificium eccleſiæ, duobus confici duobus conſtare, uiſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, ſacramento, ideſt, uiſibili, ſed myſtico ſigno, & re ſacramenti, ideſt, corpore Chriſti. quanquam hic adnotandum eſt, rem huius ſacramenti geminam eſſe. Vnam, quæ ſub ſpeciebus panis & uini uere continetur, nẽpe carnem & ſanguinem domini atque illud ipſum corpus quod pro no-

Elementum huius ſacramenti quod ſit.
Aug. in lib. ſent. proſp. c. hoc eſt, de con ſe. diſt. 2.

bis traditum eſt,quæ res huius ſacramenti baſis & fundamentum eſt.
Aug.de ſacra.fid. Alteram quæ eſt huius ſacramenti uirtus & efficacia,ſecundum quem
dicendi modum rem huius ſacramenti,unitatem corporis Chriſti (quæ
Spẽs panis & vini tantũ ſacramentũ. eſt eccleſia) appellamus,quæ res magis ſignificatur hoc ſacramento q̃ cõ
tineatur. Dicimus autem ſpecies panis & uini tantum ſacramentum &
non rem eſſe ſacramenti,quod ſint ſacræ rei ſignum. ſiquidẽ præter ſpe-
ciem,quam ſenſibus ingerunt, aliud faciunt in cognitionem uenire.
Quod ut paulo manifeſtius euadat, noſſe oportet, nullum elementum
congruentius eſſe ad ſignificandum rem in hoc ſacramento contentam
Panis q̃uo in ſcripturis accipiatur. & ſignificatã,q̃ ſunt panis & uinum. Qui in ſcripturis uel mediocriter
uerſati ſunt,nouerunt appellatione panis,non tantum hunc,qui ex farre
frumentitio conficitur,uenire,ſed per panem interdum ſignificari Chri-
1 Iohan.6. ſtum, quemadmodum idem de ſeipſo ait. Ego ſum panis uiuus, qui de
1.Timo.6. cœlo deſcendi. Ipſe enim unigenitus filius,uerus panis eſt, qui quum ſit
Iohan.6. ex ſubſtantia patris naturaliter cuncta uiuificans,uniuerſum terrarum
Roma.6.7.8. orbem poteſt nutrire,& toti mundo uitam præbere,qui & ſolus per ſpi-
Ephe.2. ritum ſanctum,ſpiritum noſtrum uiuificat,& corp⁹ ipſum a corruptio
Hebræ.10. ne liberat. Qui a uero Chriſtus hunc mirabilem in nobis operatur effe-
2 Hiere.11. ctum uirtute paſſionis & mortis ſuæ,quam in carne ſuſtinuit,frequẽter
3 panis,Chriſti corpus ſignificat,ut eſt apud Hieremiam. Venite (quæ eſt
Deut.8. Iudæorum uox) mittamus lignum in panem eius hoc eſt, crucem ĩ cor
Matth.4. pus eius. Interdum uerbum dei,quo fidelis anima reficitur ac ſuſtenta-
Matth.6. tur,panis dicitur. Nam ut in Deute. legimus,& Chriſtus in Euangelio
4 teſtatur. Non in ſolo pane uiuit homo ſed in omni uerbo quod proce-
dit de ore dei. Hic enim eſt panis ille ſuperſubſtantialis, quem petimus
1 nobis quotidie dari. Interdum panis,omnia ad uitæ præſentis ſubſidiũ
neceſſaria deſignat,& præſertim panem illum materialem, quo potiſſi-
Pſal.103. mum uictitamus. Ergo quum Chriſtus ſeipſum nobis in ſacramẽto ex-
hibere & porrigere eiuſq; corporis ſui,in fide uerbi diuini,reficere, ſuſtine
Roma.8. re,& conſeruare nos uoluerit elementum delegit,quod ad hæc omnia ſi
Tit 3. gnificanda,& non tantum menti,ſed & oculis noſtris inculcanda con-
1.Corin.1. gruentiſſimum eſt. Vt enim panis hic terreſtris imbecillitatem carnis
Iohan.6. noſtræ reficit ſuſtinet & conſeruat,& uinum hominem lætificat atque
Pſal.22. inebriat,ſic caro & ſanguis Chriſti,quum non tantum ſacramentaliter,
ſed & ſpiritualiter manducantur,interiorem hominem mirifice reficiũt,
lætificant,& ſaginant,quum ſcilicet intelligit ſe per Chriſtum adeptum
2 Ephe.1. eſſe omnia,regenerationem,iuſtificationem,& uitam æternam. Quam
refectionem præuidens Dauid,cecinit: Calix meus inebrians quam præ
Aug.in ſermo. de ſacramen.fid. clarus eſt. Deinde quum eccleſia Chriſti corpus myſticum ſit, & illius
unitatem,perceptione huius ſacramenti Chriſtus nobis commendare
uoluerit panis & uini materia congruentiſſime delecta eſt. Quoniam
ſicut ex multis granis conficitur unus panis, & ex pluribus acinis uinũ
confluit

conſluit,& unum corpus ex multis membris componitur,ſic eccleſia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Myſterium ſiquidem pacis & unitatis noſtræ Chriſtus in ſua menſa conſecrauit. Præterea ſic oportebat adimpleri ſcripturam,& umbram per ſuperuenientem lucem euacuari,& ueritatem figuræ reſpondere. Quod enim Melchiſedech typum Chriſti portarit,declarat ſpiritus ſanctus ex perſona patris ad filium dicens. Ante luciferum genui te. Iurauit dominus,& non pœnitebit eum:tu es ſacerdos in æternum,ſecundum ordinem Melchiſedech. Hic eſt(inquit Apoſtolus)Melchiſedech,qui obuiauit Abrahæ reuerſo a cæde regum,& benedixit ei,cui decimas omnium diuiſit Abraham. Primũ quidem,quia interpretatur rex iuſtitiæ,deinde autem,& rex Salem,quod eſt rex pacis,ſine patre,ſine matre,ſine genealogia, neque initiu mdierũ, neque finem uitæ habens,aſſimilatus filio dei,manet ſacerdos in æternum. Quæ tamen Apoſtoli uerba ſic intellige,non quod Melchiſedech ſine patre & ſine matre fuerit,ſed ut ſcriptura in typo nobis oſtenderet ſacerdotium Chriſti,finem non habiturum,ſubito introducitur in Geneſi,Melchiſedech occurriſſe Abrahã a cæde hoſtium reuertẽti, cuius qdẽ nomẽ,nec antea, nec poſtea reperitur aſſcriptũ. Hic ergo Melchiſedech (quemadmodum ſcriptura refert)proferens panem & uinum (erat enim ſacerdos dei altiſſimi)benedixit Abrahæ. Quis eſt iſte Melchiſedech,qui ſignificatur rex iuſtitiæ,rex pacis,niſi Chriſtus, qui ſolus eſt dei iuſtitia, dei pax,& dei ſapientia:in quo ſolo iuſtificamur, & iuſtificati per fidem, pacem habemus apud deum. hic protulit panem & uinum, dicens. Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, hic benedixit fideli Abrahæ, & obtulit ſemetipſum pro eo uerum ſacrificium. Per ſuum enim ſanguinem, benedictionem, ideſt, peccatorum remiſſionem acquiſiuit illi, immo & omnibus electis,qui expectauerunt eum ab origine mundi.

Aug. in ſermo. ad infã. de ſacramẽ.
Typus Chri Melchiſed.
Pſal. 109.
Hebræ. 7.
Gene. 14.
chry. hom. 34. in Gene.
Ibidem.
1. Corin. 1.
Ephe. 1.
Coloſſ. 1.
Roma. 5.

Non enim benedictio illa ad Abraham tantum,ſed ad nos etiam pertinet, Nam ſi Abraham deo credidit,& reputatum eſt illi ad iuſtitiam, utique quiſquis deo credit,& fide uiuit,iuſtus inuenitur,& iampridem in Abraham fideli(cui deus repromiſit,quia in illo benedicentur omnes gentes)benedictus & iuſtificatus oſtenditur,manducans ac bibens carnem & ſanguinem domini ſui,quæ uerus ille Melchiſedech ſacerdos in æternum ſub ſpecie panis & uini,ipſi de altari ſuo profert. Cæteras huiꝰ ſacramenti figuras,quæ plurimæ ſunt,perſequi in præſentiarum ſuperſedebimus,quod hanc inſtitutionem noſtram breuitas deceat. ſufficiat admonuiſſe,per manna non tantum uerbum dei,ſed & hoc ſacramentum pulcherrime adumbratum eſſe. Qui uero uolet cognoſcere,ꝗ conueniat figura ueritati,ueteres orthodoxos perlegat. Certe Paulus Apoſtolus teſtatur,patribus omnia in figura contigiſſe. Nolo (inquit) uos ignorare fratres,quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerũt,& omnes

Gene. 15.
Roma. 4.
Gala. 3.
Gene. 12.
Hierony. in Pſal. 109.
Exodi. 16.
Iohan. 6.
1. Corin. 10.

mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducarunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Biberunt autem de ſpirituali, conſequente eos petra, petra autẽ erat Chriſtus. Sed ut ſubiecit Non in pluribus eorum beneplacitum eſt deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura ſunt noſtri,&c. Et poſt pauca. Hæc autem omnia in figura cõtingebant illis. Edebant ergo illi manna, bibebant de petra, ſed aliud illi, aliud nos: illis imago dabatur: nobis ueritas exhibetur: illi manducabant manna, umbram tantum ueri panis, qui de cœlo deſcẽdit, quẽadmodum Chriſtus ait. Non Moyſes dedit uobis panẽ de cœlo: nos corpus & ſanguinem domini, in ſacramento, re ipſa præſentis edimus. Illis petra erat Chriſtus, ſed nõ aliter quam in ſigno & figura, in qua omnia (uti ſeipſum interpretatur Paulus) contingebant illis. Sed nos edimus ac bibimus corporis & ſanguinis ueritatem, eam nobis non petra inſenſibili, ſed ipſo Chriſto porrigente, qui ut omnem allegoriam & æquiuocationem tolleret, tam diligenter diffiniuit ac deſcripſit, quod dedit, ut accuratius non potuerit. Hoc eſt (inquit) corpus meum. Et addidit. Quod pro uobis tradetur. Item. Hic eſt ſanguis meus. Et adiecit. Qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ, totumq; modum manducandi carnem ſuam & bibendi ſanguinem ſuum tradens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem.

Auguſt. in Pſal. 39. *Iohan. 6.* *Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22.* *Modus manducandi carnẽ domini.*

Proinde cunctis figurarum uel ſimilitudinem nebulis amotis, nõ corpus quodlibet, ſed corpus domini, quod pro nobis traditũ eſt, edere, & illum ſanguinẽ, qui pro nobis effuſus eſt in remiſſionẽ peccatorũ, nos bibere indubitato credimus, & quod facit ipſe, hoc idẽ in cõmemorationem ipſius ſcimus & bene ſcimus nos facere, id eſt, carnẽ ipſius mãducare & ſanguinẽ bibere ſub ſpeciebus panis & uini tectũ. Atqui id eſt quod Auguſtinus ait, & nos ſupra retulimus. Hoc eſt (inquit) quod dicimus, ſacrificiũ eccleſiæ duobus conſtare, uiſibili elementorũ ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine. Et iterũ. Nos autẽ in ſpecie panis & uini quã uidemus, res inuiſibiles, id eſt, carnẽ Chriſti & ſanguinem honoramus. Nec enim ſimiliter pẽdimus has duas ſpecies, ſicut ante conſecrationẽ pendebamus, quũ fateamur ante conſecrationẽ, panem eſſe & uinum, quod natura formauit, poſt conſecrationem uero, carnem Chriſti & ſanguinem, quæ benedictio conſecrauit.

Paſchaſ. de hoc ſacramẽto ca. 4. *Auguſt. de cõſ. diſt. 2. c. hoc eſt.*

QVod uero interdum ſcriptura corpus domini poſt cõſecrationẽ panem uocat, more ſuo facit, quæ res quaſlibet uocare ſolet nominibus earum rerũ, ex quibus fiunt, ut quum dicitur homini. Quid ſuperbis terra & cinis? Sic ergo corpus domini panis adhuc uocatur, quia ex pane conficitur, & panis retinet qualitates, intuentiũ oculis adhuc panis apparens. Vel panis dicitur, quod reuera panis animæ ſit & angelorum, uitam æternam mundo miniſtrans.

Cur ſcriptura interdum corpus dñi poſt cõſecrationẽ panẽ uocat. *Pſal. 78.* *Iohan. 6.*

QVod ſi interroges, cur Chriſtus carnem & ſanguinem ſuum his ſpeciebus tecta & operta nobis exhibeat? Reſpondemus, id fieri tum ut fidem tuã exerceat, quæ eſt de his quæ nõ uident, deinde, ne abhorreat animus, q̃ cerneret oculus carnem & cruorem. Deniq; ne ridiculum fiat paganis, q̃ cruorem occiſi hominis bibamus. Amb. lib. 4. de ſacra. Sap. fol. 77.

COnſecratur autem ſub duabus ſpeciebus ſeparatim, tum quod ita inſtituerit Chriſtus, tum etiam quod ita fieri conueniat. nã quum hoc ſacrificium ſit rememoratiuum paſſionis dominicæ, cõuenit, ut ſeparatim panis & ſeparatim calix conſecretur, quoniam & in paſſione ſanguis fuit ſeparatus a corpore, quo etiam ſignificatur Chriſtum uerum & non phantaſticum corpus aſſumpſiſſe. Deinde in duabus ſpeciebus celebratur, ut animæ & carnis ſuſceptio in Chriſto, & utriuſq; liberatio in nobis ſignificetur. Valet enim ad tuitionẽ animæ & corporis, quod percipimus, quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis uero pro anima noſtra offertur, ſicut præfigurauit Moyſes. Caro (inquit) pro corpore ueſtro offertur, ſanguis pro anima. Sub altera tamen ſpecie totus ſumitur Chriſtus, nec plus ſub utraq;, nec minus ſub altera tantũ ſumitur. Nec debent dici duo ſacramenta, ſed unum, quia ſub utraq; ſpecie idem ſumitur, atque eadem eſt ratio (ut ait Hilarius) in corpore Chriſti, quæ in manna præceſſit, de quo dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. Sub panis ergo ſpecie, ex ui (ut uocant) ſacramenti Chriſti corpus continetur. Sanguis uero per concomitantiam contra, ſub ſpecie uini ſanguis Chriſti ex ui continetur ſacramenti, per concomitantiam uero & corpus. Nam hoc corpus manducamus, de quo dixit Chriſtus. Quod pro uobis tradetur. Et hunc ſanguinem bibimus, de quo idem aiebat. Qui pro multis effundetur. At illud corpus uiuum erat, ille itidem ſanguis uitalis. Abſit enim, ut uel in mentem noſtram ſubeat Chriſti corpus poſt reſurrectionem, uel a ſanguine uel ab anima, uel a diuinitate ſeparari, ſiquidẽ Chriſtus ex mortuis reſurgens, amodo non moritur. Nam qui moreretur, q̃ mortẽ moriendo deſtruxit, & Oſee uaticinium conſummauit. Ero mors tua o mors! Et ideo in Epheſino Concilio contra Neſtorium diffinitum eſt, nos uere uiuificatricem, & ipſius uerbi propriã factam carnem percipere. Quæ quum ita ſe habeant, laico moleſtum eſſe non debet, eccleſiæ conſuetudinẽ ac decretum tantiſper ſequi, donec illi aliter uiſum erit, ne de exteriori ſpecie tãtum ſolicitus, uirtutem ſacramenti, hoc eſt, eccleſiæ unitatem, amittat, ne dicamus, rumpat, ſeu diſſipet, quẽadmodum in canonibus Concilii prouincialis admonuimus.

Cur ſeparatim ſub duabus ſpẽbus conſecretur. Amb. ſuper. epiſt. ad Corinth. cap. 11. Roma. 8. 1. Theſſ. 5. Sub altera tm̃ ſpẽ totus Chriſtus ſumitur. Hilarius. de cõſ. diſt. 2. c. Vbi pars ẽ. Exodi. 16. Cyprian. Damaſce. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Roma. 6. Oſee. 13. Ephe. Concilium. Aug. de ſacra. fid.

AQua uero in ſacrificio altaris uino miſcetur, quod patres perhibent fieri exemplo & miniſterio domini, quod etſi in Euangelio non dicatur expreſſim, patrum tamen concors teſtimonium nobis ſatiſfacere debet, maximæ q; illi regionis Iudææ mos ſuffragetur, quum Cyprianus.

Tho. Aquin. ibi non merum,ſed aqua miſtum uinum ex more bibatur. Quamquã magis intuendum myſterium eſt, Nam primum ſignificatur adimple-
Ambro.de ſacramẽ. tio figuræ,quæ in lege præceſſit,de qua dixit Apoſtolus.Bibebant autẽ
I.Corin.10. de conſequenti eos petra Moyſes propheta dei,uirga hoc eſt uerbo dei,
Nume.20. tangit petram,& fluit aqua,& bibit populus dei. Tangit ſacerdos calicem,redundat aqua in calice,ſalit in uitam æternam, & bibit populus dei,qui gratiam conſequutus eſt, Accipite & aliud. Vnus ex militibus
Iohan.19. tempore dominicæ paſſionis (quam repræſentamus in hoc ſacrificio)
Matth.26. lancea latus Chriſti mortui aperuit,& continuo exiuit ſanguis & aqua:
I.Corin.II. aqua,ut emundaret:ſanguis,ut redimeret.Per uinum igitur redemptio,
Cyprianus. ablutio per aquam ſignificatur. Per aquam quoque populi ſignificantur(dicente Iohanne)aquæ multæ populi multi. Quum ergo in calice
Apoca.17. uino aqua miſcetur,ſignificatur,ꝙ Chriſto populus adunatur & credẽ
c.cum omne de cõſ.diſ.2. tium plebs ei in quem credit copulatur.

De ritibus miſſæ. CAeteros ritus miſſæ,in qua hoc ſacramentum conficitur perſequi longum fuerit nec eſt neceſſarium,quum complures libelli extent,
Quid miſſæ vocabulũ ſignificet. qui hos omnes ſigillatim & ex profeſſo explicent. De paucis tantum admonebimus. Miſſa uocabulum eſt ex lingua Hebræa mutuatum.
Liturgia. quo ſignificare uoluerunt patres,quod Græci liturgiam uocant,nos ſacrum miniſterium appellamus. Quæ ſiue ueſtitum,ſiue totam ſacerdotis aliorumqꝫ miniſtrorum actionem ſpectes, nihil aliud eſt quam repræſentatio quædam iucundiſſima myſterii humanitatis,& præſertim
Miſſa ex duabus partib' conſtat. paſſionis Chriſti Nullam enim hic ſpectas cerimoniam(ut interim de reliquis ſileam)otioſam,quæ non ſuam peculiarem uim ſignificandi habeat. Conſtat autem miſſa ex duabus potiſſimum partibus, nempe ex
Auguſt. uerbis domini,quibus corpus & ſanguis eius conficitur, quæ recenſen-
c. Vtrum, de conſe. diſ.2. tur in canone,hanc eſſe potiſſimam miſſæ partem,nemo ambigit. Reliqua omnia alteram partem dicimus,quæ(ut ſupra ex Auguſtino retulimus)nihil aliud continet q̃ laudes,confeſſiones, obſecrationes uel petitiones pro populo,antiſtitibus & regibus longe omnium pientiſſimas, quas eccleſia ſancta dei,exemplo capitis ſui Chriſti huic auguſtiſſimo altaris ſacrificio adhibendas decreuit,idque mirabili quadam per orbem
Auguſt. ad Pauli. terrarum concordia.Nam ſi quid uariat eccleſiæ diuerſæ,in unitate catholica perſeuerantes,id certe parum admodum eſt,quo res ipſa non uariatur.
Matth.26. riatur.Sequuta eſt autem(ut iam diximus)eccleſia dominũ ſuum,quem Matthæus teſtatur,ultimæ cœnæ,in qua corpus & ſanguinem porrexit)hymnum addidiſſe & tandem hymno dicto exiuiſſe in mõtem Oli-
Iohan.16. ueti Iohanes etiam refert, quo pacto pro diſcipulis & pro tota eccleſia per eorum uerbum creditura.potiſſimum pro eius unitate patrem cœ-
Hebræ.5. leſtem orauerit. Porro Paulus Apoſtolus oblationem in cruce factam (quam eccleſia ex domini ſui inſtitutione repræſentare ſtudet)pertractans,de Chriſto ſic ait, Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicatio-

neſq; ad eum,qui poſſit illum ſaluum facere à morte.cum clamore ualido & lachrymis offerens: exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quid uero Chriſtus,& pro quibus orauerit, apud Euangeliſtas in hiſtoria paſſionis uidere eſt. Inſequens igitur eccleſia magiſtrum ſuum, miſſam orditur à pſalmodia Supplicat deinde deo cum glorioſa celebratione ſanctiſſimæ trinitatis in canticis, Kyrieeleeſon, & Gloria in excelſis. Et quoniam conuenimus ad participandum corpus domini, ſi non ſemper ſacramentaliter exteriori participatione, ſaltem ſpiritualiter per fidem. Idcirco eccleſia præparat animos noſtros uiuo uerbo dei, quod partim ex prophetica ſeu apoſtolica,partim ex euangelica lectione deſumit,quibus interſerit cantica quædam laudis.Euangelicæ lectioni annectit ſacroſanctæ fidei noſtræ profeſſionem ſeu confeſſionem. Statim poſt,ſe ad huius myſtici ſacrificii celebrationem accingit,præmiſſo cantico,quod Offertorium appellamus.Subinde ad potiſſimam miſſæ partem(in qua uerbis dominicis corpus & ſanguis domini conſecrantur) progreſſura, accepto in manus pane & calice, gratiarum actionem, quam præfationem dicimus,ſimul & hymnum illum angelicum & plane diuinum, ex Eſaia cap.vi. & Matth.xxi.deſumptum deo concinit, imitata quidem dominum ſuum,nam(ut ait Euangeliſta)ipſe accepto pane,gratias agens,benedixit & fregit.His ergo præmiſſis progreditur ad ſacerrimum canonem, cuius(ut ſæpe diximus) præcipua pars hæc eſt,in qua corpus & ſanguis domini conſecrantur. Interim tamen eccleſia,quia ſacrificium illud in cruce pro uiuis & mortuis in remiſſionem peccatorum oblatum, ex Chriſti inſtitutione recolit,inſequens dominum ſuum,uarias petitiones, preces, ſupplicationesq; ad deum effundit. In primis obſequium ſuum quod ex iuſſu Chriſti obit, acceptum haberi petit.Dein ordine quodam dominum deprecatur. Primum pro unitate ſanctæ ac catholicæ eccleſiæ generatim orat.poſt pro his qui publicam alios regendi ac gubernandi adminiſtrationem ſpiritualem uel ciuilem gerunt, quem deprecandi ordinem ab Apoſtolo accepit, huc cohortante.Obſecro(inquit)primum omnium fieri obſecrationes, orationes.poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus,pro regibus,& omnibus,qui in ſublimitate ſunt conſtituti,ut quietam ac tranquillam uitam agamus in omni pietate & caſtitate. Neq; uero tantum pro ciuili magiſtratu,ſed magis etiã pro eccleſiæ antiſtitibus orandum eſſe, docet idem Paulus Ephe. vi.Coloſſ.iiii.& Luc. Act. xii. Poſt obſecrationem pro antiſtitibus & poteſtatibus, pro quibuſdam etiam ſpecialiter orat,maxime pro his qui circunſtant,fideq; ac pio affectu ſacerdoti in actione communicant.Et quia non dubium eſt,nos curæ eſſe ſanctis qui cum deo uiuunt, illiſq; ſua eſſe merita & preces, quibus pro nobis apud deum ſunt ſoliciti, quemadmodum pro inuicem unius eiuſdemq; corporis ſolicita ſunt membra,orat ſacerdos, ut deus

Lucæ.xxj. Introitus. Cantica. I.Corin.II. Epiſtola. Euangelica lectio. Sym apl'icũ. Confeſſio. Offertorium. Cypr.in oratio. dñicam. Eſaiæ.6. Matth.21. Lucæ.22. Canon ſacroſanctus. Vide Augu. epl'a.59. ad q̃ſt.Paul.in quæſt.5. Auguſt.ad Pauli. Orandum tã pro põt quã regibus. Pro nobis ſoliciti ſunt ſancti,qui apud deum ſunt. I.Corin.II. Quid ſanctis tribuatur.

id precibus ſanctorum concedat, non ut illorum, ſed ſuæ diuinæ protectionis auxilio in omnibus muniamur, idq́ per Chriſtum dñm noſtrũ. Deinde ad conſecrationem corporis & ſanguinis dominici pceſſurus, fidem præambula oratione acuit, qua inter alia oblatioñe ſeruitutis ſuæ atque adeo cunctæ eccleſiæ acceptam haberi, & ut nobis corpus & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, uirtute diuini ſermonis (quem proferet ſacerdos) fiat, precatur. Accepta quidem ſemper eſt patri hoſtia, quam in altari repræſentamus quod ad ſe attinet, ea enim ſola patri complacuit. Sed quod ad nos attinet, oblationem ſeruitutis noſtræ acceptá fieri petimus, ne indigne contrectemus, offeramus ac manducemus, utq́ nobis uirtus paſſionis Chriſti in fide manducantibus applicetur. Sequitur deinde corporis & ſanguinis domini conſecratio, in qua huius ſanctiſſimi ſacramenti inſtitutio, & paſſionis dominicæ uis & efficacia commemorantur ac prædicantur. Quam comitatur oblatio huius ſacrificii repræſentatiua, quod in memoriam Chriſti dñi dei noſtri & tam beatæ paſſionis, necnon ab inferñis reſurrectionis, & in cœlos glorioſæ aſcenſionis, diuinæ maieſtati offerimus de ſuis donis ac datis. Cui annectitur ſupplex deprecatio ad deum, qua petimus, ut participemus corp⁹ & ſanguinem dominicum non ad iudicium ſeu condemnationem, ſed potius ut tali participatione mediante, per Chriſtum dominum noſtrũ, gratia cœleſti repleamur. Deinde cõmendamus dño defunctorum animas, ſed eorum tantum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis. Signa fidei, ſacramenta ſunt & opera Chriſtiano homine digna. Obdormiunt autem in ſomno pacis, qui in pace conſciẽtiæ erga deum cum certa fiducia remiſſionis peccatoꝝ lethalium e uiuis exceſſerunt, certiſſime credentes, ꝙ ſanguis ille ꝓtioſus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatoꝝ, non ſolum ad ſalutem uiuentium, uerũ etiam ad abſolutionem ualeat mortuorum. Quodq́ pietas uiuentium his defunctis proſit, qui quum uiuerent, hæc ſibi, ut poſtea poſſent ꝓdeſſe, meruerunt. Nam ſi hoc ſanctoꝝ cõmunio (quam nos credere profitemur) ſignificat, ꝙ in illo ſanctoꝝ cætu omnia cõmunia ſint, neq́ quicq̃ proprium quenquam habere, omneſque omnium aliorum pias precationes, ac omnia pia opera aliis eiuſdem corporis membris prodeſſe, certe ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur. Eam autem orationem pro defunctis maxime efficacem eẽ, par eſt, quæ ſacrificio altaris coniuncta eſt. Poſt oratioẽm pro defunctis poſtulatur & pro uiuis, de multitudine miſerationum domini, ſperantib⁹ conſortium cum ſanctis, iam cum Chriſto regnantibus, idq́ per eundẽ Chriſtum dominum noſtrum. Qui ſtatim poſt, tanquam dei & hominum mediator, prædicatur omnium horum bonorum author & elargitor, atque huius ſacrificii inſtitutor, confector & applicator. Iam ſacerdos progredi incipit ad participatioẽm diuiniſſimi ſacramenti, ad quã ut recte

Quare ſacerdos petat oblationẽ hanc acceptã haberi.

Matth. 17.
1. Petri. 1.
Hebr. 10.

Annuntiatio mortis dominicæ.

Pro quibus aĩabus corpore abſolutis oretur.

Matth. 7.
Lucæ. 6.
Coloſſ. 1.
1. Petri. 3.

Sanctoꝝ cõmunio quid ſignificet.

2. Macca. 12.

Nobis quoque, &c.

Per quẽ hæc omnia, &c.

1. Timo. 2.

Oremus, præceptis, &c.

ut recte præparemur, hortatur alta uoce omnes ad orationem dominicam dicendam, in qua inter alia panem hunc ſupercœleſtem nobis dari petamus, in cuius calce ſubnectitur oratio, qua ultima dominicæ orationis precatio magis explicatur. Et quia Chriſtus in menſa ſua myſterium unitatis & pacis nobis conſecrauit, ſequitur pacis domini imprecatio. Pax uero domini non quæuis pax eſt, ſed ipſa cordis tranquillitas, quæ ſolis reconciliatis per fidem, ipſa remiſſione peccatorum, contingit. Iam quia remiſſio peccatorum niſi per dei miſericordiam nobis in Chriſto propoſitam (quæ fidei obiectum eſt) omnino haberi non poteſt, idcirco ad agnum illum dei conuertimur, qui ſolus tollit peccata mundi, cuius miſericordiam imploramus, & demum pacem, eam quam diximus, nobis donari petimus. At præter hanc pacem, quam per fidem habemus erga deum, alia quoque domini pax eſt, hominis, uidelicet erga ſeipſum, quæ ex priori proficiſcitur, & per ſpiritum ſanctum mortificantem ſubinde concupiſcentiam noſtram, ne dominetur rurſus peccatum in noſtro mortali corpore, ingeneratur. Denique pax domini eſt charitas fraterna, qua ex animo remittimus proximo, ueramq; & Chriſtianam concordiam cum eo habere per charitatem ſtudemus. Hæc quoque ſimul cum charitate diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Extra hanc triplicem pacem domini, quā ipſe abiens nobis reliquit, ac dedit, non eſt ulla uera pax. Eſaiæ. xlviii. Nō eſt pax impiis, dicit dominus. Triplicem ergo hanc domini pacem ſacerdos petit. Priorem in ſupplicatione ter repetita, quæ incipit, Agnus dei. Alteram in ea, quæ incipit, Domine Ieſu. Tertiam omnes habere iubet, ut apti ſint ſacroſanctis myſteriis Chriſti, ac ſic tandem oſculum pacis ſumit Chriſtianæ charitatis ſymbolum, Frangitur interim hoſtia ſalutaris, quæ quidem fractio in ſpecie tantum panis fit, quæ poſt conſecrationem remanet ſine ſubiecto, Chriſtus uero integer manet & totus in ſingulis particulis. Fit autem hoc in ſigno ſeu ſacramento non ſine inſigni myſterio. ſignificat enim & repræſentat Chriſti paſſionem. Quodq; corpus Chriſti pro multis datum & a multis participandum ſit, quemadmodum diuus Paulus ait. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Per partes itaq; manducatur in ſigno, ſed manet integer totus in ſubſtantia, manet integer totus in corde noſtro. Poſt hæc ſe ad communionem parat, orationes aliquot ad Chriſtum fundens, quibus hoc agit, ut & cordis ad deum excitet affectum, & gratiam digne ſumendi uitæ panem, impetret. Deinde ſumit ſacramētum. poſt ſumptionem iterum orat, ut quod ſumptum eſt corporaliter ſub ſacramento, ſpiritualiter etiam cum participatione uirtutis & effectus ſacramenti (de quo infra latius dicemus) percipiatur. Rurſus ſacra cantio, quod Commune uocamus, ſuccinitur. Sequitur precatio. Poſtremo loco, ſacerdos totum populum uelut in ſuam tutelā receptum, deo be-

Oratio dñica
Matth. 6.
Libera nos q̄ſumus. &c.
Aug. in ſermo ad infā. de ſacra.
Pax dñi quæ & quotuplex
1. Roma. 5.
Roma. 4.
Canticum.
Agnus dei.
Iohan. 1.
Roma. 8.
Roma. 6.
Pſal. 33.
1. Petri. 3.
Roma. 5.
Iohan. 14.
Eſaiæ. 48.
Domine Ieſu, &c.
Tom. 4. Augu. tract. de amic.
Fractio hoſtiæ ſalutaris
1. Corin. 10.
Aug. de conſe. diſ. 2.
Sumptio ſacramenti.
Commune.
Vide Augu. epiſt. 59. ad Paulinum.

nedictione tradit atque commendat. Quæ omnia ſic agit ac precatur
Chriſtus applicat nobis fructum paſſionis ſuæ.
ſacerdos,ut interim nihil ſibi aut ſuis meritis aut operibus tribuat,ſed
cũcta præſtari depoſcat ex diuinæ miſericordiæ magnitudine, per Chri
ſtum dominum noſtrum,per quem ubique optat fructum paſſionis no
bis per fidem applicari, & cætera quæ petuntur,tanquam mediatorem
donari ſeu propinari.

QVid in hoc toto miſſæ contextu non eſt pium,uenerandum ac ſa
croſanctum?Certe omnino fateri neceſſe eſt,in eccleſia uix ullum
Opus miſſæ ꝙ maxie fidẽ exercet & beneficia Chriſti illuſtrat.
opus eſſe,quo fides magis exerceatur,& beneficiũ Chriſti illuſtreť,
quam quod in miſſa peragitur,ſi tamen quod agitur,recte intelligatur,
& pio affectu geratur.In primis ſiquidem hic neceſſe eſt captiuare intel
1 lectum in obſequium Chriſti,ut ſub uiſibilibus ſpeciebus panis & uini,
1.Corin.10. ex omnipotentia uerbi dei contineri credamus uerum corpus & ſangui
nem Chriſti,atque adeo hic nos fallente ſenſu ad firmandum cor ſyncc
Tho.Aqui. in hym. rum,ſola fides ſufficit.Præterea principalis finis inſtitutionis huius ſa
cramenti eſt,ut ſit teſtimonium & quaſi pignus remiſſionis peccatorũ,
2 & futuræ gloriæ nobis per Chriſtum promeritæ. Quum enim Chri
ſtus nobis corpus ſuum impertit,& nos ſibi tanquam membra adiun
git,teſtatur ad nos ſuum beneficium pertinere.ſic enim ait. Qui mandu
Iohan.6. cat carnem meam,& bibit ſanguinem meum,in me manet,& ego in eo.
Ergo quid magis acuit fidem,ꝙ quum hoc ſpectaculum oculis atq; ani
mo obiicitur.Adde miſſam totam hoc ſpectare,ut in ea Chriſti benefi
3 cium annuncietur,prædicetur,illuſtretur,ac modis omnibus honorifi
cetur.Et quis dubitat.Chriſtum per uſum miſſæ,ueluti per inſtrumen
4 tum(ſaltem quum fides his accedit.quæ in ea geri uidemus)conſolari &
5 uiuificare conſcientiam noſtram.Deinde ſi annunciatio & prædicatio
1.Corin.5. mortis dominicæ(in qua potiſſima Euangelii pars conſiſtit)inuocatio,
Pſal.46. gratiarum actio,& confeſſio,præcipua fidei opera ſunt & præcipui cul
tus ac opera deo placentia,atque adeo ſacrificia ſpiritualia nouæ legis,
quibus deus ſibi honorem haberi pronunciat,ipſo teſtante,qui ait Hoc
1.Corin.11. facite in meam commemorationem.Item, Mortem domini annuncia
Pſal.49. bitis donec ueniat.Et pſalm.xlix.Immola deo ſacrificium laudis & red
Ibidem. de altiſſimo uota tua.Et iterum. Inuoca me in die tribulationis & ho
norificabis me,& illic iter,quo oſtendam illi ſalutare dei,Profecto conſe
Actio miſſæ conſtat fidei exercitiis.
quens eſt,miſſam ꝙ maxime opus fidei eſſe & deo placere, quod tota illa
actio conſtet annunciatione dominicæ mortis,inuocatione, petitione,
obſecratione,gratiarum actione, cõfeſſione, & ſimilibus fidei exercitiis,
Eccleſiæ hoſtes canonẽ inſectanť,potiſſimũ propter tria.
quemadmodum ſupra oſtendimus.At eos qui eccleſiam ſanctam dei in
ſectantur,male habet,quod miſſam ſacrificium dicimus, ꝙ defunctorũ
in Chriſto memores ſimus,ꝙ ſanctos in canone(ut dicunt)inuocemus.
Proindeque cæco iudicio canonem, qui tot ſeculis concordi totius ec
cleſiæ conſenſu ſacroſanctus eſt habitus,temere reiiciunt ac aſpernanť.

Cum

Cum quibus non eſt quod contendamus, ꝙ iam ſint proprio iudicio cō demnati, tantum de paucis admonebimus pios, ne illorum uel ſcriptis uel dictis offendantur. Principio igitur hoc cōuenit, miſſam eccleſiæ ſacrificium eē, & ſic appellatam ab omnibus orthodoxis patribus, qui ab ipſis Apoſtolorum temporibus in hæc uſque tempora eccleſiam & uita & doctrina ſua, miraculis etiam comprobata, illuſtrarunt, inter quos ſunt, Ignatius, Clemens, Irenæus apoſtolorum coæui, Cyprianus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Gregorius. Vniuerſalis ergo conſenſus eccleſiæ, omnium temporum teſtimonium eſt omni exceptione maius, miſſam ſacrificium eſſe.

Tit. 3.

Conſenſus vſis eccleſiæ miſſam ſacrificium eſſe teſtatur.

Vide Ire. lib. 4. cōtra hæreſ. ca. 63.

SEd hoc quæritur. Quale nam ſacrificium miſſa ſit? Aduerſarii fingunt, orthodoxos diffiniſſe oblationem in miſſa ſacrificium eſſe, qđ applicatum pro uiuis & pro mortuis, mereatur eis remiſſionem culpæ & pœnæ, & quidem ex opere operato, etſi non accedat fides eorum, qbus applicabitur. Fingunt proinde orthodoxos obſcurare beneficium Chriſti, eoſdemq́ꝫ rurſus crucifigere filium dei, quod oblationi ſemel in cruce factæ ſanctificationem pro peccatis noſtris detrahant, ac miſſæ ſeu ueri us operi illi externo ſacerdotis tribuant. Verum hæ aſpergines aduerſariorum non debent ullum eccleſiæ hominem offendere, quod longe alia orthodoxorum ſemper fuerit & ſit mens ac ſententia, q̃ iſti fingunt. Oēs pii, quotquot ab origine mundi uſque in hanc diem fuerunt, ſpiritu ſancto ſuggerente ac dictante, ſciuerunt, unicum tantum eſſe ſacrificiū propitiatorium ſeu ſatiſfactorium pro peccatis noſtris, immo totius mundi, nimirum Chriſtum dominum, agnum illum immaculatum, pro nobis in cruce immolatum, qui occiſus perhibetur ab origiue mundi. De hoc enim omnis ſcriptura teſtatur, quia agnus eſt qui tollit peccata mūdi, qui occiſus eſt, & redemit nos deo in ſanguine ſuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione. Qui dedit animam ſuam pro delictis, ut uideret ſemen longæuum. De quo quidem ſacrificio, nimirum quo ſeipſum in manifeſtatione corporis ſui Chriſtus ſemel tantum ſeſe deo patri obtulit tota ferme ad Hæbreos epiſtola concionatur: quam eccleſia ſubinde inter miſſarum celebrationem replicat cum Paulo libenter pronuncians. Quod Chriſtus pontifex ille ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cœlis factus, non habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum ſacerdotes ueteris legis) prius pro ſuis delictis hoſtiam offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo. nam ut ſubdit Apoſtolus, Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et paulo poſt. Neque ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit. Item, Chriſtus ſe-

Hoc queritur quale ſit ſacrificiū miſſa. Aduerſarii ortodoxos mendaciis traducunt.

Vnicū tantū propitiatoriū ſacrificiū pro peccatis

Hier. in epi. ad Gala. c. 2.

1. Petri. 1.

Iohan. 1.

Apoca. 5.

Eſaiæ. 53.

Aug. in lib. ſentē. proſp.

Epiſtolæ ad Hebræos ſcopus.

Hebræ. 7.

Hebræ. 9.

Hebræ. 10.

Hebræ. 9.

mel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Item. In qua uolū tate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et poſt pauca, Hic unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum, ſedet in dextera dei. Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Qua ſententia toties repetita, quid aliud uult Apoſtolus, quam ut ſuis Hebræis, legalibus cerimoniis aſſuetis ac deditis, diſcrimē ſacrificiorum ueteris legis & ſacrificii Chriſti oſtendat, utq; illos doceat illa omnia ueluti umbras ac ſigna quædam promiſſionis de Chriſto in hoc uere unico propitiatorio ſacrificio eſſe completa, & proinde ſignati præſentia, penitus ſublata. Hic eſt enim eius epiſtolæ ſcopus.

Diſcrimen ſacrificii veteris & nouæ legis.

Quale ſacrificiū miſſa ſit.

REſtat igitur uidere, quale nam ſacrificium miſſa ſit. In qua re explicanda, ſi paulo diutius immoremur, q̄ Encheridii breuitas patiatur, nemo nobis uitio uerterit, ꝗ operæpretium fore putemus, eam materiam, quæ hoc ſeculo uel maxime ꝯtrouertitur, q̄ fieri poteſt dilucidiſſime tractari, expedirique, quo eorum calumniæ, q ſacratiſſimos iuxta ac uetuſtiſſimos eccleſiæ cultus ac ritus hoſtiliter inſectantur, manifeſte deprehendi poſſint. Tacemus ꝗ ſacrificii rationem ac naturam noſſe & tenere, ad multa alia religioni noſtræ argumenta penitius percipienda q̄ plurimum fecerit. Et ut a ratione uocabuli auſpicemur, nemo grammatices utcunq; peritus ignorat, Sacrificium a uerbo ſacrificare deductū, quod eſt ſacrum facere, ſacrum uero ſignificare, quod deo peculiariter dedicatum eſt: Proindeq; ſacrificium appellari, quod deo, ueluti ei proprie debitum nuncupamus, offerimus, reddimus ac dedicamus. Quod uſqueadeo uerum eſt, ut ne Ethnici quidem cenſuerint ulli alii ſacrificādum, q̄ ei, quem deum aut ſciuerint, aut putauerint, aut finxerint. Qui etiam non ob hoc culpantur ꝗ ſacrificia fecerint, uerum quod hæc non ſecundum inſpirationem atque doctrinam ueri dei, ſed ſecundum adinuentiones proprias, non uero deo, ſed idolis & dæmoniis exhibuerint. Nec dæmonia quidem ſibi ſacrificium fieri expeterent, niſi id ſoli deo uero deberi ſcirent. Falſus enim deus ſic uult honorari ab his, quos decepit, quemadmodum uerus deus honoratur ab his, quibus conſulit. Ergo ad intelligendam ſacrificii rationem, hoc tantum nobis indagandū eſt, quidnam ſit, quod deus ab homine, tanquam ſibi proprie debitum requirat? Et quatenus id deo homo perſoluere potuerit ac poſſit. Qui uel primis religionis noſtræ rudimentis ſunt imbuti, ſciunt. deum non ob ullam indigentiam (ꝗ ipſe ſibi ſummum & perfectiſſimum bonum ſemper fuerit) ſed tantum propter ineffabilem ſuam bonitatem, omnia tam uiſibilia q̄ inuiſibilia omnipotenti uerbo ſuo creaſſe, hominem autem omnium poſtremo, non ut cætera uiſibilia, ſed ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidiſſe, quod non tantum uitam, motum, & ſenſum, ſed & mentem & rationem (in qua diuinitatis ueſtigium relucet) ei indiderit. Dein, ꝗ eundem in paradiſum uoluptatis collocarit, ut opera-

Sacrificium quid ſit.

Aug. cō. aduer. leg. & ꝓphe. lib. 1. capi. 18. tom. 6.

Aug. de ciui. dei. li. 10. c. 4.

Aug. ad Deogras epiſ. 19. q̄ſt. 3. tom. 2.

Li. 10. de trinit. dei. ca. 19

Cur deus hominem condiderit.

Exodi. 3.

Gene. 1.

Pſal. 103.

Iohan. 1.

Coloſſ. 1.

Gene. 1.

Gene. 2.

Pſal. 8.

retur

retur & cuſtodiret illum,ſubiectis ei omnibus,ut eorum dominaretur. Et ne quicquam ei deeſſet,dediſſe deum ei edere ex omni ligno paradiſi, in quo & lignum uitæ conſtituit,ut ex eo ueſcens(modo uellet) uiueret immortalis:quæ omnia oſtendunt deum diuinæ ſuæ bonitatis diuitias,in uno ligno ueluti cumulatas,illuſtrare uoluiſſe.Præterea norunt fideles,deum indicibili pietate,quo ſcilicet non tãtum uti optimus,maximuſque deus reuereretur,coleretúrque,ſed & ut pientiſſimus pater agnoſceretur,paternum quoque officium erga tam mirifice cõditum & tam pulchre condecoratum hominem egiſſe,proindeque ne is male utens libertatis arbitrio(quod ex ſumma libertate creatoris acceperat, quid enim libero arbitrio maius?)grauiter impingeret. adieciſſe etiam mandata & præcepta.oſtendiſſeque illi bonum & malum,ut ſi uoluiſſet mãdatum conſeruare,conſummaretur & in perpetuum fidem placitam cuſtodiret.hoc eſt,deum homini præter collatam arbitrij libertatem.addidiſſe inſuper & gratiam,quam ſi per liberum non deſeruiſſet arbitrium,eadem adiutrice perpetuo bonus,beatuſque eſſe potuiſſet. ſin deſeruiſſet,morte moreretur.ſiquidem hoc erat mandatum uitæ & mortis. Ex omni ligno paradiſi comede,de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.In quacunque enim die comederis ex eo morte morieris.

Gene.2. Au. in Gene. lib.3.ca.15.& ſeq. Aug. de cor. rep.& grat. cap.2. Eccle.15.17. Deut.32. Liber arb. Eccle.15. Aug. de cor. & grat. ca.2. Gene.2.

QVid ergo homo pro tot,tantiſque beneficiis,quæ gratis cõditus, gratis a deo beneficentiſſimo creatore,pientiſſimoque patre acceperat ipſi deo rurſus debebat?Num ut aliquid redderet quod non accepiſſet? Nequaquam. Quis enim prior dedit illi. & retribuetur ei? quod ex ſeipſo,& per ipſum & in ipſo ſint omnia. Sed hoc tantum debebat,ut perpetuo erectus, & eleuatis ſemper oculis mentis in deum, nunquam non intueretur & reſpiceret in creatorem, ad cuius imaginem & ſimilitudinem erat conditus,ut illius omnipotentiam, ſapientiam,ac bonitatem contemplaretur, utque ei,a quo corpus, animam, & mentem,& quid non? dono acceperat,& a cuius uerbo ac nutu omnia pendere cognouerat,ſoli fideret,ſoli crederet,ſoli adhæreret, ſoli obediret,ſolum amaret,ſolum coleret,ſolum prædicaret, laudaret. confiteretur,inuocaret,adoraret,glorificaret,ſolo denique frueretur,in cuius fruitione omnis beatitudo conſiſtit.Hæc ergo erant ſacrificia laudis, quæ deus pro tot,tantiſque beneficiis tantum repoſcebat,idque non propter ſuam indigentiam,ſed magis propter maximam hominis utilitatem quod ſine his beatus eſſe ac permanere non poſſet. Potuiſſetque hæc ſacrificia homo ante lapſum,per adiutorium ſummi dei adiutus mediante libero arbitrio,deo præſtitiſſe,quæ & præſtitiſſet,& præſtãdo immortalis uixiſſet,niſi deſerta ac contempta gratia creatoris, libero arbitrio male utens per præuaricationem mandati in cõminatam mortem miſere collapſus fuiſſet,ipſumque liberum arbitrium in quandam ſeruitutem peccando præcipitaſſet.

Pſal.115. Roma.11. Eccle 17. Coloſſ.1. Aug.de doc. Chriſt.lib.1. Homo creatus ad ſacrificandum deo uiuenti. Aug.lib.10. de ci.dei c.5. Contra ad. uer.leg. & prophe.ca.18. Aug. de cor. & grat.ca.2. Aug.cõ. Fortu. diſputa. In enc.c.105

Ber. de aduē-tu dñi. ſer. 2.
2. Corin. 2.
Gene. 3.

NAm poſtquam ſerpens diabolus Euæ male credulæ (inſigni fraude uſus) perſuaſiſſet, non eſſe deo toto corde credendum, ſed de illius ſummi dei fide (qui ut negare ſeipſum, ita mentiri nequaquam poteſt) addubitandum eſſe. Quod ſuggereret, nequaquam fore, ut comedentes de ligno ſcientiæ mali & boni, iuxta dei uerbum morerentur, ſed potius futurum, ut aperirentur oculi eorum, & eſſent ſicut dii, ſcientes bonum & malum. Atque ſic dementaſſet mulierem, ut æſtimaret, deum hanc arborem contingi non ob id uetuiſſe, quod eis pro ſua paterna pietate, bonitateque optime uoluiſſet, ſed magis quod eius arboris fructum ipſis inuidiſſet, ipſaque mulier ſic dementata, diabolo plus quam deo credidiſſet, deque arbore uetita mãducaſſet, ac uiro ſuo Adæ ex eadem præbuiſſet. Denique ambo mandatum dei uiolaſſent, atque adeo ſacrificia ſoli deo debita, nempe perfectam fidem & abſolutam obedientiam, diabolo potius quam deo uiuo ac uero exhibere maluiſſent, protinus omnia in diuerſum ſunt mutata.

Aug. in Ge. ad lit. li. 8. c. 6
Au. in ench.

Aug. de ciui. dei. l. 14. c. 15
2. Sēt. diſ. 25.
Appetendi vis.
Vide Lact. de ira dei. c. 1
Ratio uitia-ta per pctm.

INtegritas enim omnium humanarum uirium tam corporis quam animi per originale peccatum corrupta & uitiata eſt, in cuius locum flagitioſiſſimi impetus non tantum in corpore, ſed & horribiles peſtes ac uitia in mente ac uoluntate ſucceſſerunt. In homine enim ſunt, ratio ſeu mens quæ iudicat: uoluntas, quæ obtemperat uel repugnat iudicio, imperans uiribus inferioribus. Inferiores uires ſunt, appetitiones ſenſuum ſeu affectus carnales. Statim ergo ut primi parentes noſtri mandatum dei præuaricati ſunt, obſcurata hominis mens eſt & ratio nimirum deo uultum ſuum ſubtrahente, cœpitque protinus humanam mentem occupare dei ignoratio ac dubitatio diffidentiaque de bonitate dei, Sicut deinceps homo ſerpentis aſtu miſere deluſus, putaret non amplius deo, ſed ſibi ipſi ſuiſque propriis uiribus magis fidendum fore, iudicaretque (ſed cæco iudicio) non expectanda poſthac omnia ab offenſo deo, ſed potius ſe ſibi proſpicere oportere. Quæ quidem erga deum infidelitas, ſuique fiducia omnis mali ſeminarium eſt, atque adeo ſolum peccatum, de quo ut mundum argueret miſſus eſt in orbem terrarum ſpiritus ſanctus. Hanc uero peſtem proxime ac neceſſario ſubſequutum eſt odium dei, quæ peſtis uoluntatem uti prior mentem hominis inuaſit. Vbi enim cœperunt primi parentes uacare metu & fiducia dei, conſequens erat, ut non poſſent eum, cui non credebant aut fidebant, amare. quin potius eum ut uindicem & ultorem commiſſi peccati horrebant; a uoce ac uultu eius trementes & fugientes ac abſcondentes ſeſe. In locum ergo amoris dei, amor ſui ſucceſſit, uitium ſane (ut diximus) omnium peſtilentiſſimum; nimirum quod non dei uoluntati, ſed ſuis affectibus plane obſequendum perſuadet, unde inobedientia erga mandatum dei proficiſcitur, atque obedientia erga deum, quam ſolam omni creaturæ rationali ſub deo agenti, uirtutem eſſe, diuus Auguſtinus aſſerere non dubitauit, fugatur.

Bern. in vigilia nati. dñi, ſermo. 5.
Au. de Ver. do. ſer. 40.
Iohan. 16. & ibi vide Auguſt.
Gene. 3.
Amor ſui peſtilētiſſimus.
Aug. de Gen. ad lit. lib. 8. cap. 16.
Pſal. 13.

gatur.

gatur. Denique amiſſa integritate uirium animæ rationalis, amiſſa firma de deo notitia, amiſſis timore & amore dei, factum eſt, ut quum iam homo quodammodo eſſet ſine deo, protinus & neceſſario ſubſequeretur in corpore & uiribus inferioribus inordinata concupiſcentia duas potiſſimum comites ſupra modum uitioſas poſt ſe trahens, timorem ſcilicet & amorem rerum carnalium & externarum. Vbi enim cœpiſſet homo uacare metu dei, uiciſſim cœpit ea tantum timere quæ corpori ac uitæ mortali uidebantur incommoda aut nocitura. Vbi itidem amiſiſſet uerum amorem dei, ea tantum uehementi impetu cœpit concupiſcere, diligere & amplecti, quæ ad uitam corporalem uel conſeruandam uel fouendam, uel delectandam facere uidebantur. Quia tamen uires ſuperiores per peccatum non extinctæ, ſed tantum uitiatæ ac corruptæ erant, remanente ſcilicet ſingulari dei benignitate in natura hominis, iudicio quodam, atque etiam delectu earum rerum, quæ ſunt ſubiectæ rationi ac ſenſui, ineuitabilis conflictus & perpetua quædam lucta in homine ſuborta eſt, qua ratio contra carnales belligeratur affectus, & ſubinde uim ſuſtinens inquietudinẽ carnis perurgente & inuoluntariis motibus fatigata infelicitatis ſuæ deplorat miſeriam. Hanc luctam prima non ſenſit hominis conditio, ſed ſequutum eſt transgreſſorem ſupplicium, & adhæſit īdiuidua pœna peccato. Immutabile enim decretum ab æterna lege exierat, concupiſcentia affligi & morte puniri peccatorem oportere, nec fieri poſſe, q̄n ſtimulus carnis ſine ulla exceptione colaphizaret infirmum, & uſq; ad diſſolutionem mors importuna perſequeret captiuum. Et ut mors carnis, concupiſcentiarum interſecaret ludibria, ſupereſſet tamen poſt mortem carnis, animæ labor, & afflictio ſpiritus, mors illa ſecunda priore multo acerbior ac grauior.

Pſal. 48.
Roma. 5.
Appetendi vis uitiata.
Vires p̄ peccatū nō n extinctæ, ſed uitiatæ.
Gala. 5.
Cyp. de car. di. op. Chri. ſer. de circū.
Aug. de ciui. dei lib. 13. ca. 13. 14. 15.
Cyp. ſerm. de circunci.
Gene. 2. 3.

QVæ omnia quum ſic ſe habeant, & originale peccatum, cum pœna ſua a primis parentibus in totam generis huius ſucceſſionem defluxerit, facile ſane deprehendi poterit, num amodo in noſtra poteſtate fuerit, poſt lapſum primorum parentum & tantos morbos in nos hæreditaria ſucceſſione deriuatos, ea ſacrificia, propter quæ deo optimo, maximo litanda, conditi ſumus reddere ac præſtare. Nam non ſtatim ut conditi ſunt primi parentes, ſed poſteaquam peccarũt, natum eſt de illis genus humanum, ideſt homo de homine, immundus de immundo conceptus ſemine, morboſus de morboſo, obnoxius de debitore, peccator de peccatore, mortalis de mortali, quemadmodum diuus Paulus ait. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Proinde non eſt natura iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum, nimirum quod ex ſe eſt, neq; deo penitus confidentes, neque deum ex omni-

Roma. 5. 7.
In ſola p̄tãte nr̄a nō eſt ſacrificia ſpōſalia deo reddere.
Aug. de Ver. dn̄i ſerm. 31. de ciuita. dei ca. 13. 14.
Roma. 5.
Pſal. 13.
Roma. 3.

bus animæ uiribus amantes, ſed potius pleni terrore mortis, & omnium incommodorum, quæ mortem præcurrunt, pleni itidem malæ ac peſtiferæ concupiſcentiæ, quæ eſt radix omnium malorum & lex illa peccati, qua ſerpens diabolus impios quidem ac iniuſtos ueluti ſua mancipia captiuos detinet, pios uero exercere, affligere, & quantum poteſt, a perfectione boni remorari nunquam ceſſat. atque hæc ita ſe habere non uane opinamur, ſed experientia ipſa (quæ optima rerum magiſtra eſt) edocemur, atque adeo conſcientia, quæ mille teſtes eſt, nobiſque ſemper ſcaturientis intus peccati inſidias exponit, conuincimur, Paulus Apoſtolus clamat. Non quod uolo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Item, Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. nam uelle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Inuenio igitur aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Et iterum. Carne ſeruio legi peccati. Item. Senſus ſeu prudentia carnis mors eſt. legi enim dei non eſt ſubiecta. nec enim poteſt. Quare ſi hæc eſt conditio noſtra, quamdiu ſumus in Adam, ut legi dei perfecte obedire aut diabolum nos in lege peccati captiuantem noſtris tantum uiribus uincere non poſſimus, dein ut faciamus non quæ uolumus, ſed quæ odimus, denique ut uelle nos quod rectum eſt ſentiamus, ſed perficere non poſſumus, ſequitur, quod homo poſt lapſum, niſi redemptus, reſtitutus ac reconciliatus deo, ea ſacrificia non potuerit offerre, ob quæ litanda erat conditus, id eſt, non poterat uere & ex toto corde deo fidere, deum amare, deo adhærere, deo perfecte & abſolute obedire. Quamobrem duplici ratione morti erat obnoxius, tum ob immutabilem diuini iudicii ſententiam, tum quia uim operandi opera uitæ, amiſiſſet, ſeque in captiuitatem diabolicam miſere præcipitaſſet. Ergo alio ſingulari ſacrificio opus erat, quo in primis uinceretur hoſtis diabolus, & placaretur offenſus deus, ut dein a redemptis reconciliatis, uiuificatis, reparatis, ac deo rurſus unitis debita laudis ſacrificia perſolui poſſent. Defecerant enim (ut diximus) ſacrificia laudis poſt lapſum, quod non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et ut Eſaias ait. Facti eramus ut immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ oẽs iuſtitiæ noſtræ. Et ſicut Apoſtolus ait: Eramus omnes natura filii iræ, quibus neceſſarius erat reconciliator, qui hanc iram ſacrificii ſingularis oblatione placaret, idque eo (ut diximus) fine, ut poſtquam fiducia hoſtiæ tam potentis oblatæ agnoſceremus illum ſuſtuliſſe peccata, reconciliaſſe nos deo, reconciliatoſque iam habere pacem erga deum, per eiuſmodi fidem iam mortui peccatis diuini ſpiritus participes efficeremur. Quo ſubinde ſpiritu carnis concupiſcentias mortificante, charitatemq; in cordibus noſtris diffundente, fieret ut deum rurſus ex toto corde diligere & amplecti poſſemus, eodemq; ductore

ac adiutore

Roma. 7. I. Timo. 5. Aug. contra Iul. li. 3. c. ult. Cyp. de car. di. op. chri, ſer. de circũ. Roma. 7. Roma. 8. Hier. in dia. aduer. Pela. Aug. de ſpũ & lit. cap. 36. Aug. de tempo. ſerm. 49. Hila. in pſalmum. 118. Aug. in enche. ca. 30. Idẽ cõ. Fau. Mani. lib. 19. cap. 17. Homo obnoxius erat morti dupli ci ratione. Eccle. 15. Eſaiæ. 64. Ephe. 2. Aug. in enche. ca. 33. Eſaiæ. 53. Iohan. 1. Ephe. 1. 2. Roma. 5. Roma. 6. Roma. 8. Galat. 5. Matth. 5. Ephe. 2.

ac coadiutore ſpiritu ad perfectam obedientiā deo præſtandam totis uiribus accincti, in bonis operibus ambularemus. In quo omnis ratio ſacrificii deo præcipue debiti conſiſtit.

HVnc autem reconciliatorem talem eſſe oportebat, qui quod nos peccati originalis contagione irretiti, facere ex nobis non poteramus, & tamen facere eramus obligati, totum adimpleret ac dei uoluntati omnino ſatisfaceret. Rurſus, qui, quicquid nos traſgreſſionis cauſſa merueramus, nec tamen perferre poteramus, ipſe noſtri cauſſa portaret ac ferret, eiuſcemodique rationibus diaboli tyrannidem iuſto certamine uinceret, ac tātam & talem hoſtiam deo offerret, quæ ad hæc omnia ſufficeret. Quapropter is & deus & homo eſſe debebat. Homo qdem, nam id quod homo facere obſtrictus erat, & quod pati ob peccatum meruerat, alius q̄ homo, perſoluere non poterat. Sed tamen eundē hunc, alia ratione q̄ nos conceptum & natum eſſe oportuit, ne & ipſe reus peccati, pro aliorum peccatis ſatisfacere non poſſet. Vt autem & deus eſſet, multo magis erat neceſſarium. nam alioqui neque diabolum tam potentem ac prudentem tyrannum, neque mortem & infernum, quibus ille tyrannidem in hominem exercebat, & quæ homo peccando meruerat, uincere potuiſſet. Matth.5. Philip.2. Eſaiæ 53. Ephe.2. Coloſſ.2. 1.Petri.2.3.4. Acto.2. Hebræ.2. 1.Petri.2. Pſal.67.88. 1.Reg.2. Oſee.13.

ERgo ne deſperaret homo perditus, optimus ac beneficentiſſimus deus (qui nouit etiā de malis benefacere) miſertus hominis, aliena fraude decepti, ſpem futuræ liberationis, captiuo facturus in hunc modum ſerpentem affatus eſt. Inimicitias (inquit) ponam inter te & mulierem, inter ſemen tuum & ſemen illius, ipſum conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo illius. Ex quibus uerbis, plane conſolatoriis, Adam depoſita diffidentia, de bonitate & miſericordia dei ſpem firmam concepit omnino fore, ut aliquando prodiret ſemen illud benedictum, quod & ſerpentis tyrannidem, hoc eſt peccatum, mortem, & infernum ſuperaret, & hominem ex diabolica captiuitate liberatum, deo rurſus aſſereret, ſed non ſine graui conflictu Vnde, non dubium, ille collegit ac intellexit eā liberationis humani generis rationem fore, ut ſcilicet hoc benedictum ſemen ſe ueluti mediatorem inter deum offenſum & hominem, diaboli captiuum uolens offerret, & ueluti deuouens ſeſe pro nobis omnibus, graues inimicitias hoſtis antiqui ſolus ſuſtineret & quicquid ille nobis ad reſiſtendum impotentibus intentabat, in ſe exciperet, ſuaque tandem inſuperabili uirtute patiendo, deique uoluntatem pleniſſime perficiendo uinceret. idque non ſui, ſed noſtri gratia. quo ſcilicet per hanc ſponta neam uoluntatem, qua dei uoluntati per omnia reſponderet, ſeque pro nobis deuoueret, eum ſpiritum & gratiam nobis impetraret. qua accepta, totos nos deo conſecrare, & ſecundum dei uoluntatem uiuere poſſemus. Aug. de cor. & grat. c.10. Gene.3. Eſaiæ.53. Iohan.10. Philip.2. Coloſſ.2. 1.Petri.2. Hebræ.10. Roma.5. Aug.in Enche.ca.33.

HVius itaque fiduciæ alendæ ac cōfirmandæ cauſſa ſtatim ab ipſis

Aug. cō ad. uer. leg. & p phe. cap. 18. Iohan. 4. Pſal. 49. Auguſt. Hebræ. 11. Oblatio Iſaac typ. chri Hebræ. 11. Cyp. de ratioñ. circūci. Aug. de ciuit. dei ca. 20 Cur deus ſacrificia vete. legis interdū reprobare videatur. Ibidem. I. Petri. I. Iohan. I. Eſaiæ. I. Hebræ. 10. Pſalm. 39. Aug. lib. 10. de ci. dei c. 5.

mundi primordiis,quicunque erant homines pietate erga deum prædi- ti, ſacrificia deo de primogenitis ac ſelectiſſimis animalibus gregum ſuorum faciebant, non quod exiſtimarent deum (qui & ſpiritus eſt, & omnia in manu ac poteſtate ſua habet)ex huiuſmodi pecudum mactatione delectari,ſed potius quod uera illa ſacrificia,quibus deus placare tur ac coleretur. deſignare ſtuderent. In primis ſiquidem hiſce ſacrificiis hoc teſtatum uolebant ut quemadmodum illa animalia immaculata erant a corporum uitiis. ita ſeſe indubitato credere ac ſperare, futurum, ut is immolaretur aliquando pro nobis, qui ſolus immaculatus eſſet a peccatis,quod Paulus ad Hebræos de hoſtia iuſti Abel manifeſte explicat,Et ne dubites, patres ueteris teſtamenti omnes ſuas oblationes ad hunc tantum finem retuliſſe ,exemplo eſt oblatio Iſaac, in quo Abraham benedicti ſeminis repromiſſionem acceperat, quem teſtatur Apoſtolus ipſum Abraham in parabolam accepiſſe,eundemque figuram futuri ſacrificii fuiſſe,atque eadem ex cauſſa, deus poſtea per Moyſen tot ſacrificia inſtituit uidelicet ut hoc unicum & ſingulare ſacrificium per multiplicia ſigna figuraretur,utque res una uariis typis adumbrata. tāquam multis uerbis,quammaxime & ſine faſtidio commendaretur atque in memoriam reconderetur , ꝗ aliter nulli hominum ab exordio mundi ſalus, niſi per huius hoſtiæ fiduciam contingere poſſet. Hæc itaque hoſtia Chriſtus eſt,ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ æterni patris,portans omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens,in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus,ut homo,ut gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. & per mortem deſtrueret eū, qui habebat mortis imperium,ideſt, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant ſeruituti. Quapropter eos qui ſacrificia illa externa alia intentione offerebant uel quod exiſtimarent ſe effuſione pecuini ſanguinis deum placare, uel ea ratione tantum ſe iuſtos eſſe coram deo & non magis reſpiciebant in agnum illum immaculatum Chriſtum ab æterno prædeſtinatum, ad tollendum peccata mundi. Eos inquam deus non ſecus increpat,quam ſi ea ipſa ſacrificia, quæ per Moyſen præcepit, penitus reprobaret, interim ſummo ſerio reuocans ad illius ſignificatæ tantum hoſtiæ agnitionem. Sic enim atteſtante Apoſtolo. Hebræ. x. loquitur Chriſtus ad patrem apud prophetam ſuum Dauid,Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata & pro peccato non poſtulaſti, nō tibi placuerūt,tunc dixi. Ecce uenio. In capite libri ſcriptū eſt de me, ut faciā uoluntatē tuā,&c. Sacrificium (inquit)& oblationē noluiſti.

Nunquid noluit quod inſtituit?ſed ſic noluit quomodo illi offerebāt & quomodo a ſtultis illa uelle credebatur,ueluti ſuæ gratia uoluptatis., Aufert(inquit Apoſtolus)primum,ut ſecundum ſtatuat: primum, hoc eſt, ſacrificia legis,tollit. quod nihil aliud eſſent,quam umbræ, iuſtifica-

tionis

tionis(quod ex ſe erat)expertes,ut ſequens ſtatueret, ſitum in uoluntate CHRISTI, qua ſeipſum pro nobis obtulit. In qua(inquit) uoluntate ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel, quẽadmodum,& Chriſt⁹ apud Iohãnem ait. Pro eis ſanctifico meipſum,ut & ipſi ſanctificati ſint in ueritate. Breuiter,hoc fere tota epiſtola illa ad Hebr. Paulus agit,ut oſtendat,etſi pleraq; fuerint ꝓpitiatoria ſacrificia apud Iudæos,ueluti pro peccato,ꝓ delicto holocauſtũ,idq; ſignificatiue & figuraliter. Vnum tñ reuera ꝓpitiatoriũ ſacrificium eſſe pro peccato,per tot & tam uaria ueteris legis ſacrificia tãtum obumbrata,non exhibita. Quodq; hæc ueteris legis ſacrificia unica Chriſti oblatione facta, penitus ſunt euacuata,quẽadmodũ fieri erat neceſſe. nã quatenus ex ſe erat, non iuſtificabant nec poterant iuxtã conſcientiã perfectũ facere ſeruientem,nihil em̃ ad perfectũ adduxit lex,umbram tm̃ futuroꝝ,non ipſam reꝝ imaginem hñs. Exhibuit,em̃ lex(ut ſubdit Apoſtolus)exẽplaria cœleſtium & ueroꝝ,quæ non potuerunt auferre peccata,ſed Chrs is ẽ (quẽ adumbrabant illa)qui unã pro peccatis offerens hoſtiã,in ſempiternum ſedet in dextera dei,qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Et ut alibi Paulus ait. De peccato dãnauit peccatum,id eſt,peccatum deleuit per hoſtiã pro peccato. nã Hebræi hoſtiam peccatum uocãt,quẽadmodum Latini piaculũ. Ex q̃bus oĩb⁹ conſequens eſt,patres ueteris legis hiſce ſacrificiis in primis hanc unicã pro peccatis hoſtiã Chrm̃ ſignificaſſe,per cuius unius fiduciã quotquot ex illis pii fuerunt,deo reconciliati ac ſaluati ſunt,quẽadmodũ de Abraham ſcriptura meminit,quod uiderit diem Chriſti,& gauiſus ſit.

Hebræ.10. *Iohan.17.* *Scopus ep̃le ad Hebræ.* *Pleraq; propitiatoria ſacrificia apud Iudæos.* *Vmbræ ex ſe non iuſtificabant.* *Heb.9.10.* *Hebræ.7.* *Hebræ.10.* *Sed Chrs adumbratus per legem.* *Roma.8.* *Primo ſacrificium propitiatorium.*

SEcundo,& minus principaliter,hæc ſacrificia ueteris legis deſignabant ſacrificia pietatis noſtræ erga deũ præſtandæ per fidẽ in unicũ illud ſacrificium ꝓpitiatorium,Chrm̃. Eſaias ꝓpheta beneficia p Chrm̃ nobis præſtita,ꝓinde atq; iam exhibita fuiſſent euangelico ſpũ denuncians,teſtaẽ Chrm̃ uoluntarie oblatum,ipſumq; unicam eſſe hoſtiã,per quam accipimus remiſſionẽ peccatoꝝ. Poſuit(inquit) dñs in eo iniquitates omnium nrm̃ &c Et paulo poſt de efficacia & fructu oblationis ſic ait. Si poſuerit pro peccato aĩam ſuam,uidebit ſemen longæuũ,& uoluntas domini in manu eius dirigetur. Quo nihil aliud ſignificat,quam hunc eſſe fructum ſacrificii Chriſti ac dei noſtri, ut quotquot beneficiũ Chriſti ſe pro nobis hoſtiam offerentis,apprehendunt,efficianẽ filii dei, & æſtimentur in ſemine,quod ſcilicet prædeſtinati ſint, conformes fieri imaginis filii dei,ut ſit ipſe primogenitus in multis frãtribus. In quã ſententiã Apoſtolus ait. Non qui filii carnis,hi filii dei,ſed qui filii ſunt promiſſionis,æſtimantur in ſemine quod & aliis uerbis apud Iohãnem ita legimus: Et dedit(inquit)eis poteſtatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius. Itidem Apoſtolus ait. Quod Chriſtus per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ deo,& in ſanguine ſuo emundauit cõ-

Iohan.8. *Secundo ſacrificia pietatis nr̃æ per fidẽ in chrm̃.* *Eſaiæ.53.* *Fructus ſacrificii Chriſti quis.* *Roma.9.*

ſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti. Pa
tres ergo ueteris teſtamenti, quum ſe promiſſionis eſſe filios per fidem
Roma.8. intelligerent, ſpiritui ſeruitutis in timore ualedixerunt, acceptoq; ſpiri
Galat.4. tu adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater, ſumma ope
contenderunt, ut ſe totos per hanc fiduciam deo cōſecrarent, omnemq;
Mich.6. uitam & actionem ſuam ad uoluntatem dei, non ut ſerui, ſed ueluti mo
rigeri filii componerent. reputantes eiuſmodi pietatis erga deum ſtudia
& officia uera eſſe ſacrificia, quæ a reconciliatis filiis pater requireret,
Ephe.2. non quidem ut propitiatoria (nam illud unicum eſt) ſed ut ſacrificia fi
lialis fiduciæ, debitæ obedičtiæ, laudis, & gratiarum actionis, quæ quũ
ex ſolius Chriſti ſacrificio omnem ſuum ualorem mutuentur ac ſor
August. tiantur, atque adeo dona ſint dei, & propemodum non noſtra, ſed Chri
ſti ſacrificia. quæ Chriſtus in membris ſuis per fidem facit ac operatur.
Idcirco hæc etiam per tam uaria ueteris legis ſacrificia, ſed ſecundario
Lib.10. de ci deſignabantur. Quamobrem (ut Auguſtinus ait) omnes eæ res ac ope
uit. dei ca.6. ra, quæ agunt in nobis, ad hoc, ut ſancta pietate deo inhæreamus, eiuſq;
uoluntati obediamus, atque etiam ad eundem finem proximo conſula
Eo.lib. ca.4. mus, uera ſacrificia ſunt, olim adūbrata. Ergo quādo ad illũ ſurſum eſt
1 cor noſtrum, hoc eſt, cum omni cura & cogitatione rerum terreſtrium
abiecta, nos totos ad cogitationem & amorem dei conuertimus, tum
Hebræ.9. cor noſtrum eius altare eſt, ſanguine unigeniti filii dei, ſummi & æterni
2 ſacerdotis, expiatum. Quando uſque ad ſanguinem pro eius ueritate
Roma.5.6. certamus, ei cruentas hoſtias cædimus. Quando per ſpiritum Chriſti
3 nobis impertitum animus noſter peccato moritur, & concupiſcentia
igne charitatis per ſpiritum in nobis diffuſæ exuritur, & ſpes nouæ ui
tæ coram deo gerendæ concipitur, holocauſtum longe gratiſſimũ deo
offerimus. Sic enim Dauid loquitur ad deum. Holocauſtis non delecta
Pſal.50. beris Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humilia
tum deus non deſpicies. Non delectatur holocauſtis, qui non delectatur
de ciu. dei li. ſacrificio trucidati pecoris, ſed uult ſacrificium contriti cordis, nimirũ
10.c.5.4. illo externo ſignificatum. Quando corpus noſtrum per temperantiam
Eo lib. ca.6. caſtigamus, idq; propter deum facimus, ut non exhibeamus membra
Roma.6. noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ, deo hoſtiam uiuam
Roma.12. offerimus, ad quam exhortans Apoſtolus, ait: Obſecro uos fratres per
miſericordiam dei ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuā deo pla
5 centem, rationabile obſequium ueſtrum. Quādo noſipſos totos, ſimul
Lib.10. de ci & dona dei in nobis ipſi deo uouemus & reddimus, ac in eius conſpectu
uit. dei ca.4. pio ſanctoq; amore flagramus, tum ei ſuauiſſimũ incenſum adolemus.
Pſal.115.140 Quando ſolennitatibus, feſtis, & diebus ſtatutis beneficiorum dei dica
6 Pſal.4.49. mus, ſacramuſq; memoriam. immo ſemper quum ex corde deum inuo
7 camus, confitemur & gratiarum actione proſequimur, ei hoſtiam hu
militatis & laudis in ara cordis, igne feruidæ charitatis ſacrificamus,

Quando unius,eiuſdemq; corporis membra nos eſſe in Chriſto agno- I.Corin.II.
ſcimus,doniſq; nobis a deo ſingulis ſecundum menſuram fidei donatis Aug.ibidem
in totius corporis utilitatem utimur,immo quum omnes homines na
tura & origine nobis ſimiles,perinde ac noſipſos cõplectimur, ac in deo
diligimus,hoc omnibus modis ſtudentes,ut illi perinde ac nos in corpo Oia ſacrificia
re & animo ſeruentur,& tandem nobiſcum deo(in quo omnis beatitu- vet.le.ad di-
do conſiſtit) fruantur,magnum ſacrificium eſt. Vnde conſequitur,ut lectionẽ dei
quæcunq; in miniſterio tabernaculi multis modis de ſacrificiis legun- & proximi
tur diuinitus eſſe præcepta,ad dilectionem dei & proximi ſignificãdam referuntur.
referantur.Quod in his duobus præceptis uniuerſa lex pendeat & pro- Matth.zz.
phetæ,quæ intellexiſſe,magnam lucem attulerit in ſcripturarum lectio
ne & ſcrutatione uerſanti.Regum.xv.legimus: Nunquid uult deus ho-
locauſta & uictimas,& non potius ut obediatur uoci domini? Melior Pſal.4.
eſt enim obedientia q̃ uictima & auſcultare magis q̃ offerre adipẽ arie-
tum.Dauid diuinus ille Pſaltes ad uerum ſacrificium cohortans,ſic ait: Pſal.15.
Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ,& ſperate in domino.Et in alio loco:Cõ
ſerua(inquit)me domine, non quia multam pecudum uictimam occi- Pſal.49.
di,ſed quia ſperaui in te,quoniam beneficiorum meorum non eges.Et
iterum alibi:Si eſuriero(inquit deus)non dicam tibi.meus eſt enim or-
bis terræ & plenitudo eius? Nunquid manducabo carnes taurorum & Aug.de ciui
ſanguinem hircorum potabo?quaſi diceret.utiq;,ſi hic quærerem, non ta.dei cap.5.
a te peterẽ quæ habeo in poteſtate,ſed ut intelligas quid illa ſignificent,
& quid requiram.Immola(inquit)deo ſacrificium laudis & redde altiſ- Pſal.49.
ſimo uota tua.Et:Inuoca me in die tribulationis,& eripiam te,& hono
rificabis me.Sacrificium laudis honorificabit me,& illic iter,quo oſten
dam illi ſalutare dei.Item:Quid retribuam domino pro omnibus quæ Pſal.115.
retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam,& nomen domini inuoca-
bo.Vota mea domino reddam corã omni populo eius. Apud Michæã Mich.6.
prophetam ſic legis:Quid dignũ offeram domino,curuabo genu deo
excelſo? Nunquid offeram ei holocauſtomata & uitulos anniculos?
Nunquid placari poteſt dominus in millibus arietũ, aut in multis mil-
libus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro
ſcelere meo,fructum uentris mei pro peccato animæ meæ?Indicabo ti-
bi o homo quid ſit bonum,& quid dominus requirat a te. Vtiq; facere Eſaiæ.I.
iudicium,& diligere miſericordiam & ſolicitũ ambulare cum deo tuo.
Eſaias plane reiicit ſacrificium externum,ſine pietate & bono motu cor
dis oblatum: Ne offeratis (inquit) ultra ſacrificium fruſtra.incenſum
abhominatio eſt mihi &c.ſed lauamini,& mundi eſtote,auferte malum
cogitationum ueſtrarum ab oculis meis.quieſcite agere peruerſe. diſci-
te benefacere.Quærite iudicium,& ſubuenite oppreſſo, iudicate pupil-
lo,defendite uiduam,& uenite & arguite me, dicit dñs. At qd tã multis
opus?quum Chriſtus ueriſſimus ille interpres legis & prophetarũ,apud

Matthæum phariſaicam increpans hypocriſim, Oſeam citans, clamet: Euntes autem diſcite, quid eſt, Miſericordiam uolo & non ſacrificium: Et illius uas electum Paulus in epiſtola ad Hebræos, quum demõſtraſſet unicum illud propitiatorium ſacrificiũ, ferme in calce epiſtolæ, nos etiam noſtri ſacrificii admonet quod in Chriſto oblatum tantum ualet. Per ipſum (inquit) offeramus hoſtiã laudis ſemper deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ etiam & cõmunicationis nolite obliuiſci. talibus enim hoſtiis promeretur deus.

Hypocriſis Iudaica. Matth.9.12. Oſee.6. Hebræ.13.

QVum igitur quicquid ſinguli per Chriſtum redempti, deo dedicamus ac conſecramus, quicquid ſic operamur, ut ad deum referamus, utq; illi inhæreamus, uerum ſacrificium ſit, proindeq; & animus deo mãcipat⁹, & corpus mũdo mortuũ, ac in ſeruitutẽ dei redactũ, & totus inſuper homo dei nomini conſecratus & deo deuotus, inquantum mundo moritur & deo uiuit: Et demum, omnia pietatis ac miſericordiæ opera, recte ſacrificia apellentur, ac deo per Chriſtum in nobis operantem offerri recte dicantur, profecto efficitur, ut tota ipſa redempta ciuitas, hoc eſt, congregatio, ſocietaſq; ſanctorum, uelut uniuerſale ſacrificium offeratur deo per eundem illum ſacerdotem magnum, qui prius ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis, ut tanti capitis corpus eſſemus ſecũdum formam ſerui. hanc enim obtulit, in hac oblatus eſt, quia ſecundũ hanc mediator eſt, in hac ſacerdos, in hac ſacrificiũ eſt.

Tota congregatio pctõr per Chrm patri offertur. Aug. de ciuit. dei lib.19. cap.6. & 10.

IAm ex his oĩbus facile erit ad intelligentiã eius penetrare, quale nam miſſa ſacrificiũ ſit, modo diligenter intueamur qd in miſſa tractetur & agat. Liquet enim ex ſuperioribus, duplex eſſe ſacrificiũ. Quoddã propitiatorium, quod oblatũ pro remiſſione peccatorum iram dei placat, & deo nos reconciliat. Aliud uero ſacrificiũ laudis, gratiarũ actionis & obedientiæ, quã deo ueluti honorẽ & ſeruitutem ei proprie debitos reddimus. Itidem, quia hoc ſacrificiũ laudis poſt Adæ lapſum & naturæ corruptionem defecerat, conſtat propitiatorium ſacrificiũ idcirco initio promiſſum, & demum in Chriſto exhibitum eſſe, ut euchariſticũ iſtud inſtauraret. Nam ut Apoſtolus ait: Sanguis Chriſti, qui per ſpiritũ ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundauit conſcientiam noſtrã ab operibus mortuis, (Ecce ſacrificiũ propitiatoriũ) cuius uim & efficiẽtiã ne ignorares, ſtatim addidit, ad ſeruiendũ deo uiuenti. Ecce inſtaurationẽ ſacrificii euchariſtici. Vñ ꝯſequẽs eſt, hæc ſacrificia ſic cohærere, ut poſteri⁹ nõ ſit ſine priore, ſed pri⁹ poſterioris cã & baſis ſit.

Epilogus. Duplex ſacrificium. Hebræ.9.

Rurſus liquet, ſacrificiũ propitiatoriũ, aliud dici propitiatoriũ ſignificatione, qualia fuerunt illa ueteris teſtamenti pro peccato, pro delicto holocauſtũ uictima, aliud autẽ reipſa uerum, & per illas ueteris legis hoſtias ſignificatum. Deinde manifeſtũ eſt, in omni ſacrificio duo eſſe, quæ ſunt, res oblata & ipſa oblatio. Oĩs põtifex (ut ait Apoſtolus) ex hoĩbus aſſumptus, pro hoĩbus conſtituitur in his, quæ ſunt ad deum, ut offerat

In omni ſacrificio duo. Gene.22. Hebræ.5.

dona & ſacrificia pro peccatis,dona quæ offeruntur,ſacrificia appellás. Quæ omnia diligenter intueńti,facile erit(ut diximus)ad intelligentiā eius peruenire,quale nam ſacrificium in miſſa ſit & peragatur, ſi tamen diligenter reſpiciamus,quid in miſſá tractetur & agatur.

IN miſſa itaq; duo ſunt,res oblata,ipſa item oblatio. Rurſus,res oblata duplex eſt.uidelicet corpus Chriſti uerum,& corpus Chriſti myſticum.Si ad corpus Chriſti uerum,quod uirtute omnipotētis uerbi dei in ſacroſancta Euchariſtia continetur,reſpicimus,quis negat hoc corpus ſacrificium propitiatorium recte dici poſſe,non ratione oblationis, quam ſacerdos facit,ſed ratione eius oblationis,quæ ſemel præteriit facta in cruce,cuius uirtus perpetuo durat,eiuſdem ſemper potētiæ & efficaciæ. Proinde ſancti patres non ſunt ueriti,corpus & ſanguiné Chriſti in altari præſentia,pretium pro peccatis totius mundi, pretium noſtrum,pretium redemptionis noſtræ,& uictimam ſalutarem appellare, quia ſcilicet conſecratione uerbi cœleſtis hoc corpus manducamus, in quo tanta perpeſſus eſt,& bibimus ſanguinem, quem fudit, quo & redempti & uiuificati ſumus: hoc enim accipimus in ſpecie panis,quod pependit in cruce,& hoc accipimus in calice,quod effuſum eſt de latere Chriſti,Quæ digne ſumentibus,in remiſſionem peccatorum,& in uitā æternam,& in cuſtodiam animæ & corporis fiunt. atq; hæc eſt hoſtia illa pura & incruenta,quam ab ortu uſq; ad occaſum ipſi offerri, dominus per prophetam conteſtatur, corpus uidelicet & ſanguis Chriſti in ſtabilimentum animæ noſtræ & corporis inconſumptum & incorruptum,omnis nocumenti reparatio,omnis ſordis purgatio. Panis enim iſte ſubſtantialis,& calix benedictionis ſolenni benedictione ſacratus, ad totius hominis uitam proficit,ſimul medicamentum & holocauſtū, ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates exiſtens. Hoc eſt ſacrificium illud ſingulare,omnes excedens uictimas,hoc poculum,quod ipſe Chriſtus pincerna nobis porrexit,tantæ uirtutis, ut omnipotentis aſperſione animam muniat.& ſanet quicquid carni uel ſpiritui ueteris uitæ adlinierat corruptela.Et licet ſecundum hác rationem corpus domini in altari non omnino proprie dicatur ſacrificium,ſed magis ſacramentum,ſeu res ſacramenti.quod ſacramentum & ſacrificiū eo differre uideantur,ut ſacramentum ſit ſacroſanctū ſignum,per quod deus nobis aliquid exhibet.Sacrificium uero,quod nos deo reddimus. Attamē (ut diximus)patres non dubitarunt,hoc Chriſti corpus in altari ſacrificium & ſalutarem uictimam appellare,non ratione ſacrificii, quod eſt ſitum in actione ſacerdotis,ſeu miſſæ communicantium, aut eccleſiæ, ſed ratione ſacrificii,quod in cruce oblatum eſt ſemel, in quo Chriſtus ſacerdos eſt ipſe,& oblatio in ſempiternum potens,Eo enim ꝙ manet in æternum,ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuū poteſt accedentes per ipſum ad deum,ſemper uiuens ad interpellan-

In miſſa res oblata duplex.
Vide Tho. Aqui.parte 3.q̄ſt.73.
1.Iohan.1.2.
Hebræ.7.
Cypria.
Aug.ad gloriuṁ epi.162.
Au.hom.33.
Cyp.ad cæcil.epiſt.3.
Amb.de my. ad neophyt.
Aug.in ſer. ad neophyt.
Damaſ.li.4. cap.14.
Malach.1.
Cypr.de cœna domini.
Cyp.ibidem
Sacramentū
Sacrificium.
Aug.de ci. ui.dei li.10.
Ad Hebr.7.

1. Iohan. 2.

dum pro nobis, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi, perpes utique ſacrificium & ſemper permanens holocauſtum. Secundum quam quidem rationem in hoc ſacramento nihil proprium eſt ſacerdotis, ſed totum agit Chriſtus, qui uſque hodie hoc ueraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & pie ſumētibus diuidit. Et eatenus credere debemus omnes quemadmodum apud diuū Chryſoſtomum eſt. quod etiam nunc illa cœna celebratur, in qua Chriſtus ipſe recumbebat. Nihil quippe intereſt inter illam & hanc. non enim hæc ab homine, illa ab ipſo conficitur. Proindeque, ut ſubdit, quando ſacerdotem corpus tibi præbere uideris, noli ſacerdotis, ſed Chriſti manum ad te porrigi arbitrari. Nam (ut paulo poſt ait) carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit. Immolatio ſeu ipſa oblatio, per quā Chriſtus in mortali corpore, factus obediens uſque ad mortem, in cruce ſeipſum obtulit. Ea inquam oblatio tranſiit non reiterabilis, ſed uictima ipſa immolata, illiuſque uirtus eiuſdem ſemper efficaciæ in perpetuum manet. Neque enim ſacerdotii Chriſti uti ſacerdotii Aaron pœnituit deum, quoniam ſacrificium quod in cruce Chriſtus obtulit, ſic in beneplacito dei conſtat acceptabile, & perpetua uirtute conſiſtit, ut non minus hodie in conſpectu patris oblatio illa ſit efficax, q̄ eo die, qua de ſaucio latere ſanguis & aqua exiuit. ſemper enim reſeruatæ in corpore plagæ, ſalutis humanæ exigunt pretium, & obedientiæ donatiuum requirunt. Ex quibus perſpicuum euadit, quemadmodum corpus Chriſti uerum ſit ac dicatur res oblata in miſſa. De corpore Chriſti myſtico poſt dicemus.

Cypria. de cœna dñi. Chry hom. 51. in Matth. cap. 14.

Hoc celebratur in eccl'ia, quod Chriſt' geſſit cœna

Philip. 2.

Cyp. de baptiſ. Chriſti.

IAm de ipſa oblatione, quæ in miſſa fit, ideſt, de opere ſacrificantium uidēdum eſt, ubi iterum ad duo reſpicere oportet, nempe ad cerimoniam exteriorem. Et id quod intus agitur per fidem, cerimoniam ſeu actionem exteriorem, ſacramentalem oblationem uocamus, quam orthodoxi abſq; ſpirituali oblatione, ideſt, ſine fide & bono motu cordis, ex ſolo opere operato nobis proficere aut utilem eſſe negant. tātum abeſt ut illi tribuant meritum remiſſionis peccatorum pro uiuis & ꝓ mortuis non participantibus Chriſti meritum per fidem. Quanquam hic animaduertendum eſt, orthodoxos quum quid tribuunt operi operato in hoc ſacrificio, nō intelligere ꝑ opus operatū cerimoniam exteriorē ſine fide quod faciunt aduerſarii. ſed potius ueritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, quæ non in merito ſacerdotis, ſed in uerbo conficitur creatoris. In quam ſententiam Innocentius tertius dixit. Non ſacerdotis iniquitas effectum impedit ſacramēti, ſicut nec infirmitas medici uirtutem medicinæ corrumpit. Quamuis igitur (ut ſubiicit) opus operans aliquando ſit imundum. ſemper tamen opus operatū eſt mūdum, non quidem ut pariter dignis & indignis, ſed tantum ut digne ſumen-

In miſſa oblatio duplex

Opus operatum quid veteribus.

Inno. 3. lib. 3. de ſacro altaris myſt. c. 5.
1. Corint. 11.
Tit. 1.

ſumentibus,ad ſalutem proficiat.Nam ut omnia ſunt munda mundis, ſic omnia ſunt immunda immundis. Conuenit ergo orthodoxis cum aduerſariis cultum noui teſtamenti ſpiritualem eſſe,qui non aliter q̃ ſpiritu & ueritate, hoc eſt, uero cordis affectu perficitur,quemadmodum Chriſtus ait. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate. Interim tamen(ut iam diximus)non detrahunt orthodoxi ſacramento corporis & ſanguinis dominici ueritatem,& ſi malus ſit ſacerdos conſecrans,ſi tamen conſecrare intendat,& uerbis Chriſti ſacramentum conficiat. Aliud eſt enim conficere corpus Chriſti,quod facit ſacerdos Chriſti uice,Chriſti uerba pronuntians: aliud uero offerre deo Chriſti corpus uerum uel myſticum,quod nemo utiliter facit, niſi accedat uera fides & bonus motus,uel offerentis,uel eius pro quo fit oblatio. Itaq; ſancti patres utranq; oblationem ſacramentalem, ſcilicet & ſpirituale iungunt,ac pronuntiant eandẽ oblationem ſpiritualẽ cũ externo opere cõiunctã in miſſa,eccleſiæ ſacrificiũ eſſe deo placens ſuper oĩa ueteris legis ſacrificia.Sed quale nã ſacrificium ea oblatio ſit,explicandũ eſt.

Iohan.4.

Aliud eſt cõficere, aliud eſt offerre corpus Chri

Eccleſiæ ſacrificium.

Res in hoc ſacramento oblatæ duæ ſunt,ut prædiximus,nẽpe corpus Chriſti uerum cum ſuis meritis,& corpus Chriſti myſticum cum ſuis donis a deo acceptis.Quatenus ergo eccleſia uerum corpus & uerum ſanguinẽ Chr̃i,deo patri offert,ſacrificiũ mere repræſentatiuum eſt eius,quod in cruce ſemel eſt peractum. Quatenus uero ſeipſam(quæ eſt corpus Chriſti myſticum)per Chriſtum offert,ſeq; ac ſua omnia per Chriſtum deo dedicat,uerum,ſed ſpirituale ſacrificium eſt,hoc eſt,ſacrificium euchariſticum,laudis,gratiarum actionis,& deo proprie debitæ obedientiæ,Sed dices? Qui fit,ut uerum corpus Chriſti in altari iterum offeratur,quum Apoſtolus dicat: Quod Chriſtus una oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos? Quis hanc eccleſiæ tribuit poteſtatem? Reſpondemus: Chriſtus in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione membrorum ſuorum, ſemetipſum ſemel in mortali carne in mortem obtulit,ut mortem deſtrueret,& uitam nobis reſurgendo repararet.Sed nihilo ſecius eccleſia eum quotidie offert, non in mortem, q; Chriſtus ſemel reſurgens ex mortuis,iam non moriatur, ſed in mortis ſuæ recordationem,ut fructu paſſionis ac mortis eius repleatur,idq; ſecundum ipſius Chriſti doctrinam & inſtitutionem:dicẽtis,Hæc quotieſcunq; feceritis,in mei memoriam facietis.Nam ut diuus Irenæus,uetuſtiſſimus ille eccleſiæ doctor inquit:Chriſtus panem accipiens & gratias agens,dixit:Hoc eſt corpus meum Et calicem ſimiliter, qui ex eadẽ creatura eſt,quæ ſecundum nos eſt,ſuum ſanguinem confeſſus eſt,& noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam eccleſia ab Apoſtolis accipiens,in uniuerſo mundo offerri deo,de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit.Non eſt mihi uoluntas in uobis,dicit dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus ueſtris:

Ephe.5.

Hebræ.10.

Aug.in lib. de trini.item in ſen.Proſ.

Roma.6.

Sacrificium miſſæ ex inſtitutione Chriſti.

I.Corin.11.

Irenæ.lib.4. cap.32.

Matth.26.

I.Corin.11.

Malach.1.

quoniam ab ortu ſolis uſque ad occaſum nomen meum glorificatur inter gentes,& in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum,quoniam magnum eſt nomē meum in gentibus, dicit dominus omnipotens,Hæc ille.Dum enim non habemus quod illi dignū offerre ualeamus pro omnibus quæ retribuit nobis, calicem ſalutaris accipimus,id eſt,paſſionem eius,repræſentantes deo patri opus noſtræ redemptionis,ut illius ſacrificii ſemel in cruce pro nobis oblati, & noſtra commemoratione refricati,participes facti,maneamus & uiuamus in ipſo,per ipſum.Paſſio enim domini eſt(ut inquit Cyprianus) ſacrificium quod offerimus,id eſt,quod offerendo repræſentamus, memores illius unici & ſummi ſacrificii & ſanctæ immolationis in cruce factæ. Immolatur ergo Chriſtus in altari,ſed ſacramentaliter & myſtice,quia in ſacramento recordatio illius fit, quod factum eſt ſemel; Non toties (quod dictu abominabile eſt) occiditur Chriſtus, ſed repræſentatur quod olim factum eſt,ne beneficii in nos collati obliuiſcamur, ſed potius hoc ſacramento ſic excitemur ac moneamur,tanquam uideamus dominum pendentem in cruce.Itaq; immolatio,quæ manibus ſacerdotis fit,Chriſti paſſio uocatur,non rei ueritate,ſed ſignificandi myſterio, nec hac immolatione magis quam eſu corporis dominici occiditur Chriſtus Non occiditur(inquit Auguſtinus)Chriſtus,ut manducetur, ſed mortuos uiuificat, quando manducatur, reficit, non deficit,uiuit manducatus,quia ſurrexit occiſus,per partes manducatur,& manet integer totus,per partes manducatur in ſacramento,& manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo .Atque alibi idem beatus pater eorum quæ diximus ſummam ita perſtringit. Nullatenus (inquit)dubites,ipſum unigenitum deum, uerbum carnem factum,ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis, cui cum patre & ſpiritu ſancto,a patriarchis,prophetis & ſacerdotibus tempore ueteris teſtamenti animalia ſacrificabantur,& cui nunc,id eſt, tempore noui teſtamenti,cum patre & ſpiritu ſancto(cum quibus eſt illi una diuinitas)ſacrificium panis & uini in fide & charitate, ſancta eccleſia catholica per uniuerſum orbem terræ offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Chriſti,quam pro peccatis noſtris ipſe ſine peccato fuerat oblaturus,& ſanguinis quem erat eſfuſurus in remiſſionē peccatorum noſtrorum. In iſto autem ſacrificio gratiarum actio atq; commemoratio eſt carnis Chriſti,quam pro nobis obtulit,& ſanguinis,quem pro nobis idem deus fudit. In illis ſacrificiis quid nobis eſſet donandum figurate ſignificatur. In hoc autem ſacrificio quid nobis condonatum ſit,euidenter oſtenditur. In illis ſacrificiis pronuntiabatur filius dei pro impiis occidendus. In hoc autem pro impiis annuntiatur occiſus. Quæ omnia latius idem ipſe Auguſtinus in pſal.xxxvii,& contra Fauſtum Manich.lib.xix,eleganter admodum

Pſal.115.

Cypria.ad Cæcil.

Chrs in altari ſacramētaliter immolatur.

proſequitur. Et in pſal. lxxix. Semel (inquit) Chriſtus pro nobis immolatus eſt, Sed quum meminimus ꝙ ad nos uenerit, & quid nobis donauerit, nempe remiſſionem omnium peccatorum, idq; credimus. tum ex ipſa memoria quotidie nobis ſic immolatur, quaſi quotidie nos innouet, qui prima ſua gratia in baptiſmo innouauit. Quod & alibi breuius dixit. Tunc (inquit) cuiq; occiditur, quum credit occiſum. Atq; hanc ſacrificii noſtri ratione, diuus Chryſoſtomus in epiſtolam ad Hebræos pulcherrime deſcripſit. In Chriſto (inquit) ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutē potens. Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius. & una eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodo una eſt & non multæ? nempe quia ſemel oblata eſt illa, illata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius. idipſum enim ſemper offerimus. Sed ne ex his uerbis lector, dubitationem aliquam conciperet de ueritate corporis domini, in Euchariſtia (quam idem Chryſoſtomus ubiq; grauiſſime aſſerit) ſtatim ſubiecit. Nec nunc quidem alium agnum, cras autē alium, ſed ſemper eundem ipſum. Proinde unum eſt hoc ſacrificium. alioqui hac ratione, quia in multis locis offertur, multi Chriſti eſſent? Nequaquā, ſed unus ubiq; eſt Chrs, qui & hic plenus eſt, & illic plenus, unum corpus. Sicut enim qui ubique offertur, unum corpus eſt, & non multa corpora: ita etiam & unum ſacrificium. Pontifex autem noſter ille eſt, qui hoſtiā mundantem nos obtulit. illam offerimus, etiā nunc quæ tunc oblata fuit, quæ conſumi non poteſt. hoc autem, quod nos facimus nunc in commemorationem fit eius. quod factum eſt tunc. Hoc enim (inquit) facite in meam cōmemorationem. Hæc ille. Quibus uerbis quid aliud inculcat beatus ille pater, quam ꝙ in hoc ſacrificio ex parte rei oblatæ ſit uerum corpus Chriſti, quum dicat, unum ubique eſſe Chriſtum, & hic plenum, & illic plenum, & utrobique unum corpus. Sed quod ad oblationem noſtram attinet, eam eſſe exemplar illius in cruce factæ, hoc eſt ſacrificium repræſentatiuum?

Chryſo. homilia. 17. ad Hebræ.

Corin. 11.

Neque mirabere nos, uerum Chriſti corpus in recordationem deo offerre audere. Nam quum deus Chriſtum nobis donauerit, quēadmodum ſcriptum eſt. Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, utiq; propterea nobis donatus eſt, ut hunc iræ dei tanquam reconciliatorem noſtrum opponamus, & diffiſi de noſtris uiribus, hanc potentiſſimam uictimam patri repræſentemus. Quum defecerit (inquit Bernardus) uirtus mea, non conturbor, nō diffido, ſcio qd faciam, Calicem ſalutaris accipiam. Et alibi. Totū quod dare poſſum, miſerum corpus iſtud eſt. Id ſi minus eſt, addo & corpus ipſius, nam illud de meo eſt, & meum eſt. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt mihi, de te dn̄e ſuppleo quod minus habeo in me. O dulciſſima reconciliatio, o ſatisfactio ſuauiſſima. Hæc ille. Nemo uel primis rudi-

Vnde nobis ptās ſit, vnā chri corpus in recordationem offerendi.

Iohan. 3.

Roma. 8.

Bern̄. in Cantic. ſermo. 11.

Pſal. 115.

In ſerm. 1. de Epiph. dn̄i.

Eſaiæ. 9.

1.Iohan.2. mentis Chriſtianiſmi imbutus ignorat. Non eſſe aliam ſatisfactionem pro peccatis, q̃ quæ facta eſt in cruce, eandemq; non tãtum pro noſtris, ſed & pro totius mundi peccatis ſufficientiſſimam eſſe, nullaq; ſuppletione egere, neque requiri ullam aliam hoſtiam, aut ullum aliud meritum, per quæ ex impiis efficiamur iuſti, & reconciliemur deo patri, q; non ſit aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Interim tamen omnes ſcire debent, neminem huius hoſtiæ participem fieri, niſi tantum credentem & obtemperantem Euangelio Chriſti, quemadmodum Iohannes ait. Filium ſuum unigenitum dedit deus, ut omnes qui credunt in illum, non pereant. Quum ergo in miſſa propemodum totius Euangelii ſumma, fide recenſeatur, uidelicet q; Chriſtus traditus ſit pro nobis in remiſſionem peccatorum, idque ea fide, qua confidimus nobis pœnitentibus per hanc hoſtiam, nempe Chriſtum pro nobis oblatum, remitti peccata. Quis non uidet deum per talem fidem (quæ in huius repræſentatiuĩ ſacrificii celebratione, atque adeo eiuſdem corporis pro nobis paſſi manducatione uel maxime exercetur) beneficium Chriſti dilectiſſimi filii ſui, ſuis fidelibus applicare? Nec enim hanc applicationem ſacerdoti, ſed deo tribuimus, non operi noſtro, ſed dei beneficio, quod tamen non aliter q̃ uoluntatis noſtræ aſſenſu per fidem accipimus. Idq; etiam ut poſſimus, is facit, qui dat uelle & perficere pro ſua bona uoluntate.

Iohan.3.

Sũma euãgelii recenſetur in miſſa.

App'icatio bñficii Chri

Philip.2.

Sacrificiũ altaris cæteris longe pſtat.

IAm uide, quanto interuallo hoc ſacroſanctum altaris ſacrificium cũ fide coniunctum, cætera ſacrificia noſtra (quæ tantum interna ſeu ſpiritualia dicimus, qualia ſunt omnia opera noſtra bona, in fide facta) præcellat, atque a deo cætera omnia roboret ac confirmet. In huius (inquit Cyprianus) ueraciſſimi & ſanctiſſimi corporis præſentia, non ſuper uacue mendicant lachrymæ ueniam, nec unquam patitur contriti cordis holocauſtum repulſam. Quoties ergo te in conſpectu domini uideo ſuſpirantem, ſpiritum ſanctum non dubito aſpirantem, quum intueor flentem, ſentio ignoſcentem. Et paulo poſt. Hierarcha pius quem ſpiritus ſanctus compungit, excitat, inhabitat & ſanctificat, eleuatione manuum crucis myſterium repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia. Hæc ille.

Cyp. de cœna domini.

Eleuatio manuũ in miſſa

HAbes itaq; nunc explicatum ſatis, quo pacto altaris ſacrificium ex parte corporis Chriſti ueri in ſacramento oblati, repræſentatiuum ſit, ſupereſt ut exponamus, quatenus miſſa, non tantum repræſentatiuũ, ſed præſens etiam ac uerum, ſed ſpirituale ſacrificium ſit, cæteris omnibus ſacrificiis ſpiritualibus uniuerſalius & excellentius. Sacerdos qui ſacrificat, non ſuam, ſed in primis Chriſti, deinde totius eccleſiæ perſonam gerit, miniſterioque publico fungitur. Iam quum eccleſia Chriſti ſit corpus, dicente Paulo. Sicut enim in uno corpore multa membra habem⁹, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habẽtes dona ſecundũ

Cypria. ad Cæcil.

Ephe. 5.

na ſecundum gratiam quæ data eſt nobis. Idcirco eccleſia per ſacerdotem, uti publicum miniſtrum, Chriſti corpus in miſſa offerens, non tantum hoc agit ut corpus Chriſti uerũ, illiuſq; paſſionem, quæ præteriit, deo repreſentet, ſed & ſeipſam q̃ Chriſti capitis myſticum corpus eſt, per Chriſtum offerat. Hoc (inquit Auguſtinus) ſacrificium Chriſtianorum eſt. Multi unum corpus ſumus in Chriſto, quod ſacramento altaris fidelibus uoto frequentat eccleſia, ubi ei demonſtratur, quod in ea oblatione quam offert, ipſa offeratur. Quemadmodum enim Chriſtus nos omnes in cruce portabat, qui & peccata noſtra portabat, & quemadmodum ille totius eccleſiæ cauſam gerebat, eandem in ſeipſo deo patri offerens, ſic eccleſia tantam oblationem, tantumq; beneficium pia deuotione recolens, non ſeſe diuidit, ſed omnium membrorum ſuorum curam gerens, & pro uiuis & mortuis (quos una eademq; fides colligauit) deprecatur, ſeq; totam per Chriſtum deo uiuo uiciſſim dedicat ac conſecrat.

Aug. de ciui. dei cap. 10. lib. 10. Ephe. 1. 5. Lib. 10. ca. 6. 1. Corith. 10. Cyp. ad cæcil. epi. 3. li. 2. 1. Petri. 2. Auguſt. in Pſal. 21. Oblatio corporis Chriſti myſtici.

Atque hic uide, q̃ nihil eorum ſpiritualium ſacrificiorum (per quæ fit ut immobiles inhæreamus deo) prætermittat. In miſſa primas partes tenet fides, hoc eſt, fiducia remiſſionis peccatorum per Chriſtum, quæ utiq; ſacrificium illud eſt iuſtitiæ, de quo propheta dixit: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in domino. Deinde cum hac fide neceſſario coniuncta eſt gratiarum actio pro illo ſummo beneficio & nobis & uniuerſæ eccleſiæ collato, propter quam reuerenda & ſalutaria iſta myſteria, Euchariſtia appellantur, ſunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputq; diuinæ erga nos charitatis oſtendunt, noſq; faciunt debitas deo gratias ſemper exoluere. Et qui fieri poteſt, ut non accendamur mira quadam charitate erga deum tantorum beneficiorum recordatione? Erga proximos quoq;, cum quibus intelligimus, unum nos eſſe corpus in Chriſto, ut quemadmodum Chriſtus nobis ſe totum donauit, ita nos quoque utilitati proximorum totos expendamus. Vnus panis (ut Apoſtolus ait) unum corpus multi ſumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. Myſterium enim pacis & unitatis noſtræ Chriſtus in ſua menſa conſecrauit, adeo ut qui accipit myſterium unitatis & non ſeruat uinculum pacis, non myſterium accipiat pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe. Rurſus in hoc ſacrificio fideles ſe totos deo conſecrant, animus peccato moritur, cor ſurſum ad deum erigitur, totumq; ad cogitationem & amorem dei tam beneficentiſſimi conuertitur, atque adeo anima, propter quam Chriſtus immolatus eſt, reconciliatione per Chriſtum accepta, ac ſanctificata deo offertur, ut deinceps homo cum Paulo glorietur & lætetur, dicens: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus. Corpus denique & quicquid ſumus in hoc ſacrificio, deo conſecratur. Nam qui Chriſti corpus mãducat, quid aliud proteſtatur, q̃ ſe in Chriſto manere & illum manentem in ſe habe-

Fides cũ ſpe coniuncta. Pſal. 4. Chryſoſt. in Matth. ca. 8. homil. 16. Charitas. 1. Corin. 10. Aug. in ſer. ad infan. ad alta. de ſacto. Cyp. de cœna domini. Chryſ. to. 1. hom. 51.

re? Qui ſanguinem bibit, quid conteſtatur aliud, q̃ ſe libenter etiam ſanguinem, ſi res ita poſtulet, fuſurum pro Chriſto qui non tãtum pro eo ſanguinem fundere, ſed & eundem ſanguinem ſuum illi in potũ propinare non dubitauit.

Præſtãtia huius ſacri.

QVam eximium ergo ſit miſſæ ſacrificium, modo ſecũdum Chriſti inſtitutionem & exemplum pie celebretur, quis nõ uidet? Hic eſt præſens illa uictima, quæ ſemel in cruce oblata, nos reconciliauit deo. Hic eadem illa uictima per manum dei a reconciliatis accepta, rurſus myſtice in recordationem & gratiarum actionem immolatur ac repræſentatur deo. Hic eccleſia (quæ corpus eſt Chriſti myſticum) ſe totam deo conſecrat, adeo ut Cyprianus tale ſacrificium uerum & plenum ſacrificium non dubitauerit appellare. Diligẽter ergo hæc omnia nobis intuentibus, nihil uel abſurdi uel ſcrupuloſi in toto miſſæ contextu occurret, ſed omnia (præſertim quæ Canon complectitur) pietatis pleniſſima ac plane reuerenda (ut ſunt) uidebuntur. Aut enim eccleſia reſpicit ad corpus & ſanguinem Chriſti, pro ſe in cruce oblata, & ui omnipotentis uerbi in altari præſentia, & non ueretur hæc appellare hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum uitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ, Aut ad oblationem repræſentatiuam & commemoratiuam paſſionis ſeu corporis Chriſti, ueri (quæ fide miſericordiam per Chriſtum apprehendẽte, & redemptionem, quæ eſt in Chriſto, deo patri opponente) peragitur, & non dubitat hoc ſacrificium laudis offerre pro ſe, ſuiſq; omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, nimirum ſpem ſalutis & incolumitatis, ac redemptionem animarum, debita laude & gratiarum actione deo accepta referens, petitq; ut hanc oblationem ſeruitutis ſuæ deus placatus accipiat, dieſq; noſtros in ſua pace diſponat, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum ſuorum grege iubeat numerari, non quidem ex meritis noſtris, aut ex dignitate noſtræ ſeruitutis, ſed per Chriſtum dominum noſtrum Et ne ulla cauillandi occaſio æmulis relinquatur, Canon toties ſeipſum declarat, ut plane calumniari & eccleſiam mendacio traducere conuincantur, qui aſſerunt orthodoxos iterum offerre Chriſtum pro peccato, iterumq; crucifigere filium dei ueluti non ſuffecerit oblatio in cruce ſemel peracta. Nõ enim eccleſia Chriſtum ad eum modũ, quo ſemel in cruce oblatus eſt, offert, nec oblationi ſuæ ſeruitutis, remiſſionem peccatorum aſcribit, nec hác applicat ut opus meritorium remiſſionis culpæ & pœnæ, ſed aperte, idq; non ſemel pronuntiat, ſe hanc oblationem offerre in memoriam paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde, inquit, memores domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta Chriſti filii tui domini noſtri tá beatæ paſſionis necnõ & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis offerimus præclaræ maieſtati.

Ephe.5.

Cypria. ad Cæcil.

Pia & germana Canonis expoſitio.

Canon vindicaſ ab aduerſariis.

Eccleſia non rurſus crucifigit filiũ dei.

Oblatio cõmemoratia.

Canon.

tuæ de tuis donis ac datis hoſtiam puram,&c. cui ſanè hoſtiæ, non ſuo operi operato (ut uocant) uitæ æternæ & ſalutis perpetuæ efficaciam tribuit. Ergo non ſuam oblationem applicat, ſed fructum oblationis Chriſti, quam recolendo rememorat, per fidem ſibi applicari petit. Deniq; quatenus eccleſia ſeipſam deo conſecrat & per Chriſtum hoſtiam laudis & gratiarum actionis breuiter fidei, ſpei & charitatis offert, reddit uota ſua æterno deo, uiuo & uero.

NE uero cum aduerſariis dicas, ſacerdotem, eccleſiæ perſonam gerentem, non poſſe hoc ſacrificium laudis pro aliis offerre, ſeu pro aliis gratias agere. Audi quod ſupra relatum Paulus ad Timotheum habet: Obſecro (inquit) primum omnium fieri obſecrationes orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c. Quē locum beatus Auguſtinus ad Paulinum explicans: In his (inquit) uerbis, eligo hoc eligere, quod omnis, uel pene omnis frequentat eccleſia, ut obſecrationes ſeu precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud quod eſt in domini menſa, incipiat benedici, Orationes, quum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum cōminuitur. Græcus enim textus habet, προσευχάς, id eſt, orationes quas facimus ad uotum. Vouentur autem omnia, quæcunq; offerūtur deo, maxime ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum aliud uotum maximum, quo nos uouimus in Chriſto eſſe manſuros utiq; in compage corporis Chriſti. Ideo (inquit Auguſtinus) in huius ſanctificationis & diſtributionis præparatione exiſtimo Apoſtolum iuſſiſſe proprie fieri προσευχάς, id eſt, orationes. Poſtulationes uero ſiue interpellationes (ut ſubiicit) fiunt, quum populus benedicitur. Tunc enim antiſtites uelut aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſime offerunt poteſtati. Quibus peractis, & participato tanto ſacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quæ ob eā cauſam ſe dixiſſe Auguſtinus affirmat, ne putaretur negligendum eſſe quod ſequitur in Apoſtoli uerbis, nempe pro omnibus hominibus, pro regibus, & his qui in ſublimitate ſunt, ut tranquillam & quietam uitam agamus in omni pietate & caſtitate, ne quiſquam (ſicut ſe habet humanæ cogitationis infirmitas) exiſtimaret, non iſta facienda pro his, a quibus perſequutionem patiebatur eccleſia, quum membra Chriſti ex omni eſſent hominum genere colligenda. Ideo enim adiungit Apoſtolus: Hoc bonum & acceptum eſt coram ſaluatore noſtro deo, qui omnes homines uult ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et ne quiſquam diceret, poſſe eſſe ſalutis uiam in bona conuerſatione & unius dei omnipotentis cultu ſine participatione corporis & ſanguinis Chriſti, idcirco (eodem Auguſtino teſte) Apoſtolus ſubiecit: Vnus enim deus & unus mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, ut illud quod dixerat, nullo alio modo intelligatur præſtari, niſi per mediato-

Sacrificium laudis pro aliis offerri pōt.

1. Timo. 2 Auguſt. ad Paulinum.

Poſtulatioñ.

Gratiarum actiones.

Non relinquitur uia ſalutis, niſi in cōmunione eccleſiæ.

Iohan.I. rem hominem Chriſtum Ieſum, quum uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Hæc ille.

QVid potuit uir ille ſanctus fortius pro miſſa atq; adeo ipſo Canone dicere? qui ex Apoſtolo Paulo, & celebrationis & deprecationis, quæ in miſſa fit, ordinem oſtendit, ac palam diffinit hoc ſacrificium. quod in miſſa per obſecrationes: orationes, poſtulationes & gratiarum actiones fit, pro tota eccleſia offerri oportere, atq; adeo etiã pro his, a quibus eccleſia perſequutionem patitur. In quam ſententiam Tertullianus (qui ſub impio Imperatore uiuebat) dixit: Sacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed deo noſtro & ipſius, Sed quomodo præcepit deus, pura prece. Nec hic aliquid duri aut ſcrupuloſi occurrit, ſi oblationum ſpecies teneamus, & ſingula ſingulis referamus Hoc enim (ut idem toties repetamus) omnis plane fatetur eccleſia, ꝙ remiſſio peccatorum ſeu iuſtificatio ſoli oblationi, quæ in cruce facta eſt, tribuatur. Hæc enim ſola eſt pretium pro peccatis noſtris, immo totius mundi, quæ in adultis tantum his applicatur qui eandem propria fide percipiunt. Abſit enim ut operi noſtro hoc tribuamus, ut ex dignitate ſua, ſeu ex opere operato aliis, etiam iniuſtis, impœnitentibus & non reſipiſcentibus, remiſſionem peccatorum (theſaurum illum plane diuinum) mereatur. Nã quantum ad iuſtificationem attinet, omnino uerum eſt, ꝙ iuſtus ex fide ſua uiuet, nihilo ſecius tamẽ, qa ſumus eiuſdẽ corporis membra. ueriſſimum eſt, ꝙ omnia opera noſtra bona, quæ per fidem fiunt, impetrent multa communia bona, atque adeo in hoc fidelium cœtu omnia eſſe communia, neque quicquam proprium quenquam habere, ſed omnia pia opera, non tantum facienti, ſed & aliis credẽtibus prodeſſe, eoſdemq; defendere ac confirmare, quemadmodum in expoſitione ſymboli in articulum de communione ſanctorum diximus. Quanquam oratio (quam ſcriptura etiam inter ſacrificia ſpiritualia recenſet, Pſalm̃.cxl. Apocalyp.viii.) hoc peculiare habet, ꝙ non tantum pro nobis nec pro credentibus tantum, ſed & pro iniuſtis fiat, non ſuæ dignitati, ſed dei mandato, promiſſioni eius ac miſericordiæ tota innitens: Vide uero quam diligenter in miſſa proprietas iſta ſeruetur. In miſſa eſt ſacrificium commemoratiuum paſſionis, gratiarum actionis, piorum uotorum ac precum. Pro tota enim eccleſia, ſecundum Chriſti inſtitutum, precatur ſacerdos, ut eam deus pacificet, cuſtodiat, adiuuet ac regat. Pro poteſtatibus quoque & iis qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ſecundum Apoſtoli præceptum, orat. Inſuper pro quibuſdam ſpeciatim, & ſubinde pro omnibus circunſtantibus hoc ſacrificium laudis offert, ſed pro his tantum, quorum deo fides cognita eſt & nota deuotio, qui & ipſi offerunt hoc ſacrificium laudis pro redemptione animarum ſuarum, hoc eſt. qui per fidem recolunt ſe per Chriſti paſſionem, quæ hic repræſentatur, redemptos eſſe, debitas pro tanto beneficio gratias & laudes agentes

Marginalia: Tertullianus. — Peccatorũ remiſſio ſoli oblationi in cruce factæ debetur. — Abacuc.2. Roma.I. Roma.11. — Communio ſanctorum. — Pſal.140. Apoca.8. Num.11.16. Matth.6. Lucæ.6.13. Act.7.12.27. — offerre pro redemptione aiarũ quid.

agentes. Quid enim eſt aliud offerre ſacrificium laudis, quam laudem dicere & gratias agere?

De ſanctorum commemoratione in miſſa quam miſſæ ratio requirit.

SEd adhuc male habet aduerſarios, quod in miſſa ſanctos (ut dicunt) inuocemus. Quanquam ſi totum miſſæ, & in primis Canonis contextum intueamur, inueniemus in miſſa, omnes, ſicu pene omnes orationes ac preces ad ſolum deum patrem dirigi, qui inuocatur per filium, paucas tantum ad filium, nullas ad ſanctorum aliquem. ut uel hinc deprehendatur, quo affectu illi ad mordendum Canonem accedant, ſed de inuocatione ſanctorum ſuo loco dicemus. In præſentia oſtendere ſuffecerit, nos id facere in miſſa, quod miſſæ ratio requirit. Miſſa non ſingulare, ſed totius eccleſiæ ſacrificium eſt, in cuius oblatione, eccleſia Chriſti, oblationem repræſentat, & corpus capitis oblationem imitatur. At ſancti, nobiliſſima eccleſiæ membra ſunt, quos pater cœleſtis filios agnoſcit ac honorat, filius fratres & cohæredes, ſpiritus ſanctus templa ſua uocat. Deinde, licet ſolus Chriſtus factus ſit nobis a deo ſapientia, iuſtificatio, ſanctificatio, & redemptio, atque ſolus, qui potuit & debuit nos liberare a peccato, morte & diaboli poteſtate, reconciliare nos deo, & dare nobis uitam æternam, tamen præter hæc gratuita ſaluatoris beneficia & diuina opera, quæ ſoli Chriſto tribuuntur, nemo ignorat (quod nec aduerſarii negare poſſunt) ſanctis ſua eſſe merita, quæ tamen etiam dei ſunt dona. Hæc, non dubium eſt, uiuis eccleſiæ membris communicari. alioqui quid eſt quod profitemur in ſymbolo, nos credere ſanctorum communionem. Denique quis dubitat, ſanctos miro deſiderio deſiderare accelerationem penitentiæ & ſalutis noſtræ, eoſdemque ſedulo pro nobis orare? Nam ſi angeli, qui non communicauerunt carni & ſanguini de ſalute noſtra quammaxime ſunt ſoliciti. Lucæ. xv. Sancti pro nobis orare non ceſſant, Zachariæ. i. quanto magis ſancti pro nobis ſoliciti ſunt eiuſdem corporis membra? Si glorificatur (inquit Apoſtolus) unum membrum, congaudent omnia membra, & ſi patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Nouerunt illi periculum noſtrum, figmentum noſtrum, ignorantiam noſtram, fragilitatem noſtram, nouerunt aduerſariorum dolos, impetus & inſultus. In eadem tentatione fuerunt, eoſdem ſuperarunt conflictus, eoſdem laqueos euaſerunt, & didicerunt ex his, quæ paſſi ſunt, compaſſionem. Nec eſt quod de eorum pia erga nos ſolicitudine dubitemus, quandoquidem non ſunt conſummandi ſine nobis. ſed expectant nos, donec in nouiſſimo die omnia ſimul, in uirum perfectum, cum ſuo capite membra concurrant, & laudetur, cum hæreditate ſua Chriſtus Ieſus in ſecula benedictus.

Iohan. I. Iohan. 15. Matth. 28. 1 Roma. 8. 1. Cor. 6. 1. Corin. 1. Cyp. ſerm. 5. de lapſis. Eccle. 16. Lucæ. 15. zacha. 1. Corinth. 12. Bern. in ſer. vlti. in feſto oium ſanct. Hebræ. 11.

MErito ergo eccleſia in eo uotiuo ſacrificio, quo uouet ſe in Chriſto manſuram (utique in compage corporis Chriſti) piis uotis ſanctis communicat, merito memoriam eorum, quos honorat deus, ueneratur, uel ob id, ut per eorum memoriam, fidem in Chriſtum confir-

Auguſt. ad Paulinum. Iohan. 12.

Iacob.1.5. met,ſpem æternæ ſalutis roboret,& charitatem accendat; nimirũ quũ
recogitat illos olim homines ſimiles nobis non eſſe amiſſos, ſed præ-
Iohan.6. miſſos ad uitam uenturi ſeculi, ac aliquando fore, ut & nos qui fratres
Cyp.ſerm.de mortal. & conciues ſanctorum & domeſtici dei ſumus, ſuperſtructi ſuper fun-
damentum apoſtolorum & prophetarum ſummo angulari lapide,ipſo
Ephe.2. Ieſu Chriſto,eos ſequamur,& erepti ex hoc ſeculo nequam,cum ipſis in
tuto collocemur.Merito deniq; eccleſia in celebratione tanti ſacramen
Canon. ti precatur,ut deus meritis precibuſq; ſanctorum ſuorum concedat, ut
in omnibus diuinæ protectionis auxilio muniamur,idq; per Chriſtum
dominum noſtrum.Quid enim euidentius huius diuiniſſimi ſacramẽ-
ti participatione ſignificatur ac promittitur, q̃ nos in Chriſti & om-
nium ſanctorum ſuorum conſortium recipi, ut non temere patres hoc
Cur communio dicatur. ſacramentum Communionem uocauerint, q qui hoc ſacramento di-
gne communicat,certus ſit ſe in Chriſti corpore eſſe,& ſanctorum om-
nium(qui eiuſdem corporis membra ſunt)meritis ac precibus adiuua-
Ephe.1. ri,defendi,ac confirmari.Ergo ſynaxeos ratio omnino requirit,ut eccle
ſia militans huius ſanctæ communionis (quæ piis hominibus inæſti-
mabilis theſaurus eſt)ad altare domini recordetur, pioq; deſiderio ma-
gis fidem ſuam(quæ de hac communione eſt)exerceat,q̃ ſanctos, alio-
qui ſemper pro nobis apud deum ſolicitos excitet. Nec poteſt uideri re-
cens,quod & eccleſia ueteris legis obſeruaſſe legitur.Sic Moyſes pro po-
Exodi 32. pulo qui uitulum conflatilem adorauerat,intercedens,inter orandum,
Danie.3. patrum memoriã recolit:Recordare(inquit)Abraham,Iſaac, & Iacob
Cyp.lib.epi. ſeruorum tuorum.Tres item pueri Hebræi in fornace ſuccenſa ſic oraſ-
Ro.1.epiſt.6. ſe leguntur: Ne auferas a nobis miſericordiam tuam domine deus no-
ſter, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Ia-
cob ſanctum tuum. Certe Cyprianus, uetus ille ac uere pius eccleſiæ
doctor teſtatur, in eccleſia ſolitas celebrari oblationes & ſacrificia ob
commemorationes martyrum,qui ad immortalitatem,glorioſæ mor-
tis exitu tranſierunt. Et Auguſtinus contra Fauſtum Manich.lib.xx.
Aug. contra Fau.Mani. cap.xxi.Populus(inquit)Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſo
lennitate concelebrat,& ad excitandam imitationem, & ut meritis eo-
lib.20.ca.21. rum conſocietur,atq; orationibꝰ adiuuetur:ita tamẽ ut nulli martyrũ,
ſed ipſi deo martyrum,quamuis in memorias martyrum, cõſtituamus
Aug.lib.3.cõtra epiſt.Pelag.ad Bonifa.ca.8. altaria.Et ut alibi ait: Non conſtituimus eiſdem martyribus templa,
ſacerdotia,ſacra,& ſacrificia,quoniam non ipſi, ſed deus eorum, nobis
eſt deus.Honoramus ſane memorias eorum,tanquam ſanctorum ho-
minum dei,qui uſq; ad mortem ſuorum corporum, pro ueritate certa-
runt,ut innoteſceret uera religio falſis religionibus uictis atq; cõuictis.
Quis autem audiuit aliquando fidelium,ſtãtem ſacerdotem ad altare.
etiam ſuper ſanctũ corpus martyris,ad dei honorem cultumq; conſtru
ctum,dicere in præcibus,Offero tibi ſacrificium Petre uel Paule uel Cy-

priane,quum apud eorum memorias offeratur deo, qui eos & homines & martyres fecit,& ſanctis ſuis angelis cœleſti honore ſociauit ut ea celebritate,& deo uero de illorum uictoriis gratias agamus,& nos ad imitationem talium coronarũ atq; palmarũ, eodem inuocato in auxiliũ, ex eorũ memoriæ recordatione adhortemur. Quæcunq; igit adhibent religioſorũ obſequia in martyrũ locis, ad ornaméta ſunt memoriarũ, non ſacra ſunt uel ſacrificia mortuorum tanquam deorũ. Hæc ille.

Ergo non adoramus ſanctos,non facimus eos mediatores,non ſeruimus illis cultu,qui latria nũcupatur, quod hæc ſoli deo ac Chriſto debeantur,ſed ad altare Chriſti(cuius ipſi ſancti membra ſunt) eos ut domeſticos dei amicos,ac pios & ſedulos apud deum pro nobis interpellatores agnoſcimus,ipſorumq; meritis(quæ & dei dona ſunt)per fidé participes fieri petimus.Nec hoc ſentimus,ſanctorum preces(quibus adiuuari petimus)ipſorum meritis inniti,ſed potius Chriſti,cui iam ueluti incorporati exiſtunt.Neq; ignoramus,ſanctos omnes, ſiue ab illo antiquo Abel uſq; ad Iohannem Baptiſtá,ſiue ab ipſis apoſtolis uſq; ad hoc tempus,& deinceps uſq; ad terminum ſeculi,in domino tantum eſſe laudandos,non in ſeipſis:quia illorũ uox eſt:Gratia dei ſum id quod ſum, & ad omnes pertinet,ut qui gloriatur,in domino glorietur.

Latria ſoli deo debetur

Ephe.2.

1.Corinth. 4.

Ephe.2.

Ephe.4.

1.Corinth.15.

2.Corinth.10.

PORro quum ſynaxeos ratio requirat, ſanctorum cõmemorationé in miſſa fieri,quanto magis par eſt,ut & defunctorũ in Chriſto ad tanti ſacrificii oblationem memores ſimus.Opponimus autem his qui hanc inſtitutionem ueluti ignotam ueteri eccleſiæ calumniantur, uniuerſalem conſenſum eccleſiæ omnium téporum,quæ euidens plane teſtimonium eſt,ꝙ hæc ordinatio ſit apoſtolica.Beatus Auguſtinus,in libro quem de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum perſcripſit:Vacare(inquit)non poteſt quod uniuerſa pro defunctis eccleſia ſupplicare cõſueuit,& ex Macabæis locum citat,quo oſtendit oblatum pro mortuis ſacrificium. Nec hoc contentus Auguſtinus, adiecit:Sed etſi nuſquam (inquit)in ſcripturis ueteribus omnino legeretur,non parua hac cõſuetudine claret authoritas,ubi in præcibus ſacerdotis(quæ domino deo ad eius altare funduntur)locum ſuum habet etiam cõmemoratio animarum,& non multo poſt, cap.iiii.Non ſunt(inquit)prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum,quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumq; ſub generali cõmemoratione ſuſcepit eccleſia,ut quibus ad iſta deſunt parentes,aut filii,aut quicunq; cognati uel amici,ab una eis exhibeatur matre communi. Quin capite ultimo, ſatis indicat quenque diligentius hæc facere pro neceſſariis ſuis,deinde generatim pro omnibus.Itidem Chryſoſtomus hunc ritum orandi quotidie in ſacrificio laudis (quod iuge uocant)pro defunctis in eccleſia græca ſemper fuiſſe, eundemq; apoſtolicæ traditionis eſſe,aſſerere non dubitauit. Quibus lu-

Ratio miſſæ requirit cõmemorationé defunctorũ in Chro.

Aug. de cura pro mortuis gerend.

2.Macha.12.

Commendatio mortuorum.

Ibidé cap.4.

Ibidé ca. ult.

Chryſ. to.4. homil.69.

Io. Damaſc. in ſermo.

hannes Damaſcenus in ſermone de his qui in fide hinc migrarunt, ſubſcribens ait: Apoſtoli diſcipuli ſaluatoris in tremendis, uitalibusq; ſacramentis, memoriá eorú qui fideliter obdormierút, habendá eſſe dixerút. Et hanc receptá & generalé catholicæ eccleſiæ obſeruationé fuiſſe toto ſermone cõfirmat. Si quis ex uetuſtioribus plures deſideret, poſt Dionyſium teſtis eſt Tertul. oblationes pro defunctis eccleſiá annua die facere.

Diony. ca. 7. cœl. hierar. Ter. ad vxo. Cypr. li. i. epiſt. 9. Græ. Nyſſæ. Baſil. li. q̃ſt. ad Antioch.

Teſtis Cyprianus lib. i. epiſt. ix. Teſtis Gregorius Nazianzenus theologus ad Cæſarium fratrem de matre ſua, Gregorius item Nyſſænus, Baſilius lib. quæſt. ad Antiochum principem, quæſt. xxxiiii. docet, ſanctorum animas ſentire beneficia, quum ſuper illis fiunt conuentus & per actiones bonorum. Nam ſi non aliquo (inquit) beneficio participarent, non fieret in cura & exequiis commemoratio. Ambroſius in epiſtola ad Fauſtinú, ob Germanæ obitum dolentem: Ego eam (inquit) non tam deplorandam, ĝ orationibus proſequendam reor, non mœſtificandam lachrymis tuis, ſed magis oblationibus animam eius domino commédandam arbitror.

Ambro. ad Fauſtinum.

Rurſus de obitu Theodoſii Imperatoris: Dilexi (inquit) uirum, & præſumo de domino ꝙ ſuſcipiat uocem orationis meæ, qua proſequor animam piam, da requiem ſeruo tuo Theodoſio, illo cõuertatur anima eius unde deſcendit, ubi mortis aculeum ſentire nõ poſſit, ubi cognoſcat morté hanc non hominis finé eſſe ſed culpæ.

Idẽ de obitu Theodo.

Au. in ench. Lib. retract. cap. 63. Ad dulcidũ. Lib. de cura pro mor. ge.

SEd ut ad Auguſtinum reuertamur, hic in Enchiridio ad Laurétiú (in quo opuſculo beatus ille pater exiſtimat ſe diligenter eſſe complexum, quomodo ſit colendus deus) præterea Dulcitii quæſtionibus reſpondens, denique in eo, quem citauimus libro, de cura pro mortuis agenda, hanc rem non obiter, ſed ex profeſſo tractans, ex catholica & orthodoxa traditione diffinit triplicem eſſe dum in hoc corpore uiuitur, uiuendi modum. Vnum tam bonum, ut hæc poſt mortem non requirat, in quo Apoſtoli & ſancti dei martyres, quum hinc decederent, inuenti ſunt. Alterum tam malum, ut ei non proſint iſta poſt mortem, qualis eſt eorum, qui etſi Chriſti lauacro in eccleſia baptizaſti, nec ab ea ullo ſchiſmate uel hæreſi præciſi ſint, in lethalibus tamen criminibus (quæ nulla pœnitentia diluunt) uſque ad ultimum huius uitæ diem pertinaciſſime perſeuerant, de quibus Apoſtolus dixit: Q m̄ regnú dei non poſſidebunt. Tertium uero, ueluti medium quendam uiuendi modum, nec tam bonum, ut non requirat iſta poſt mortem, nec tam malum, ut ei non proſint iſta poſt mortem, qualis eſt eorum, qui pœnitentes in fide & confeſſione Chriſti obdormiunt, necdum tamen peccati reliquiis penitus expurgatis, quos non incredibile eſt per ignem quendam purgatorium expiari. certe conſtat eos, quanto magis minus ue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusue ſaluari, qui ſane tales ſunt, ut meritum ſibi in hac uita compararint, ut eis hæc poſt mortem prodeſſe poſſint, nimirum meritum fidei, quod promiſſionem habet communionis

In ench. c. 17

Ephe. 5.

Aſſertio Auguſt. de ſtatu animæ poſt morté.

ſanctorum: quemadmodum ſuperius abunde declaratum eſt.

QVum igitur aduerſarii nobis obiiciunt, nos noſtris tantum aut ſubleuari actibus aut grauari, Pauli Apoſtoli ſententiam citátes quum inquit: Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; ſecundum ea, quæ per corpus geſſit, ſiue bonũ ſiue malum. Reſpondet Auguſtinus: Ea quæ pro defunctis commendandis frequentat eccleſia, huic apoſtolicæ ſententiæ nequaquam eſſe aduerſa. Fatemur enim planè, hic omne meritum comparari quo poſt hanc uitam poſſit releuari quiſquam uel grauari, quod nemo recte ſperet, ſe id quod hic neglexit, quum obierit, apud deum promeriturum. Ergo ſi meritũ, per quod iſta proſunt, nullum comparatum eſt in hac uita, fruſtra quæritur poſt hanc uitam. Sin comparatum eſt fit ut aliquid adiuuent iſta defunctos, quæ poſt obdormitionem pro eis religioſe facta fuerint, ita ut neq; inaniter eccleſia, uel ſuorum cura, pro defunctis quod potuerit, religionis impendat, & tamen ferat unuſquiſq; ſecundum ea quæ p corpus geſſit, ſiue bonum ſiue malum, reddente domino unicuiq; ſecũdum opera eius, ut enim hoc quod impẽditur, poſſit eis prodeſſe poſt corpus, in ea uita eſt acquiſitum, quam geſſerunt in corpore. Breuiter, genere uitæ quod geſſit quiſq; per corpus efficitur, ut proſint uel nõ proſint, quæcunq; pro illo pie fiunt, quum reliquerit corpus.

Reſpondet aduerſarius. 1. Corinth.5. Auguſt. Quib' defũctis viuentiũ pietas pſit. Matth.16. Roma.2.

NEc tamen ideo quia non omnibus pſunt hæc pietatis officia, non debemus pro omnibus, qui in ſigno fidei deceſſerunt, orare. Nam (ut idem beatus pater ait) quum ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarumcũq; eleemoſynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non ualde malis propitiationes ſunt, pro ualde malis, etiamſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunque tamen uiuorum conſolationes ſunt. Certe charitas Chriſtiana, uirtus eſt mire efficax & ampla, quæ ſe non continet, quin & pro uiuis & defunctis ſit ſolicita, ita ut cõmembra noſtra ex hoc ſeculo emigrantia, pia prece domino commendet, quam noſtram pietatem charitatis fructum apud deum inanem eſſe quis dicere auſit?

Oramus pro oibus, qui in ſigno fidei deceſſerunt. Aug. ibidẽ. 1.Corint.10.

QVod uero ſynaxeos ratio poſtulet in miſſa potiſſimum, animarũ commemorationem fieri, Auguſtinus alibi declarat: Piorum (inquit) animæ mortuorum non ſeparantur ab eccleſia, quæ etiam nũc eſt regnum Chriſti. alioqui nec ad altare dei fieret eorum memoria in cõmunicatione corporis Chriſti, quod tamen pie fieri, quis dubitet? Recte enim pro eis offertur corpus Chriſti, qui membra ſunt Chriſti. Et quum conuiuium domini unitas ſit corporis Chriſti, quis ab illius participatione animas piorum excludat, qui membra ſunt corporis eius? Vide uero q̃ diligenter pietatem iſtam idem Auguſtinus libro .ix. confeſſionum commendet, ubi reperies quemadmodum pro Monica matre ſacrificium pretii noſtri obtulerit, quas preces fuderit, quantis preconiis

Aug. de aīa & eius orig. lib. 1. cap. 9. & ſeq. Idẽ ad Bonifa. epiſt. 50. Ephe. 4. 5. Idem lib. 9. confeſſ.

pia Monicæ deſideria proſequatur. Illa (inquit) imminente die reſolutionis ſuæ tantummodum memoriam ſui, ad altare tuum (o Chriſte) fieri deſiderauit cui nullius diei pretermiſſione ſeruierat unde ſciret diſpẽſari uictimam ſanctum, qua deletum eſt chirographũ, quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra, quærens quod obiciat, & nihil inueniens in illo, in quo uincimus. Ad cuius pretii noſtri ſacramentum ligauit ancilla tua animam ſuam uinculo fidei nemo a protectione tua dirumpat eam. Hæc ille.

Coloſſ. 2.

Vincimus in Chriſto diabolum.

Nec contentus, quod ipſe parentes piis precibus domino commendaſſet orat ut idem perpetuo faciant, qui ſua legerint. Inſpira (inquit) domine deus meus, inſpira ſeruis tuis, fratribus meis filiis tuis, dominis meis, quibus & uoce & corde & literis ſeruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc uitam. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce tranſitoria, & patrium meorum, ſub te patre, in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exitu uſque ad reditum, ut quod illa a me popoſcit extremum uberius illi preſtetur in multorũ orationibus, tam per confeſſiones quam per orationes meas Hactenus Auguſtinus.

Ibidem.

Extrema poſtulatio Monicæ.

POrro duo ſunt, quæ hic beatus pater requirit ut ſupplicationes iſte ſpiritibus mortuorum proſint. Primũ, ut fiant recta fide ac pietate, ut ſcilicet uerbis recordantis, & precantis affectus accedat ſine quo nec externa ſupplicatio, nec exanimorum corporum in quam libet ſanctis locis depoſitio, ullas ſuppetias animabus ferunt, Secundo ut tales fuerint defuncti qui quum uiuerent ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent meruerunt Quorum (inquit) animas pietate ſuorum uiuentium releuari, quum pro illis ſacrificium mediatoris offertur uel eleemoſynæ in eccleſia fiunt omnino negandum non eſt. Quo fit ut in Canone nõ pro quibuſlibet, ſed tantum pro his qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis, ſacerdos oret. Nam (ut Auguſtinus alibi ait) nec credendum, nec docendum, nec dicendum eſt ſacrificium Chriſtianorum pro his qui non baptizati de corpore exierunt, offerendum, ſed tantum pro eis qui membra ſunt Chriſti.

Aug. de cura pro mort. ca. 1. & ſeq. It. de ala & eius orig. li. 1. ca. 9. & ſeq. & ad Vincẽ. Vict. li. 3. c. 11. In enchirid. cap. 109.

Canon.

ADuerſarii itaque iniuria calumniantur ac fingunt orthodoxos dicere, ſe hoc ſacrificium etiam mortuis applicare ſeque illis remiſſionem culpæ & pœnæ & quidem ex opere operato mereri, ſeque mortuis liberationẽ a pœnis purgatorii ſuis meritis ac uirtute polliceri. Nam in Canone nulla eiuſcemodi applicationis (maxime quæ ſine fide fiat) nulla meriti ſacerdotis, nulla pollicitationis humanæ mentio fit, ſed tota actio & oratio ex fide & charitate proficiſcens, ſoli indulgẽtiæ dei innititur & per Chriſtum dominũ omnia quæ petuntur concedi deprecatur,

Aduerſarior calumnia detegitur.

Canon explicatur.

Quin ut Canon omnem meriti humani præſumptionem excluderet, oratione ſtatim ſubſequente (in qua iterum pia ac religioſa ſanctorum commemoratio fit) ſic habet, Intra quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed ueniæ quæſumus largitor admitte, per Chriſtum dominum noſtrum. Eccleſia ergo quemadmodum pro uiuis, ita & pro ſpiritibus defunctorum ſacrificium mediatoris offert, ideſt, paſſionem domini deo repræſentat, illoſque pia oratione propitiationi tanti ſacrificii ſemel oblati commendat, firmiſſime credens, q̃ hoc ſacrificium in cruce oblatum, tum uiuis tum in fide defunctis ad relaxatiōem proſit. Quod Innocentius tertius recte ac grauiter ſic explicauit. Orat (inquit) pia mater eccleſia, non ſolum pro uiuis, ſed etiam pro defunctis, & eos ſacræ oblationis (nimirum in crucæ factæ) interceſſioni commendat, certiſſime credens, q̃ ſanguis ille pretioſus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum non ſolum ad ſalutem uiuentium uerumetiam ad abſolutionem ualeat mortuorū. Quæ omnia in Concilio Cabilonēſ. dubio procul diligentiſſime expenſa ſunt, in quo inter alia ſic ſtatutum legimus: Viſum præterea nobis eſt, ut in omnibus miſſarū ſolennibus pro ſpiritibus defunctorum, loco competenti in eccleſia ad dominū deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro uiuētibus & pro quibuſlibet neceſſitatibus dominum deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in miſſarū ſolennibus fundantur.

Canon oēm meriti humani pſumptionē excludit.

Inno. 3. de ſacro alt. myſte. li. 5. ca. 5.

Concil. Cabilonem. c. viſum, de conſe. diſt. 1.

Vides quantis teſtimoniis, eccleſiæ uetuſtiſſimus perinde ac pientiſſimus ritus aſtruatur, quem ob ſolos abuſus malorum ſacerdotū hoc diuiniſſimum ſacramentum & miſſæ myſterium prophanantium ſugillari non oportuit, multo minus tolli. Fuerunt & diui Auguſtini, immo ſanctorum Apoſtolorum tempore, qui hoc ſacramento ac ſacrificio abuterentur. Propterea tamen neq; ſacramento neq; ſacrificio quid detractum eſt, ſed abuſus tantum damnatus eſt. Abuſum Corinthiorum damnat Apoſtolus. i. Corinth. xi. Abuſum ſimilem damnat Auguſtinus ad Aurelium de coercenda temulentia & contentione, ſcribens, ubi ebrietates & luxurioſa conuiuia in templis & cœmeteriis, tanquā maximam fœditatem ac turpitudinem inſectatur, iubetq; ut oblationes pro ſpiritibus dormientium (quas uere aliquid adiuuare credendum eſt) ſup ipſas memorias non ſint ſumptuoſæ, ſed omnibus petētibus ſine typho & cū alacritate præbeantur, neq; uendantur. Sed ſi quis aliquid pecuniæ offerre uoluerit, id ut in præſenti pauperibus erogetur. Quod ſi fiat, nec ſuperſtites deſerere uidebuntur memorias ſuorū, & id celebrabitur in eccleſia, quod pie & honeſte celebratur. Interim tamen eccleſiæ miniſtro ſuo officio recte ac pie fungenti, quod ſuū eſt, non adimimus. Atq; hic erat tenenda eiuſdē beati patris doctrina, qui in eadē epiſtola ſanctiſſime cōſuluit eiuſcemodi malum auferēdum non aſpere, ſed (ſicut ſcriptum eſt)

Abuſus corrigendus, non res pia muranda.

1. Corint. 11.

Aug. ad Aurel. de coercenda temulentia.

Sacrificia p mortuis qūo offerenda.

Ibidem.

Galat. 5.

in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis,non duriter,non imperioſo modo, ſed magis docendo q̃ iubendo, magis monẽdo q̃ minãdo. Sic enim agẽdum eſt cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda eſt in peccato paucorum. Et ſi quid minamur, id ut cum dolore fiat de ſcripturis comminando uindictam futuram, ne nosipſi in noſtra poteſtate, ſed deus in noſtro ſermone timeatur. Itaq; (eodem Auguſtino authore) prius erant monendi ſpirituales, uel ſpiritualibus proximi, quorum authoritate & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cætera multitudo frangatur. Hæc ille. Cuius doctrinam & nos ſequuti in canonibus Concilii noſtri prouincialis ſub titulo de Euchariſtia hoſce abuſus paulo latius indicamus, & quod in nobis eſt, correximus.

Ibidem.

EX his omnibus pius lector facile deprehendet ſacrificii iugis rationem, quod eccleſia ab apoſtolis acceptum toto terrarum orbe religioſe celebrat, non deſitura celebrare, donec Chriſtus redierit iudicare uiuos & mortuos facile quoq; iudicabit num aduerſari recte faciant qui hoc ſacrificium ab eccleſia auferre, & ſacerrimum illum canonem diuini plenum myſteriis Theonino dente lacerare, atq; e medio tollere nitantur. Præterea num Chriſtiana erga orthodoxos charitate utantur, qui ipſos nihil tale cogitantes grauiſſimo crimine inſimulant, quaſi ſcilicet Chriſtum denuo crucifigant, eiuſq; beneficium obſcurent, nimirum q̃d (ut illi fingunt) oblationi in cruce factæ, ſatisfactionem pro peccatis noſtris detrahant, ac ſuo operi aſcribant. Et ut cætera, quæ de generali ſacrificii ratione attulimus, omittamus, ſaltem, id locupletiſſime nos oſtẽdiſſe credimus, in hoc eccleſiæ ſacrificio adeo non obſcurari beneficium Chriſti, ut eo potius q̃maxime illuſtretur, ac q̃ late pateat, pulcherrime oſtendatur, exponaturq;, expoſitum deniq; & repræſentatum oculis & auribus ſumma quadam pietatis dulcedine ingeratur, ac demum mente, per fidem, & charitatem accedente, eximio ac incredibili cum fructu capiatur. In quo argumento & ſi uel prolixiores uel ineptiores fuerimus, q̃ ſuſceptæ inſtitutionis modus ferre uideatur, ignoſcendum tamen nobis putamus, quibus hoc q̃maxime in uotis fuit, ut rem cognitu admodum neceſſariam ſed hac tempeſtate ſumma cum animarum iactura, ac eccleſiaſticæ unitatis ac pacis detrimento mire controuerſam ac obſcuratam (quod in nobis eſt) expediremus. Q̃d ſi aliqua ex parte factum eſt ſoli deo gratia, ſin ſecus luculentiorem eccleſiæ diffinitiõem (cui hæc omnia libenter ſubmittimus) ex animo optamus.

Epilogus,

In ſacrificio miſſæ beneficiũ chri quã maxime illuſtratur.

IAm ad ſuſceptæ inſtitutionis ordinem reuertamur. Cerimoniis itaq; quæ circa ſacroſanctæ Euchariſtiæ confectionem & diſtributionem totius eccleſiæ conſenſu adhibentur, aliqua ſaltem ex parte explicatis, nunc de uirtute & efficacia huius ſacramenti dicendum occurrit. Quãquam uero ex ſuperioribus ſatis ſuperq; deprehendatur quæ tanti ſacramenti uis & efficacia ſit, tamen quia hinc tota ſacramẽti utilitas pẽdet,

De uirtute & efficacia ſacramenti euchariſtiæ.

ut non

ut non ſolum ſciamus quid nam ſit ipſum ſacramentum, ſed & quæ ſit cauſa inſtitutionis,& qui ſint eius fructus & effectus.(Hoc enim ſolum nobis prodeſt,ut ſciamus quem fructum ex ſacramenti ſumptione capere debeamus)Idcirco quambreuiſſime epilogi in morem inſtitutionis huius ſacramenti rationem & uirtutem repetemus.

Principalis ergo huius ſacramenti uirtus eſt ut qui ſumit hoc ſacramentum carnis & ſanguinis domini,ita cum ipſo coniungatur,ut Chriſtus in ipſo,& ipſe in Chriſto inueniatur,quemadmodū ipſe dixit. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem,in me manet. & ego in illo.Perceptione enim huius ſacramenti quæ recta fide fit,ipſum filium dei ſuſcipimus,ac Chriſti corpus & membra efficimur. Et quia Chriſtum ſuſcipimus,theſaurum illum percipimus,in quo omnia peccata remittuntur,in quo mors abolet,in quo uita nobis communicatur. Viuificat quidem dei uerbum,quemadmodum Apoſtoli ſenſerunt, domino dicentes.Domine quo ibimus?uerba uitæ æternæ habes. Sed non minus uiuificat Chriſti corpus omnipotenti uerbo(a quo uniuerſa uiuificantur)coniunctum,Caro enim ſaluatoris,uerbo dei(quod naturaliter uita eſt)coniuncta,uiuifica effecta eſt. Ergo quando eam in fide & charitate comedimus,tunc uitā habemus in nobis illi carni coniuncti,quæ uita effecta eſt.Hac de cauſſa Chriſtus in exuſcitandis mortuis, non ſolummodo uerbo,ut deus,utebatur, uerumetiam carnem ſuam ueluti cooperatricem adhibebat,ac tactu mortuos excitabat,ut oſtenderet corpus quoq; ſuum ſe uiuificare poſſe.Quod ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur,quomodo non uiuemus qui carnem illā & guſtamus & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem ſuam participes ſui. Porro,oportuit,ut non ſolum anima per ſpiritum ſanctum in beatam uitam aſcenderet,uerumetiam ut rude atque terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu,tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur,Non quidem,ut qui corpus Chriſti ſumerent, iam ſtatim ne temporali quidem morte morerentur, ſed ne morerentur in æternum. Propterea quum dixiſſet Chriſtus:Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem,habet uitam æternam continuo ſubiecit.Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die,ut habeat interim ſecundum ſpiritū uitam æternam in pace & requie conſcientiæ,ac tandem caro etiam eius uita æterna non fraudetur,nimirum reſuſcitanda in nouiſſimo die.

Cyril.in Io. Iohan.6. Roma.5. 1.Corint.1. Ephe.1.2. Iohan.6. Caro Chriſti uiuificat. Cyril.in concil.Epheſi. Matth.8. Marci.1.5. Lucæ.7. Aug. in Ioh. tract.26. Iohan.6.

VT autem quis contendat caput Iohannis ſextum de ſpirituali mā ducatione tantum intelligendum,quod tamen ſanctiſſimi patres etiam an ſacramentalem manducationem cum fide coniunctam accōmodare non dubitarunt,ſaltem is uerba Chriſti,quibus hoc ſacramentum inſtituit ac porrigit,intueatur,quæ luce clarius oſtendunt quid nobis in hoc ſacramēto Chriſtus exhibeat.Hoc (inquit)eſt corpus meum quod pro uobis tradetur.Hic eſt ſanguis noui teſtamenti, qui pro mul-

Caput Io.6. Matth.26. 1.Corin.11.

tis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quibus uerbis quid aliud Chriſtus teſtatur q̄ ſe porrigere corpus ſuum pro nobis in ara crucis immolatum, & ſanguinem in remiſſionem & abſolutionem peccatorum noſtrorum effuſum? Is ergo quem peccatorum ſuorum ex animo pœnitet, ſubindeque contrito & humiliato ſpiritu accedit, ſuauiterque recolit ac memoria recondit, quod pro ſe Chriſtus corpus ſuum tradiderit, & ſanguinem in remiſſionem peccatorum fuderit, atque ita demum plena concepta fiducia hoc ſacramentum percipit, is inquam certū pignus remiſſionis peccatorum, immortalitatis, & uitæ æternæ capit. Quo eñ alio pignore Chriſtus de tantis donis nos certiores reddere potuit q̄ impertitiōe ſui precioſi corporis, inæſtimabilis utique theſauri, quo nos ſibi tanquam membra adiungit, ut ubi ipſe ſit, illic & nos ſimus. Quemadmodum Hilarius dixit. Hæc ſacramenta ſuſcepta facere, ut & Chriſtus in nobis & nos in Chriſto ſimus. O ineffabilem dei benignitatem, o ſuauiſſimum ſummi dei erga nos amoris pignus & teſtimonium, quod Chriſto non fuit ſatis ſe pro nobis in mortem tradere, niſi & ſe nobis daret in cibum, ut in eo ſaluati & innouati, ex eo etiam tanquam ſolido cibo uiuamus ac grandeſcamus, atque adeo in eum conuertamur, ab eo nunquam ſeparandi, quemadmodum pientiſſime Auguſtinus in perſona Chriſti, cibus (inquit) ſum grandium, non tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me.

Euchariſtia certū pignus vitæ æternæ. — *Iohan.12.* — *Hilarius.* — *Auguſt.*

VIde uero quanti & q̄ mirifici fructus hunc principalem Euchariſtiæ finem conſequantur. Nam in primis, qui per fidem intelligit, quomodo Chriſtus ſe totum ei impartiat, & ineffabili charitate adiungat is non poteſt non uiciſſim ſe totum Chriſto conſecrare. Initio ergo q̄ maxime cauendum ducet, ne iam factus templum Chriſti, corpus ſuū & animam corpore Chriſti iam coniuncta, rurſus inquinet polluat ac peccatis proſtituat. Neſcitis (inquit Apoſtolus) quoniam corpora ueſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam mēbra meretricis? Abſit. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem coniunctio Chriſti ad Belial? Deinde curat is, ut cui Chriſtus iam factus eſt cibus, ipſe rurſus cibus Chriſti mundus inueniatur. i. ut uoluntati Chriſti ſe totum accōmodet, ſic eñ Chriſtus cibatur. Hi uero tam inſignes ſacramenti fructus q̄ maxime in ſanctis dei eluxerunt, qui non tantum ab omni pollutione corporis & animæ ſe continuerunt, ſed & reciproco amore propter Chriſtum corpora ſua immanibus tormentis tradiderunt, ne mortibus quidem truculentiſſimis ab illo dimobiles. Vt unum uel alterum exemplum afferamus. Ignatius ille martyr egregius ad beſtias damnatus ardore martyrii, in hæc uerba prorupit. Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarū molar, ut panis Chriſti mundus inueniar, ignes, cruces, beſtiæ, diſcerptio

Fructus qui hāc euchariſtiæ finē comitantur. — *1.* — *1.Corin.6.* — *1.Corinth.10.* — *2.Corinth.6.* — *2.Fructus.* — *Ioh.4.* — *Ignatius.*

nes membrorum,ac totius corporis pœnæ, & omnia in me unum ſupplicia,diaboli arte quæſita,cumulentur,dummodo Ieſum Chriſtum me reat adipiſci.Et ne eandem conſtantiam in ſexu fragili deſideres. Agnes uirguncula,necdum tertiumdecimum ætatis annum egreſſa,uide q̃ ardet & æſtuat,q̃ fortiter de carne,mundo & diabolo triũphat,huius pretioſiſſimi theſauri uirtute.Diſcede(inquit ad tyranni filiũ, fœda libidine æſtuantem)a me fomes peccati,nutrimentum facinoris pabulum mortis.Diſcede a me,quia iam ab alio amatore præuenta ſum. Et poſt pauca.Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi,iam amplexibus eius caſtis aſtricta ſum,iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas,cuius odore reuiuiſcunt mortui,cuius tactu fouentur infirmi,cuius opes nunquam deficiunt,cuiuſq; diuitiæ non decreſcũt,ipſi ſoli ſeruo fidem,ipſi me tota deuotione cõmitto.Quid Laurentius? Nunquid non is tibi bene ſaginatus fuiſſe uidetur hac eſca,& illo calice probe inebriatus?qui pro illius dulcedine immaniſſima tormenta non ſenſit.Manſit in Chriſto uſque ad tentationem,manſit uſque ad tyrannicã interrogationem, manſit uſque ad acerrimam comminationem, manſit uſque ad peremptionem,parum eſt,uſq; ad immanem excruciationẽ manſit.Nunquid hic tibi temere dixiſſe uidetur ad Sixtum iam cruci affixum?Quo progrederis ſine filio pater,quo ſacerdos ſancte ſine diacono properas? Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre cõſueueras. Quid in me igitur diſplicuit paternitati tuæ?nunquid degenerem ꝓbaſti?experire certe,utrum idoneum miniſtrum elegeris,cui commiſiſti dominici corporis & ſanguinis diſtributionem?Certe Cyprianus teſtatur: Ab hoc ſacramento ne eos quidem,qui inter illius tempeſtatis perſequutionum procellas lapſi eſſent,ſi tamen iam Chriſti nomen fortiter confiterent, ſecludi,idq; propterea,ut quos excitamus(inquit)& exhortamur ad prælium,non inermes & nudos relinquamus,ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus.Et quum ad hoc fiat Euchariſtia,ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium uolumus,munimento dominicæ ſaturitatis armemus.Et poſt pauca. Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium qui ab eccleſia non armatur ad prælium,& mens deficit,quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit. Hæc ille.Nos ergo martyribus tanto inferiores,ſi tantum robur de nobis polliceri non audemus,ſaltem hunc fructum ex Euchariſtiæ perceptione referre oportet,ut deinceps omnia peccatorũ inquinamenta horreamus & omnis ſapor delectamentorum carnalium nobis ſit quaſi rãcidum radenſq; palatum acutæ mordacitatis acetum. Solus uero Chrs nobis ſapiat,ut ſcilicet nihil aliud ſtudeamus q̃ eius paſſionibus cõmunicare,& eam conuerſationem imitari,quam ipſe geſſit in uita.

S.Agnes. Amb.in vita Agnetis.

Laurentius. Aug.in Ioh. tract.27.

Cyprianus.

Ibidem.

Bern.in Pſal. qui habitat, ſermo.3.

Cyp. de cœna domini.

ET quo magis huius ſacramenti uirtus illuſtretur, ad cæterorum etiam ſacramentorum efficaciam conferenda eſt. Sub baptiſmum

Aug. de ſa- cram. fidel. quum exorcizamur, quaſi molimur, quando baptizamur, quaſi con-
ſpergimur, quando ſpiritus ſanctificationem accipimus (quod in confir
matione fit) quaſi coquimur. At in hoc ſacramento Chriſti panis effici-
mur. Item in baptiſmo omnis peccati reatus tollitur, chirographũ dam
nationis noſtræ deletur, & ea gratia nobis confertur ne amodo nobis
Confirmatio concupiſcentia, ſi uolumus, noceat. In confirmatione, aduerſus concupi
ſcentiam armamur, ſed tamen ipſius concupiſcentiæ fomes non aufer-
tur. Hic fomes, ſi rurſus (ut ſolet) efferis motibus ebulliat, & uel incogi-
tantes uel non reſiſtentes in peccatum præcipitet, poſt priora illa duo ſa
cramenta (quæ non iterantur) altera ſupereſt poſt naufragium tabula,
Pœnitentia. nimirum pœnitentia, efficax contra peccatum medicina. qua deus la-
pſis peccatoribus, ad ſe per fiduciam miſericordiæ (quæ eſt in Chriſto
Ezech. 33. Ieſu) ex toto corde conuerſis, peccata iterum condonare paratus eſt. Sed
nunquid etiamnum poſt condonata peccata per pœnitentiam, infirmi-
tas carnis tota tollitur? Nequaquam, ſed manet adhuc idem ille fomes,
Aug. in en- chi. cap. 64. manet in carne concupiſcentia. quæ nos rurſus ad malum incitare per-
git, atque adeo nunquam interquieſcens hoc agit. ut etſi in hoc corpo-
1. Iohan. 1. 3. re ſine crimine, non tamen ſine peccato eſſe poſſimus. Interim nec mun-
dus nos deſerit, ſed circumſtans ad malum ſolicitare nunquam deſinit:
Lucæ. 11. diabolus quoque, quo magis nos de uita in melius commutanda ſolici
tos uidet, tanto acrius contra nos bella parat ac inſtaurat, atque non ali
1. Petri. 5. ter q̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Ergo ut aduerſus per-
petuos iſtos ac ſæuiſſimos hoſtes partim domeſticos, partim externos
(cum quibus nobis tota uita belligerandum eſt) fortiter conſiſtamus,
noua ſemper ope, nouis ſuppetiis ſubinde eſt opus, quæ eſt gratia huius
ſacramenti Euchariſtiæ ſacroſanctæ. Hæc enim fomitem mirifice tem-
Bern. in ſer- mo. de cœna domini. perat ac reſtinguit, & quo minus grauioribus peccatis, ſolicitante car-
ne, mundo, ac diabolo, conſenſum præbeamus, prohibet: minora uero
peccata omnia diluit. Hæc mundum & quæ in mundo ſunt, omnia pro
Chriſto, ueluti ſtercora, contemptibilia facit, Hæc fortiorẽ illum athle-
Lucæ. 11. tam, nempe Chriſtum introducit, qui fortem armatum, arcem animi
noſtri præoccupantem (nimirum diabolũ) ſuperueniens uincit, uniuer-
ſaq; arma, in quibus confidebat, aufert, & ſpolia diſtribuit. Non inſcite
Ibidem. Bernardus: Si quis (inquit) ex nobis non tam acerbos ſentit iracundiæ,
inuidiæ, luxuriæ, & eiuſcemodi criminum motus, gratias agat corpori
& ſanguini dominico, & gaudeat quod peſſimum ulcus accedat ad ſani
tatem. Ergo per baptiſmum abluimur, per confirmationem robora-
Euchariſtia animæ medi cina efficaciſ ſima. mur, per pœnitentiam relapſi mundamur. Sed per Euchariſtiam, intus
latentis morbi & perpetuæ infirmitatis noſtræ conſcii medicamur, ac
dulciter reficimur & conſummamur, denique aduerſus omnes peccati,
mundi ac diaboli inſidias roboramur ac ſuſtentamur fidei & charita-
tis augmento. Quis ergo non uidet q̃ indigeamus hoc ſacramento per

totam

totam uitam,qui in carne peccati inter tot mundi & diaboli inſidias cõ moramur,ab hoſtibus illis nunquam tuti aut ſecuri? Et quis tandẽ ex nobis eſt,qui non aliquando peccet,qui non labatur? Iteratur ergo(ut inquit Auguſtinus)quotidie hæc oblatio,quia quotidie peccamus,peccatis,ſine quibus mortalis infirmitas cõſiſtere non poteſt. Et quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus myſtice immolatur pro nobis. dedit enim nobis hoc ſacramentum ſalutis, ut(quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt) per hoc ſacramentum remiſſionem conſequamur. Adeamus igitur Chriſtum ſinguli,qui laboramus,qui onerati ſumus,qui ægrotamus,qui tentationum procellis quatimur ac iactamur. Ad præſens illud remedium nobis propoſitũ properemus. Ei(qui & uirtus & refugium noſtrũ eſt & adiutor in tribulationibus) nos magna cum fide copulemus, atque adeo uirtutem in corpore & ſanguine eius ſitam(qua omnes poteſtates inimici fortiter debellauit)in uiſcera noſtra traiiciamus,Nam ſi qui fimbriam ueſtimenti eius tetigerunt,recte omnes conualuerunt,quanto magis corroborabimur nos,ſi totum illum in nobis habeamus? Sedabit ille in nobis ſæuientem membrorũ noſtrorũ legem,perturbationes animi extinguet,morbos omnes depellet,ab omni caſu nos eriget,& inimici poteſtate deuicta,ad ueram pietatẽ cõcitabit,atq; adeo in ſeipſum nos transformabit. Hic eſt ergo principalis finis huius ſacramenti,nempe ut Chriſto incorporemur,deq; remiſſione peccatorum & futura gloria,tanquam pignore quodam certi reddamur,ac ueluti uiuificatrice quadã medicina ſanemur,reficiamur, erigamur,conſolidemurq;. Atq; hæc omnia Chriſtus ſignificare uoluit hiſce uerbis, Accipite & comedite,hoc eſt corpus meum,quod pro uobis tradetur. Accipite meã carnem in remiſſionem peccatorum pro uobis traditã,& manducate,manducãtes in me transformamini,& ualedicto omnibus terrenis cupiditatibus,in me manete,& ego in uobis.

3.Regum.8. Aug.ad Ianuarium. Roma.6. Matth.11. Pſal.144. Coloſſ.2. Luc.8. Chryſoſt. in Matth.ho.26 Principalis finis huius ſacramenti. Matth.26. I.Corinth.11

SEd quid ille ſubiungat,uideamus:Hoc facite(inquit)in meam cõmemorationem. Ad hoc inqt,ſacramentũ iſtud uobis relinquo,ut ſcilicet non tantũ corpus & ſanguinẽ meũ manducetis ac bibatis, ſed & ut tanti beneficii(quod ueſtri cauſſa moriẽs uobis impetraui)nempe remiſſionis peccatorũ,& uitæ æternæ ſemper memores ſitis,& ſemper ad gratiarũ actionẽ conuertamini, pdicantes & annuntiantes mortẽ dñi ueſtri pro uobis occiſi,idq; tantiſper donec ueniat. Hic eſt ergo huius ſacramenti proprius uſus(quod & ſupra attigimus)ut manducãtes & bibentes corpus & ſanguinem dñi,in æterno cordis gaudio ſumma cum laude commemoremus,annuntiemus,prædicemus corpus Chriſti pro nobis traditum,& ſanguinem eius in cruce in remiſſionem peccatorũ noſtrorum effuſum,utq; confiteamur hoc eſſe unicum pretiũ redẽptionis animarũ noſtrarũ,ſicut Paulus ait:Empti enim eſtis pretio magno, exultate & portate deũ in corde & corpore ueſtro,Idq; facere nos opor-

I.Corinth.11 Secũdus eucharistiæ finis. Propri⁹ uſus huius ſacri. I.Corinth.6.

tet donec ueniat, ut rediẽs ad iudicãdũ uiuos & mortuos, inueniat nos facere, quod ipſe a nobis diſcedens ut faceremus inſtituit.

Tertius finis huius ſacri.

POſtremo (quod & ſuperius ſatis declaratum eſt) nemo ignorat hoc ſacramentum inſtitutum eſſe, ut ſit efficax ſignum eccleſiaſticæ unitatis & fraternæ charitatis extra quam nemo rite accipit hoc ſacramentum. Hoc nimirum eſt quod dixit Apoſtolus: Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. *1. Corinth. 10.* Myſterium ergo pacis & unitatis noſtræ (ut inquit Auguſtinus) *Auguſt.* Chriſtus in menſa ſua conſecrauit, & per hunc cibum & potum ſocietatem ſui corporis & membrorum ſuorum intelligi uoluit, quæ eſt eccleſiæ unitas. *c. quia paſſ. de cõſ. diſt. 2.* Qui ergo eſt in eius corporis unitate, id eſt, in Chriſtianorũ cõpage membrorũ, ipſe uere dicẽdus eſt mãducare corpus Chri, & bibere ſanguinẽ Chriſti, *Aug. de ciu. dei. li. 12. c. 25* Ac per hoc hæretici & ſchiſmatici ab huius corporis unitate ſeparati, poſſunt quidẽ idem percipere ſacrm, ſed non ſibi utile, imo uero ſibi noxium. accipiunt enim id in teſtimoniũ contra ſe, qui *Augu de ſacra fidel.* nõ ſunt in eo uinculo pacis, quod in illo exprimit̃ ſacramẽto. diuiſionẽ enim quærunt, quũ panis ille cœleſtis indicet unitatẽ. Vna mẽſa oĩbus eſt propoſita, idẽ cibus porrigitur, nõ diuiti amplius, nõ pauperi minus, *Chryſ. to. 4. homil. 51. in Matth. ho. 33.* ꝙ Chriſtus oẽs æqualiter uocarit, idq; in propatulo fit, ut ſcilicet nos corpus unũ agnoſcamus, & mutua charitate cõplectamur. O ſacramentum pietatis, o ſignum unitatis, o uinculum charitatis. Cõmendat̃ itaq; hoc ſacramentum (quod & ſupra attigimus) in eiuſcemodi rebus, quæ ad unum aliquid rediguntur. ex multis enim granis unus panis cõficitur, ex multis racemis uinum confluit, *Aug. in Ioh.* ut participatione huius ſacramẽti inter alia admoneremur gratiæ Chriſti, ut & nos unum ſimus, nos diligendo, unam tenendo fidem, unam ſpem, indiuiduam charitatẽ. Nec dubium eſt, quin hoc ſacramentum hanc charitatem in nobis efficiat, modo ut debet ſumatur. *Cyp. de cœna dñi* Vide (inquit Cyprianus) quid agant hoc ſacramento ſaturati, intellige quæ loquantur, q̃ ſancti odoris ſit quicquid illa eructat gratiæ plenitudo, uerbum bonum, mores cõpoſitos, affectus pudicos, ſenſus pacificos, ita ut poſt odoramenta iſta, gratiæ huius comparticipes, diſcurrant & mutuis ſe ad inuicem affectibus complectãtur, Et quibus unus eſt panis, unum eſt corpus, & omnium unum cor & anima una, uni Chriſto adhærens &c. Certe hi ſunt fructus, quos in nobis Euchariſtiæ perceptio gignere debet, hi fines propter quos a Chriſto inſtituta, & ueluti ultimum memoriale relicta eſt.

De affectu accedentium.

DE affectu quo ad altare accedendum eſt, quid attinet plura dicere? Nam quem hunc eſſe oporteat & in canonibus Concilii noſtri prouincialis, licet ſuccincte, & ſuperius late docuimus. Paulus Apoſtolus acceſſuros ſic cõmonefacit: Probet (inquit) ſemetipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. *1. Corinth. 11.* Acceſſuro itaq; ad hoc cœleſte conuiuium, ad hanc magnam cœnam regis æterni, incumbit, ut ſe primum

excutiat, ut conſcientiæ ſuæ complicatam rationem euoluat, ut infirmitatem & peccatum ſuum agnoſcat, ut de peccatis pœniteat, ſecum reputans q̃ graue ſit commiſſum, ob quod expiandum, Chriſtus dei filius in mortem tradere ſe non dubitauit, & ſi quid eſt criminis, quod conſcientiam grauet, id ut ſacerdoti, Chriſti uice pateſaciat, atq; ea ſarcina per uerbum abſolutionis (quod non ſacerdotis, ſed Chriſti eſt) ſe exoneret, ut deniq; uoluntatem deinceps peccandi deponat. In primis autem omnẽ ſimultatem, ſi quam cum proximo habet animo eximat, atq; etiã cũ eo, quantum in ſe fuerit, in gratiam redeat. Hanc ſane præparationẽ præcedere oportet. Quãdiu enim homo peccatum & infirmitatem ſuam non ſentit, ineptus eſt ad participandum hoc ſacramentum, quod interioris hominis eſuriem quærit. Eſuriem quidem, de qua dictum eſt: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, non quã ſibi facit homo, ſed quã dat deus. Plane inepti ſunt qui ignorantes dei iuſtitiã, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, qualis fuit ille ſuperbus phariſæus. Nõ enim bene habentibus (hoc eſt, ſe iuſtos & ſine peccato præſumentibus) opus eſt medico, ſed male habentibus. Excluditur ergo ab huius ſacramenti uirtute, & qui de præſumens reſolutus cum nauſea accedit, & qui impœnitẽs animo impuro & charitate uacuo accedit, indigne certe accipit, qui tũc accipit quum debet agere pœnitentiã, ergo prius ſe iudicet, & ſeueritate pœnitentiæ ſe exerceat, ut a ſeipſo iudicatus, non iudicetur a deo. ceſſat enim uindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana. Nullus Iudas, nullus Simon hanc menſam adeat. pacis enim ſacramentum inquiſitioni pecuniarum, & ſimoniæ non conuenit, nullus immiſericors, nullus impurus accedat, nullus communicet, niſi ex diſcipulis ſit. alioqui iudicium ſibi manducat & bibit, non quia malum accipit, ſed quia bonum male malus accipit. Habentem enim adhuc uoluntatem peccandi magis Eucharistiæ perceptione grauari, q̃ purificari conſtat. Rurſus, ſi mens cuiuſpiam de cætero peccandi non habeat uoluntatem, nec mortalibus criminibus prægrauetur (nimirum talibus, quæ iudicio ſacerdotis per pœnitentiam uel publicam uel ſecretam prius expiari oporteat) is confidens de domini miſericordia (qui peccata piæ cõfeſſioni donare conſueuit) accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Quod ſi peccatis quotidianis, non tamen mortiferis adhuc mordearis antequam ad altare accedas, attende quid dixeris: nempe, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, dimittetur tibi, ſecurus accede, panis (nimirum cœleſtis) non uenenum eſt, ſed uide ſi dimittis. Nam ſi non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri deo potes, deum fallere non potes. nouit ille quid agas, intus te uidet, intus te examinat, intus inſpicit, intus iudicat, intus aut damnat aut coronat. Breuiter qui ſpiritaliter manducare uult, uidebit ne ſine ueſte nuptiali ſe ingerat, ſed innocentiam ad altare

Primo requiritur excuſſio conſciẽ.
Roma. 3.
Inprimis oſs ſimultas deponenda.
Præparatio.
Aug. in Iohã tract. 27.
Matth. 5.
Roma. 10.
Lucæ. 18.
Matth. 9.
Chryſ. to. 4. homi. 6.
Auguſt.
1. Corith. 11.
Chry. ho. 51. in Matth.
Aug. tractat. 26. in Ioh.
1. Corinth. 11.
Aug. de eccle. dogma. cap. 53.
Pſalm. 31.
Pſalm. 138.
Matth. 22.

portet, euangelicæ parabolæ memor, quam Matthæus capite uigeſimoſecundo deſcribit.

Secũdo accedere debet fides. Auguſt. Qua fide opus ſit. Auguſt. Chryſoſt. Auguſt. in pſal. 98. Iohan. 15. Qui digne hoc ſacrm cõmunicent. Aug. in ioh. tract. 26. Grego. libr. Dialog. 4. Manducare corpus domini quid. Aug. in ioh. tract. 26. Manducare ſpiritaliter. Manducare ſacramẽtalr. Matth. 5. 1. corinth. 11.

SEcundo ut digne capias, fides accedere debet. Vt quid (inquit Auguſtinus) paras dentes & uentrem? crede, etiam & manducaſti. Credere enim in eum hoc eſt, manducare panem uiuum, qui credit in eum, manducat eum. Fide ergo opus eſt, quã ſumens credas, non tantum ueritatẽ corporis & ſanguinis domini in Euchariſtia, ſed & credas ac ſentias per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu, tibi gratis remitti peccata. qua Chriſtum ueluti adhuc in cruce pro te pendentem, teq; ſanguine ſuo in remiſſionem criminum aſpergẽtem intuearis, & hoc ſacrificium pro te ſemel immolatum ſumma cum laude ac prædicatione proſequaris, qua intelligas, te ueluti e manu Chriſti, corpus eius pro te traditum, & ſanguinem in remiſſionem peccatorum tuorum effuſum ſumere, ut non aliter ſis affectus, ac ſi dominum Ieſum præſentem uideres, proindeq; carnem illã, quam tibi Chriſtus ad ſalutem dat, prius adores quã manduces. Breuiter, ea fide imbutus eris, qua in cauſſas inſtitutionis & fines huius ſacramenti diligenter reſpicias, eademq; fide fructus tam mirificos (quos ſupra retulimus) capias ac indipiſcaris: adeptis uero rurſus in proximi tui commodum utaris, inſequens & præceptum & exemplum domini tui, qui ait: Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Maiori certe dilectione nos perſequi ille non potuit, quam ut animam ſuam poneret pro nobis. Qua ergo dilectione & nos oporteat proximos noſtros commembra noſtra complecti uidemus. Qui hac uiua fide accedit, is demum quotieſcunq; corpori domini communicat, mortem domini annuntiat, & corpus domini ſecundum apoſtolicam iuſſionem diiudicat, referens fructum permanentem in uitam æternam. Qui hac fide uacuus accedit, foris quidem manducat, non intus, premit dente, non capit mente. Sumit quidem is ueram Chriſti carnem & ſanguinem, ſed eſſentia, non ſalubri efficientia: ſacramentum accipit, ſed uitam Chriſti non accipit. Ad iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Hoc eſt enim (ut idem ſæpius repetamus) manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere, ac per hoc qui nõ manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat ſpiritaliter eius carnem, nec bibit eius ſanguinem, licet premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ſed magis tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta, quæ nemo digne ſumit, niſi qui mundus eſt. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi deum uidebũt. Ergo priuſquam accedat, probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Itidem poſtquam ederit & biberit, probet ſeipſum an digne & cum fructu hoc ſacramento ſit uſus, id quod hinc intelliget

nimirum

nimirum ſi ſenſerit cor ſuum hoc cibo uiuifico ab operibus mortuis repurgatum ea charitate inardeſcere, ut & inimicos odiſſe deſinat, atque adeo experiatur ſe nunc ad omnia charitatis officia proximo impendenda paratum ac promptum eſſe, ſeq; in rebus proximi afflictis non ſecus ac propriis moueri. Nullum enim eſt certius teſtimonium, nos hoc ſacramentum digne ſuſcepiſſe q̃ quum ſentimus poſt ſumptum ſacramẽtum officia illa charitatis cum magno uirtutum prouentu in nobis elucere. Id quod & Petrus apoſtolus innuit, quum ait: Satagite fratres, ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis. Quod ſi quis non ſentiat hos affectus poſt ſumptam Euchariſtiam, ſed magis contrarios, uel cui non præſto ſunt hæc charitatis officia, adhuc cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis ueterum ſuorum delictorum, cui hoc ſolum ſupereſt, ut ſedulo oret patrem cœleſtem, quo miſerum pectus prauis iſtis affectibus expurget, & panis illius ſuperſubſtantialis guſtum ingeneret: Tantum de affectu accedentium dixiſſe ſuffecerit.

Certiſſimũ ſignũ digni ſuſcepti ſacri.

2. Petri. 1.

MInister huius ſacramenti, uniuerſalis eccleſiæ conſenſu, ſacerdos eſt, qui pro Chriſto legatione fungitur, & a Chriſto miniſterium reconciliationis accepit, qui etſi malus ſit, nihilo ſecius tamen corpus & ſanguinem domini conficit & impertit. Nihil enim à bono maius, nihil a malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito conſecrantis, ſed in uerbo efficitur creatoris. ſiquidem credendum eſt, q̃ in uerbis Chriſti ſacramenta conficiantur: ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum ſuam efficit carnem & ſanguinem. Non ſacerdos, ſed ſpiritus ſanctus eſt qui uiuificat, qui unus idemq; in tota eccleſia inuiſibiliter ea myſteria & operando ſanctificat, & ſanctificando benedicit. Ergo diuina ſolummodo eſt hæc uirtus ſiue poteſtas, non humanæ efficaciæ, ut non ſit mirum ſacramentum nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliari, nec malorum attenuari: quamuis interim malus miniſter ad iudiciũ & condẽnationẽ ſuam tanto miniſterio fungatur.

Aug. de corpo. domini. c. intra catholicam. 1. q. 1.

2. Corinth. 5.

Matth. 3.
Marci. 1.
Lucæ. 3.
Iohan. 1.

Grego.

DE POENITENTIA.

UT a ratione uocabuli auſpicemur, pœnitere grammaticis ſignificat diſplicere quod ante placuit, non ſine interno animi dolore: Quod autem ſcriptura interdum deum alicuius rei pœnitere dicit manifeſtus tropus eſt, quo ſignificatur, deum non humano quidem more pœnitere, quaſi ſcilicet dolore aliquo tangatur, ipſiq; quadam affectus mutatione diſpliceat quod placuit prius: quum ſcriptum ſit: Ego deus, & non mutor. Sed quemadmodum homines, quos cuiuſpiam rei pœnitet, de re mutanda ſoliciti ſunt, atque etiam quoad poſſunt, mutant: ſic quum deus

Pœnitere qd.

Deus qũo pœnitere dicatur.

mutat ſemel ſtatuta uel facta, ad humanum morem pœnitere dicitur quod tale faciat, quale faciunt pœnitentes. quemadmodum Geneſeos, ſexto legimus, deum pœnituiſſe ꝙ hominem feciſſet in terra. Nam eo loco deus iuſto Noe declarat, quo pacto hominem, quem ad incolendum terram plaſmauerat, rurſus de terra ob eius malitiam per diluuium perditurus foret.

Gene. 6.

Itidem 1. Regum. xv. refertur dominum pœnituiſſe ꝙ cõſtituiſſet Saul regem, quo ſignificatur, deũ uelle regnum, quod ſua diſpoſitione prius Saul regi detulerat, in alium meliorem transferre.

1. Regũ. 15.

Econtrario, non pœnitere dei eſt, ſemel ſtatuta nullo modo mutare: ut eſt illud in pſalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: Quo declarat, ſacerdotiũ Chriſti perpetuum & immutabile fore. Sed relicto tropo, de pœnitentia, quæ proprie in hominem cadit, uidendum eſt.

Non pœnitere dei.

Pſalm. 109.

PRincipio itaque uerbum pœnitere latiſſime acceptum, ſignificat non tantum propter erratum, ſed propter rem quancunq; dolere, quam uelimus aliter actam eſſe uel aliter ſe habere, nullo interim habito iuſti aut recti reſpectu.

Verbum pœnitere latiſſime acceptũ.

Quemadmodum ſunt, quos pœnitet opes ſuas diuiſiſſe pauperibus, aut eas tumultuario mentis impulſu, non iudicio perpetuo eccleſiæ contuliſſe, quas uellent reuocatas, e quorum numero Ananias & Saphira fuerunt, & generatim ſic pœnitent omnes, qui ſecundum ſeculum triſtantur, quorum triſtitia non pœnitentiam in ſalutem ſtabilem, ſed mortem operatur, de quibus dictum eſt in Euangelio, ꝙ a ſolicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitæ euntes, ſuffocantur.

Ambroſ. de pœ. li. 2. c. 9.

Actorum. 5.

1. Corinth. 7.

Lucæ. 8.

SEcundo, uocabulum pœnitentiæ accipitur ſtrictius, nempe pro dolore, qui ob crimen perpetratum aut erratum commiſſum concipitur. Secundum quam ſignificandi rationem, pœnitentia more ſcripturæ in ueram & falſam ſeu fictam diuiditur.

Diuiſio.

Vt autem uera a falſa recte diſcerni poſſet, ueteres ueræ pœnitentiæ tres partes numerarunt. Contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem.

Tres partes pœnitentiæ.

Rurſus ueram pœnitentiam duabus ſpeciebus contineri conſtat, Interiori & exteriori. Exterior iterum in publicam & priuatam ſcinditur. Sunt qui publicam iterum in ſolennem & ſimpliciter publicam ſecent. Sed hæc ultima publicæ pœnitentiæ diſcriminatio magis rituum publicæ pœnitentiæ differentiam, q̃ diuerſas pœnitentiæ ſpecies denotat. Hæc tamen omnes exterioris pœnitentiæ ſpecies ut fructuoſæ ſint, interiorem pœnitentiam præſupponunt.

Pœnitentiæ ſacramentũ.

Interim conſtat, illius exterioris pœnitentiæ, quæ proprie ſacramentum eſt, (de qua poſtea dicemus) uim propemodum totam in abſolutione conſiſtere. Quæ omnia q̃ poterimus breuiter exponere conabimur, allaturi, ut ſperamus, haud parum luminis non tantum ei rei, quæ præ manibus eſt, ſed etiam ueterum eccleſiæ patrum de pœnitentia ſententiis ac ſcriptis.

ORdiemur ergo a ueræ pœnitentiæ deſcriptione, quæ ſane nihil aliud eſt quàm conuerſio hominis ad deum, quæ tum fit ac peragitur, quum peccata quæ uel in nobis experimur, uel commiſimus, propter deum, ex animo non ſine graui animi dolore odimus, cum uoto ac propoſito deinceps non peccandi, ſed uitam in melius commutandi. Tres autem ſunt huius pœnitentiæ actiones, ſi diuo Auguſtino credimus, in eccleſia uſitatæ. Vna eſt, quæ nouum hominem parturit, donec per baptiſmum omnium præteritorum ablutio peccatorum fiat, hoc agitur ante baptiſmum. Nullus enim qui ſuæ uoluntatis eſt arbiter, niſi pœniteat eum ueteris uitæ, nouam inchoare poteſt. De hac dixit apoſtolus Petrus: Agite pœnitentiam, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum in remiſſionem peccatorum. Altera eſt actio pœnitentiæ poſt baptiſmum, quæ fit pro illis peccatis, quæ legis decalogus continet, de qua loquutus eſt Apoſtolus Paulus: Timeo ne iterum quum uenero ad uos, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt. Eſt & pœnitentia bonorum & fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Illa utique, quæ humanæ fragilitati, quanuis parua, tamen crebra ſubrepunt, quæ ſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment ſicut unum aliquod grande peccatum. Nihil enim intereſt ad naufragium, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſubreptus aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat nauem atque ſubmergat. Indies itaque orantes, Dimitte nobis debita noſtra, manifeſtamus habere nos, quod nobis dimitti poſtulemus, atque in his uerbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non ceſſamus.

Deſcriptio ueræ pœnit.

Augu. ad ſeleut. de baptiſ. & pœnitent.

Act. 2.

Quotidiana pœnitentia.

INuenti ſunt autem heretici, qui primam tantum pœnitentiæ actionem ante baptiſmum concederent. Pœnitentiam uero poſt baptiſmum penitus negarent, a Nouato authore Nouatiani dicti, qui & Cathari, quorum impietatem noſtris temporibus fanatici Anabatiſtæ renouare conati ſunt, hos non difficile eſt apertiſſimis ſcripturæ teſtimoniis & exemplis innumeris refellere. Quid enim eo teſtimonio fortius, quo deus apud Ezechielem cap. xxxiii. addito etiam iureiurando, hos hæreticos impie mentiri apertiſſime pronuntiat? Viuo ego dicit dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. Per ſeipſum iurat deus (per maiorem enim ſe iurare non poteſt) ſe nolle mortem peccatoris, quin potius lapſum conuerti & uiuere. Faceſſat ergo hæreticus qui dei teſtimonium conuellere non erubeſcit. Itidem Chriſtus apud Matthæum cap. xviii. Si peccauerit (inquit) in te frater tuus,

Nouatiani

Anabaptiſtæ

Ezech. 33.

Hebræ. 6.

Matth. 18.

uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum:ſi te audierit: lucratus eris
Lucæ.15. fratrem tuum. Lucæ quoque cap.xv. ſic ait: Maius gaudium erit ſuper
uno peccatore pœnitentiam agente, q̃ ſuper nonagintanouē iuſtis, qui
non indigent pœnitentia. Paulus ad Galatas.vi. inquit: Fratres: ſi præ-
Galat.6. occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, hu-
iuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, &c. Et quid apertius eo. Memor
Apoca.2. eſto unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et quod Pe-
trus ad Simonem Magum iam baptizatum ait: Pœnitentiam age ab
Actor.8. hac nequitia tua, &c. Poſſent & alii ſexcenti loci afferri. Quod ſi exem-
pla ſcripturæ requiras, habes ex pœnitentibus receptis, Dauid, Manaſ-
ſen, Petrum, Magdalenam, Galatarum eccleſiam, Corinthium inceſtū,
& pleroſq; alios, de quibus ſcriptura paſſim meminit. Qui uero plura in
numerato habere deſiderat, quibus hæreticos illos reuincat, hic ſan-
Ambroſius ctos illos eccleſiæ patres perlegat, præcipue diuum Ambroſium in duo-
bus, quos de pœnitentia cōſcripſit libris, ubi eoſdem grauiſſime ac acer
Obiectio. rime confutauit. Quos tātum locos, quos illi uti præcipuos pro ſua
hæreſi tuenda ex epiſtola ad Hebræos adferunt, attingemus. Prior legi-
tur Hebræorum ſexto in hæc uerba, Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt
Hebræ.6. illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt
ſpiritus ſancti, guſtauerunt q; nihilominus bonum dei uerbum, uirtu-
teſq; ſeculi uenturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam,
Dilutio. rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium dei & oſtentui habentes. Hic lo-
cus licet duriuſculus uideatur, tamen ſane intellectus, adeo pœniten-
tiam non tollit, ut etiam ſtatuat. Veteres de quorum numero ſunt Am
broſius, Chryſoſtomus, Theophylactus, & cæteri ferme omnes hunc
locum de baptiſmo intelligunt, quod hunc impoſſibile ſit iterari. Et
ſententiam ſuam his uerbis Paulinis (nempe renouari ad pœnitentiam,
Roma.6. item crucifigentes ſibimetipſis filium dei & oſtentui habentes) confir-
Vnicū in eccleſia baptiſma. mant. Nam qui poſt baptiſmum (in quo cum Chriſto cruci cōfigimur
& conſepelimur) labitur, ac putat aliam renouationem baptiſmatis ſu-
pereſſe, is Chriſtum denuo crucifigit. Semel crucifixus eſt Chriſtus, ſe-
verbum impoſſibile. mel peccato mortuus eſt, amodo non moritur. Ergo & unicum opor-
tet eſſe in eccleſia baptiſma, non plura. Poteſt etiam ſecundum uete-
rum ſententias de blaſphemis intelligi, ut uerbum impoſſibile capia-
tur pro admodum difficile. Blaſphemos enim, qui Chriſtum iterum
crucifigunt, ac ludibrio habent, renouari poſſe ad pœnitentiam ualde
difficile, atque adeo apud homines impoſſibile uidetur. Interim ta-
4 Reg.21. mē nemo negauerit, id apud deum nequaquam eſſe impoſſibile, ſi blaſ-
2.Para.33. phemo pœnitentiam dare decreuerit. Exemplo ſunt in ueteri teſta-
1.Timo.1. mento Manaſſes, in nouo Paulus. qui quamuis blaſphemi & perſequu-
tores dei fuerint, conſequuti tamen ſunt ueniam. Cæterum qui hunc
locum de finali blaſphemia ſeu impœnitentia aut deſperatione tantum

intelligunt, uidentur nobis q̃ proxime ad germanam epiſtolæ intelligentiam accedere, quæ nullam habet abſurditatem. Nam & Euangelium docet, Vnum tantum genus eſſe peccati, quod Chriſtus peccatum in ſpiritum ſanctum appellat, neque hic neque in futuro ſeculo remiſſibile. Hoc beatus Auguſtinus & cæteri ſancti patres, finalem impœnitentiam ſeu deſperationem uſque ad mortem interpretantur. Nam hæc ſola non remittitur, quod proprie cum gratia pugnet, Qui enim fieri poteſt ut obſtinatus & deſperans gratiam remiſſionis peccatorum accipiat quã repudiat? Cætera omnia quantumuis grauia crimina, etiam poſt baptiſmum, quamlibet ſæpe iterata, uera pœnitentia dilui tota ſcriptura proclamat. Iam locum illum ad Hebræos ſic recte intelligi, ſatis indicant præcedentia, quæ declarant ſequentia. Superius enim dixerat, Videte fratres ne ſit in aliquo ueſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a deo uiuo, ſed adhortamini uoſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis malitia peccati. Hic Apoſtolus clare ſignificat ſe pœnitentiam poſt baptiſmum permittere, qui & obteſtatur fratres, ut ſeſe mutuo cohortentur, donec hæc uita ſuperſtes eſt, ne quis omnino ex ipſis incredulitati obnoxius obduretur malitia peccati, nimirum ſolos incredulos & finaliter obduratos, non autem reſipiſcentes & piis commonitionibus obedientes ab illa requie excludens. Quibus enim, ut ſubdit, iurauit dominus, non ingreſſuros in requiem, niſi his qui non obedierunt, quos uidemus, quod non potuerunt ingredi propter incredulitatem, alioqui remiſſio peccatorum, quod ad credentes attinet, uniuerſalis eſt. Omnis enim qui credit in eum, non confundetur. Item, Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, &c. Sic itaque intelligendus eſt locus ille ad Hebræos, Impoſſibile eſſe renouari eos, qui Chriſtum iterũ crucifigunt, & ludibrio habent, id eſt renouari non poſſunt qui Chriſto increduli ſunt, qui Chriſti fidem deſerunt, qui Chriſtum contemnunt, qui Euangelio amplius non obediunt, q non ſit in alio quoquam ſalus. Poteſt & ſic enarrari locus, Impoſſibile eſſe eos, qui bonum dei uerbum reliquerunt, ad pœnitentiam renouari, tantiſper ſcilicet, donec ludibrio & oſtentui filium dei habent.

Matth. 12. Marci. 3. Lucæ. 12.

Aug. de Peccat. in ſpm̃ ſanctum.

cap. 3.

Eſaiæ. 28. Roma. 10. Iohan. 3.

Actor. 4.

Atque hanc eſſe uere Paulinam ſententiam, ex alterius loci, quem hæretici ex eadem epiſtola cap. x. obiiciunt, interpretatione magis perſpicuum euadit, Qui ſic habet, Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, ſed terribilis quædam expectatio iudicii. Quo certe nihil aliud inculcare uult Apoſtolus, q̃ Chriſtum eſſe uiuam illam pro peccatis noſtris hoſtiam in cruce immolatam, atque hanc ueritatem nos retinere oportere. Alioqui ſi poſt notitiam huius ueritatis uoluntarie peccauerimus, hanc ueritatem atque adeo Chriſtum ipſum deſerentes, certe nihil ſu-

Alter locus duriuſculus. Hebræ. 10. Dilutio.

Iohan.3. pereſt,niſi ut in iudicio pœnas demus. Vnde huius loci eadem omnino eſt ſententia,quæ eſt illius apud Iohannem: Qui non credit in eum,iam iudicatus eſt,quia non credidit in nomine unigeniti filii dei, Et iterum: Qui autem incredulus eſt filio,non uidebit uitam, ſed mors dei manet

Peccatũ ad morte quod I.Iohan.5. ſuper eum.atque hoc eſt peccatum illud ad mortem,de quo in prima epiſtola idem Apoſtolus ait:Eſt peccatum ad mortem,pro eo non dico ut quis oret. Non magis ergo ambo hi loci ex epiſtola ad Hebræos citati, reuertentem per pœnitentiam ad Chriſtum repellunt,q̃ illi apud Iohannem. V trobique enim ſignificatur incredulos iam iudicatos eſſe, iram dei ſuper eos manere,quamdiu increduli ſunt. quamdiu filium dei iterum crucifigunt & oſtentui habent,quamdiu uoluntarie peccant,notitia ueritatis ſemel accepta,uoluntarie relicta ac contempta,quamdiu filium dei conculcauerint & ſanguinem teſtamenti, in quo ſanctificati ſunt pollutum duxerint & ſpiritui gratiæ cõtumeliam fecerint,hoc eſt, gratiam quæ eſt i Chriſto,repudiarint.Nam quiſquis ad Chriſtum per pœnitentiam & fidem reuertitur, horum omnium contraria facit, ad

Matth.12. quem non pertinet hæc Chriſti comminatio(non remittetur hic neque in ſeculo futuro)ſed tantum ad illos qui ſubuerſi ſunt & proprio iudi-

Tit.3. Eſaiæ.6. cio condemnati,de quibus ſcriptum eſt:Dedit illis deus ſpiritum com-

Roma.11. punctionis,oculos ut non uideant,aures ut non audiant. Item. Obſcu-

Pſalm.68. rentur oculi eorum ne uideant,& dorſum eorum ſemper incurua. Iam & totius epiſtolæ ſcopus hãc ſententiam manifeſte aſſerit. Paulus enim

Scopus eplę ad Hebræos. tota illa epiſtola ad Hebræos fere nihil aliud agit,quam ut diſcernat ſacrificia ueteris legis,ab illo unico ſacrificio propitiatorio,Chriſto.docet atque omnia illa,in hoc unico iam euacuata & adimpleta eſſe, Quo fiat ut impoſſibile ſit.eum qui Chriſtum (quem ſemel amplexus eſt) rurſus contempſerit.renouari per aliam hoſtiam quum non ſit alia pro pecca-

Roma.10. tis hoſtia,quam Chriſtus,quem qui relinquũt,fruſtra ad alias uictimas ſeu opera confugiunt.Ignorantes enim dei iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.Ex quibus omnibus conſequitur, ueriſſimum eſſe,hanc ad Hebræos epiſtolam,pœnitentiam poſt baptiſmum magis ſtatuere quam tollere.quum Paulus iubeat ac obteſtetur, admoneri fratres per ſingulos dies donec hodie cognominatur.ut non obduretur qs

Quid per initiũ ſubſtãtiæ Paulus uelit Hebræ.10. malitia peccati ſed ut participes Chriſti effecti,initium ſubſtantiæ eius uſque ad finem firmum retineamus Per initium ſubſtantiæ initia pietatis ſignificans,ſcilicet baptiſmi & pœnitentiæ doctrinam, quam tenentes non obdurabimus corda noſtra,ſicut illi, qui propter incredulitatem a terra promiſſionis ſunt excluſi.quin potius plena fiducia accedemus in introitu ſanctorum, in ſanguine Chriſti aſperſi corda a conſcientia mala, &c.

CONſutata itaque ſententia plane hæretica & plena impietatis, de pœnitentia, quæ poſt baptiſmum in eccleſia agitur, paucis differendum eſt. hanc beatus Hieronymus, Tertullianum ſequutus, ſecundam poſt naufragium tabulam tropo haud ineleganti appellat, Qui tropus tam placuit poſteris, ut fere in omnium de pœnitentia diſſerentium ore uerſetur. Prima tabula, qua ſubnixi ex diluuio peccatorum tam in Adã ueluti ſtirpe quam poſtea male uiuendo, quacunque tandem ratione cõtractorum enatamus. baptiſmus eſt, poſt quem acceptum, ſi rurſus naufragium fecerimus, nulla pro peccatis noua hoſtia reſtat, ſed tantum ſupereſt hæc ſecunda tabula, Pœnitentia quam ſi gnauiter (donec uita ſuperſtes eſt) apprehenderimus, ac apprehenſam perſequuti fuerimus, non dubium, quin rurſus ad ſalutis portum pertingemus, quamlibet etiam periculoſi ſint, in quos poſtea incidimus, peccatorum ſcopuli. Remedium ſane in eccleſia ſumme neceſſarium, quo ſublato, quantulą quæſo hominum pars fuerit, quæ poſt baptiſmum, nullius peccati, aut etiam criminis ſibi conſcia, uitæ æternæ participationem ſperare queat? ut nulli nobis immaniores hæretici unquam fuiſſe uideantur, q̃ Nouatiani, qui tam neceſſarium animæ medicamentum e medio tollere conati ſunt.

Pœnia ſecunda poſt naufragiũ tabl'a. Hiero. ſuper Daniel.

Prima tab'a baptiſmus.

Secũda tabula, pœnia.

Nouatiani heretici oĩm immãiſſimi.

PORro eccleſiaſtici patres ueram pœnitentiam tribus partibus conſtare (quemadmodum & ſuperius meminimus) nobis tradiderunt, Contritione, confeſſione & ſatisfactione. Loquimur autem de pœnitentia, non quæ proprie ſacramentum eſt (nam ea uti cætera ſacramenta, ſuo uerbo, ſuo item elemento ſacramentali tanquam partibus ſuis eſſentialibus conſtat). Sed de pœnitentia loquimur, quæ totam hominis conuerſionem ſeu renouationem complectitur, Ea enim tum demum perfecta, conſummata ac fructuoſa cenſetur, ſi tribus illis partibus abſoluatur. Sunt qui pœnitentiæ duas partes faciant, contritionem & fidem, Sed fides, noſtra quidem ſententia, non proprie pars, ſed magis radix & fundamentum eſt, non tantum pœnitentiæ. ſed & omnis operis boni. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Orthodoxi doctores, fidem appellant ianuam ad ſalutem, non quod fides (ſi tamen ſecundum omnem ſuam rationem accipiatur) initium tantum omnis bonæ actionis ſit, & nihil præterea, ſed potius t ale ſit initium, quod & perpetuo proſequatur progredientem, & in actionibus pietatis præcipuas agat partes.

Pœnitentia ſ gñe accepta tribus partibus conſtat.

Fides an proprie pœnitẽtie pars ſit. Roma. 14.

Fides ianua ad ſalutem

QVæ omnia ut clarius intelligantur, meminiſſe oportet eorũ, quæ in primum articulũ ſymboli apoſtolici ex Auguſtino retulimus, quæ hic repetiſſe ac illuſtraſſe ſuperuacancũ haud putamus. Nempe duplicem aut triplicem etiam eſſe fidei ſeu credendi rationem, Siquidem una eſt, qua deum eſſe ac cætera quæ ſcriptura commemorat, non aliter q̃ hiſtorica quadam fide recitata, uera credimus, Vnde & hi-

Triplex credendi ratio. 1. credimus deum,

Iacobi.2. ſtorica fides appellatur quam nobiſcum dæmones communem habet. Altera qua deo credimus,quæ perſuaſio & conſtans opinio eſt,qua fidē
2.Deo. & promiſſionibus & comminationibus diuinis adhibemus, quam habent iniuſti cum iuſtis communem. Nam (ut Apoſtolus ait)reuelatur
Roma.1. ira dei ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniuſtitia detinent, ideſt, ira dei reuelatur hominibus etiam iniuſtis qui ueritatem & iuſtitiam dei(qua ſciūt deum eſſe, deum peccatis iraſci,deum ſcelera punire)in iniuſtitia detinent & cōtemnunt.
3.in deum. Tertia fidei ratio eſt,qua in deum credimus,ſolis piis peculiaris quæ certiſſima quædam fiducia eſt qua totos nos deo ſubmittimus, totique a gratia & miſericordia dei pendemus. Hæc & ſpem complectitur,& charitatem indiuiduam comitem habet. Eſt enim(ut Auguſtinus ait) fides qua amando in deum itur, nimirum quam Paulus deſcribens ait,
Galat.5. fides quæ per charitatem operatur. Prima credendi ratio ſeu fides illa hi-
Fides informis. ſtorica,ſi ſolam accipias,informis eſt,& ueluti adhuc mortua. Altera ue-
Fides imperfecta. ro,qua deo tantum credimus,necdum tamen erga deum religioſa pietate afficimur,manca. Sed tertia,qua in deum credimus,pioque affectu in
Viuida fides eum tendimus,ea demum uiuida atque integra fides eſt. Fides ergo, qua perſuaſum habemus,deum eſſe. Item qua deo uel promittenti uel com-
Hebræ.11. minanti credimus,ſpiritualis ædificii initium eſt. Oportet enim accedentem ad deum credere quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator, deſerentibus uero grauis impietatis ultor ſit. Fides uero, qua in deum
Auguſt.in pſal.31. credimus, hæc non tantum initium eſt bonæ actionis, quin potius ut actio quæcunque bona ſit,facit, & quod actioni noſtræ deeſt, ſupplet, non ex ſua dignitate,ſed ex miſericordia dei,quam accipit ſeu apprehendit. Hæc fides, quatenus homini ad aſſentiendum his quæ credenda
Fides infuſa. ſunt a deo infunditur,fides infuſa dicitur, Quatenus uero poſt iuſtifica-
Acquiſita tionem,uel per auditum uerbi,uel per uiſa miracula augeſcit, acquiſi-
Habitualis ta. Rurſus quatenus ſe non exerit,habitualis, Quatenus uero ſeſe exe-
Actualis. rit & exercet,actualis appellatur. Nec hoc omittendum eſt, fidem ſecun-
Fides in intellectu. dum duas priores credendi rationes in intellectu conſiſtere. Secundum tertiam uero etiam in uoluntate, quod actio fidei ſic acceptæ (quod eſt credere, fidere & adhærere deo) non ſolo intellectu,quem fides illumi-
Fides in uoluntate. nat,ſed & uoluntate,quam accedente charitate inflammat,perficiatur. Iam etſi fides, ſpes & charitas tria dona ſpiritus ſint,& ſingula ſuas diſtinctas habeant rationes, tamen hoc conſtat eam fidem, qua in deum
Fides iuſtificans nō accipitur ſine ſpe & charitate. credimus)quæ ſola efficax,ſyncera, integra & ſalutifera eſt) nec infundi nec accipi ſine ſpe & charitate. Vnde etſi tria hæc ratione, non tamen tempore ſeparantur, quia ſimul accipiuntur, quemadmodum enim radius,illuminatio,& calor ſimul tempore ſunt ac fiunt, licet ratione atque etiam reipſa diſtincta,ſic in iuſtificatione hominis fides,ſpes & charitas ſimul in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum diffunduntur.

Sic

Sic enim Paulus ad Roma .5. teſtatur, Iuſtificari nos per fidem, ea ſcilicet, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei, ſpe quidem non qualibet, ſed ſpe quæ non confundit, hoc eſt, non pudefacit, ꝙ charitas dei effuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Nam quod alibi Apoſtolus ait: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, Non ſic accipiendum eſt, quaſi integra & ſyncera fides ſine charitate accipiatur; ſed magis exaggerandi gratia per hyperbolem dictum uideri debet, atteſtantibus Chryſoſtomo ac Theophylacto. Nam & Baſilius magnus locum hunc citans in epiſtola quadam ad Neoceſareenſes, hæc ſubiicit: Non quod horum quæ commemorauimus, ſingula ſine charitate poſſint inueniri, ſed quod ſanctus Paulus uoluerit teſtimoniis confirmare quod dixerat, præceptum charitatis infinitis partibus eē reliquis omnibus excellentius: Itidem diuus Ambroſius ad Herontianum locum húc exponens: Sed arbitror (inquit) propoſiti gratia hoc dixiſſe Apoſtolum. Neque enim uidetur mihi, qui habeat omnem fidem ita ut montes tráſferat, charitatem non habere. Hactenus Ambroſius. Interim non negamus, fidé donum dei eſſe ſpeciale etſi deſit charitas. certe fuerat in illis fides aliqua qui dicunt, In nomine tuo eiecimus dæmonia. Fuit in Caipha aliquod fidei donum, quum diceret. Expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo: Eſt & in ſceleratiſſime uiuẽtibus Chriſtianis nõnulla fides reliqua, de qua dixit Apoſtolus Iacobus: Fides ſine operibus mortua eſt. Sed fidei integræ ac ſynceræ (nimirum ſecundum tertiá credendi rationem acceptæ, cui iuſtificatio tribuitur) non poteſt abeſſe charitas. Fruſtra enim credis, eſſe deum, & eſſe deum unum, niſi ſic credas, deum eſſe, ut illi omnia accepta referas, omnemq́ tuæ ſalutis ſpem in illũ defigas. At id non facies niſi fidei adiungas charitaté, ac poſtea piis operibus teſteris, & quod credis, & quod amas.

QVibus repertis ac præmiſſis, iam ad pœnitentiæ partes ueniendũ eſt. Prima itaq; pars, contritio eſt, quam ecclesia uocat uehemẽtẽ animi amaritudinem ac intimum dolorem conſcientiæ, quæ de ſuis peccatis iraſci ſentit, & ſe peccaſſe grauiter dolet, cum uoto uitam in melius commutandi. Hæc incipit quidem & concipitur ut plurimũ fide hiſtorica & timore ſeruili, ſed non perficitur niſi fide ſyncera & timore filiali. Principio enim fides illa ſecundum primam & ſecundam credẽdi rationem, qua deum eſſe, eundemque iuſtum ac ueracem credimus, timorem ſeruilem parit, peccantes metu pœnæ terrentem. De quo dictũ eſt, Ambroſio & Auguſtino teſtibus. Initium ſapientiæ timor domini. Hic in nobis augeſcit, quum notitia legis diuinæ notitiæ legis naturæ animis inſculptæ accedit. Nam quum peccatum nihil aliud ſit, q̃ factũ, dictum, aut concupitum contra legem, conſequitur ut per legem cognitio peccati fiat, & quo magis in notitiam legis penetramus, tanto perſpi

Roma.5.
Locus Corint.13. explicatur.
Chryſoſt.
Theophy.
Baſilius magnus in ep̃la ad Neoceſa.
Amb. ad Herontia. epiſtola.74.
Fides donũ ſpeciale etiã ſine charitate.
Iohan.11.
Iacobi.2.
Cõtritio quid.
Timor ſeruilis.
Amb. li.2. de Voca. genti.
Aug. in epi. Iohan.
Prouer.1.
Eccle.1.
Roma.3.

cacius peccata & dilicta noſtra cernamus, ꝗ̃ꝗ procul ſimus ab obſerua-
tione legis, ueluti in ſpeculo quodam intueamur. Ergo quum lex ueluti
Deut. 5.
digito oſtendat ac commonſtret peccatum, nõ tantum quod opere, ſed
etiam quod affectu committitur, præterea doceat deum peccata noſtra
ſeueriſſime tam in hoc quam in futuro ſeculo punitúrum, ac ſubinde
Fides hiſtorica cũ timore ſeruili terrorẽ incutit cõſcientiæ.
huic notitiæ conſcientia noſtra per fidem aſſentiat, fit ut hæc fides cum
timore ſeruili coniuncta, grauem animi concuſſionem, terrorem & ama-
ritudinem pariat: quibus cordis noſtri ſuperbia frangitur, ac ueteris ho-
minis affectus ueluti conteruntur comminuunturque. Ab incuſſione
Matth. 3.
huius timoris doctrinam pœnitẽtiæ Baptiſta exorſus eſt. Progenies (in
quit) uiperarum, quis uos docuit fugere a uentura ira? Iam ſecuris ad
radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum
Lucæ. 13.
bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Nec aliter Chriſtus docet. Niſi
Matth. 10.
(inquit) pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Et alibi. Noli-
te timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occide-
re. Sed potius timete eum, qui poteſt & corpus & animam perdere in ge-
hennam. Itidem apoſtolus Petrus prima concione poſt acceptum ſpiri-
Actorũ. 2.
tum ſanctum Iudæis hunc timorem ingerit, ex prophetis arguens & cõ
teſtans, ꝙ Ieſum, quem & dominum & Chriſtum fecit deus, per manus
iniquorum affligentes crucifixerunt ac interfecerũt. Sequitur enim. His
Pſal. 78.
autem auditis, compuncti ſunt corde. Idem docendi genus admodum
Eſaiæ. 1. 5.
frequens eſt in prophetis. Concipitur itaque contritio ferme ex hoc ti-
Chryſ. de cõpũct. cordis Itẽ hom. 15. ſup epi. 1. ad Timoth.
more, quum ſcilicet peccator in legem diuinam intuens, conſiderat inte-
riorem animi ſui immundiciem legi dei repugnantem ſimul cum ma-
gnitudine, turpitudine ac fœditate criminum ſuorum, repetens, quoties
Roma. 7.
in ea relapſus, & quãdiu in ſuis tenebris ac ſordibus uerſatus ſit, quan-
tiſque bonis ſeipſum interea priuauerit, a communione totius corporis
Chriſti ſeparatus, obnoxius æternæ gehennæ ſupplicio, ex quarum rerũ
attenta conſideratione naſcitur horror peccatorum. Qui hunc horro-
rem non ſentiunt: nec dolore ullo aut metu iræ dei afficiuntur, ſed ſecu-
ri indulgent ſuis cupiditatibus, uel quaſi nihil habeant uitii, ſibi blandi-
Pſalm. 13.
untur Hypocritæ longe a pœnitentia ſunt, de quibus propheta ait. Nõ
eſt timor dei ante oculos eorum.

Solus timor ſeruilis parũ utilis.
NEque tamen putandum eſt hunc timorem ſeruilem, qui ex metu
ſupplicii ducit originem, & honorem incutit peccatorum, pœni-
tentiam totam abſoluere. Quin potius is ſolus adeo non ſuffecerit, ut
& exitialis ſit, quod deſperationem gignat, niſi proficiat ad ſpem ueniæ,
per contemplationem miſericordiæ diuinæ, & ſuccedat fides illa ſecun-
dum tertiam credendi rationem, quæ accedens demum facit, ut timorẽ
Timor filialis.
ſeruilem comitetur timor filio dignus, cui commiſſa diſplicent, nõ iam
quod pertrahant in gehẽnam, ſed quod patrem optimum ac ſic de no-
bis meritum offendunt, quale uidere eſt in filiis, qui grauiter in paren-

tes de-

tes deliquerunt. Primum enim metu pœnæ ſeu plagarū peccatum oderunt, deinde paternæ pietatis memoria ſubeunte, ubi fiduciam reditus in gratiam cæperint, etiam ex amore præterita commiſſa deteſtantur, ſic ut etſi nullus deinceps immineat pœna metus, tamen ſcientes ruiſus admittere nolint quod parentes illorum offendat.

HAec ergo fides cum timore filiali coniuncta, ueram pœnitentiam a falſa pœnitentia ſeparat, & diſcrimen facit inter cōtritionem impii & uere pœnitentis. Impius enim concepto timore ſeruili ex metu ſupplicii, atque ibi conſiſtens in deſperationem adigitur, quod uidere eſt in Cain, Pharaone, Saul, Achab & Iuda traditore. Sed quos in hoc dolore conſtitutos deus clementer reſpicit, hi quum ex timore per fiduciam miſericordiæ ad timorem filialem gradum fecerint, tum demū ad ueram pœnitentiam contriſtantur, quales fuerunt Dauid Niniuitæ, & Magdalena, & quotquot illorum exemplum imitantur (qui nō ut impii illi obdurant, ſed ſcindunt corda ſua, deo ante oſtium ſtanti ac pulſanti aperiētes ac locum dantes, cum deſiderio illi deinceps adhæreſcendi. Atq; hæc tandem eſt uera illa interior pœnitentia, ad quam omnis ſcriptura paſſim nos prouocat & uerbis & exemplis Scindite (inquit Iohel) corda ueſtra & non ueſtimenta ueſtra. Et Eſaias. Vbi habitabit dominus? in ſpiritu contrito & humiliato. Sacrificium enim deo ſpiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatum deus non deſpiciet. Item. Beati qui lugēt, quoniam ipſi conſolabuntur.

Fides in deū cū timore filiali verā cōtritionem parit.

Apoca. 3.

Iohel. 2.

Pſalm. 50.

Matth. 5.

VIdes ergo quemadmodum conſideratio iuſtitiæ ac iudicii diuini, accedente fide hiſtorica, pœnitentiam inchoet, conſideratio uero bonitatis diuinæ ex amoris affectu procedens cum fiducia miſericordiæ, pænitentiam formet, quamobrem hæc duo ſcriptura paſſim cōiungit. Beneplacitū (inquit Dauid) eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Et Paulus Apoſtolus, quum reuelari iram dei ſuper omnem impietatem aſſeruiſſet, ſubiecit: An neſcis homo, q dei benignitas ad pœnitentiam te adducit? Haud inficiamur, ſanctiorem eſſe pœnitentiam, quam timor filialis in bonitatem dei reſpiciens & inchoat & format. Sed quoniam hæc eſt fragilitas & imperfectio noſtra, ut non facile ad bonitatem dei oculos noſtros attollamus, niſi prius iram ſenſerimus, quemadmodum Pſaltes ait: Quum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & clamauerunt ad dominum, quum tribularentur. Idcirco ſanctis partibus recte placuit pœnitentiæ doctrinam a timore ſeruili non inepte ordiri. Hinc beatus Auguſtinus haud ineleganti tropo hunc timorem ſetæ & medici ferramento comparat. Vt enim per ſetam linum introducitur, ſic per hunc timorem charitati locus præparatur, ſeta prius intrat, ſed niſi exeat non ſuccedit linū. Sic timor prius occupat mētē, ſed ſuccedēte charitate, nō remanet timor, & quo illa creſcit magis, tāto hic decreſcit magis, & quo fit illa intus ſa-

Timor fiduciæ cōiūctus

Pſalm. 146.

Roma. 2.

Sanctior pœnitētia, quā timor filialis inchoat.

Pſalm. 106.

1.Iohan.4.

miliarior, tanto magis timor cedit, donec perfecta charitas illum foras mittat. At ubi nullus eſt timor, ibi non eſt qua intret charitas. Rurſus, quemadmodum medici ferramentum putredinẽ tollit, & vulnus quod minus dolebat, plus dolere facit, atque adeo principio auget, donec accedente medicina, ſuccedat tandem ſanitas. Sic timor pungit ac uulnerat mentem, ſed ſuccedens charitas, uulneri ſanato cicatricem obducit. Nec minus eleganter beatus Baſilius hunc timorem iſagogicum, hoc eſt, introductorium & pædagogicum appellauit ad pietatem.

Baſilius.

Amb. de uoca. gent. li.2.

Exercet enim timor quem occupat, memoria ueteris uitæ, perhorreſcentia & execratione peccati, & ignis æterni pauore, ut exercitatum iam per timorem charitas plena fiduciæ ſuſcipiens perficiat. Non enim hoc timore uel ratio uel intellectus aufert, ſed illa potiꝰ quæ mẽtẽ præmebat caligo diſcutit, ut uoluntas deprauata prius, atque captiua, recta efficiatur.

Grego. in Iob ca.29.

Eundem timorem Gregorius, Hieronymum ſequutus, primum incipientium gradum eſſe ſtatuit, ut qui neſcit proximum ſicut ſe diligere, iam tamen incipiat ſuperna iudicia formidare.

Duo cõpunctionis gñª.

Atque alibi duo compunctionis genera pulcherrime deſcribit. Primum (inquit) anima timore compungitur, poſt amore. Prius enim ſeſe lachrymis afficit, quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At uero quum longa mœroris anxietate fuerit conſumpta, quædam iam præſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cœleſtium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat ne perduceretur ad ſupplicium, poſt amariſſime flere incipit, quia differtur à regno.

Caſſiodo. in pſal.110.

Caſſiodorus in pſalmum centeſimum decimum, Metum iudicii ianuam conuerſionis appellat, modo tamen diſcretio dilectionis addatur. Breuiter, in hanc ſententiam omnes pii diſcedunt.

Prædicatio verbi dei vnde ordienda.

HAec eo dicta ſunt, ut intelligant uerbi dei miniſtri, unde uerbum prædicationis ſuæ ordiri debeant. Nam tum rectiſſime ſuo funguntur officio, ſi primum animos ad plãgenda peccata commoueant, ſi ſpiritualibus increpationibus ex lege diuina deſumptis populum peccantem arguant, uitam futuram, & æterna ſupplicia in memoriam reducant.

Nicephorus ad Theodo.

Quid cauendum prædic.

Hoc unum uero q̃maxime cauebunt, ne peccantes ſtatim ſecuros reddant ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluãt, alioqui alienorum criminum participes futuri.

Pœnitentiæ gradus.

Vbi uero hunc primum pœnitentiæ gradum ſtrennue fecerint, tum ſupereſt, ut & ſecundus protinus ſubiiciatur ac addatur, quo fiducia miſericordiæ in Chriſtum arripitur, quem ordinem uidere eſt in prima illa Petri concione.

Acto.2.

Poſtquam enim uehementi oratione ad intimum dolorem Iudæos concitaſſet, atque illi compuncti corde dicere inciperent: Quid faciemus uiri fratres? non cunctandum ratus, protinus eo prouectis per ueræ pœnitentiæ remedium, remiſſionem peccatorum in Chriſto Ieſu denunciat ac oſtendit. Eoſdem gradus uelut ob oculos nobis poſitos in beatiſſimi Pauli

Apoſtoli

Apoſtoli conuerſione cernere nobis licebit. Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos domini quum proficiſceretur in Damaſcū, primum dure increpatus ac metu pœnæ exanimatus, in terram proſternitur, ac poſtquam tremens ac ſtupens dixiſſet: Domine, quid me uis facere? ſtatim domini iuſſu in ciuitatem introducitur, ut ad eum Ananias (qui interpretatur gratia ſeu miſericordia domini) accedat ac dicat: Saule frater, dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in uia qua ueniebas, ut uideas & implearis ſpiritu ſancto.

Affect' pœnitentiæ donum dei.

ET uel hoc exemplo diſcimus q̄ non ſit in poteſtate noſtra, ut nobiſipſis hos pœnitentiæ affectus largiamur. Nam Chriſtus eſt qui Paulum ſtrauit. Rurſus, Chriſtus eſt qui Paulum erexit. Paulus uero trahenti, uocanti, ac ſananti tantum aſſenſum præbuit. Quicquid ergo horum in nobis agitur, merum Chriſti beneficium eſt, quia non ſumus ſufficientes, ne cogitare quidem aliquid ex nobis, quaſi ex nobis. deus eſt, qui operatur in nobis & uelle & perficere pro ſua bona uoluntate. Ipſe ſtat ſemper ad oſtium & pulſat, ut & initium ſalutis noſtræ ipſo inſpirante habeamus. Ipſe eſt qui per uerbum ſuum & ſpiritum ſanctum arguit peccata. Ipſe qui horrorem peccati nobis incutit, qui amaritudinem & dolorem mentibus noſtris immittit. Ipſe qui eodem terrore (modo uocantem ſequamur) ad filium trahit. Breuiter, ipſe eſt qui & pœnitentiam in nobis inchoat & format, quod non ſiluit Apoſtolus, quum ait: Ne forte det illis deus pœnitētiam ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur. Ergo quum pœnitentia dei gratuitum donum ſit, ab illo & precibus & lachrymis, animi ſaltem, aliiſq; piis ſtudiis expetenda eſt. Quod ſi non ſtatim contingit quod ambitur, non eſt tamen deſiſtendum a bene cœptis. Proinde qui ex conſideratione uitæ turpiter actæ ac metu gehennæ, iam concepit aliquam deteſtationem criminum, hoc eſt, timorem ſeruilem, ac necdum ſentit timorem filio dignum, perſeueret in lachrymis ac precibus, quærat, petat, pulſet, donec & hunc timorem ſenſerit, cum uoto certo mutandæ uitæ, cumq; amore bene ſperante coniunctum. Vbi uero & hunc ſpiritum ſenſerit, quem Apoſtolus uocat filiorū, in quo clamamus, Abba pater, caueat ne quid hinc ſibi tribuat, agnoſcat gratuitū dei munus, ac abiectus ad pedes illius, gratias agat eius benignitati, rogans ut quod gratis largitus eſt pro ſua bonitate, perpetuum eſſe uelit, ac ſemper in maius augere. nec ſuo uoto ſeu propoſito deinceps non peccandi ſic fidat, ut exiſtimet ſe ſuis uiribus poſſe a peccatis abſtinere: ſed cum magno tremore imploret opem diuinam, ut idem cōfirmet & adiuuet uotum qui dedit. Sic enim eccleſia deum orat, nempe ut actiones noſtras aſpirando præueniat & adiuuando proſequatur, ut cuncta noſtra operatio ab eo ſemper incipiat, & per eum incepta finiatur, per Chriſtum dominum noſtrum.

Acto. 9.
2. Corinth. 3.
Philip. 2.
Apoca. 3.
Iohan. 16.
Pſalm. 36.
2. Timo. 2.
Pœnitētia a deo poſtulāda idq; ſedulo.
Gradus pœnitentiæ.
Roma. 8.
Galat 4.
ſalutem noſtrā cum tremore operabimur.
Pſalm. 67.

Impii ſuæ dã nationis cauſam in deum transferunt.
Roma.9.

SEd interim impii impœnitentes, & præfracti, qui excuſationem in peccatis quærunt, peccatum peccato cumulantes, ſuæ damnationis cauſſam blaſphema uoce in deum transferunt, cauſantes (idque ex Paulinis uerbis perperam detortis) quod reſipiſcere ab iniquitate non ſit, neque uolentis neque currentis hominis; ſed ſolius dei miſerentis. Atque hinc inferre moliuntur, omnem hominis curam in hac re plane ſuperuacaneam eſſe, aſſerere non uerentes arbitrii libertatem in homine ad bonum prorſus nihil ualere. Quæ ſententia plane impia hac deploratiſſima tempeſtate innumerabilem Chriſtiani gregis turbam miſere deceptam, in æternæ damnationis barathrum præcipitauit. Quamobrem pios aduerſus tale uenenum præſenti antidoto præmunire oportet. De liberi arbitrii poteſtate multis diſputare huius libelli anguſtia non fert, nec eſt neceſſe, quod hæc res locupletiſſime a ueteribus, maxime ab Auguſtino (qui arbitrii libertatem & meritum ſimul cum gratia tuetur) tractata ſit. ſummatim indicaſſe ſuffecerit, quid de uiribus noſtræ uoluntatis ad bonum ſentire oporteat.

Quid de viribus nr̃æ võluntatis ad bonũ ſentiẽdum ſit.
Supra fo.42.
Eccl.15.
Aug. de correp. & grat. cap.2.

Initio. quod non ſemel ſuperius dictum eſt, retinere oportet ſententiam quæ Eccleſiaſtici decimoquinto legitur, Quod deus conſtituerit hominem, & reliquerit eum (quemadmodum & angelicam creaturam) in manu conſilii ſui; hoc eſt, quod deus conſtituerit hominem talẽ, qui gratia creatoris ſibi inſuper collata potuiſſet, niſi liberæ ſuæ uoluntatis arbitrio male fuiſſet uſus, legi dei perfecte obedire ac ſatisfacere: rurſus, qui poſſet deſerta gratia dei legem præuaricari, peccare, & in mortem (peccati ſtipendium) incidere.

Roma.6.
Damnantur Manichæi.
Pſalm.5.
Sapiæ.1.
Eccle.15.

Secundo retinendum eſt, quod deus non ſit cauſſa mali ſeu peccati. Nam Geneſis primo dicitur. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. proinde hominem ad peccandum neque incitauit neque coegit. Nam uti Pſalmiſta ait, Non deus uolens iniquitatem tu es. Et Sapientiæ primo ſcribitur: Fidelis eſt dominus, qui mortem non fecit, nec lætatur in perditione animarum. Et alibi. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Sed homo ſuapte ſponte lẽge dei contempta, ſerpenti credens, deum deſeruit, deſerens deſertus eſt, peccauit & in mortem præcipitatus eſt, deſertus quidem a deo, non per diſtantiam localem, quod deus ſubſtantialiter ubique ſit præſens, res creatas (alioqui ſtatim perituras) indeſinenter ſuſtentans ac gubernans. Sed deſertus eſt per gratiæ interioris & ſpiritualis ſubtractionem. Ergo mali ſeu peccati cauſſa, nihil aliud eſt, quam liberum uoluntatis arbitrium diaboli & hominis. Vnde Chriſtus inquit, diabolum patrem eſſe mendacii, & ex propriis loqui mendacium. Itidem primæ Iohannis tertio. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis uero qui natus eſt ex deo, non peccat.

Q̃uo de homine deſerat
Coloſſ.1.
Hebræ.1.
Iohan.8.
1.Iohan.3.

Et iterum primæ Iohannis ſecundo: Omne quod eſt in mundo, concu
piſcentia carnis eſt & concupiſcentia oculorum & ſuperbia uitæ, quæ Roma.5.
non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et in eandem ſententiam ad Roma
nos quinto legimus: Per unum hominem peccatum in hunc mundum
intrauit. Diſcernere ergo oportet naturam a uitio. Natura a deo orta
eſt, & conſeruatur, uitium a uoluntate diaboli & hominis, quæ potuit
abuti libertate ſua, & ſe a deo auertere, & ſic fieri cauſſa peccati.

Tertio, retinere debemus (quod & ſuperius docuimus) primam illam 3
naturam, quæ in primis parentibus tota & integra erat, totam eſſe cor- Sup. fo. 41.
ruptam; proinde licet totam iuſtitiam ac immortalitatem perdidiſſe.
Vnde conſeques erat, ut nec alios poſteros q̃ corruptos, iniuſtos, & mor
tales generare potuerit. Quod queritur Dauid Pſalmo quinquageſimo: Pſalm.50.
Ecce (inquit) in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis cõcepit me
mater mea, Significans ſtatim quum formaretur, in ipſo extitiſſe pecca-
tum illud originis. Vnius enim delicto propagatum eſt malum in om-
nes homines ad condemnationem, cuius mali magnitudinem Paulus Roma.5.
Epheſiorum ſecundo deſcribit, ubi dicit diabolum per hoc peccatum
efficacem eſſe in incredulis. Huc pertinet quod Geneſis octauo ſcribi- Eph.2.
tur. Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adole
ſcentia, hoc eſt, naſcimur omnes cum praua concupiſcentia, quæ nos ab Gene.8.
ineunte ætate ueluti hæreditarius quidam morbus totos occupat & co
mitatur, quo conuincitur omnes immundos eſſe, quos non mundat fi-
des Chriſti; ſicut ſcriptum eſt: Quoniam nemo mundus a peccato corã Iob.4.14.
te, nec infans, cuius eſt unius diei uita ſuper terram. Quæ quum ita ſint, 15.25.
ſequitur, neminem, etiam unius diei infantem, ſi in hac corruptione pec-
cati decedat, contra deum queri poſſe q̃ damnetur, quod reatum ſeu
morbum illum damnatione dignum, non ex deo, ſed ex uoluntario ui- Iob.34.
tio primorum parẽtum contraxerit, quem etiam in infantibus ſuo mo
do efficacem oſtendit Auguſtinus, docens imbecillitatem membrorum Confeſſ. lib.
infantilium innocentem eſſe, non animum infantium. Nam & zelum 1. cap. 7.
& amaritudinem atque inuidentiam quandam in paruulis lactantibus
ac nondum loqui ualentibus nos experiri conſtat. Rurſus liquet, quot- Au. de verb.
quot hanc damnationem euaſerunt, deo gratulari oportere, mortem apoſt ſer. 11.
enim debitam euaſerunt, & uitam non debitam repererunt, liberatis in-
debita exhibetur miſericordia, unde gratias deo agant: damnatis uero
debita exhibetur iuſtitia, ut in deo nihil reprehendant, ut nec illi di-
gnos ſe glorientur, nec hi ſe indignos pœna querantur. In quam ſenten Roma.9.
tiam dixit Apoſtolus: Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid
me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſ-
ſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Explicat lo-
Vna erat maſſa perditionis ex Adam, cui non niſi ſupplicium debebat, cus Paulin.
ſed facit deus ex maſſa, quæ iam perierat, uas in honorem, quum homi- Roma.9.

Roma.5. nem per redemptionem, quæ eſt in CHRISTO Ieſu, reſtituit. Facit
Ephe.1. deus uas, in contumeliam, quum hominem uel peccato originali op-
preſſum derelinquit, uel quum peccatorem in peccatis obdureſcere per-
In deo nulla iniquitas. mittit, idq́ iuſtiſſimo iudicio nobis inſcrutabili, niſi quod certum habe
mus, deum iuſtum eſſe & abſque omni iniquitate, nec ullum homi-
Deut.32. nem, etiam unius diei infantem damnare, niſi quem præuiderit merito
damnandum, id eſt, quem ſibi uocanti non aſſenſurum ſeu creditu-
Aug. lib. re- rum præſciuerit. Hoc contentus, noli ultra diſputare uel quærere, Me
tract. cap.23. quare fecit in honorem, & alium in contumeliam? Immo mirare & ex-
clama cum Paulo: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quã
inſcrutibilia ſunt iudicia eius & ïperueſtigabiles uiæ eius? quis enim cõ
Roma.9. gnouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? tantum qui libe-
raris & iuſtificaris, ſedulo recogita, quantum gratiæ & beneficii in te
conferatur, quum alter ex ſimili corrupta maſſa procreatus, in damna-
tione relinquatur ac iuſte puniatur.

Quarto, quum in præuaricatione Adæ omnes homines naturalem
Vide epi. Aurelii & aliorum epōrum, inter quos Augu. ad Ino. tom. 2. nu. 95. poſſibilitatem & innocentiam perdiderint, idcirco neminem de profun
do illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia
dei miſerentis erexerit, & idcirco nemo ſuis ſolius uiribus ad iuſtifica-
tionem, uitam bonam ac beatam pertingere poterit. Fatemur quidem,
hominem per liberum arbitrium, ſuiſq́ uiribus citra renouationem ali
Aug. ad Sixtũ, itẽ de ſpũ & lite. ca. 28. quo modo externa opera bona agere, ut colere agros, domos ædifica-
re, atque adeo in ipſa impietate uitæ ſuæ aliqua legis & ſapere & facere,
ciuilemq́ aliquam iuſtitiam præſtare poſſe, quam Paulus appellat iu-
Philip.2. ſtitiam carnis, ſeu iuſtitiam quæ in lege eſt, in qua ſe ſe in Iudaiſmo con
Aug. de tempo ſer. 19. uerſatum dicit ſine querela: quæ nihil aliud eſt quam iuſtitia quædam
idẽ ad Boni. 1 cõtra Pelag. externa, quam poteſt homo implere, ut nullus hominum queratur de
eo, licet intus in affectionibus prauis præuaricator ſit legis. Lex dicit:
Non concupiſces. Si concupiſcis, reus es legis in oculis dei, ſed ſi non ra-
Exodi. 20. pis alienum, nulla de te (etſi intus concupiſcas) erit querela hominum.
Aliud eſt enim, conſpicua opera legis implere, uel timore hominum,
uel ipſius dei, uel pœnæ formidine, aliud bene agere dilectione & amo-
re iuſtitiæ, ut tametſi impune permitteretur male agere, male tamen
agere omnino nolis. De externa illa & phariſaica iuſtitia alibi dicit
Roma.10. Apoſtolus. Volentes ſuam iuſtitiam conſtituere, hoc eſt, ſuis externis
Amb. de uoca. gent. lib. 1. cap. 3. operibus in ſpeciem bonis (etſi mens praua ſit) fidere, iuſtitiæ dei non
ſunt ſubiecti. Nam quum uires hominis non ſint penitus extinctæ,
ſed uitiatæ, reliquum eſt in natura hominis naturale iudicium, & dele-
ctus quidam rerum, quæ ſunt ſubiectæ ſenſui & rationi & operum ex-
ternorum, quo fit, ut eadem ſuis uiribus aliquo modo efficere poſſit.
Sed interiores motus, hoc eſt, bonos affectus, ſeu quæ deus requirit
(quam uocamus iuſtitiam ſpiritualem) per ſe ſine deo efficere non po-
teſt.

teſt. Sed ut hos motus concipiat, dei & mediatoris gratia ac ſpiritu ſancto eſt opus. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Sed hi tandem qui ſpiritu dei ducuntur, hi ſunt filii dei. Et ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, is non eſt Chriſti. Quamobrem Chriſtus Iohannis tertio dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt uidere regnum dei. Et iterum Iohannis ſexto. Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater meus, qui miſit me, traxerit eum. Itidem Iohannis decimoquinto. Sine me nihil poteſtis facere. Nam homo in peccatum lapſus, non inepte confertur homini, in profundiſſimam ac ſpurciſſimam foueam præcipitato ac grauiter uulnerato, unde ſe erigere non poſſit, niſi deſuper quiſpiã fune demiſſo delapſum extrahat, & extractum inſuper diligenti curatione acceptorum uulnerũ proſequatur.

1.Corin.2. Roma.8. Iohan.3. Iohan.6. Iohan.15. Pſalm 68. Bern. in ſer. de cœna dñi

5 Quinto ſtatuendum eſt, quod deus tam eſt benignus ac miſericors, ut non tantum uoluerit hominem non peccare, ſed & uelit hominem lapſum atque adeo quantumlibet crimînoſum reſurgere, ac reſipiſcere. Nam apud Ezechielem ſic loquitur. Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. Et Chriſtus indifferenter omnes ad ſe prouocat. Venite (inquit) ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Et in hanc ſententiam dixit Apoſtolus Paulus: Deus uult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Quod ſi obiiciat quis, Dei uoluntati quis reſiſtit? cur igitur non omnes ſaluantur, quos deus ſaluari uult? Reſpondemus, hic ad duplicem uoluntatem dei (diſcendi cauſſa) reſpicere oportere, Antecedentem & conſequentem: res autem exemplo fiet dilucidior. Legiſlator legem ferens, omnes ciues ſuos uult eſſe bonos & pacificos nec uult ut crimina ab eis patrentur pœnis luenda, idq; uoluntate antecedente. Interim tamen filii ſui alioqui chariſſimi, latæ legis transgreſſoris mortem uult, quem uellet non peccaſſe, ut nihil plectendum in eo poſſet inueniri, idq; uoluntate conſequente, qua mortem filii uult propter aliquid iam factum. Itidem hortulanus plantat arborem, non ea mente ut excidatur & in ignem mittatur, Attamen dum poſt longam expectationem, eam nullum fructum producentem uidet, & terra excidit & in ignem mittit. Non ſecus miſericors deus uult omnes homines ſaluos fieri, quod ad ſe attinet uoluntate antecedente. Quod uero reprobos damnat, fit uoluntate conſequente, quod iuſtum ſit eos quibus præbita eſt omnis occaſio conſequendæ ſalutis, nec apprehendere uoluerunt, damnare de infantibus alia ratio eſt, ut iam diximus.

Ezech. 33. Matth. 11. 1. Timo. 2. Obiectio. Roma. 9. Dilutio. Simile. Lucæ, 13

6 Sexto, quod deus adeo uult omnes homines ſaluos fieri, ut nemini quantumlibet ſcelerato, gratiam ſuam ſubtrahat.

Septimo retinendum eſt, ſitum eſſe in hominis uoluntate, ut gratiam dei oblatam uel accipiat uel repudiet. Quæ ambo, ut penitius intelligantur, fortaſſe retulerit de gratia dei, & quotuplex ea ſit, ſimul & de

Gr̃a dei bifariã accipitur. Vide dictam epiſt. Aurel. ad Inno. — hominis uoluntate paucis dicere. Gratia ergo generaliter & ſpecialiter accipitur. Gratia generaliter accepta appellatur, quicquid non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita bonitate dei donatur, & ſic accepto uocabulo, gratia non improbanda ratione dicitur natura in qua conditi ſumus, ut nonnihil eſſemus, nec ita eſſemus aliquid, ut cadauer quod non uiuit, & arbor quæ non ſentit, aut pecus quod non intelligit, ſed homines qui & eſſemus & uiueremus & ſentiremus & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori noſtro gratias agere deberemus. hanc gratiam quam quidam donum naturæ appellant, habent impii nobiſcum communem. Gratia uero ſpecialiter accepta, quam doctrina Chriſtiana & demonſtrat & prædicat eſſe propriam Chriſtianorum, non eſt natura, ſed eſt occulta miſericordia dei, qua per ſubminiſtrationem ſpiritus, ſanatur ac ſaluatur natura qua prædeſtinati uocamur, iuſtificamur, ſanamur & glorificamur, ut dicere poſſimus, Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio ſuo proprio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit, illum. Hæc eſt illa gratia, quam diuinæ literæ ubique prædicant, de qua dixit Apoſtolus: Non irritam facio gratiam dei. Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, nimirum gratiam intelligens qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſaluamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum propria uoluntate. Hæc gratia diſtinguitur in gratiam operantem & cooperantem, ſeu in præuenientem & ſubſequentem. Vtranque in ſanctis eloquiis expreſſam legimus. Pſaltes ait: Et miſericordia eius præueniet me, & miſericordia dei ſubſequetur me. Deus enim nolentem præuenit ut bene uelit, & uolentem ſubſequitur ne fruſtra uelit, ſed ut perficere ualeat. Operans ergo gratia eſt, quæ præuenit ac præparat uoluntatem, non ut fiat uoluntas, quia & ante hanc gratiam uoluntas erat, ſed ut uoluntas bona fiat, & quæ prius erat ſerua peccati, liberetur. Cooperans uero gratia uoluntatem iam bonam factam, ſubſequitur, ut quod iam uult bonum perficere poſſit. Nam (ut iam ſæpe ante diximus) uoluntas hominis quam naturaliter habet, non ualet erigi ad bonum efficaciter uolendum uel opere adimplendum, niſi per gratiam liberetur & adiuuetur, ſecundum Paulinam ſententiam, quam impii pro ſua impietate detorquent. Non eſt (inquit) uolentis nec currentis, ſed miſerentis dei, hoc eſt, non eſt uolentis bene uelle, neque currentis currere, ſed miſerentis dei, qui operatur in nobis uelle, id eſt ut aſſentiamur uocanti, & currere, hoc eſt, operari pro ſua bona uoluntate. Itaque non ideo miſeretur deus hominis, quia ipſe homo uoluit & cucurrit, ſed iam homo uoluit & cucurrit, quia miſertus eſt deus. Quamobrem Hieremias propheta ait: Scio domine, quia non eſt hominis uia eius, nec uiri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Præparatur enim (teſte Solomone) uoluntas hominis a deo, & a domino greſſus homi-

Marginal notes: Eccle. 17. — Gr̃a propria chriſtianoꝝ. Vide dictam epiſt. ad Inn. cõtra Pelag. — Roma. 8. — Galat. 2. — Gr̃a duplex — Pſalm̃. 58. — Pſalm. 22. — Aug. in enchi. ca. 32. — Operans gratia quæ. — Cooperans gratia quæ. — Aug. in enchi. cap. 30. — Roma. 9. — Philip. 2. — Aug. contra Iulia. hæreti. — Hiere. 10.

nis diriguntur. Gratia præueniens plurimos habet gradus, & ut ſummatim dicamus, duplex eſt. Vna, qua deus præuenit peccatorem ut reſurgat. Altera, qua peccator præuenienti deo aſſentiens iam reſurgit. Vtraque uoluntatem noſtram præuenit deus, ſed priorem ſubminiſtrando ſolus operatur, in altera uoluntas noſtra deum præuenientem ſubſequens ei per uelle ſeu aſſenſum, remiſſionem peccatorum accipiendo cooperatur. Gratia præueniés duplex.

Prior gratia, qua deus hominem præuenit ac incitat ut reſurgat, iterum duplex eſt. Vna generalior, quæ eſt bonus motus, bonaq; cogitatio, ueluti quum peccator deo inſpirante agnoſcit peccatum ſuũ, quum terrore gehennæ concutitur, quum de amittenda æterna beatitudine dolet. Altera ſpecialior eſt, tot habens ſpecies, quot ſunt ſpeciales boni motus ad reſipiſcendum, ueluti ſunt, auditio uerbi dei, immiſſio aduerſitatis (quæ ferocientis hominis animum deiicit & ad deum reſpicere facit) remotio occaſionis peccandi, ablatio ſeu debilitatio tentationis, & id genus alia. Iam conſtat deum nulli hominum gratia illa generalius accepta, deeſſe, adeo ut nullus ſit peccator tam ſceleſtus, cui deus, quoad in hac uita ſuperſtes fuerit, hanc gratiam penitus ſubtrahat. Nam per hanc ſtãs ad oſtium ſedulo pulſat, initium noſtræ ſalutis) quæ eſt peccati cognitio) in nobis operari deſiderans. Et quis tandem eſt hominum, qui non ſentiat ſe hac gratia præueniri? quod & gentes oſtendant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente conſcientia eorum. Et uel Pharao uel Iudas traditor exemplo eſſe poſſunt, q̃ liberalis ſit deus in hac gratia ſubminiſtranda. Certe prophetæ teſtantur, deum non ſolum a conuerſis non auerti, ſed etiam ad auerſos conuerti & ad conuerſionem cohortari. Nam Hieremiæ tertio ſic legimus. Si dimiſerit uir uxorem ſuam, & illa recedens duxerit uirum alium, nunquid reuertetur ad eum ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Itidem Eſaiæ quadrageſimonono legimus. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantem ſuum, dicit dominus, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego non obliuiſcar tui. Et Ezechielis decimooctauo. Quare moriemini (inquit dominus) domus Iſrael, reuertimini & uenite. Quod autem Actorum nono legimus, dicente Paulo ad uiros Lyſtrios, deum in præteritis generationibus dimiſiſſe omnes gentes ingredi uias ſuas, non ſic eſt intelligendum, quaſi deus gẽtibus gratia ſua defuerit. Quinimmo ipſe Paulus ſtatim ſubiecit. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Itidem Actorum cap. uigeſimoſeptimo Paulus ad uiros Athenienſes ait, deum feciſſe ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora & termi-

Pſalm. 106. De' nulli homini grati funditus ſubtrahit. Apoca. 3. Roma. 2. Exodi. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Iohan. 13. Hiere. 3. Eſaiæ. 49. Ezech. 18. Obiectio. Actor. 9. Dilutio. Actor. 17.

nos habitationis eorum, ut quærerent deum, ſi forte attrectent eum
Actor.14. aut inueniant. Qui enim non reliquit ſe expertem teſtimonii, hoc eſt,
qui beneficiis innumeris (quæ in omnes homines abūde effundit) teſtifi-
Acto.16. catur ſe eſſe deum optimum ac maximum, qui omne genus hominum
inhabitare facit ſuper terram, ut quærant eum atque adeo declarat ſe
Aratus. eum eſſe, qui det omnibus uitam & inſpirationem & omnia, ſecꝫ non
Roma.1. longe eſſe ab unoquoqꝫ noſtrum. Quod in ipſo uiuamus, moueamur
& ſimus, quemadmodum & quidam Græcorum poetarum dixerunt.
Ipſius enim & genus ſumus, Is ne putandus eſt ulli genti gratiam ſuam
Cur de' gratiã ſpecialē impiis ſubtrahit. præuenientem ſubtraxiſſe? Verum quum gentes, id quod de deo cogno
ſci poteſt, manifeſtum habuerint, quod deus illis per gratiam præue-
nientem manifeſtauerit, Nec tamen quum cognouiſſent deum, ſicut
deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitatio-
nibus ſuis, factum eſt, ut gentes dei gratiam contemnentes ac repudian-
Roma.1. tes dimiſſi ſint ingredi uias ſuas. Atqꝫ eadem omnino ratione fit, ut non
Tradere pro permittere. omnes illos motus gratiæ ſpecialis omnibus peccatoribus deus imper-
tiat. In cauſſa enim eſt peccatoris obduratio, gratiam illam communē
ſeu generalem negligentis ac repudiantis. In quam ſentētiam dixit Apo
ſtolus. Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos
Pſalm.13. deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos
Roma.1. omni iniquitate. Tradidit inquam, id eſt, permiſit ut per cupiditates cor
dium ſuorum in omnem iniquitatem & immundiciam ruerent. Atque
ita fit, ut peccatum ſit alterius peccati cauſſa, quinimmo ut idem ſit ſi-
Pſalm.118. mul peccatum & peccati pœna. gratiæ contemptus grauiſſimum pec-
catum eſt, & peccati cauſſa, nempe omnis iniquitatis & immunditiæ in
quam dei contemptor ruit. At omnis illa iniquitas & immunditia ho-
Gratia īcitās non ſufficit. minum impiorum, qua fit ut contumeliis afficiant corpora ſua in
ſemetipſis, & peccatum eſt & peccati pœna. Et hæc peccati retaliatio ſeu
pœna quæ per peccatum fit, omnium grauiſſima eſt.

Aug. de ſpde & li. ſanct. GRatia ergo præueniens, qua deus hominem incitat ut iuſtificetur,
gratia quidem dei eſt eximia, ſed non ſufficit, niſi accedat gratia iu
1.Corin.3. ſtificans, quæ uoluntatem ſanat, & ſola facit ut recte uiuatur. Ad hanc
Aug. contra duas epi. Pelag. ad Boñ. lib.2. cap.8. enim gradibus quibuſdam peruenitur. In primis enim quum nō ſimus
ſufficientes, ne cogitare quidem aliquid quaſi ex nobis, deus initio bo-
nam cogitationem nobis inſpirat, qua ad deum reſpicere & peccatum
noſtrum agnoſcere incipimus, quam ſolus deus in nobis operatur, nec
Auguſt. in pſal.108. nobiſcum, quia ad eam habēdam nihil facimus, ſed eam mere gratis no
bis immittit, dum peccatum noſtrum oculis noſtris opponit. Hæc cogi
tatio magis intellectu q̄ affectu perficitur, præuolat intellectus, ſed fre-
quenter tardus aut nullus ſequitur affectus. ratione & intellectu ſæpe
apprehendimus q̄ utilis ſit dei iuſtificatio, ſed infirmitate præpediti, nō-
dum rem tantam ex animo deſideramus, ſed adiuuāte ſenſim gratia cu-

primus ut deſideremus: ſcimus bonum, nec delectat agere: ſenſim uero proficiente gratia cupimus ut delectet. Hoc autem uotum quo cupimus deſiderare, quædam uoluntatis præparatio eſt, quæ fidem iuſtificantem præcedit nullus quippe credit, niſi prius cogitauerit eſſe credendum,& ut credat,a deo ex petat & accipiat. Hæc ergo uoluntatis præparatio ſua quidem opera habet,quæ tamen ſunt mera dei dona iuſtificationem antecedētia nam homo quum agnoſcit peccatum ſuum, quū grauitatem pœnæ ſecum mente uolutat, incipit temperare a malitia gemere, lachrymari, tundere pectus, reſtituere alienum facere eleemoſynam de proprio ſitire iuſtitiam(hoc eſt remiſſionem peccatorum) eandemq; precibus apud deum ambire ſatagit. Has cordis præparationes & uoluntatis conatus ac ſtudia ad pietatem uidere licet in Cornelio illo centurione, Acto. x. quæ tamen ſine aliqua ſaltem fide, quæ donum eſt dei, non faciebat. De eiuſcemodi ſtudiis dicitur, Si in toto corde ueſtro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio ueſtri, & præparate corda ueſtra domino. Item Actorum. iii. Pœnitemini & conuertimini. Et apud Eſaiam. Omnes ſitiētes uenite ad aquas, Et Chriſtus ait. Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat Et iterum apud Lucam ca. xi. Si uos quum ſitis mali noſtis bona data dare filiis ueſtris, quanto magis pater cœleſtis dabit bonum ſpiritum petentibus ſe? Iam ut hac ſitim & cætera quæ diximus ſtudia conuerſionis, nemo negauerit bona quædam eē ex dei gratia uoluntati noſtræ inſita ob quæ interdum dicimus hominem talibus uotis æſtuantem bonam habere uoluntatem, tamen hæc non eſt illa bona uoluntas ſeu cogitatio qua bene uiuitur. Hec eñ non accipitur niſi per fidem iuſtificantem quæ uoluntatem ſequitur præparatam, Nam ut Auguſtinus inquit, Sine ſpiritu non eſt uoluntas hominis libera ad bonum, niſi liberata fuerit, non autem liberatur niſi per ſpiritum ſanctum diffundatur charitas in cordibus noſtris, non eſt libera uoluntas, niſi eam liberet gratia per legem fidei, ideſt, non eſt libera ſine fide operante per dilectionem.

> Aug. de Predeſt. ſanct.
> Opera gratie ante iuſtificationem.
> Actorū. 10.
> 1. Regum. 7.
> Actorū. 3.
> Eſaiæ. 55.
> Iohan. 7.
> Lucæ. 11.
> Fulgen. li. 1. ad Monim.
> Non oīs bona uoluntas ſufficit.
> Auguſt. ad Anaſta.
> Roma. 5.
> Galat. 5.

ERgo quum peccator peccati horrore pauidus & pœnæ metu contremiſcens, ac de ſeipſo(ſuæ infirmitatis ſibi conſcius) deſperans, per fiduciam miſericordiæ in Chriſto nobis propoſitæ ad deum confugit, credens ſibi pœnitenti, in Chriſto Ieſu(qui factus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi) remiſſum iri peccata per fidem, accipit gratiam præuenientem & iuſtificantem, qua uoluntas ſanatur, ut ſanata dei adiutorio legem impleat, quam nulla merita præcedunt, ipſa eſt enim qua iuſtificatur impius(hoc eſt, fit iuſtus qui prius fuit impius) meritis autem impii, non gratia, ſed pœna debetur nec iſta eſſet gratia, niſi gratuito daretur: datur autem gratuito, quia nihil boni ante feceramus unde hoc mereremur nam quæ præcedunt bona, deo inſpirante præcedūt, nec tamen ea talia ſunt, ut hoc tantum bonum iuſtificationis pro ſua dignita

> Roma. 3.
> Aug. de ſpū & litera.

te mereantur. interim nos ante iuſtificationem nihil facimus, niſi quod
bonis inſpirationibus dei non repugnamus; ſed aſſentimur. Vnde uix hic
cernere eſt ullam ex nobis meriti cauſſam, niſi meriti uocabulo per ca-
tachreſim propemodum abutamur, uti dicamus hominem credentem
mereri iuſtificationem, non quidem ex obligatione ſeu ex operibus quæ
Meritũ congrui, meritũ improprie dictum. fecimus nos (quum ante iuſtificationem ad peccandum ſolum ex nobis
ualeamus) ſed tantum ex condecentia, quod meritum congrui appellãt.
Ex condecentia enim deus nobis debere uidetur quicquid per prophe-
tas, præcurſorem ſuum, uel ſeipſum nobis promiſit, dicens. Pœnitẽtiam
Matth. 3. agite. appropinquabit enim regnum cœlorum. Et iterum. Pœnitemini
Marci. 1. & credite Euangelio. appropinquabit enim regnum dei. Et alibi. Vt oĩs
Iohan. 3. qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Quod ſi meri-
ti uocabulum proprie accipias, ne fides quidem (quam iuſtificare dici-
mus) iuſtificationem meretur, ſed tãtum impetrat & accipit. accipit qui-
Roma. 4. dem quod nemo aliter apprehendat ſibi remitti peccata, niſi credens de-
Simile. um ſibi propter Chriſtum non imputare peccata. Iuſtificationem ergo
Aug. ad Bonifa. contra Pelag. aliter mereri non uidemur, q̃ mendicus eleemoſynam meretur accipere,
qui oblatam non recuſat, ſed accipit. Nemo itaq; dicat, habeo fidem
1. Theſſ. 1. ut merear iuſtificationem. alioqui gloriantem retudet Apoſtolus, dicẽs.
1. Petri. 1. Quid habes quod nõ accepiſti? fides enim qua iuſtificaris, gratis tibi da-
Roma. 3. ta eſt. Nec fruſtra Apoſtolus utrunq; dixit: Iuſtificati per fidem, & Iuſti-
Roma. 8. ficati gratis per gratiam. Gratis enim ideo dixit, ne fides, ipſa ſuperba ſit,
ne dicat ſibi: Si ex fide iuſtificati, quomodo gratis? ne ſuæ dignitati quid
tribuat, ſed hoc tantum ſuum eſſe agnoſcat, accipere indebitam miſeri-
cordiam & iuſtificationem. Hanc gratiam præuenientem & iuſtifican-
Aug. lib. retract. cap. 18. tem quidam appellant beneficium Chriſti, quo liberatur liberum arbi-
trium, & uoluntas præparatur ad faciendum bonum. Quidã uero gra-
Roma. 4. tuitam imputationem iuſtitiæ ſeu acceptationem, quod uidelicet iuſti
reputemur propter Chriſtum, & deinde placeat noſtrũ opus ſeu inchoa-
ta obedientia, etſi perfecte (donec in hoc corporis tabernaculo degim⁹)
Gala. 2. legi non ſatisfaciat. De hac ſcriptum eſt. Nõ irritam facio gratiam dei.
Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Et iterum.
Galat. 5. Euacuati eſtis in Chriſto, qui in lege iuſtificamini a grã excidiſtis. Item.
Roma. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioqui gratia non eſt gratia. Iti-
Roma. 4. dem, Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecũdum gratiam,
ſed ſecundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in
eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam.

HAnc autem gratiam iuſtificantem uoluntas noſtra (ut ſupra dixi-
Aug. de ſpũ & lite. mus) comitatur, ac ueluti pediſſequa ſubſequitur, non quidẽ tem-
pore ſed cauſſa tantum & natura. Voluntas enim in iuſtificatione no-
ſtra, gratiæ quodammodo cooperatur, ſic ut iuſtificatio noſtra ſine uo-
luntate & conſenſu accipientis non perficiatur. Exemplo res fiet magis

perſpicua. Oculus ſolem uidere non poteſt, niſi ſolis lumen oculum præueniat ut uideat. Interdiu tamen ſole lucente (qui ſuper omnes oritur) libera eſt intuitio, hominiq; liberum eſt oculos claudere, ne ſolis lumé admittat, aut aperire ut recipiat. Haud ſecus impio liberum eſt, præueniente ſe diuinæ illuminationis gratia à peccato reſurgendi, eam accipere uel non accipere, deo præuenienti, & per bonum cogitatum ad pœnitentiam excitanti, dare uel negare conſenſum, uelle uel nolle pœnitere. Non enim (ut ſæpe diximus) in caſu primi hominis uoluntate ſpoliati, ſed uoluntatis ſanitate priuati ſumus. Natura quæ erat bona, qualitate facta eſt mala, Et ille animi motus, qui nunquam poteſt ſine aliquo eſſe amore, hoc eſt ſine aliqua uoluntate non perdidit appetitum, ſed mutauit affectum, id recipiens deſiderio, quod debuit refutare iudicio. Quemadmodum in grauiter febricitante uis, appetendi non extinguitur, ſed deprauatur, adeo ut febricitans tantum noxia appetat, ſalutaria autem, donec ſanetur, appetere non ualeat. Quem etiam ſanari non poſſe conſtat, niſi medico a noxiis dehortanti obtemperet, illique appetitum ſuum corrigendum præbeat, atque interim donec ſanetur, etſi ſalutaria nondum appetat, appetere tamen ſe poſſe concupiſcat. Eodem modo, etſi uoluntas hominis ante iuſtificationem deprauata ſit, uolendi tamé uim non amiſit. quod nihil tam ſit in poteſtate uoluntatis, q̃ ipſa uoluntas ſeu ipſum uelle. Et quid tandem aliud eſt uoluntas, niſi animi motus cogente nullo ad aliquid non admittendum uel adipiſcendum. Ergo etſi niſi a cœleſti medico præuenta & edocta fuerit bonum uelle, aut etiam deo præuenienti, ſine gratia dei aſſentiri non poſſit, tamen quis non uidet hoc uoluntatis eſſe, ut aſſentiatur? Itaque uelle pœnitere, uelle reſipiſcere, uelle accipere remiſſionem peccatorum, non eſt a ſola uoluntate, ſed illud nobiſcum operatur dominus, dum immutando maleuolam uoluntatem, eam facit beneuolam, & ſuæ uoluntati conſentientem. Vnde uoluntatem quidem noſtram deus immutat, & ſic operatur in nobis uelle, ſed tamen quia uoluntas inuita mutari nequit, deo cooperatur, dum ei conſentit. Ex quibus conſequitur, hominem iuſtificari non poſſe, niſi uoluntas noſtra deo iuſtificanti ac ſananti accedat, & dei iuſtitiam per fidem accipiat. Quamobrem ſcite dixit Auguſtinus. Qui fecit te ſine te non iuſtificat te ſine te. Qui fecit neſcientem (non enim adhibuiſti aliquem conſenſum ut te faceret deus, qui non eras antequam fieres) iuſtificat non niſi uolentem. Iuſtificat, inquam, ipſe te ſua iuſtitia, non tu te iuſtificas, etſi uoluntate iuſtificanti accedas. Itaque totum deo recte aſſcribitur, qui uolũtatem noſtram (quam creando nobis impertiit) gratia ſua præuenit, & excitat torpeſcentem, ut lapſum ſuum norit, poſtea corrigit nolentem ut reſurgere uelit, poſtremo adiuuat uolentem ut reſurgere poſſit, & ſic ſalus noſtra dei gratui-

Simile.

Iohan. 1.

Amb. de uoca. gent lib. 1 cap. 3.

Simile.

Aug. lib. retract.

Aug. de duabus anim.

Vide Bern. de lib. arb.

Aug. de uer. apoſt. ſer. 15

Aug. de duabus aiab.

Roma.5. tum eſt donum. Quia tamen non fit ſine uoluntatis noſtræ aſſenſu, ex
2.Timot.4. gratuita imputatione dei in nobis inchoat meritum, pro quo repoſita
eſt nobis corona iuſtitiæ, non noſtræ. quia quum bona uoluntas no-
ſtra, ex qua omne meritum pendet nobis principaliter a deo ſit, nos au-
tem ad peccandum tantum ex nobis ualeamus, idcirco nullo bono (ta
Aug.in prolog.pſal.31. cemus cœleſti corona) digni ſumus, Sed repoſita eſt nobis corona iuſti-
tiæ dei qua iuſtum eſt ut reddat quod reſipiſcentibus promiſit non qui
dem ex debito, ſed ex gratia.

De grã ſubſequente. SVpereſt ut de gratia ſubſequente & cooperante paucis dicamus,
De qua dixit Apoſtolus: Plus illis omnibus laboraui, non ego autẽ,
ſed gratia dei mecum. Poſtquam itaqȝ per gratiam iuſtificantem (quæ
Roma.6. eſt gratia gratis data) hominis uoluntas ſanata & a captiuitate (qua fa-
cta ẽ ſerua peccati) liberata eſt abſit ut iam ſecuram ſe putet, & poſt hac
ſe non indigere dei gratia ad concupiſcentias tentationeſqȝ uitandas, &
operãdum bonum exiſtimet. Quinimo, nemo, uel baptiſmatis uel pœ
Vide epi. cõcilii Aphri. ad Inno. & rurſus Inno. ad eoſdẽ. Itẽ cõcil. Meleuita. nitentiæ gratia renouatus idoneus eſt ad ſuperandas diaboli inſidias, &
ad euincendas carnis concupiſcentias niſi per continuum, & quotidia
num adiutorium dei perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit.
Nam quamuis hominem a præteritis redemerit ille peccatis, tamen ſci
ens hominem iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi multa ſerua
uit, quemadmodum poſſit illum, & poſt iſta corrigere, quotidiana illi
præſtans remedia quibus niſi freti confiſiqȝ nitamur nullatenus huma
nos uincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, ut quo auxiliante uin
cimus, eo iterum non adiuuante uincamur. Ergo quicunque dixerit,
Ex cõci. Meleuit. & Carthagineñ. gratiam dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum ad
ſolam remiſſonẽ peccatorũ ualere non etiam poſtea neceſſariam eſſe ad
adiutorium, ut amodo non cõmittantur, anathema ſit. Item quiſquis
2 dixerit, eandem gratiam dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,
propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum quod ꝑ ipſam no
bis reueletur, & aperiatur intelligentia mandatorum, ut ſciamus, quid
appetere quid uitare debeamus non autem per illam nobis & affectum
præſtari, ut quod faciendũ cognouerimus etiam facere diligamus atqȝ
1.Iohã.3. & 4 ualeamus, anathema ſit. Vtrunqȝ enim eſt donum dei, & ſcire quid face
Roma.5. re debeamus, & diligere ut faciamꝰ, Sicut enim de deo ſcriptum eſt: Qui
3 docet hominem ſcientiam: Ita ſcriptũ eſt etiam. Charitas ex deo eſt. Et
iterum Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ.
Item. Quicunque dixerit, ideo nobis gratiã iuſtificationis dari, ut quod
facere per liberum iubemur arbitrium facilius poſſimus implere per gra
tiam, tanq̃ etſi gratia non dareť, non quidẽ facile, ſed tñ poſſimus etiã ſi
ne illa implere diuina mandata anathema ſit. Nã quũ dñs de fructibus
Iohan.15. mandatorum loqueretur, nõ dixit, ſine me difficilius poteſtis facere; ſed

Sine me nihil poteſtis facere. Hiero. cõtra

ADdenda ſunt ut hæc illuſtriora fiant, duo diui Hieronymi dicta. Pelag. to. 2.
Primum, Anathema ſit, Si quis dixerit, deum impoſſibilia præce-
piſſe. Alterum, Qui dixerit, nos poſſe mandata dei implere ſine gratia,
anathema ſit. Lex ergo poſſibilis eſt, ſed per gratiam. Vnde & poſt iu- Oratio grę
ſtificationem gratia uoluntati accedere debet ut lex impleatur. Cuius teſtimoniũ.
clariſſima teſtificatio in eccleſia oratio eſt. Ad quam reconciliati per
ſcripturas ueteris & noui teſtamenti, q̃maxime frequẽtandam & nun Lucæ. 18.
quam intermittendam inuitantur & prouocantur. Quum enim in ora
tione dominica oramus, Ne nos inducas in tentationem, hoc eſt, ut pec
catorum tentationem ſuperare poſſimus, uel ut ſpiritus dei (unde pi- Roma. 8.
gnus accepimus) adiuuet infirmitatem noſtram, quamuis eoipſo libe-
rum non diffiteamur arbitrium, tamen fatemur eius poteſtatem non
ſufficere, niſi adiuuetur infirmitas. Diſtinguenda eſt lex & gratia. Lex Lex iubet,
iubere nouit, gratia iuuare, Nec lex iuberet, niſi eſſet uoluntas, quis em̃ gratia iuuat.
ſtatuæ quid iuſſerit? Nec gratia iuuaret ſi ſat eſſet uoluntas. Iubetur
ut habeamus intellectum, ubi dicitur: Nolite eſſe ſicut equus & mulus, Pſalm. 31.
in quibus non eſt intellectus, & tamen oramus ut habeamus intellectũ, Pſalm. 118.
quum dicimus, Da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Iubetur
ut habeamus ſapientiam, quum dicitur: Stulti aliquando ſapite: & ta-
men oratur, ut ſapientiam habeamus, ubi dicitur: Si quis autem ue- Iacobi. 1.
ſtrum indiget ſapientia poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, &
non improperat, & dabitur ei. Iubetur ut habeamus continentiam, Exodi. 20.
quum prohibemur concupiſcere, & tamen oratur, ut continentiam cõ- Deute. 5.
ſequamur. Quum ſcirem (inquit Sapiens) quia nemo poteſt eſſe conti- Roma. 7.
nens, niſi deus det; & hocipſum erat ſapientia ſcire cuius eſſet hoc do- Sapiæ. 8.
num Adii dominum & deprecatus ſum eum. Poſtremo, ne nimium ſit
longum cuncta percurrere, iubetur ut non faciamus malum, ubi dici-
tur: Declina a malo: & tamen oratur, ut non faciamus malũ, uti apud Pſalm. 36.
Apoſtolum legimus: Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis ma 2. Corin. 13.
li. Iubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur: Declina a malo & fac bo- Pſalm. 36.
num: & tamen oratur ut faciamus bonum, quum dicitur: Non ceſſa-
mus pro uobis orantes & poſtulantes, ut ambuletis digne deo in om- Coloſſ. 1.
ni opere & ſermone bono. Sicut ergo agnoſcere debemus libertatem
uoluntatis, quum hæc nobis præcepta uidemus. Ita agnoſcere debe- Gr̃a nõ tollit
mus gratiam, quum eadem petere debeamus. Atqueideo uerum eſt, libe. arb.
gratiam non tollere liberum arbitrium, ſed magis ſtatuere, quemad- ſed magis
modum per fidem non tollimus legem, ſed magis ſtatuimus. Gratia ſtatuit.
enim liberum arbitrium (quod ſanet & adiuuet) præſupponit, ſicut me Roma. 3.
dicina ægroti uoluntatẽ medicinam nõ auerſantem. Et fides propter-
ea a deo datur, ut per fidem gatiam qua legẽ impleamus impetremus, & Roma. 8.
quod impoſſibile erat legi, per fidem in Chriſtum obtineamus.

Obiectio. Galat. 5. SEd dices, Si lex poſſibilis eſt per gratiam; oſtende ergo hominem, qui gloriari poſſit, ſe in hac uita (quamdiu caro concupiſcit aduerſus

Dilutio. ſpiritum) perfecte legem implere, ſeque ſine peccato eſſe. Reſpondemus, hæc duo non pugnare, nempe, non inueniri hominem in hac uita ſine peccato, & tamen fieri poſſe per adiutorium gratiæ & ſpiritus dei, ut inueniri poſſit quis ſine peccato (quod eccleſia in uirgine matre uſu ueniſſe etiam aſſerere non dubitauit) Multa enim ſunt quæ fieri poſſent, quæ tamen non fiunt. Oratorem deſcripſit Cicero, qualem nemo hactenus

Nemo i hac uita ſine peccato. potuit commonſtrare, nec tamen ſic deſcripſit, ut impoſſibile ſit talem fore: Sic etſi nemo ſit in hac uita qui audeat dicere, ſibi non neceſſariam precationem orationis dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra. uel ſe

1. Iohan. 1. non habere peccatum, ne (diuo Iohanne apoſtolo teſte) ſeipſum decipiat, & ueritas in eo non ſit, tamen id ut fiat quamdiu uiuimus, ſedulo

In epiſt. Aure. ad Inno. conandum atque poſcendū eſt. Tolerabiliter in id quiſque fallitur, nec diabolica impietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & optanda affirmare etiamſi quod affirmat non poſſit oſtendere. Id enim credit fieri

Obiectio. 1. Iohan. 3. Dilutio. poſſe, quod certe laudabile eſt uelle. Quod autem idem Apoſtolus eadem epiſtola dixit: Qui natus eſt ex deo non peccat. Intelligendum eſt, eatenus, quatenus ex deo natus eſt, & in charitate manet, & ſecundum

1. Corint. 13. charitatem operatur, non peccat. Charitas enim non agit perperam, ſed auget & perficit eam natiuitatem quæ ex deo eſt, minuitque ac conſu-

1. Iohan. 4. mit cupiditatem, quæ ex Adam eſt. Interim tamen hæc cupiditas, radix illa peccati, quamdiu eſt in membris noſtris, lege quadam ſua repugnat

Roma. 7. legi mentis, quo fit ut nemo (quantumuis pius) ſit qui non cogatur queri ſe longe a perfectione legis abeſſe, ſuoſque conatus indies infirmitate carnis remorari, quemadmodum Chriſtus ad tres illos diſcipulos dixit: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Aliud eſt ſine peccato, aliud ſine crimine uiuere, aliud ambulare in omnibus iuſtificatio-

Matth. 26. tionibus domini ſine quærela, quod de Zacharia & Eliſabeth legimus, aliud in nullo labi uel infirmari. Vixit Zacharias ſine querela, ſed non

Lucæ. 1. uixit ſine peccato. Sacerdos enim erat, at omnes ſacerdotes tunc neceſſe

Aure. Aug. ad Inno. Idem de tpe ſer. 49. habebant ex lege, primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populo: Peccati appellatione omnis humanus lapſus, omne uitium uenit, ſed quod in querelam uenit, non qualecunque etiam tentationis

Hebræ. 5. Peccati quid ſignificet. humanæ uitium, ſed graue peccatum eſt. Homines itaque pii, etſi ſentiant imperfectionem ſuam, & pugnam illam internam carnis & ſpiritus, qua fit ut ſpiritus per carnem remoratus non adimpleat legem, tamen cum carnis deſideriis non obediunt, nec exhibent membra ſua arma ini-

Galat. 5. quitatis peccato poſſunt dicere Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, hoc eſt, ſpiritualis quidem & internus homo ad

Roma. 7. perfectionem legis contendit, ſed peccatum inhabitans (nimirum inteſtina illa concupiſcendi uis, quæ perpetuam ſedem in membris noſtris,

dum uixerimus habet) perficere non ſinit. Velle quidem adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Nihiloſecius tamen imperfecta illa obedientia & opera noſtra adiuta per gratiam ſubſequentem, etſi legem non adimpleant, tamen deo placent; non quidem propter dignitatem uoluntatis ſeu operis noſtri, ſed imputatiue per gratiam. Poſtquam enim deus per gratiam iuſtificantem nos recipit in filios & cohæredes Chriſti, idque per fidem, fit ut poſtea opera noſtra tanquam filiorum & reconciliatorum, in fide & timore filiali facta licet non admodum perfecta & abſoluta, deo placeant, quia iam placent perſonæ per Chriſtum, ex cuius perfectione noſtram imperfectionem ſupplemus. ſumus enim membra, corporis eius ex carne & oſſibus eius. De plenitudine eius omnes accipientes, & iuſtitiam eius noſtram facientes. In quam ſententiam dixit Apoſtolus: Nihil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu qui non ſecundum carnem ambulant. Ná ut ſubiicit, deus filium ſuum mittens in carnem, præ ſe ferentem ſimilitudinem peccati, de peccato peccatum damnauit, eum enim qui peccatum non nouerat, pro nobis fecit peccatum idest, hoſtiam pro peccato, non alia rõne quá ut iuſtificatio legis, ideſt, quam lex promiſit, impleretur in nobis, & ut a maledictione legis (qua dicitur. Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea) liberaremur. De maledicto enim legis per CHRISTVM redimimur, qui pro nobis factus eſt maledictum, in Chriſto manentes, per Chriſtum (qui ſolus legem impleuit) legem imputatiue implemus, ſi tamen non ſecundum carnem ambulauerimus, ideſt etſi plerunque carnis cupiditates & illecebras perſentiſcamus, illis tamen nullum conſenſum præbeamus, nec ſecundum carnis deſideria ambulemus. ut ex reliqua infirmitate innitentibus nobis ſuper CHRISTVM, nihil damnationis ſit timendum, quod Chriſtus uim & tyrannidem peccati eneruauerit, ut amodo in nobis mortem operari non poſſit, niſi rurſus a Chriſto declinantes per conſenſum in illud ruamus. In ſumma ſtatuendum eſt, nos per gratiam ſaluatoris in hac quidem uita proficere, deficiẽte, ſcilicet ſenſim cupiditate, & creſcente charitate, per ſubminiſtratiõem ſpiritus ſancti. Sed perfici demum in illa uita futura, quum cupiditas tota extinguetur & charitas complebitur.

ibidem. Roma.5. Ephe.5. Johan.1. 1.Corinth.1. Roma.8. Chriſtus appellat' pctm. i. hoſtia pro peccato. Galat.3. Eſaiæ.53. 1.Johan.3. 1 Petri.2. Roma.8. Vis peccati p chriſtũ eneruata. 1.Corint.13.

Dicitur autem hæc gratia ſubſequens ſeu cooperans comitari uoluntatem noſtram. Quod uoluntas noſtra ſanata per gratiam iuſtificantem, iam nacta ſit aliquá libertatem repugnandi infirmitati ſuæ & bene operandi, non quidem iam timore pœnæ, ſed amore dei & iuſtitiæ, quum iam adiuuetur a ſpiritu ſancto, quem in iuſtificatione de⁹ nobis impertit, & per eundem charitatem in cordibus noſtris diffundit. Proinde in reconciliatis ſeu iuſtificatis uoluntas in piis actionibus otioſa nõ eſt, quod impii Manichæi uolebant, qui uoluntati nullá actionẽ tri-

Gratia ſubſequens comitatur uoluntatẽ noſtrã. Roma.5. Manichæi.

buebant, ne adiuuante quidem ſpiritu ſancto, perinde atque nihil inter-
Tot. epi. ad Roma. & ad Galat. eſſet inter uoluntatem & ſaxum. Quæ hæreſis hac tempeſtate renoua-
ta, multis præcipitio fuit. Quinimmo Paulus Apoſtolus, quemadmo-
dum ubique gratiam dei & ſpiritus ſancti auxilium quammaxime am-
2. Corinth. 6. plificat, ita ſimul & acuit diligentiam noſtram, iubens cauere, ne fruſtra
uel in uanum gratiam dei accipiamus, ſed pro noſtra uirili, adiuuante
Phlip. 3. gratia indies proficiamus, & ſemper in anteriora nos extẽdamus. Quod
Matth. 25. facientibus deus auget dona ſua in nobis, Negligẽtibus uero etiam pri-
Marci. 4. us collata dona rurſus adimit. Quemadmodum docet parabola euan-
Lucæ. 8. gelica de negotiatoribus. Quamuis autem omnia opera piorũ dei ſint
Amb. de uo ca. gent. lib. 2. cap. 2. dona, ex quibus magis deo debitores ſumus q̃ ipſe nobis (ipſe eſt enim
qui operatur in nobis non tantum uelle, ſed etiam perficere pro ſua bo-
Bern. de an nun. ſer. 1. na uoluntate, & qui præparauit opera bona ut in illis ambulemus.) Ni-
hilominus tanta eſt dei benignitas, ut quod ipſe poſt iuſtificationẽ ope-
Philip. 2. ratur in nobis, idipſum nobis propter ſolum illum conſenſum noſtrum
Ephe. 2. & bonam uoluntatem quam adhibemus, non tamen abſque eo, in me-
ritum imputet. Et ad hoc donat nobis (nullis meritis præcedentibus)
Amb. de uo ca. gent. lib. 1. cap. 9. fidem iuſtificantem, ut principium poſſit eſſe meritorum. Datur ſiqui-
dem unicuique ſine merito unde tendat ad meritum, & datur ante ullũ
laborem, unde quiſque mercedem accipiat ſecundum laborem, ſicut di-
1. Corin. 3. cit Apoſtolus. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecun-
dum ſuum laborem. dei enim ſumus adiutores, dei agricultura eſtis, dei
Simile. ædificatio eſtis. Exemplo res fiet dilucidior. Ex terra ſterili nemo fructũ
Amb. de uo ca. gent. lib. 2. cap. 1. expectat, ſed terra iam bene culta & imbre fœcũda, habet quod ab ipſa
expectetur, iaciturque in eam ſemen non ob hoc ut ipſum ſolum mane-
at, ſed ut fructum afferendo multiplex atque numeroſum fit. Terram ue
Iohan. 12. ro iam facientem fructum ſuum laudamus, atque illi omnem prouen-
Matth. 25. tum propemodum acceptum ferimus: Itidem, dominus habens ſeruum
& inutilem, & frugi, utrique pecuniæ pondus credit, ut in eo ambo ope-
rentur. Ille deſidioſus recondit pecuniam domini ſui, & nullum fert fru-
ctum. Hic ponit pecuniam domini ſui ad uſuram, ut lucretur duplum.
Dominus etſi ſeruo frugi nihil magis debeat q̃ alteri, quod uterque ſit
ſeruus & obligatus ex debito operari: Item, licet ſeruꝰ frugi nihil de ſuo,
ſed tantum pecuniam domini ſui ad uſuram ponat, Nihiloſecius tamẽ,
quia hic ſeruus uoluntati domini, uoluntatem ſuam accommodauit,
& peculio concredito bene uſus fuit, dominus eundem perinde commẽ-
dat ac collaudat, ac ſi de eo optime meritus fuiſſet: Euge (inquiens) ſer-
ue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam,
intra in gaudium domini tui. Habent ergo opera noſtra poſt iuſtifica-
tionem meritum ſuum, habent dignitatem ſuam, quam mutuantur ex
Matth. 25. gratia, non habent ex ſeipſis. Deus enim ex ſumma miſericordia, illa ope-
ra, licet imperfecta, digna reputat, illiſque ingentem mercedem repro-
mittit

mittit ac perſoluit. Quamobrem hoc meritum quod operibus hominis reconciliati ſeu iuſtificati deus imputat recentiores meritum condigni appellarunt, Meritum quidem non ex dignitate operis, ſed ex gratia dei & merito Chriſti, quo niſi opera noſtra bona ſuſtentarentur, ne tantillum quidem ualerent. De plenitudine enim eius (ut ſæpe diximus) nos omnes accepimus. Niſi enim ille nobis meruiſſet, nos omni merito uacui eſſemus. Condigni uero uocabulum ex quibuſdam ſcripturæ loquutionibus & tropis uſurpatum eſt, ueluti: Dignus eſt operarius mercede ſua. Item: Inuenit eos dignos ſe. Item: Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt, Apo. iii. Et Coloſſ. i. Vt ambuletis digne deo. Et iterum: Cum gaudio agentes gratias deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Itaque meritum bonorum operum poſt iuſtificationem non eſt attenuandum, ſed modis omnibus amplificandum, quemadmodum ubique facit Chriſtus & apoſtoli. Sed hoc uidendum, ne meriti cauſſam nobis aſſcribamus, ſed deo. Noſtrum enim eſt tantum aſſentiri, & dei ductibus obſequi, ſed hinc ex debito nihil repoſcere poſſumus, quemadmodum Chriſtus ait: Quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt nobis, dicite: Serui inutiles ſumus, omnia quæcunque debuimus facere, fecimus. Et tamen hanc uoluntatem noſtram deus (modo omnem boni operis gloriam in eum transferamus) tanti facit, ut uideatur agnoſcere ſe ex debito teneri. Deus iubet, ut operemur opera digna ſe. Nos uero orare conuenit, ut deus & nos & opera noſtra digna faciat promiſſionibus Chriſti. Et ut beatus Auguſtinus ait: Noſtrum eſt gratias agere domino & ſaluatori noſtro, qui nos nullis præcedentibus meritis, uulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad uitam reuocauit, & humiliter confitentes fragilitatem noſtram, illius miſericordiam deprecemur, ut quia nos, ſecundum Pſalmiſtam, miſericordia ſua præuenit, dignetur in nobis non ſolum cuſtodire, ſed etiam augere munera uel beneficia ſua, quæ ipſe dignatus eſt dare.

Meritũ condigni cur ita dictum.
Iohan. 1.
Eſaiæ. 53. 64.
Tit. 3.
Matth. 10.
Lucæ. 10.
1. Timo. 5.
Mat. 5. 6. 7.
Lucæ. 36.
1. Corin. 3.
Galat. 6.
Lucæ. 17.
Aug. li. quinqua. homil. homi. 14.
Pſalm. 55.

POſt omnia iſta dei & Chriſti beneficia, quæ nobis in hac lachrymarum ualle exulibus impertit quid reſtat niſi corona iuſtitiæ? Vita utique poſt hanc uitam ſempiterna & beata. Sed ne exiſtimes hanc dici iuſtitiæ coronam, ꝙ tuæ iuſtitiæ, tuis uirtutibus ob earum dignitatem debeatur. Sed corona iuſtitiæ appellatur non noſtræ, ſed dei. Iuſtitia dei ad eum modum dicitur, ſicuti dicimus: Domini eſt ſalus, non qua ſaluus eſt dominus, ſed quam dat eis, quos ſaluos facit, ſic & dei gratia per Chriſtum dominum noſtrum iuſtitia dei dicitur, non qua iuſtus eſt dominus, ſed qua iuſtificat eos, quos iuſtos facit. Huius iuſtitiæ, nempe dei, non ſuæ, coronam repoſcit Paulus, ſed uide qua præſumptione repoſcat. Scio (inquit) cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. Quia credidit promittenti, fideliter promiſſum

Corona iuſtitiæ cur dicat.
Aug. de uer. apoſt. ſer. 2.
Pſalm. 3.
2. Timo. 4.

Depoſitum Pauli, eſt promiſſio dei. repetit,ſuum depoſitum,dei promiſſum appellans, promiſſum quidem ex miſericordia,ſed iam ex iuſtitia perſoluendum. Iuſtum quippe eſt,ut reddat quod debet,debet autem quod pollicitus eſt. Et hæc eſt iuſtitia (de qua præſumit Apoſtolus)promiſſio dei.

Epilogus. HAbes(ut ſperamus)ſummatim,quid de gratia dei, quid de noſtræ uoluntatis uiribus te ſentire oporteat. Principio enim oſtēdimus quid gratiæ appellatione contineatur.Deinde docuimus,nos quidquid ſumus,hoc totum gratiæ dei debere,atque adeo hominem ſe totum bis deo debere,Semel quod ab eo in creatione,totum eſſe,uiuere,ſentire, ſapere & intelligere gratis acceperit,Secundo,ꝙ perditus, gratuita dei beneuolentia requiſitus,ſibi redditus fuerit. Poſt hæc oſtendimus eam gratiam id eſt,fauorem illum dei,quem erga genus humanum perditū exhibet(licet quod ad deum attinet una ſit) propter diuerſos tamen effectus & ſecundum eum modum quo a nobis accipitur uel nō accipitur, multiplicem eſſe,nempe incitantem, iuſtificantem,cooperantem & perficientem. Aut ſi mauis,anteuertentem,liberantem,adiuuantem,& coronantem,quas ſpecies Pſaltes recolens,ſeipſum excitat pientiſſime canēs: Benedic anima mea domino,&noli obliuiſci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Qui propitiatur(inquit)omnibus iniquitatibus tuis. Vides gratiam anteuertentem &iuſtificātem, quæ datur in baptiſmo.Quid deinde? Qui ſanat omnes languores tuos. Vides gratiā adiuuantem,& medentem infirmitati noſtræ. Deniꝗ; poſt redemptionem ab omni corruptione,quid reſtat niſi corona iuſtitiæ? Nec hanc tacet Pſaltes,eandem non ſuis meritis,ſed dei miſericordiæ tribuens:Qui redimit (inquit)de corruptione uitam tuam, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus,quemadmodum & Apoſtolus ait:Gratia dei uita æterna.Rurſus,Habes,quid uiribus uoluntatis tuæ & ante & poſt iuſtificationem tribuere debeas,nempe uoluntatem in externa iuſtitia,quæ iſagogica eſt,aliquid poſſe,ſed in interna, quæ ſalutem operatur, omninō neceſſarium eſſe,ut gratiam uoluntati nectamus. Nam(ut fuſiſſime diximus)ipſa gratia hoc in omni genere medendi atꝗ auxiliandi agit, ut in eo,quem uocat,primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet uoluntatem,quod uirtus nolentium nulla ſit, nec poſſit aſſeri fidem uel ſpem uel charitatem eis ineſſe,quorum bonus conſenſus ab his alienus eſt.Et ut animus nihil uirtutis capit,niſi radium ueri acceperit luminis,Ita gratia nihil ei quem uocat,confert,niſi prius oculos in eo aperiat uoluntatis. Habes item quid de merito ſentire debeas,& quod ſit illud congrui & condigni meritum:Breuiter hoc ſolum eſſe liberi arbitrii meritum,quod conſentit,Non quidem quod uel ipſe conſenſus(in quo omne meritum conſiſtit)a deo non ſit, quod ne cogitare quidem(quod minus eſt q̄ conſentire)quid ex nobis poſſimus, ſed quod is conſenſus non fiat ſine nobis,ob quem etiā coadiutores dei,coopera-

Homo his ſe debet deo. 2

Aug. de ver. apoſt. ſer. 2.

Pſalm. 102.

Roma. 9.

Amb. li. 2. de vocat. gent.

Iohan. 1.

Bernard. de lib. arb.

2. Corin. 3.

Philip. 2.

tores ſpiritus ſancti, & promeritores regni, in ſcripturis appellamur, ni-
mirum quod per conſenſum, utiq; uoluntarium diuinæ uoluntati con- 1.Corin.3.
iungamur. Deniq; habes, quid nobis, quum hæc gratiæ beneficia intra
nos uel nobiſcum agitari ſentimus, cauẽdum ſit. Nempe ne hæc noſtræ Matth.16.
uolũtati tribuamus (quæ infirma eſt) aut dei neceſſitati (quod deus nul- Iob.9.
la neceſſitate teneatur) ſed ſoli gratiæ (qua deus plenus eſt) quod ipſa ſit, Effectus gratiæ.
quæ liberum excitat arbitrium, quum ſeminat cogitatum, ſanat, quum
immutat affectum, roborat ut perducat ad actum, ſeruat ne ſentiat defe-
ctum, & tandem coronat, ut nos gloriæ ſuæ participes efficiat. Non ha- Lucæ.1.
bes exemplum illuſtrius, q̃ uirginis glorioſæ, quæ etſi per angelum gra-
tia plena & futura mater filii altiſſimi pronuntiaretur, Inde tamen ſe
nequaquam extulit, ſed totam ſe deo ſubmittens, totum diuinæ gratiæ
tribuit. Hinc (inquiens) exultat ſpiritus meus in deo ſalutari meo, Quia
reſpexit humilitatem & paruitatem ancillæ ſuæ, & ex hoc, non ex meis
meritis, beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi domi-
nus magna, quia potens eſt. & quæ ſequuntur. Item: Ecce ancilla domi-
ni, fiat mihi ſecundum uerbum tuum.

HIs uero recte perceptis, facile eſt occurrere impiis & præfractis il- Dilutio obiectionũ ex eo
lis hominibus, qui ut ſuæ impœnitentiæ & iuſtæ dãnationis cauſ- loco, Nõ eſt
ſam in deum transferant; uerbis ſcripturæ perperam abutuntur, cau- volentis &c.
ſantes ſe neceſſitate quadam adactos peccare & perire, quod non ſit ne-
que uolentis neque currentis, &c. Adeo enim uerba iſta apoſtolica eo- Roma.9.
rum impiæ ſententiæ non ſuffragantur, ut eandem etiam plane refellãt.
Neq; enim Paulus hac ſententia homini uel uoluntatem, uel illius co- Nulla durior
natus adimit, neq; nullius eſſe momenti aſtruit: immo utraque, homini increpatio q̃
quodammodo permittit, ſed docet uoluntatem noſtram ad bonum pe- repudiatæ
nitus inutilem & imbecillem & curſum omnino inefficacem eſſe ſine gratiæ.
gratia dei miſerentis. Eſſet itaq; impiorum excuſatio longe apparẽtior, Pſalm.18.
niſi Paulus tantus eſſet in amplificanda gratia. Haberent enim impii, Actor.13.
quod ſemper quererentur de ſua imbecillitate, niſi conſtaret deum ſem- Matth.23.
per paratum eſſe, ad infirmitatem noſtram per gratiam ſuam ſubleuan-
dã, modo ipſi inſpiranti obedire, ac iuſtificanti ac adiuuanti conſentire
& obſequi uelimus. Propterea totam percurrentes ſcripturam, duriorẽ
cẽſuram nuſquam reperiemus q̃ repudiatæ gratiæ. Pſal. xviii. quem di-
uus Petrus de Iuda traditore exponit, ſic legimus: Et dilexit maledictio-
nem, & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et Chri-
ſtus deplorans Hieroſolymorum perditionem, ita loquitur: Hieruſalem
Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt,
quoties uolui congregare te, quemadmodum gallina congregat pullos Roma.1.
ſuos ſub alas, & noluiſti. Itidem Paulus ad Romanos. Et quia non pro-
bauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſen-
ſum. Item ad Iudæos, Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, ſed

Acto.13. quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Atque hæc eſt illa cenſura in ſcripturis, quæ ubique Iudæos grauiſſime premit, quemadmodum diuus Stephanus
Acto.7. dixit: Dura ceruice & incircunciſis cordibus & auribus, uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut & patres ueſtri, ita & uos. Nihil ergo mirum,
Simile. ſi ille peccato demerſus ſuccumbat, hic reſurgat. hic enim diuinæ gratiæ dexteram non neglexit, ſed apprehenſæ dexteræ ductu & tractu, e peccatorum fæcibus emerſit. Ille uero diuinæ gratiæ dextram ſedulo oblatam ac nunquam ſubtractam apprehendere neglexit, & ſic in peccatorum luto defixus remanſit. Ambo in peccati foueam corruerunt, ſed hic funem gratiæ dei demiſſum apprehendit, & mordicus tenuit, & extractus eſt: Ille funem dei demiſſum apprehendere neglexit. Itaque miſer in peccati fouea periit, non neceſſitate abſoluta coactus, ſed ſua uoluntate, ſuoque malo.

Obiectio. Exodi.4. Roma.1. Tropus ſcripturæ in verbis indurare & tradere.

NEc habent impii quod cauillentur ſcriptum eſſe, Indurabo cor Pharaonis, &c. Item: Tradidit illos deus in reprobum ſenſum, &c. & ſi quæ ſunt ſimiles in ſcripturis figuræ. Certum eſt enim, eas hebraica phraſi ſignificare permiſſionem, non uoluntatem efficacem ſeu cogentem, quemadmodum oramus, Ne nos inducas in tentationem, id eſt, ne ſinas nos induci. Indurauit deus cor Pharaonis, quod permiſerit Pharaonem abuti ſua uoluntate, idq; ſecundum iuſtiſſimum iudicium ſuũ,
Permiſſio dei iuſtiſſima. Roma.11. qui cor peccatoris reprobum (quod nec patientia, nec longanimitate dei, ad pœnitentiam emollitur, nec compunctione ſcinditur, nec timore frangitur, nec emollitur amore,) in obduratione ſua perſeuerare permittit. Atq; hæc permiſſio ſeu dei patientia magis accuſat, q̃ excuſat impiũ. Vides enim quot miraculis deus Pharaonem ad pœnitentiam inuitarit, adeo ut fractus malis cæperit reſipiſcere, dũ uocauit Moyſen & Aaron, dicẽs ad eos: Peccaui etiam nunc, dominus iuſtus, & ego & populus meus impii Verum ubi eum ſalutaris pœnitentiæ iterum pœnituiſſet, ac populum dei dimittere noluiſſet nec tot tantiſq; miraculis cõmotus ab eorũm perſequutione deſtitiſſet, ſed uindictæ cupidine cæcus, diuiſo
Exodi.9.
Exodi.14. mari ſeſe credere eſt auſus, deus ſumma ſua miſericordia deploratæ malitiæ finem impoſiturus eum cũ ſuo exercitu in mediis oppreſſit fluctibus, ut quando ſanari non poſſet ſaltem citius interiret. Atq; hic diligẽter intuẽda eſt dei incomprehenſibilis ſapientia ac benignitas, qui adeo
Pſalm.1. Pſalm.32. malorum hominum impietatem non probat, ut non tãtum impios illorũ conatus penitus fruſtretur, ſed eiſdem etiam ad bonum, & gloriam
Exodi.9. nominis ſui (ut ita dicamus) abutatur, quod non ſiluit ſcriptura. In hoc (inquiens) excitaui te, id eſt, permiſi te tua uoluntate impia abuti, ut oſtẽdam in te uirtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in uniuerſa terra. Quis enim ignorat, q̃ fuerit gloria dei ex illo memorabili facinore, non tantum apud Iudæos ſed & gentes illuſtrata? ut interim Chriſti

gloriam

gloriam & triumphum hoc facinore ſignificatum taceamus.

Corin.10.

SVnt qui pleraq; inextricabilia & abſurda colligunt de infallibili dei præſcientia, ac non ſine graui periculo infirmorum, curioſe & temere ſophiſticantur ac diſputant, quomodo rerum contingentia, & arbitrii libertas, cum certiſſima dei præſcientia ſimul manere poſſint? Qui ſane non leuiter peccant, quod homini, qui mortalis atq; adeo terra & cinis eſt, non liceat incomprehẽſibilium iudiciorum dei abyſſum diſcutere. Qui enim fiet ut abſtruſiſſima illa inuiſibilis & incomprehenſibilis dei ſecreta comprehendat qui animæ propriæ, qua uiuit, ſentit, ac intelligit uim & naturam ſatis aſſequi non poteſt, quemadmodum Hieremias ait: Cor hominis eſſe prauum & inſcrutabile. Iudicia ergo dei non diſcutienda ſed adoranda, non diſputanda, ſed iuſtiſſima credẽda ſunt. alioqui ſcrutator maieſtatis opprimitur a gloria.

De pſcientia dei nõ eſt anxie diſputandum.
Iohan.1.
Roma.11.
Prouer.25.

PAucis tantum indicabimus præſcientiam dei, rerum contingẽtiæ non obſtare. Superius oſtendimus deum peccati cauſſam non eſſe, ſed diabolum ac noſtram uoluntatem. Ergo ſi deo nec approbante, nec cogente uoluntatem primorum parentum, peccatum factum eſt, ſequitur neceſſario, peccatum non eſſe factum neceſſitate abſoluta ſed uoluntarie. Oportet enim in hac quæſtione hoc memori ſemper mente tenere deum ſicut uniuerſam naturam condidit, ita etiam inter cætera condidiſſe hanc naturalem uoluntatis uim, quæ eſt arbitrii libertas, quo dono naturæ non eſt aliud maius excogitabile. Quum ergo uoluntas noſtra ante peccatum uere libera fuerit, ſequitur ꝙ hæc libertas ſit cauſſa contingentiæ humanarum actionum. licet ergo deus præſciuerit hominem caſurum, non tamen per hãc præſcientiam, homini naturale illud donum (quod creando impertiit) ademit, aut ut ſic ageret. coegit ſeu impulit. Deus enim ita præuidet ac determinat contingentia, ut non tollat modum agendi naturæ inditum, ſed determinat actiones ſicut fiũt, Præuidit deus Iudæ malam uoluntatem. permiſit ut proderet Chriſtũ, non coactus, ſed uoluntarie, & decreuit quomodo Iudam ſic uoluntarie peccantem perderet. Non ergo Iudas peccauit neceſſario. Quod ſi obiicias, Oportebat impleri ſcripturam, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, &c. Reſpondeo, diſtinctione opus eſſe. Duplex enim eſt neceſſitas. Abſoluta, quam uocamus neceſſitatem conſequentiæ. Veluti neceſſe eſt deum eſſe, deum unum eſſe, hominem eſſe animal rationale. mortale, nam hæc aliter ſe habere nequaquam poſſunt. Alia eſt neceſſitas conſequentiæ, qua neceſſario euenire dicimus, non quæ ſua natura neceſſaria ſunt, ſed neceſſario ſequuntur, propter præcedentes cauſſas, Vt, Oportebat Chriſtum pati, non neceſſitate abſoluta, ſed quia lapſus erat homo, nec aliter reſtitui poterat, niſi Chriſtus pateretur, quod ita ut fieret, deus decreuiſſet, & ꝙ maxime congruum iudicaſſet, Proinde neceſſario conſequebatur ut Chriſtus pateretur. Opot

Præſcia dei nõ obſtat rerum contingentiæ.
Eccl.15.
Dono liberi arb. nullũ præſtantius.
Præſcia dei nõ ligat hoĩs voluntatem
Pſalm.4.
Actorũ.1.
Matth.26.
Obiectio.
Actoꝝ.1.
Dilutio.
Duplex neceſſitas.
Lucæ.24.
Actorũ.1.

tebat impleri ſcripturam de Iuda. Nam quum deus præuidiſſet malam Iudæ uoluntatem hoc impium facinus patraturam, idcirco hoc ipſum per prophetam futurum prædixit.

Actor. 40.

Ex conſeruatione homis poſt peccatū ſumma dei benignitas, oſtenditur.

VIde autem ſummam dei benignitatem erga hominem. Nam quū homo uoluntarie peccaſſet, mortiq́ʒ ſe obnoxium reddidiſſet, tamen deus talem naturam ſic (non dei, ſed ſua culpa & uitio) corruptam non perdidit, ſed conſeruauit, ſtatimq́ʒ decreuit, quo remedio corruptionem hanc tolleret, & quam condidit naturam, in melius reſtauraret, ut non habeant impii quod dicant, Cur deus non perdidit Adam & condidit hominem nouum innocentem, ex quo omnes naſceremur? hoc enim ſummæ dei miſericordiæ & benignitati minime congruebat, ſed magis quod creauerat, reſeruare ac reſtaurare. Habes ergo unde gratias agas, non quod incuſes.

Eccl. 15.

Ad pplm ſermo moderādus de pſciētia dei.

Nihil magis lætificat pioſ aīos q̄ dei præſcientia.

DE cæteris quæ in hac plane inexplicabili materia magis ſubtiliter, q̄ pie diſputantur, ad populum concionari non cōuenerit. perturbant enim imbecillium animos ac conſcientias. Quanquam hoc noſſe oportet, ꝙ ut nihil eſt, quod impiorum mentes magis terreat, q̄ dei præſcientia, ita rurſus nihil eſſe, quod piorum animos tam conſoletur ac lætificet. Non enim oportet ſic cogitare, Si deus me præſciuit beatum, beatus efficiat, ſin ſecus, condemnabor, indormiſciturus interim in utranq; aurem & expectaturus quid de me faciet deus. Sed potius ſic cogitare debemus, Deus uult omnes homines ſaluos fieri, Inſuper uult, ut omnes qui credunt in Chriſtum, non pereāt, ſed habeant uitam æternam. Ergo optime deus tibi gratias ago, qui dederis mihi in corde meo certiſſimū indiciū ꝙ ſim ex numero eorum quos præſciuiſti, nimirū fidem in unigenitum filium tuum. Quod ſi nondum uiuidam hanc fidem in cordibus noſtris ſentiamus, reſtat ut auſcultemus uocanti & dicenti: Crede tantum & ſaluus eris, & quibus erat præſcientia dei ante hanc uiuificam fidem terribilis, ea accedente fiet omni melle ſuauior. Propterea Apoſtolus, quum præſcientiæ dei meminit, mirum q̄ exultat. Scimus (inquit) quoniam diligentibus deum, omnia cooperātur in bonum, his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti: Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos?

1. Timo. 2.

Iohan. 3.

Si nō es pdeſtinatus, fac ut prædeſtinēris.

Actor. 16.

Roma. 8.

Pctōr nullā habet cōtra deum excuſationem.

VT uero tādem his explicatis unde digreſſi ſumus, reuertamur, Nō habet peccator quod dicat, pœnitere, conteri, de peccato dolere, de uita in melius commutanda ſtatuere, ueniam ſperare nō poſſum. Ná ut (diximus) deus nulli gratiam ſuam ſubtrahit, ſed & nō petentes ac ne cogitantes quidē gratia ſua anteuertit, petentes uero prouehit, ſanat, adiuuat, ac confirmat. Imputet ergo æger, cui medicus præſto eſt, ſibi ipſi, nō

medico,ſi eius oblatã medelã recuſans,morbo prægrauat⁹extinguat. Augu.lib.10 confeſſ.ca.21
CAeterũ ut hunc articulũ,qui de contritione eſt,aliquãdo abſolua-
mus.Multa ſunt(ut ex prædictis manifeſtũ euadit)quæ ad ueram Ad uerã cõ-
contritionẽ requirunt.Primo,neceſſe eſt ut homo cõcipiat odiũ pecca- tritionẽ mul
torũ,nõ huius uel illius,ſed omniũ quæ deũ offendũt.Falſam enim pœ- ta requirũt.
nitentiam eſſe conſtat,quũ pluribus contemptis,de uno ſolo pœnitẽtia
agitur,uel quũ ſic agitur de uno,ut non diſcedatur ab alio. Quid enim
prodeſt ſi peccata luxuriæ quis defleat,& tamẽ adhuc auaritiæ æſtibus Innocẽ.3. de
anhelet?In quam ſententiã dixit Apoſtolus: Si quis totã legem ſeruaue- Pœni.diſt.5.
rit,offendat autẽ in uno,factus eſt omniũ reus. Hoc odium quum pec-
cati fœditas,tum diuini iudicii ſeriens contemplatio ſubminiſtrant. Greg. de pe nit diſt.3.c.
Secundo,contritionem amarulentam ac gemebundam eſſe oportet, pœnitentia.
qualis fuit pœnitentia Dauid,dicentis:Poculum meum cũ fletu miſce- Iacobi.2.
bam.Item:Non eſt ſanitas in carne mea,non eſt pax oſſibus meis a facie Chryſoſt.in
peccatorũ meorum. Et deinde: Miſer factus ſum,& curuatus ſum uſq; Matth.ca.12.
in finem,tota die contriſtatus ingrediebar.Et ſtatim poſt:Rugiebam a
gemitu cordis mei, & gemitus meus a te non eſt abſconditus. Et apud
prophetam(quem ſupra citauimus)ait dñs: Conuertimini ad me in to- pſalm.37.
to corde ueſtro,in ieiunio,fletu,ac plãctu,ac ſcĩdite corda ueſtra, & nõ Ibidem.
ueſtimẽta ueſtra.Huc item reſpicit quod Chriſtus ait:Beati qui lugent,
quoniam ipſi conſolabuntur.Væ autem uobis qui ridetis nũc,quia lu- Iohel.2.
gebitis & flebitis.De hac triſtitia dixit Apoſtolus.ii. Corin.vii.Gaudeo
quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.Contriſtati enim eſtis ſecundum Mathh.5.
deum.Quæ enim ſecundum deum triſtitia eſt, ſalutem ſtabilem opera-
tur.Hos ergo dolores non fictos aut ſimulatos, ſed ueros eſſe & in con-
ſcientia ſentiri neceſſe eſt,alioqui non perficietur cõtritio,quod & ipſius Lucæ.6.
uocabuli ratio ſatis oſtẽdit,nec dominus aliter accedet,niſi nobis inter-
no dolore & terrore uere affectis,territis,pauidis ac contritis.Nã & pro- 2.Corin.7.
pheta ait:Vbi habitabit dominus?in ſpiritu contrito & humiliato. Et
Pſaltes:Sacrificium deo ſpiritus contribulatus,cor contritum & humi-
liatum deus non deſpicies.Fiũt autẽ hi terrores(ut ſupra diximus)in no Pſalm.50.
bis dei beneficio,qui ad hoc utitur miniſterio & legis naturalis(nam ira
dei in omnem animã hominis operãtis malum)& legis ſcriptæ quia per Roma.1.
legem cognitio peccati.Et quia hæc lex non tantum arguit externa de
licta factorum ac dictorum,ſed etiam interiorem concupiſcentiæ impu Roma.3.
ritatem,idcirco utraq; agnoſcere debemus. Paulus etiam concupiſcen- Exodi.20.
tiæ æſtum,etſi lex mentis repugnet,peccatiq; ſtimulis haud aſſentiatur, Roma.7.
grauiter deplorat. Video(inquit)aliam legem in membris meis repu-
gnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati.Infelix ego Chry.in epi-
homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?gratia dei,&c. ſto.ad Heb.
Tertio, non oportet leuiter tranſmittere peccata præterita, ſed eadem
agnoſcere,& memoriam eorum perſeuueranter retinere,quemadmodum

hom. 51. c. 11 Pſalm. 50. Non ſufficit ſola lingua pnũtiare eos peccatores.

Pſaltes ait: Quoniã iniquitatem meam ego cognoſco & peccatũ meum contra me eſt ſemper. Vix eſt enim res ulla quæ tam ſegnem reddat hominem ad perpetrandã nequitiã, contraq; tam facilẽ ad remittendũ malum aduerſus proximum, q̃ peccatorũ continuata memoria. Quáobrẽ non ſufficit ſola lingua pronuntiare peccaſſe nos, ſed id & intima conſcientia pronuntiare, & nobis perſuaſum eſſe oportet, ut nõ tãtum peccatores nos eſſe dicamus, ſed etiam ipſa peccata ſpecialiter ſingula cõputemus.

4 Eſaiæ. 1. Pſalm. 33. Baſil. in reg. mona. ca. 21. Pſalm. 118. Pſalm. 6. 2. Corin. 7.

Quarto ad contritionẽ pertinet uotũ uitæ in melius cõmutãdæ, quemadmodum propheta monet: Quieſcite peruerſe agere, diſcite bene facere. Et diuinus ille Pſaltes: Declina a malo & fac bonum, inquire pacem & perſequere eã. Debet ergo affectum illum in ſe recipere, quẽ gerebat ille qui dixit: Iniquitatẽ odio habui & abominatus ſum, & quæ in ſexto pſalmo & in aliis q̃plurimis ſcripta ſunt, Sed & illa quæ Apoſtolus dixit ad illos, qui ſecundũ deum contriſtati fuerũt. Quantam (inquit) hoc contriſtari ſecundũ deum operatur in uobis ſolicitudinẽ? ſed indignationem, ſed æmulationem, ſed uindictã.

Chryſoſt. ad Theod. lap. li. 1. circa fi.

Interea auferendæ ſunt oẽs occaſiones, quæ cauſam præbere poſſunt relabendi in peccatum, & ſtudium opera contraria peccatis præteritis faciendi capiẽdum. Nam qui uerbo ſe pœnitere dicit, & peccandi occaſionem non deuitat, ſed ſe rurſus peccato implicandũ offert, is eſt ueluti canis ad uomitum ſuũ reuertens.

2. Petri. 2. Satiſfactio multum neceſſaria. Exodi. 20. Tobiæ. 2.

Et in primis neceſſe eſt, ut habeamus uoluntatem efficacẽ reſtituendi alienũ. Reſtitutio enim ciuilis (qua ſatiſfacimus his quorũ res occupatas tenemus) ad contritionẽ pertinet. Non enim licet nobis ex alieno uel edere uel contingere: Quinimmo non ſolũ retentio, ſed & concupiſcentia alieni lege uetita eſt. Quamobrem ſi res aliena, propter quã peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitẽtia non agitur, ſed ſimulatur, ſi autẽ ueraciter agitur, nõ dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum.

Auguſt. Matth. 6. Marci. 11. Matth. 5.

Deinde omnino neceſſariũ eſt, ut acceptã offenſam ſeu iniuriã proximo ex animo remittamus, Nam ut Chriſtus inquit: Si non dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter cœleſtis dimittet uobis peccata ueſtra. Et iterum: Quum ſtatis ad orandum, dimittite ſi quid habetis in cordibus ueſtris. Quamdiu enim diſcordiam habes cum proximo, nullum boni operis fructum facere poteris. Scriptum eſt enim, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduerſus te, uade prius, reconciliari fratri tuo, & tũc uenies & offeres munus tuum. Vt autem hunc affectum ignoſcendi capias, diligenter tibi rememoranda eſt parabola euangelica, quam legimus Matth. xviii. de duobus ſeruis debitoribus, quæ infra latius explicata reperies.

Matth. 18.

5 Iſaiæ. 38.

Quinto, poſtquã de omnibus peccatis tuis grauiter & ex animo indolueris, dieſq; tuos in amaritudine animæ tuæ recogitaueris ac firmiter in corde tuo ſtatueris deſinere a malo & facere bonum, tum fides accedere debet contritioni, qua fiducia miſericordiæ dei rurſus erigaris &

conſolationem accipias, confiſus tibi ſic affecto peccata tua propter
Chriſtum remiſſum iri. Nam hæc fides (ut & ſupra diximus) contritio-
nem perficit atq; diſcrimen facit inter contritionem pii & impii, Petri & Matth.27.
Iudæ. Ideo enim non profuit Iudæ pœnitentia, quia hac fide caruit, Ideo Matth.29.
Petro profuit contritio, quia hæc fides acceſſit, qua miſericordiam ap-
prehendit. Hæc eſt illa fides qua iuſtificati, pacem habemus erga deum, Roma.5.
quemadmodum ſupra copioſius tractatum eſt, & infra latius expone-
mus. Iam ad reliquas pœnitentiæ partes. Confeſſionem & Satisfactio-
nem properamus.

DE CONFESSIONE.

VErbum confeſſionis in ſcripturis uarie accipitur. Nam ſæ- Vocabulum cõfeſſiõis va
pe eſt laudare ſeu gratias agere, ut pſalm. lxvi. Confiteantur rie accipitur
tibi populi deus. Et quod Chriſtus ait Matth. xi. Confite- Hilarius in
or tibi pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapienti- Pſalm.66.
bus, & reuelaſti ea paruulis. Hæc igitur confeſſio nihil aliud Pſalm.57.
eſt q̃ agnitio cum laude ſeu laus & ſanctificatio nominis dei, qua ſolius Matth.11.
dei gloriam prædicamus, nobis nihil tribuentes, de qua dictum eſt: Con
feſſio & pulchritudo in cõſpectu eius, qua totam fiduciam in deum reii- Pſalm.95.
cientes, quæ dei ſunt & uerbis & factis profitemur, non tantum in pro-
ſperis, ſed & in aduerſitatum totius mundi conſpectu conſtituti. i. Iohá.
iiii. Quiſquis confeſſus fuerit q͂ Ieſus Chriſtus eſt filius dei, &c. Item: 1.Iohan.4.
Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum co-
ram patre meo. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo
& ego ipſum coram patre meo qui in cœlis eſt. Ad hanc confeſſio-
nem, ubi res poſtulat, non ſufficit ſolus animus ſiue uoluntas, hoc eſt in-
terior quædam confeſſio, uerumetiam oris confeſſio flagitatur, quæ li-
bera & inuicta eſſe debet. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore au- Roma.10.
tem confeſſio fit ad ſalutem, Roma x. Hinc dicti ſunt confeſſores, qui Confeſſores
a confeſſione Chriſti nominis nullis tormentis potuerunt dimoueri. unde dicti.
Qui dum uiuerent, martyres dici nolebant, ſed optabant, ut ſaltem in Vide Euſeb.
eis permaneret tota confeſſio, de qua dixit Apoſtolus: Certa bonum in eccle.hiſt.
certamen fidei, apprehende uitam æternam, in qua uocatus es & con- lib.5.cap.3.
feſſus confeſſionem bonam coram multis teſtibus. His opponuntur 1.Timo.6.
lapſi (ac etiam hi qui uerbis quidem deum confitentur, factis autem Lapſi q ſint.
negant.

Secundo confiteri, eſt ſimpliciter agnoſcere quod uel intus in animo la- 2
tet, uel alicui obiicitur, aut cuius incuſatur, ſecundum quam ſignificatio Alia vocabuli acceptio.
nem ſcriptura uerbo confeſſionis pro agnitione non cuiuſlibet rei, ſed
magis peccatorum frequentiſſime utitur. Eſt autem triplex peccatorũ Triplex peccatorum cõ-
confeſſio. Vna interior, qua ſoli deo noſtra peccata confitemur. hoc feſſio.

eſt, qua coram deo peccata ex animo agnoſcimus, noſtra opera ini alacum ingenti cordis dolore damnantes, ac dei miſericordiam quęrentes, de qua dicitur pſalmo triceſimo primo: Dixi, Confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Item pſalmo quinquageſimo: Quoniã iniquitatem meam ego cognoſco & peccatum meum contra me eſt ſemper. Hanc interiorem confeſſionem gentes & infideles nobiſcum ex parte communem habuerunt, quod ſcilicet ad damnationem & profeſſionem peccati attinet. Nam quis tandem eſt hominum, quem (quum turpitudinem ſuam perpendit) ſui non pudeat? qui ſe non accuſet? nimirum id operante lege naturali omnium cordibus inſcripta, quæ parit cogitationes, accuſantes ac defendentes. Sed quum ad uerum ſcopum non reſpexerint, periit illis omnis huius mentalis confeſſionis fructus, etſi Ouidius, confeſſis numen quoddam patere dicat. Nam in primis nemo recte erratus ſuos coram deo confitebitur, niſi qui proponat in poſterum a peccatis diſcedere. Quid enim aliud eſt confeſſio erroris, quam profeſſio deſinendi ab errore? Proinde gentes quæ affligebant conſcientias ſuas abſque uoto uitam in melius commutandæ, confeſſionem fructu ſuo fruſtrabantur. Deſinendum enim a peccato eſt, ob quod peccati cæpta confeſſio eſt, atque ideo extra ueniam erant gentiles, qui peccatum quidem agnouerunt, ſed agnitum non confitebantur. Deinde agnouerunt quidem illi peccatum, ſed præter ſpem ueniæ & miſericordiæ. Quãobrem nulla inde ad eos redibat utilitas. Nam quid proderunt lachrymæ & cõfeſſio, ſi nulla adſit abolitionis fiducia? Et qui poteſt a peccatis abſtinere detentus adhuc malo incredulitatis? Quemadmodum enim agricola ille, qui deſperato fructuum prouẽtu ſegetes deuaſtantia non arcebit, ita & ille qui confeſſionem quidem ſeminat nihil lucri expectans, neutiquam dimouere ſtudebit ea quæ reſipiſcentiã corrũpunt. Ethnicis ergo hæc confeſſio nihil profuit, quod de ulla expiatione culpæ adeo nullam ſpem habuerunt, ut de ea ne cogitarent quidem ſed eis pœna tantum fuit omnium grauiſſima criminum admiſſorum recordatio, quemadmodum idem ipſe Ouidius teſtatur lib. i. de Ponto.

Pſalm. 31.

Chry. in paren. ad Theodo. lapſ. circa finem.

Rom. I.

Ouidius. I.

Hilarius in Pſalm. 135.

Chry. in loco iã citato.

Simile.

Ethnici credebant culpam expiari non poſſe.

Ouid. lib. I. de Ponto.

> Pœnitet (inquit) o ſi quid miſerorum creditur ulli,
> Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.
> Quumq; ſit exilium, magis eſt mihi culpa dolori.
> Eſtq; pati pœnam quãmeruiſſe minus,
> Vt mihi dii faueant, quibus eſt manifeſtior ipſe,
> Pœna poteſt demi, culpa perennis erit,
> Mors facit & certe, ne ſim (quum uenerit) exul,
> Ne non peccarim mors quoq; non faciet.

Idem queritur Iuuenalis quum ait.

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi
Diſplicet authori, prima eſt hæc ultio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

Et iterum.

Euaſiſſe putas quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo uerbere cædit,
Occultum quatiens animo tortore flagellum?
Pœna autem uehemens ac multo ſæuior illis,
Quas & Seditius grauis inuenit & Radamanthus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Mens ſibi cõſcia malorũ miſeriima.

Itaq; ea interior confeſſio quæ cum amarulenta agnitione peccatorum ac ueris doloribus, uotum reſipiſcendi & ſpem indulgentiæ coniuncta habet, proprie piorum eſt (potiſſima utiq; contritionis pars, atq; adeo uere cõtritionis formatrix & effigiatrix) a qua tam ſecernũtur illi qui neq; cum animæ compũctione & amaritudine, neq; cum peccatorum abolitione & ſpe indulgentiæ ſuam malitiã agnoſcunt quam qui nimia deſperatione obſtupeſcũt, & bene & male uiuere, iuxta ponentes, atq; adeo de ſuis malis gloriantes, qui nullo dolore aut metu iræ dei afficiuntur, ſed ſecuri ſuis uoluptatibus indulgent, ſicut irrationabilia pecora natura genita in capturam & perniciem, uoluptatem exiſtimantes diei delitias. Sic tamẽ Petrus Apoſtolus homines illos impie ſecuros deſcribit quorum hodie plenus eſt orbis. Quanti enim ſunt peccatores ſecure degentes? quanti rapiunt & non uolunt intelligere, quoniam iniq; agunt? quãti deuaſtant uiduas & diripiunt pupillorũ facultates? quãti circũueniunt aliena matrimonia? quanti tribulant orphanos & agnoſcere nolunt ſuperuenturã ſibi calamitatẽ? Inſuper fiducialiter quæ mala ſunt agunt, & ſic nec ingemiſcunt nec lachrymam proferunt, neque confitentur, quos ſaluari eſt impoſſibile, quod nec agnoſcant facinora ſua, nec dei iudicium præ oculis habeant.

Confeſſio interior ꝓpria chriſtianorũ.

Chryſoſt. in loco citato.

2. Petri. 2.

Chryſoſt. in pſalm. 50.

Roma. 1.

Galat. 5.

OPortebat autem & neceſſitatem & utilitatem huius mentalis confeſſionis, inſuper & confitendi rationem populo nũquam non inculcare, quod ueteres illi patres ſummo ſtudio fecerunt. In primis diuus ille Chryſoſtomus qui confeſſionem eiuſcemodi, modo pie ac ſedulo fiat tanti fecit, ut quibuſdam anſam ſubdubitandi (num prætetea confeſſio illa ſacramẽtalis ſeu ſecreta, quæ ſacerdoti fit, neceſſaria ſit?) præbuiſſe uideatur. Certe tam eſt hæc confeſſio neceſſaria, ut deus nõ aliter nos iuſtificet, quam confeſſos. Deus eſt qui gratis quidem iuſtificat. Ego (inquit apud Eſaiam) ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Sed quia talis eſt miſericordia domini, qua nolit nos abuti deus, ut ſcilicet hanc conſequuti, remiſſiões

Ad monẽdũ ppl's ad iugẽ cõfeſſionem interiorem.

Chryſoſ. in pſal. 50.

Eſaie 43.

fiamus, Idcirco quærit & a nobis quiddam, non ut pretium iuſtificatio-
nis, ſed ut adminiculum, quod tamen ipſe quoque, nobis per conſenſum
cooperantibus, largitur, nimirum fidelem mentis confeſſionem. Siqui-
Ibidem. dem apud eundem prophetam ſequitur, Reduc me in memoriam & iu-
dicemur ſimul, narra ſi quid habes (uel ut SEPTVAGINTA tran
ſtulerunt.) Dic tu iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Huius confeſſionis fi-
Pſalm.50 ducia fidelis ille rex Dauid repoſcit, ut deus eum ab iniquitate ſua lauet,
Secundum (inquit) multitudinem miſerationum tuarum dele iniquita
tem meam. Vnde uero tantum beneficium præſumat, ſtatim ſubiecit.
Cur deus, q nihil ignorat confeſſionem noſtrã requirat. Quoniam (inquit) inquitatem meam cognoſco. Requirit autem deus
hanc confeſſionem peccatorum noſtrorum, non ꝙ ignoret ea, q̃uis non
confeſſa, qui quum faciebas ea, præſto erat, quum admitteres nouerat,
ſed quod aliter homo ſentire non poſſit, quid deus per miſericordiam il
li conceſſerit. Qui enim memor eſt cumuli peccatorum ſuorum, erit &
memor magnitudinis miſericordiæ dei. Qui uero morborum ſuorum,
Prouer.18. ueluti lethargo occupatus, obliuiſcitur, quo tandē pacto miſericordiæ
Prouer.28. medicinā fideliter requiret aut accipiet? quamobrem. Prouerbioꝝ. xviii.
legimus. Iuſtus prior accuſator eſt ſui. Et cap. xxviii. Qui abſcondit ſce-
Eccle.4. lera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſeri
cordiam conſequetur. Non demoreris (inquit Ieſus Sirach) in errore im
piorum: ante mortem confitere, a mortuo quaſi nihil perit confeſſio.
Confiteberis uiuens, uiuens & ſanus confiteberis, & gloriaberis in miſe-
Chriſoſ in Pſal.50 item de cõpunct. cord.lib.2. rationibus illius. Atq; uſq; adeo ſanctis ac piis uiris curæ erat hæc inte-
rior ad deum confeſſio, ut etiam ea, quæ iam credebāt remiſſa, in memo
riam reducerent, hoc ſcientes quod etſi culpam de præſentibus non ha-
berent recordationes, tamen præteritorum peccatorum, & luctum, ani
mabus ſuis plurimum prodeſſe, uel ob id quod animæ uerecundiam in
cutere, eamq; ad amorem eius, qui tam multa & tam magna conceſſit,
prouocare poſſent, conſiderantes quia niſi miſeratio eius ſubueniſſet, tā
tum illud peccatorum pondus eos inferni ſupplicii mancipaſſet. Proin
Pſalm.31. de Dauid rex, quamuis remiſſum iam ſibi peccatum eſſet, nihiloſecius
tamen ille in conſcientia ſua tanquam in imagine adulterium & homi-
Pſalm.50. cidium depicta habebat. Et per ſingulos dies præteritam illam putredi
nem intuēs, dicebat: Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum me
Eſaiæ.39. um cōtra me eſt ſemper. Hinc illud Ezechiæ. Recogitabo tibi domine
omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Ad eūdem modū Pau
1.Timo.1. lus Apoſtolus, etiam illa cōmemorat, quæ per ignorantiam cōmiſſa, gra
tia baptiſmi & confeſſio fidei aboleuerat. Chriſtus Ieſus (inquit) uenit in
hunc muudum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Et
iterum. Et fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterium, qui prius
fui blaſphemus & perſequutor, contumelioſus ſupra modum perſe-
quens eccleſiam dei, & expugnans eā, & qui non ſum dignus uocari Apo
ſtolus.

ſtolus.Paulus ergo etiam illorum meminit,quorum erat ueniam conſequutus.Nos uero nec iſta recordamur,quæ poſt baptiſmum commiſimus,cæterum etſi aliquando ad recordationem uenerimus,ſtatim effugit cogitatio,& tranſimus ad alia.& nec integra quidem hora patimur animam noſtram afflictione mœroris huius aſtringi. Hæc igitur cauſſa eſt ꝙ malis addimus mala.Quid enim prohibet ubi nihil metuitur, ubi nihil uerecundiæ,nihil pudoris admittitur,ut non in omnes perditionis foueas demergamur?Quas ne incidamus,dn̄s apud Ezechielē ſaluberrima admonitione nos præmunit.Recordamini(inquit)uiarū ueſtrarum & omnium ſcelerum ueſtroꝝ.quibus polluti eratis, & diſplicebit uobis in conſpectu ueſtro in cunctis malitiis quas feciſtis, & ſcietis, quia ego dominus,quum benefecero uobis propter nomen meum, non ſecundum uias ueſtras malas,neqꝫ ſecundum ſcelera ueſtra peſſima,

Noſtra ſocordia.

Ezech.20.

DEbet itaqꝫ hæc confeſſio,quæ mentalis eſt,ſine intermiſſione fieri. Nam haud multū differt ab illa tertia pœnitentia in eccleſia actione,quæ quotidiana eſt (de quā ſupra diximus) niſi ꝙ latius ſe porrigit. nempe ad quælibet,non tantum leuia & quotidiana peccata. Porro ſi oratio noſtra ad deum perpetua eſſe debet,orationis aūt,præſertim illius,quam nos docuit Chriſtus uis tota in eo cōſiſtit,ut dei bonitati oīa, nobis nihil tribuamus.Dei nomen ſanctificemus,nos uero noſtraqꝫ opera coram deo accuſemus ac damnemus ad miſericordiam eiꝰ perpetuo reſpicientes,Conſequens eſt ut & hæc confeſſio nunq̄ intermittenda ſit, ꝙ hæc confeſſio omnino ſit,aut oratio illa quam a nobis requirit deus, aut ſaltem orationis eius ipſiſſima medulla.Quid enim aliud eſt confiteri deo q̄ diſplicere nobis,illius uero omni potentiam,ſapientiam & bonitatem ſemper & ubiqꝫ prædicare.Pulchra parænesi uſus eſt Auguſtinus in pſal. lxvi.Confiteanť(inquit)tibi populi deus,inuenerunt uiā tuā.Confiteantur,ipſa cantatio confeſſio eſt,confeſſio peccatorum tuorum ē uirtutis dei,tuam iniquitatem confitere,gratiam dei confitere,te accuſa, illum glorifica,te reprehende,illum lauda,ut & ipſe ueniens,inueniat te punitorem tuum.ut exhibeat ſe tibi ſaluatorem tuum.

Cōfeſſio mētalis debet ſine intermiſſione fieri.
Supra folio. 116.

Orationis uis in mētali cōfeſſione ſita.

Cōfiteri deo quid.
Augu.lib.10 confeſſ. cap.2.

Auguſt.in pſalm.66.

HAec eſt autem deo confitendi ratio ac modus.Peccata noſtra Chriſtus debita appellat.Nos dei uillicos,cum quibus deus ſit poſiturꝰ rationem Ergo codex rationum nobis conſcribendus eſt.Codicem habemus conſcientiam noſtram:in hac peccata noſtra & maiora & minora,tanq̄ in libro ſcribere oportet,deinde confiteri,nō tantum,quia multa in nobis delicta ſunt,uerum & peccata ſigillatim,idqꝫ frequentius recenſere,atque ante oculos ponere,& hæc tanquam nuper admiſſa lugere.Ita enim & animæ arrogantiam frangemus:frequentius eam de malis ſuis & uitiis commonētes & cautela nobis(ne ultra in eadem delicta incidamus) acrior naſcetur, ut interim taceamus hac confeſſione fidem quāmaxime acui & exerceri, ſine qua non accipimus remiſſionem pec-

Ratio confitendi deo.
Matth.6.
Chryſoſt. in pſalm.50.

Peccatū niſi

agnitum ſeu cōfeſſum nō dimittetur.

catorum a. Non habes autem quo te a quotidiana iſta confeſſione excuſes. Nam ſi omnino per diē non habuiſti tempus excutiendi rationes tuas, ſaltem quando accubueris ſuper ſtratum, & neminem habueris infeſtum, antequam ueniat tibi ſomnus, profer in mediū codicem, conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata tua, ſi quid in uerbo ſeu in facto, uel in cogitatione peccaſti. Dicito in corde tuo & in anima tua. Expendimus diem o anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati ſumus?

Pſalm.4.

Tum ſi boni cuiuſpiam facti tibi conſcius fueris, totū id dei benignitati tribue, illi gratias age: at peccatorum reminiſcens, funde ſaltem cordis

Pſalm.5.

lachrymas, recēſe peccata ſigillatim, facito tibimetipſi rationem, deum tuum roga, ora miſericordiam, & inuenies requiem: ſic enim poteris in lectulo tuo poſitus peccata delere. hoc ubi feceris, tum demum permitte animam tuam ſoporari. Iraſcimini (inquit propheta) & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus ueſtris in cubilibus ueſtris cōpungimini. Et alibi, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratū meum rigabo. Cur quæſo graue aut moleſtum uidebitur poſitum in lecto quotidiana deflere peccata, unde tanta promanat utilitas?

Cōfeſſio generali apud Iudæos. Leuit.16.

VT autem populus dei ad hanc mentalem confeſſionem modis omnibus inuitaretur, lege ueteri cauit deus ut pontifex quum offerret ſacrificium pro delicto, generalem totius populi peccatorū confeſſionē ad deum faceret. Poſtquam (inquit) emundauerit ſanctuarium & altare, tunc offerat hircum uiuentem, poſtea utraq; manu ſuper caput eius

Neemiæ.4. Neemiæ.9. Cōfeſſio generalis in eccleſia freq̄ns

confiteatur omnes iniquitates filiorū Iſrael & uniuerſa delicta & peccata eorū. Sic cōfeſſus eſt populi delicta Neemias in Zuſis, Neemiæ.iiii. Itidem populus præſente ſacerdote, Neemiæ.ix. Nec alia ratione ſancti patres generalem hanc confeſſionem tam frequentem in eccleſia eſſe & per ſacerdotes totius populi nomine, ipſum etiam populum ſacerdotem uerbis comitantem, pronuntiari uoluerunt. Hinc ſacerdos Miſſæ ſacra myſteria a confeſſiōe (quam uiciſſim cum a ſtātibus recenſet) orditur, hinc finita concione, generalem hanc & publicam confeſſionē ad populum pronuntiat ac monet ut ſe pronūtiātē populus eiſdem uerbis proſequatur: hinc in horariis precibus, & mane, nempe in Primis, & ueſpere nimirum in Completorio hæc confeſſio replicatur, idq; ne rei tam neceſſariæ unquam obliuiſcamur, aut fructibus tam eximiis qui hinc nobis proueniunt, careamus. Atque hæc de mentali confeſſione dixiſſe ſufficerit.

Cōfeſſio fraterna quæ. Matth.5.

SEcunda confeſſio fraterna dicitur, de qua legimus Matth.v. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſus te, relinque ibi munus tuum, & uade prius, reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Ne autem frater tuus ſic a te offenſus te noxam tuam agnoſcētem, ac ueniam ab eo petentem auerſari, aut confeſſionem tuam aſpernati impune poſſet,

Dominus præceptum dedit, quod & ſupra retulimus, Marci. xii. in hæc uerba Dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, ut & pater ueſter, qui in cœlis eſt, dimittat uobis peccata ueſtra. Quod ſi uos non dimiſeritis nec pater ueſter qui in cœlis eſt, dimittet uobis peccata ueſtra. Et rurſus Matth. xviii. Petro interroganti, Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? uſque ſepties? Reſpondit, Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties, Idque ſubſequente illic parabola magis inculcat, qua declarat eum uana ſpe deum precari, qui fratri errata non dignatur condonare. Nam ut Ambroſius ſcite ait, Si dimiſeris, bene conuenis ut dimittat tibi: ſi nõ dimittis, quomodo eum conuenis ut dimittat tibi? Et ut diuus Hieronymus ait: Non recte delicti ſui ueniam poſtulat, qui non prius quod in eum delinquitur relaxat. Hæc autem confeſſio ſignificata eſt in euãgelio per pedum lotionem. hac ſiquidem poſt cœnam peracta, Chriſtus rationem operis ſui diſcipulis ſuis expoſuit, dicens: Si ego laui ueſtros pedes dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quem admodum ego feci uobis, ita & uos faciatis: quo ſignificat ubi proximum læſerimus, id nos coram eo agnoſcere, ueniam petere, & uiciſſim ubi offenſi fuerimus remittere mutuis erratis condolere & pro nobis inuicem orare oportere. Et quamuis hæc confeſſio proprie ſacramentalis non ſit de qua ſtatim dicemus, eandem tamen ut remiſſionem peccatorum conſequamur neceſſariam eſſe, atque adeo ſacramenti appellatione large accepto uocabulo contineri conſtat, uel Beda & Bernardo teſtibus. Beda certe non dubitauit eum epiſtolæ diui Iacobi locum (nempe. Cõfitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicẽ, ut ſaluemini) non tantum de ſacramẽtali, quæ ſacerdoti fit, ſed etiam de hac fraterna confeſſione intelligere, quãuis cum ea diſcretione, ut quotidiana leuiaque peccata alterutrum coæqualibus confiteamur, eorumque credamus quotidiana oratione ſaluari. Porro grauioris lepræ immunditiem iuxta legem ſacerdoti pandamus, atque ad illius arbitrium, qualiter & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus. Alibi Beda lotionem pedum ex hoc diui Iacobi loco interpretatur. Nouerimus (inquit) nos in huius dominici operis (nimirum lotionis pedum) altitudine admonitos, ut confeſſi inuicem delicta noſtra oremus pro nobis, ſicut Chriſtus interpellat pro nobis. Audiamus (inquit Beda) Apoſtolum Iacobum hocipſum euidentiſſime præcipientem atque dicentem: Confitemini inuicem delicta ueſtra, & orate pro uobis inuicem, quia ad hoc dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille (ut ſubiicit) qui ullum peccatum nec habuit nec habebit, orat pro peccatis noſtris, quanto magis nos inuicem pro noſtris orare debemus? Et ſi dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittimus, quãto magis dimittere debemus inuicẽ nobis, qui ſine peccato hic uiuere nõ ualemus? Nam qd (inquit idẽ ille) in hac altitudine ſacramẽti do-

Marci. 11.

Matth. 18.

Iohan. 13.

Cõfeſſio fraterna neceſſaria.

Beda in uerba apoſtoli Iacobi.

Bern. in ſer. de cœna dñi & lot. pedũ.

Iacobi. 5.

Beda in Paulũ ad Coloſ.

Vide Aug. in Ioh. tract. 58

Iacobi. 5.

1. Petri. 1.

1. Iohan. 1

Iohan.13. minus ſignificare uidetur, quum dicit: Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis, niſi quod apertiſſime
Coloſſ.3. dicit Apoſtolus, Donantes inuicem ſiquis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit uobis, ita & uos inuicem. Itaque nobis delicta donemus, & pro noſtris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes noſtros lauemus. Noſtrum eſt, donante ipſo, miniſterium charitatis & humilitatis exhibere, illius eſt exaudire ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Chriſtū & in Chriſto, ut quod etiam aliis dimittimus, hoc eſt in terra ſoluimus, ſoluatur in cœlo. Hæc ille. Videtur autem Beda his uerbis teſtari, non tantum publice in ſacramento pœnitentiæ, ſed etiam priuatim in hac confeſſione fraterna peccata per homines remitti, & Euangelii beneficium nobis applicari, quamuis alia atque alia ratione. Nec ab hac ſententia alienus eſt Theophylactus in eum locum Matth. xviii. Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. Si tu (inquit) offenſus, habes eum qui
Theoph. in Matth. c. 18. te iniuria affecit ſicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis, ſi autem ſolueris eum, hoc eſt, confitenti & deprecanti ignoueris, erit ei & in cœlo condonatum. Non ſolum enim (ut ſubdit) quæ ſoluunt ſacerdotes, ſunt ſoluta, ſed quæcunque & nos iniuria affecti uel ligamus uel
Cōfeſſio q̃ p fraternā correptionē elicitur. ſoluimus, & ipſa erunt ligata, uel ſoluta. Præterea ſub hac ſpecie fraternæ confeſſionis continetur etiam ea confeſſio, quæ per fraternam correptionem a delinquente (qui ſuapte ſponte culpam agnoſcere & ueniam a fratre petere negligit) elicitur, per quam fratris animam lucramur, ut Chriſtus ait Matth. xviii. Habet enim & hæc ſuam priuatam remiſſio-
Matth. 18. nem, de qua dictum eſt: Quoties in me peccabit frater meus & remittā ei. &c. qua poſtea latius diſſerendum erit. Retinendum tamen eſt quod
Remiſſio publica longe alia quē priuata. paulo ante diximus. nempe, ſacerdotes longe alia ratione ſoluere uel remittere peccata confitentibus, q̃ fratres ſeu priuati inuicem remittunt. Nam illi publica authoritate & uice Chriſti (cuius perſonam in eccleſia repræſentant) uirtute clauium ab eo acceptarū, ab omnibus paſſim pec
Lucæ. 7. catis pœnitentes abſoluunt, uere contrito & confeſſo nihil minus præ-
2. corin. 5. ſtantes, q̃ ſi Chriſtus præſens abſolueret, ac diceret. Remittūtur tibi peccata tua. Quamobrem diuus Paulus. ii. Corinth. v. dixit: Omnia ex deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium recōciliationis. Quoniamquidem deus erat in Chriſto, mundum reconcili-
Sacerdotes chři legatione fungūtur ans ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam deo ex-
Remiſſio priuata. hortante per nos: Sed relaxatio illa ſeu remiſſio fraterna non fit (ut ita dicamus) authoritatiue, nec frater eatenus fungitur uice Chriſti abſoluētis, ſed tantum remittit priuatim quod in ſe peccatum eſt. Vnde magis
Condonatio iniuriæ ſignā priuatæ iniuriæ condonatio q̃ peccati remiſſio eſt, quam tamen deus tam habet gratiam, ut remittenti offenſam fratri, idque ex animo, uiciſſim

ſim

ſim remiſſionem peccatorum polliceatur,ſic ut is qui hunc affectum cō donationis a ſe fratri factæ uere in cōſcientia ſua ſentit ſibi hoc ipſo ue luti certo,ſed inuiſibili ſigno perſuadere poſſit, ſe uiciſſim a deo remiſſionem peccatorum ſuorum(quorum tamen eū uere pœnitet) aſſequutum eſſe. Nam Chriſti uerbum eſt, Dimittite & dimittemini, Item, Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra. Nihiloſecius quia homo non facile ſtatuit,num pe nitus & ex animo totam iniuriam remiſerit(quod cōcepti odii malum altas habeat radices)adeundus ipſi prætèrea eſt ſacerdos, a quo tāquam ab ipſo Chriſto uerbum abſolutionis & certiſſimæ conſolationis accipiat. Breuiter, miniſterium quod exhibet ſacerdos, eſt miniſterium Chriſti. Quod exhibet frater, eſt miniſterium charitatis & humilitatis, cuius typum uidere eſt Matth.ix. Quamuis ergo hæc fraterna confeſſio tanti momenti ſit, non eſt tamen de numero illorum ſacramentorum, quorum eccleſia ſeptem tantum numerauit. Nam illa talia eſſe oportet, ut ſigna ſint uiſibilia inuiſibilis gratiæ dei, quam deus per ea quum in eccleſia publice adminiſtrantur, in non indigne recipientibus certo operatur, eiuſdem gratiæ ſimilitudinem extrinſecus gerentia, quæ omnia in hac confeſſione fraterna & priuata proprie reperire non eſt. Vnde cum clauium poteſtate confundi non debet, ſed magis ad pœnitentiæ ſacramentum præparatoria & præambula eſt.

eſt remiſſionis pctōx.

Matth.6.
Marci.11.

Nō ſolum remiſſio fraterna, ſed & abſolutio ſacerdotalis quærenda.

Matth.9.

Cōfeſſio fraterna nō eſt de numero ſeptem ſacramentorum.

TErtia itaque confeſſio ea eſt, quæ fit eccleſiæ præpoſitis, hoc eſt, epiſcopis & ſacerdotibus, quibus a Chriſto facta eſt remittendorum & retinendorum peccatorū poteſtas. Hæc in uſu ueteris eccleſiæ multiplex fuit, Vna publica altera ſecreta. Rurſum publica duplex. Quædā coacta, quædam uoluntaria. Secreta quoque ſecundum diuerſos ritus & eccleſiarum & tēporum in alias ſpecies ſcindi ac diſcerni poſſet.

Tertia confeſſionis ſpēs q̄ fit pbr̄is.

Eius diuiſio.

QVæ omnia ut dilucidiora fiant in primis noſſe oportet, ueterem eccleſiam admodum ſeueram fuiſſe in criminibus publicis uindicandis, tum ne eccleſia ob quoſdam manifeſtarios delinquētes male audiret inter gentes, quemadmodum Romañ.ii. ſcribitur: Nomē dei per uos blaſphematur inter gentes, tum ne contagio totum gregem inficeret, neue res peſſimi exempli infirmioribus offendiculo foret, quod Chriſtus ut diligentiſſime caueretur iuſſit, deniq; ut alii admoniti cauerent, ne laberentur, utq; animus ipſorum qui ad eccleſiā redibant, exploraretur, an ſcilicet ſerio reſipiſcerent. Olim ergo his qui in criminibus publicis eſſent deprehenſi, publice erat confitendum, hoc eſt, crimē erat apud paſtorem & eccleſiam agnoſcendum, & petenda ab epiſcopis ſeu paſtoribus publicæ pœnitentiæ conceſſio. Hæc confeſſio quum fiebat uoluntarie, nimirum criminoſis ſeipſos apud eccleſiæ præſides ſponte prodentibus, deferentibus ac publicantibus, longe gratior erat & uenia dignior q̄ coacta. Ad eum modum uoluntarie cōfeſſa eſt mulier il-

Roma.2.

1.Corin.5.
Matth.5.3
4
Timoth.5.
5
2.Cor.2.7.

Voluntaria cōfeſſio publica gratior.

Lucæ.11. Gregorius in homil.

la euangelica, publica in ciuitate peccatrix, quæ ſuper conuiuantes ingreſſa eſt, non iuſſa, uenit, inter epulas lachrymas obtulit, ac Chriſti pedibus aduoluta, pedes eius lachrymis lotos, capillis terſit, imitabile pœnitentibus exemplum præbens, ut ſua ſponte ad dei miſericordiam, per pœnitentiæ ſemitam accedant. Ad hanc uoluntariam publicorum criminum confeſſionem ſancti patres populum non indiligēter hortabantur ac incitabant. Verum quum is ſit humanæ uanitatis præpoſterus pudor, ut quæ publice patrare crimina non pudeat, publice tamē agnoſcere & confiteri pudeat, uiſum eſt eccleſiæ ueteri publice peccantes, & tamen crimen ſuum cōfiteri nolentes ad publicam exemologeſim compellere, idq; non uno remedio. Nam ſi crimen tam fuiſſet uulgatum, q̄ totam eccleſiam ſeu ciuitatem commouiſſet, epiſcopus ſeu paſtor eccleſiæ peccantem coram omnibus arguebat, quemadmodum Paulus Timotheo præcipit dicens: Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Correptum uero & confiteri ſeu agnoſcere crimen recuſantem excommunicabat, nec recipiebat reum, niſi primum confeſſum. Cuius pulcherrimū exemplum habes. i. Corinth. v. Ibi uides quanta cum ſeueritate Apoſtolus Corinthios increpet, q̄ publicum inceſtum illius Corinthii fratris, necdum agnoſcētis crimen, diſſimulaſſent q̄ eundem e medio non remouiſſent. Quem etiam quia de reſipiſcentia nondum cogitabat, excommunicat ac ſatanæ tradit in interitū carnis, id eſt, in afflictionem corporis. Poſtea uero crimen (concepta iam ex inflicta pœna triſtitia, quæ ſecundum deum eſt) publice agnoſcētem ac confitentem abſoluit, eccleſiæ reconciliat, & communioni reſtituit. ii. Corinth. ii. et. vii. Præterea Chriſtus modum, diſciplinamq; prodendi ac indicandi peccatum conſtituit, qua delinquens ad exemologeſim tandem perueniret. Si peccauerit (inquit) in te frater tuus, uade & corripe eū inter te & ipſum ſolū: ſi te audierit, lucratus eris fratrē tuum: Quod ſi te non audierit, adhibe tecum alios duos aut tres: quod ſi nec ipſos audierit, dic eccleſiæ: Si uero nec eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Cui non multum abſimile eſt, quod Leuitici quinto ſcribitur, ſic referente Origene: Si autem anima peccauerit, & audierit uocem iuramenti, & hic teſtis ſit & uiderit, aut conſcius fuerit, ſi non indicauerit, & ipſa accipiet peccatum eius. Quo quid aliud docemur, q̄ ne unquam in peccatis alienis polluamus conſcientias noſtras, ne conſenſum male agentibus præbeamus? Conſenſum quidem, non ſolum pariter agendo, ſed etiam quæ illicite geſta ſunt reticendo. Euangelicum uero præceptum in eo perfectius datum eſt, quod & ordinem indicandi peccatum demonſtrat. Non enim uult te, ſi forte uideris peccatum fratris tui (quod nondum toti eccleſiæ manifeſtarium eſt) continuo euolare ad publicum, & paſſim proclamare ac diuulgare aliena peccata, quod eſſet utique non corrigentis, ſed potius infamantis. Solus (inquit) inter te &

Olim patres ad publicam cōfeſſionem incitabant.

1. Corinth. 5.

Tradere in interitū carnis.

Orig. in Nume. hom. 15.

2. Corin. 7.

1. Cor. 2. 7.

Matth. 18.

Leuit. 5. Orige. in eū. locū hom. 3.

1. Timoth. 5.

Euāgelici pcepti pfectio & ordo corrigendi.

ipſum ſolum corripe eum. Vbi enim ſeruare ſibi myſterium uiderit il-le qui peccauerit, ſeruabit & ipſe emendationis pudorem. Si uero diffa-mari ſe uiderit, illico ad denegandi impudentiam conuertetur, & non ſolum non emendaueris peccatum, ſed & duplicaueris. Primo igitur ſolus inter te & ipſum, ſecundo adhibe tecum alios duos uel tres. In ore enim duorum uel trium teſtium ſtabit omne uerbum. Et quoniam tertio ſeu poſtremo mandat correptionem ad eccleſiam deferri, par erat, ut prius (hoc eſt, ſecundo) iuberet adhiberi duos uel tres teſtes, qui-bus præſentibus correptus, ſi peccatum agnoſcere, & emendare non uel-lit, poſſet duobus teſtibus adhibitis (quum ad eccleſiam delatum fuerit eius peccatum) confutari, idque admodum prudenter, nempe, ne uo-lens quis euangelicum implere mandatum, calumniator uideatur, ſi crimen deferat ad eccleſiam, & deficiat teſtibus. Vides quo correptio euangelica tendat, nempe ut peccator ad confeſſionem & agnitionem criminum non clam aut interne, ſed externe in fratrem ſeu manifeſte commiſſorum adigatur, quam ſi recuſet neque ſe agnoſcens, neque pœ-nitendo corrigens excommunicetur.

Matth. 18.

Matth. 18.

Ob quã rẽ ne ordo iſte neceſſarius.

Au. ꝯtra epiſ. Parmenia lib. 3. cap. 2.

VErum hic ad duo reſpiciendum eſt. Primum, ut correptio fraterna ex dilectione & charitate, non autem ex odio aut amarulẽtia pro-cedat, uerum in eum modum fiat, ut ſentiat correptus ſuam ſalutem quæri. Alioqui compertum eſt, plures qui arguẽtẽ nullo, peccatores ſe eſſe confitentur, ubi de uera culpa fuerint fortaſſe correpti, defenſio-nis patrocinium quærere, ne peccatores eſſe uideantur, quod omni-no cauendum eſt. Secundo, ut excommunicatio infligatur non aliter, q̃ ut ſalubris eccleſiæ medicina, quæ ſalutem omnium materna chari-tate cõquirens, tãquã inter phreneticos & lethargicos æſtuat. Quam-obrem poſt excommunicationem non deſiſtendum, non contemnenda ſalus excommunicati, ſed ueluti cum phreneticis & lethargicis agitur, qui ligari & excitari nolunt, & tamen caſtigantur ac ſtimulãtur, ita de-bet erga excommunicatos perſeuerare diligentia charitatis. Viciſſim qui corripitur, etſi acerbe, ita ut a conuentu abſcindatur eccleſiæ, arguẽ-tem odio habere non debet, ſed animaduerſionem patienter accipere & fortiter ferre, quemadmodum ille a Paulo correptus, maiorem etiam affectum concepit erga Paulum, atque erga omnes qui ſtatutis Pauli in eius animaduerſione paruerant. Quo fit, ut Paulus ſententiam reuo-cans, & eiectum reconcilians eccleſiæ præcipiat dicens: Confirmate in eum charitatem. Atque utinam parochi populum frequenter de hac fraterna correptione admoneant, ac ad eandem q̃ diligentiſſime cohor-tentur, quam Chriſtus ipſe præcepit, ac tam lucroſam oſtendit. Certe omnibus perſuaſum eſſe conuenit, ut ſi quis ea quæ uidet in delicto proximi ſui, uel non indicauerit ſecundum regulam ſuperius datam, uel in teſtimonium uocatus, non quæ uera ſunt dixerit, peccatum quod

In correptio ne fraterna duo neceſſa-ria.

Aug. ad Feli-cia. & Ruff. epiſ. 87. & in epiſ. ad Gal.

Greg. lib. mo ral. 2. cap. 16.

Au. ad Feſt. epiſt. 166.

Salus excõ-cati non ne-gligenda.

Orig. in pſal. dñe ne in fu rore, hom. 2.

Populus fre-quenter ad-monẽdus de fraterna cor-reptione.

Matth. 18.

Pœna celan-tis peccatũ.

commiſit ille quem cælat, ipſe ſuſcipiet, & pœna cõmiſſi reuoluetur ad conſcium. Putandum tamen non eſt hanc confeſſionẽ, quam frater corripiens a correpto elicit, ſacramentalem eſſe. Nam ea tandem ſacramentalis eſt, quæ ſacerdoti uice Chriſti fit, habens abſolutionem peccatorũ annexam, ad quam per correptionem fraternã tandem deuenitur, nẽpe quum correptus ob contumaciam eccleſiæ, hoc eſt (ſi tamen Chryſoſtomo ac aliis orthodoxis credimus) præſidibus eccleſiæ denuntiatus ad cor reuertitur, & eiſdem præſidibus ſua ſcelera confitetur abſolutionis deſiderio æſtuans. Nam & paulo ante diximus remiſſionem peccatorũ quæ a fratre fratri fit, non eſſe cum poteſtate clauium confundendam. Quam ſalubris ergo res ſit correptio illa fraterna ſatis (ut putamus) uides, quam etiam in primitiua eccleſia, nimirum charitate uere Chriſtiana magis adhuc inardeſcente, frequentiſſimã fuiſſe non dubium eſt.

Chryſoſt. in Matth.

Correptio fraterna in primitiua eccleſia freq̃ns

Correptio fraterna in deſuetudinem abiit.

Pſal. 140.

AT quum poſtea charitas refrigeſceret, & tam ſalubre Chriſti præceptum ſenſim negligeretur, tum quod rari inuenirentur alios correpturi, qui non eiſdem uel paribus criminibus obſtricti tenerentur, tum quod correpti correptionem æquo animo & patienter ferre nollent, obliti eius quod Pſaltes ait, Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ne ergo tam ſalubre remedium agnoſcendorum ac confitendorum criminum publice commiſſorum deperiret, plurimis eccleſiaſticis regulis ac canonibus cautum & mandatum eſt de huiuſmodi delictis prodendis, atque adeo mos ſaluberrimus introductus eſt, ut in uiſitationibus parochiarum aliquot ex plebe, maturiores, honeſtiores ac ueraciores uiri in medium euocarentur, ac ſacramento conſtringerentur dicere quicquid contra rectam fidem & ſanctam Chriſtianitatem in parochia noſſent uel audiſſent factum eſſe, omni affectu humano longe ſepoſito, additis hiſce uerbis. Videte fratres ut domino reddatis iuramenta ueſtra. Non enim homini iuraſtis, ſed deo creatori ueſtro. Nos autem qui eius miniſtri ſumus, non terrenam ueſtram ſubſtantiam concupiſcimus, ſed ſalutem animarum ueſtrarum requirimus. Cauete ne aliquid abſcondatis, & ex alterius peccato ueſtra fiat damnatio. Nec patres temere huc moti ſunt. neque enim illis negligendæ uidebantur diuinæ illæ ſententiæ, nempe, Nolite communicare operibus tenebrarum. Item, Auferte malum de medio ueſtrum. Item, Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis. Item, Separamini qui fertis uaſa domini. Huius inquiſitionis formulam quandam antiquiſſimam, Canonibus Cõcilii noſtri prouincialis annexuimus. Porro poſt hanc inquiſitionem, qui publice peccaſſe comperiebatur ad publicam confeſſionem & pœnitentiam adigebatur, & ſecundum canonum ordinem pro merito ſuo excommunicabatur. Poſtea expleta pœnitentia reconciliabatur, quemadmodum infra latius declarabimus.

Teſtes ſynodales.

1. Corin. 5.

Formula inquirẽdorum criminum.

vide Concil. Cabilonen. cap. 38.

Reſtat

REſtat, ut de confeſſione priuata dicamus. Hanc olim & in Romana & in Græca eccleſia epiſcopi & ſacerdotes priuatim audiebant ac admittebãt, ſed cum quodam peccatorũ diſcrimine. Nam ſi crimen aliquod manifeſtum, aut tale, unde læſa eſſet eccleſia, offendiſſent, erat in eorum poteſtate, non tamen ſine magna diſcretione ac deliberatione (ut Origenes ait) hoc crimen in conuentu totius eccleſiæ exponere & publicare, aut ſaltem publicam delinquenti pœnitẽtiam iniungere, qua etſi qui deliq̃rat, non proderet ſpeciatim crimen ſuum, tamen ipſo facto confitebatur ac declarabat eccleſiæ ſe grauiter peccaſſe. Cauendum tamen erat epiſcopis & ſacerdotibus, ne crimen publicarent, aut publica etiam pœnitentiã ſeu excommunicatione multarẽt, quod commiſſum eſſe aliter q̃ ſua aſſeueratione factæ confeſſionis, probare non poſſent, quamobrem in Concil. Carthag. iii. (cui beatus Auguſtinus interfuit) canoñ. v. ſic legimus: Item placuit, ut ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcietiæ ſe dixit neganti nolle communicare, quãdiu excommunicato nõ communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, ut magis caueat epiſcopus, ne dicat in quenquam quod aliis documentis conuincere non poteſt. quin temporum illorum ſeueritas eò proceſſit, ut quidam ſacerdotes (quamuis regula apoſtolica non ſatis perpenſa) omnino uellent, ut non tantum crimina manifeſte facta, ſed etiam reatus conſcientiarum ſcripta profeſſione publice rẽcitarentur. Vnde libellatici dicti uidẽtur. Sed hũc abuſum magnus ille Leo damnauit ac remouit. epiſt. lvii. ad uniuerſos epiſcopos per Campaniam, Samnium & Picenum ſcribẽs, Quod reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicare confeſſione ſecreta. Quamuis enim plenitudo fidei (ut idem ipſe ait) uideatur eſſe laudabilis, quæ propter dei timorem apud homines erubeſcere non ueretur, tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, ut ea qui pœnitentiã poſcunt, non timeant publicare, remouenda erat improbabilis conſuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arcerentur, dum aut erubeſcunt aut metuunt inimicis ſuis ſua facta referare, quibus poſſunt legum conſtitutionibus percelli. Sufficit ergo (ut ſubiicit) illa confeſſio, quæ primũ deo offertur, tunc etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precatur accedit, quod tum demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

[Margin: Confeſſio ſecreta & priuata. — Origenes in Pſal. 37. — Cyp. in ſermo. de lapſ. Olim q̃d cauendũ epiſ. — Ex cõc. carthag. 3. ca. 5. — Libellatici. — Leo epiſ. 57. Prima moderatio, quæ toti eccleſiæ placuit.]

VErum poſtea nouiſſimis iſtis temporibus, quum magis ac magis hominum malitia ſuccreſceret, & peccatores omnem ſeueritatẽ iã penitus abhorrerent, ac citius omnem pœnitentiam ſpernere, q̃ ullã pœnitentiæ acerbitatem ferre potius ducerent, Eccleſia ueluti pientiſſima mater (quæ non eadem diſciplina & præfractis & morigeris filiis

[Margin: Alia moderatio eccl'iæ cir]

ea pœnitentes. Decre. Greg. Ex cõci. gña li.c.oẽs utriuſq. de pœ. & remiſſ. Tertia moderatio.

medetur)remiſſiore diſciplina peccatores in officio,quippe ad pœnitentiæ remedium capiendũ retinere ſtuduit. Quáobrem uetuit,nec omnino ſacerdos quæcunq; crimina ipſi in penitẽtiali iudicio detecta,uel uerbo uel ſigno aut alio quouis modo reuelare,aut peccatorẽ prodere præſumat,ac contrarium facientem non ſolum a ſacerdotali officio deponendum,uerumetiam ad agẽdam perpetuam pœnitentiam in artũ monaſterium detrudendum decreuit.Secundo,remiſſa eſt ea ſeueritas,qua olim cõfitentes etiam ſecreto ac priuatim,peccata haud clam cõmiſſa, non abſoluebanť,nec ad cõmunionem ſacramentorum per ianuã recõciliationis admittebanť,niſi ſalubri primũ ſatiſfactione purgati,quéadmodum diuus Cyprianus ſermone de lapſis,& idẽ ille Leo epiſt.lxix. quam ad Theodorum Foroiulienſem Epm perſcripſit, teſtanť.Et tripartita hiſtoria plane indicat.eundẽ morẽ in Græca eccleſia fuiſſe. Hodie pro crimine,quantũlibet enormi,occulto,nolenti nõ imponitur publica pœnitentia.Nam uolenti,adhuc eam imponi poſſe,uetus eccleſiæ, præſertim Romanæ,conſuetudo teſtis eſt.Nudanť enim etiã hoc tẽpore Romæ quibuſdam ſcapulæ,& extra templum cedunť interdum uſq; ad ſanguinem,idq; numeroſiſſima populi multitudine ſpectãte.ſolus tamen pœnitentiarius nouit quid admiſſum ſit, niſi quod atrox facinus admiſſum ſuſpicanť,Præterea hoc tempore ante abſolutionem nõ exigitur,ſed tãtũ imponiť ſatiſfactio poſt abſolutionem & recõciliationẽ explenda,niſi tamen Cõfeſſarius crimen tam enorme compererit,ut neceſſarium ac utile ducat peccatorem a cõmunione altaris,ad tempus ſaltem,citra tamen criminis ullam publicationem ſequeſtrare,aut ſe maiores & doctiores prius conſulere,priuſquam manum imponat.Vbi enim prudentiori conſilio Cõfeſſarius indiguerit,iubet Concilium generale, ut illud abſq; ulla expreſſione perſonæ caute requirat,quæ eſt caſuum reſeruatorum radix & origo.Nam & in ueteri eccleſia ad epiſcopos magnitudo culpæ & criminis referebatur.Porro etſi nunc ex eccleſiæ remiſſione peccator(qui neque apud eccleſiam accuſatur neque denuntiatur aut defertur)a publica pœnitentia,quamuis manifeſte deliquerit, excuſetur,Videbit tamẽ is,ut ſaltem bono exemplo publice offenſos doceat, peccata bonis operibus emẽdanda,ut quantum publica malitia,tãtum bonis operibus publicæ reædificet eccleſiam dei. Euadit autem ex his perſpicuum,quoſdam contra Romanam eccleſiam iniuria queri, quaſi ea ex pœnitentia conſcientiarum quandam carnificinam fecerit,quum diſciplina pœnitentiæ nunquam remiſſior in eccleſia fuerit, q̃ nunc eſt, modo tamen recte doceatur ac tradatur.

Leo epiſt.69.

Trip.hiſto. lib.11.cap.35

Viſtigiã publicæ pœnitentię in eccleſia Rom.

Ex cõci.gña li.c.oĩs utriuſq;,&c.

Radix & origo caſuũ reſeruatorum.

Quid publice peccanti hodie incũbat.

SEd hic iam neceſſario incidimus in eam rem,quæ in præſentiarum maximo cum animarum diſpendio in quæſtionem trahitur ac cõtrouertitur,Nempe ſit ne confeſſio illa ſecreta, quæ ſacerdoti priuatim ſit,iuris diuini,an potius humani?Qui rebus nouãdis hactenus ſtudue-

An confeſſio ſecreta, q̃ & ſacramẽ talis iuris diuini ſit,

runt, aſſerere non formidarunt hanc confeſſionem, maxime cum illa enumeratione delictorum, neque habere mandatum, neque teſtimoniũ aut exemplum in ſcripturis: quinimmo quandoque penitus abolitam fuiſſe. Vnde conſequens ſit, eam iuris diuini non eſſe. Sunt alii, qui de hac confeſſione modeſtius ſentiunt. Nam etſi nondum perſuaſum habeant efficacibus ſcripturarum teſtimoniis & argumentis irrefutabilibus, a pertinacibus facile euinci poſſe hanc confeſſionem a Chriſto aut etiam apoſtolis fuiſſe inſtitutam, eam tamen ita piis omnibus religioſe ſeruandam cenſent, ueluti ſaltem ab eccleſiæ proceribus non ſine afflatu diuini ſpiritus inductam ad hanc uſque cõditionem. Vt autem hæc quæſtio penitius percipiatur, noſſe oportet, longe aliud eſſe quum quæritur, Num confeſſio, qualis nunc in uſu eſt, hoc eſt, cum omnibus illis ritibus quibus in præſentiarum peragitur, iuris diuini ſit uel humani? q̃ quum quæritur, ſit ne confeſſio peccatorum etiam occultorum, quæ ſoli ſacerdoti ſit, inſtructionis, conſolationis & abſolutionis conſequendæ gratia a Chriſto inſtituta aut ſaltem indicata, oſtenſa & inſinuata? Nam quod ad primum attinet, plane fatemur, Confeſſionem, qualis nunc agitur in eccleſia (hoc eſt, omnem illum confitendi modum & ritum, qualis in eccleſia Romana obſeruatur) non eſſe omni ex parte a Chriſto inſtitutam. Nam quis neſcit plures ritus circa confeſſionem iuris eſſe poſitiui? quemadmodum inter alia ſunt confitendi tempus, caſuum reſeruatio & pleraq; alia, quæ non ſunt de ſubſtantia confeſſionis, ſed magis ad decorem & accuratiorem peractionem confeſſionis: quemadmodum in omni ſacramento multos ritus ab eccleſia inſtitutos uidere eſt, q̃ non ſunt ex ipſius Chriſti inſtitutione. Vnde conſequẽs eſt eos qui argutantur, confeſſionem idcirco iuris diuini non eſſe, quod non uno eodemq; ritu in uniuerſis eccleſiis & omni tempore ſit obſeruata, noſtra quidem ſententia haud leuiter falli. Rituum enim diuerſitas non mutat rei ſubſtantiam. Et ut Cyprianus ait in epiſtola ad Antonianũ, Manente concordiæ uinculo, & perſeuerante catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramento, actum ſuũ diſponit & dirigit unuſquiſq; epiſcopus rationem propoſiti ſui domino redditurus.

Sententia nouatorum. *Aliorum ſententia.* *Queſtionis explicatio & diſcriminatio.* *Dilutio primæ.* *Totus confitẽdi ritus nõ eſt iuris diui ni, ſed partim iuris poſitiui.* *Cyp. in epi. ad Antonia.*

VErum quum queritur, Num confeſſio abſolute accepta, nempe pro agnitione ac enarratione peccatorum, quæ apud ſacerdotem per eum qui grauatam habet conſcientiam, ad eos (quos diximus) fines ſit, iuris diuini ſit & an neceſſaria: Nobis certe reſpondendum uidetur, hanc confeſſionem, etſi diſerte a Chriſto inſtituta non ſit, eandem tamen, ueluti quendam inæſtimabilem theſaurum, nobis per Chriſtum in Euangelio oſtenſam ac indicatam, eademq; non aliter peccatoribus criminum pauore conſternatis opus eſſe q̃ ægrotis & male habentibus opus eſt medicina, proindeq; recte dici, eam etſi non expreſſim, te tamen ipſa a Chriſto præceptam non quidem paſſim omnibus, ſed his

Dilutio 2æ quæſtioñ. *Matth. 9.*

Habet exemplum in ſcriptura. Habet pro ſe uniuerſalem totius eccleſiæ cõſenſum.

hominibus qui lethalibus uitiis etſi occultis contaminati ſunt, a quorum remorſu ſe extricare non poſſint. Deinde credimus hanc confeſſionem teſtimonium ac exemplum in ſcripturis habere; Denique eandem nunquã penitus abolitam fuiſſe, non ſolum in Romana, ſed nec in Græca quidem eccleſia: quinimmo uniuerſalem conſenſum eccleſiæ omnium temporum pro ſe habere, quod eſt teſtimonium in eccleſia omnium maximum, quæ omnia pro noſtri ingenii modulo oſtendere conabimur, plenius iudicium de hac re ſedi apoſtolicæ deferentes.

Explicatur locus Euãgelii. Iohan. 20.

PRincipio itaque nobis explicandus & illuſtrandus eſt locus Euangelii, in quo cardo totius rei uertitur, qui Iohannis uigeſimo habetur in hunc modum, Hæc quum dixiſſet Ieſus, inſufflauit, & dicit eis (nimirum apoſtolis): Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. His uerbis omnium orthodoxorum ſententia Chriſtus apoſtolis & eorum in eccleſia ſucceſſoribus, claues regni cœleſtis tradidit, poteſtatemq́ remittendorum & retinendorum peccatorum conceſſit, ac pœnitentiæ ſacramentum inſtituit, quod ut omnes clare & expedite intelligant, operæpretium eſt ut in primis exponamus, quæ nam ſint claues quas Chriſtus eccleſiæ ſuæ tradidit. Clauis in ſcripturis ſummam quandam authoritatem, poteſtatem, gubernationem, & domeſticam adminiſtrationem deſignat. Nam & in prophanis ac ciuilibus rebus clauium traditio tranſlationem dominii ac poſſeſſionis ſignificat atque etiam operatur. Nec ab re, quod habenti claues, non ſolum omnia quæ in domo ſunt pateant, ſed & ei poteſtas ſit quoſlibet uel admittendi uel ſecludendi, atque etiam quæque ſecretiſſima cubicula reſerandi uel occludendi. Quum itaque Chriſtus in domo dei non tanquam ſeruus (quemadmodum Moyſes, quem ſcriptura uti fidelem famulum in domo dei uerſatum eſſe dicit) ſed tanquam filius in domo ſua fuerit, ſumma eademq́ æterna authoritate adminiſtrationis a patre accepta, quemadmodum ipſe apud Matthæum ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Item apud Iohãnem: Pater omne iudicium dedit filio. Et ut Apoſtolus ait: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Idcirco apud Eſaiam de eo legimus: Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerũ eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & nõ erit qui aperiat, quod in Apocalypſi repetitur in hæc uerba: Hæc dicit ſanctus & uerus qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit claudit & nemo aperit. Atque eodem libro Iohannes Chriſtum loquentem faciens: Noli (inquit) timere, ego ſum primus & nouiſſimus, & uiuus & fui mortuus, & ecce ſum uiuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni. Quo nihil aliud ſignificatur, quam Chriſtum eſſe ſummum caput ſuper uniuerſam eccleſiam; atque

Claues apoſtolis traditæ. Clauis in ſcripturis quid. Hebræ. 3. Matth. vlt. Iohan. 5. Hebræ. 1. 2. Ephe. 1. Eſaiæ. 22. Apoca. 3. Apoca. 1. Ephe. 1.

adeo accepiſſe cum a patre authoritatem ſuper omnem principatum,po
teſtatem & uirtutem,& dominationem,& omne nomen quod nomina-
tur non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro, ut ei omne genu flecta Philip.2.
tur cœleſtium,terreſtrium & infernorum. Iacebat genus humanum ex
primorum parentum uitio craſſiſſimis ignorantiæ tenebris obrutum,
Iacebat in duriſſima diaboli ſeruitute captiuum, Prodierūt Patriarchæ
& prophetæ,quibus deus quidem ſuam miſericordiam ueluti per tran- Patriarchæ
ſennam oſtendit, Claues tamen quibus remotis ſpiritualium tenebra- & prophetæ
rum repagulis mens humana in perſpicuam dei uoluntatis cognitio- nō habuerūt
nem aſſurgeret,uel diabolicæ captiuitatis uinculis diruptis in libertatē claues remit
uindicaretur,haud conceſſit,tantum fideles ſeruos eſſe uoluit qui teſti- tendorū cri-
monium ferret,de futuro illo clauigero Chriſto,qui tenebroſum illum minum.
carcerem,in quo omnes uincti eramus & clauſi tenebamur aperturus,
& quandoque dicturus eſſet,Exite,& his qui erāt in tenebris, Reuelami Eſaiæ.49.
ni.Qui a patre rex ſuper Sion montem ſanctum eius,& ſedem Dauid pa Pſal.2.
tris ſui conſtitutus & in domo Iacob regnaturus in æternum, in manu Lucæ.1.
ſua uentilabrum ferret,quo permundaret aream ſuam,& congregaret Matth.3.
triticum in horreum ſuum,paleas autem combureret igni inextinguibi
li. Qui properantes ad ſe per ueteris uitæ pœnitentiam a peccatorum Matth 4.
uinculis abſolueret,abſolutoſq; in regnum ſuum intromitteret: Auer- Lucæ.24.
ſos uero & ad ſua deſideria conuerſos a regni cœleſtis ingreſſu repelle-
ret,ligatiſq; manibus ac pedibus in tenebras mitteret exteriores:Deniq; Ioh.15.17.
qui ſcripturas nobis aperiret,uoluntatem dei pateſaceret,& quæcunque
a patre audiuiſſet, nobis manifeſtaret. Vides quot & quantas claues
Chriſtus ī orbem terrarum deſtinatus a patre acceperit.Sed quas claues Quas claues
hinc diſcedens,apoſtolis illorumque ſucceſſoribus in eccleſia reliquerit, Chrs apoſto
id uero explicandum eſt. Et quidem conſtat Chriſtum eaſdem hoc eſt, lis tradiderit,
ſuas,non alias claues apoſtolis commiſiſſe,nimirum claues regni cœlo-
rum,quemadmodum ipſi Petro dixit: Quodcunq; ligaueris ſuper terrā, Matth.16.
ligatum erit & in cœlis:& quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum
erit & in cœlis.Nam quod eadē poteſtate,qua ipſe a patre miſſus eſt eo-
ſdem,in orbem terrarum deſtinauerit,plane teſtatur apud Iohannem. Si Iohan.10.
cut(inquit)miſit me pater,& ego mitto uos,Non tamē ut dominos,ſed, 2.Corin.5.
ut miniſtros,legatione pro eo fungentes,in ædificatiōem corporis eius, Ephe.4.
quæ eſt eccleſia,quod infra latius confirmabimus.

QVæ ut magis perſpicua facerent patres,partiti ſunt claues in clauē Diuiſio cla-
ordinis & clauem iuridſictionis.Rurſus, utranque clauem in cla- uium.
uem ſcientiæ, quam & diſcretionis appellant,& clauem poteſta-
tis.Clauis ordinis eſt poteſtas uocationis,functionis ſeu miniſterii ſacer
dotalis.qua qui fungitur,Chriſti perſonā in eccleſia repræſentat,omnia-
que non ſuo,ſed Chriſti nomine & authoritate agit, quæ complectitur
poteſtatem prædicandi uerbi ſeu annunciandi Euangelii, conſecrandi

corpus Chriſti,remittendi & retinendi peccata,& impertiendi ſeu admi niſtrandi ſacramenta.Clauis iuriſdictionis eſt poteſtas coercendi crimi noſos ſine ui corporali, quæ adhibetur, non ut homines, ſed ut error ipſe tollatur,ut homines non lædantur,ſed corrigantur,non ut perdantur,ſed corripiantur & inſtruantur. Hæc eſt illa poteſtas excommunicandi publice delinquentes,& rurſus eoſdem abſoluendi ac reconciliandi, ſi conuerſi abſolutionem petant. Clauis ordinis ſolis ſacerdotibus, qui hac parte in apoſtolorum uices ſucceſſerunt, peculiaris eſt,Nam ſolis apoſtolis dictum eſt, Quorum remiſeritis peccata,&c. eademq; proprie clauis regni cœlorum appellatur. Clauis uero iuriſdictionis,qua quiſpiam uel excluditur uel admittitur ad externum eccleſiæ conſortium ,etiam ad alios de eccleſia pertinere poteſt, Nam hæc clauis per Chriſtum eccleſiæ data eſt hiſce uerbis, Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, quam non proprie clauem regni cælorum dixeris, niſi tamen regnum cœlorum pro eccleſia ipſa militante accipias.

Aug.li.epiſ. epla.68. — Poteſtas excõmunicãdi iuris diuini. — Iohan.20. — Matth.18

Diximus autem utranq; clauem & ordinis & iuriſdictionis duplicem eſſe nempe ſcientiæ & poteſtatis,Nec hanc partitionem mirabere, quod ſimiles (licet non eiuſdem poteſtatis ac dignitatis claues) etiam ſynagogæ deſerte ac expreſſim tribuat Chriſtus, ſed interim ſcribis ac pharisæis abuſum illarum exprobrans. De clauibus ſcientiæ habes dominum legiſperitos grauiſſime increpantem,Lucæ.xi. Væ uobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ,ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. De claue poteſtatis, Matth.xxiii. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, ſeruate & facite.Clauem item iuriſdictionis habuerunt, ſed ut aliis ita & hac claue perperam abuſi ſunt, eiicientes extra ſynagogam nomen Ieſu confitentes Quod ſi in ſynagoga has claues coniunctas eſſe oportebat, quanto magis in eccleſia eaſdem coniunctas eſſe oportet, quod non tantum concors ueterum ſententia,ſed & res ipſa plane conuincit. Neq; enim Chriſtus poteſtatem quam dedit apoſtolis,indiſcretam eſſe uoluit,qua liceret eis pro ſuo arbitratu peccata remittere uel retinere, ligare uel ſoluere, nullo habito inter ligandos uel ſoluendos diſcrimine, alioqui alibi non dixiſſet,Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt,Quin ipſa uocabula remittendi & retinendi, ligandi & ſoluendi,claudendi & aperiendi,indicant non ſolum authoritatem illam & poteſtatem, qua remittimus ac retinemus,ſed etiam inter ligandos ac ſoluendos diſcretionem,claues eſſe,quæ ſcientiæ appellantur: Reperias autẽ & in Chriſto ambas haſce claues copulatas. Ipſe eſt enim in quo omnes theſauri ſapientiæ dei ſunt abſconditi,qui ſolus docet hominem ſcientiam, qui ſolus dignus inuentus eſt aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius, ipſe cui dedit pater iudicium facere,& diſcerne-

Diuiſio utriuſq; clauis. — Lucæ.11. — Matth.23. — Clauẽ ſciæ. optet. i eccleſia claui poteſtatis eſſe coniunctã. — Matth.10. Lucæ.6. — In Chriſto claues ſciæ. — Apoca.5 Iohan.8. Matth.3.

te inter paleam & triticum. Ipſe de quo dixit deus apud Eſaiam, Dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Calamum quaſſatum non conteret & linum fumigans non extinguet, in ueritate educet iudicium. Quare conſequens eſt, ut & Chriſtus apoſtolos (quos ſua poteſtate ornauit, ac pro ſe legatione fungi uoluit) ambabus illis clauibus inſtructos eſſe uoluerit, nempe iudicii & poteſtatis. Quod patres acute uiderunt, qui ſuperni iudicii principatum ſacerdotibus eſſe commiſſum ac poenitentiæ ſacramentum, in quo remittuntur ac retinentur peccata, iudicii inſtar ſe habere dixerunt. Porro clauis ſcientiæ erudit ad ſalutem, clauis poteſtatis ſuſcipit ad quietem. Clauis ſcientiæ doctrina uerborum corda patefacit. Clauis poteſtatis animabus aperit regna coelorum. Illa ſcientiæ theſauros largitur, hæc diuitias immortalitatis diſpenſat. Quamobrem recte dixit Hieronymus, Eos qui iudicii clauem a poteſtate ſeparant, aliquid ſibi de phariſæorum ſupercilio aſſumere, ut uel damnent innocentes, uel ſoluere ſe noxios arbitrentur, quum apud deum non ſententia ſacerdotis ſed reorum uita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis, ubi iubentur ut oſtendant ſe ſacerdotibus & ſi lepram habuerint, tunc a ſacerdote immundi fiant, non quo ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed quo habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus quiue immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum uel immundum facit, ſic & hic alligat uel ſoluit epiſcopus & preſbyter, non eos qui inſontes ſunt uel noxii, ſed pro officio ſuo, quum peccatorum audierit uarietates, ſcit qui ligandus ſit quiue ſoluendus. Hactenus ille.

Eſaiæ.42. Matth.12. Iohan.20. 2.Corinth.5. Gregorius. Amb. in ſer. de natali ſanctorum Petri & Pau. Hierony. in Matth. c.16. Leuit.14. Iudicat criminũ enarratione ſacerdoti faciẽdã.

EX his ad germanam intelligentiam eius loci Iohan. xx. quem ſupra citauimus facile pertingemus. Chriſtus enim ſpiritum ſanctum apoſtolis impertiens ac dicens: Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt, apoſtolis claues (quas ordinis uocamus) tradidit, poteſtatemque remittendorum ac retinendorum peccatorum conceſſit, Poteſtatem plane diuinam. Nam (ut diuus Hieronymus in Eſaiam ait) dominus ſoluit compeditos, qui liberati ab eo gratias referunt, dicentes: Tu diſſoluiſti uincula mea. Funibus enim peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. At (ut ſubiicit) eos funes atque uincula ſoluere poſſunt & apoſtoli, imitantes magiſtrum ſuum, qui eis dixerat, Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in coelo. Soluunt autem eos apoſtoli ſermone dei, teſtimoniis ſcripturarum & exhortatione uirtutum. Hanc poteſtatem ueluti omnium maximam diuus Iohannes Chryſoſtomus celebrat. Intellige (inquit) quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate, ſpiritus ſancti gratia dignata fuerit. Etenim qui terram incolunt atque in ea uerſantur, his commiſſum eſt, ut ea quæ in coelis ſunt diſpenſent, his datum eſt, ut poteſtatem habeant, quam deus Opt. Max. neque angelis neque archan-

Hierony. in Eſaiã cap.14 Pſalm.143. Prouerb.5. Matth.18. Q.ſo ſaluantur pctã claue ſcientiæ. Ioh. chryſ. li.3. de ſacerdotio.

Matth. 18. gelis datam eſſe uoluit. Neque enim illis dictum eſt, Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidem & terreſtres principes uinculi poteſtatem, uerum corporum ſolum: Id autem quod dico ſacerdotum uinculum, ipſam etiam animam contingit, atque cœlos uſque pertingit, uſqueadeo, ut quæcunque operati fuerint ſacerdotes inferne, illa eadem deus ſuperne rata habeat, ac ſeruorum ſententiam dominus confirmet. Iam quid ipſum hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem illis a deo conceſſam? Quoruncunque enim (ait) peccata remiſeritis, remittuntur eis: quoruncunque retinueritis, retenta ſunt. Cedo, quænam poteſtas hac una maior eſſe queat? Pater omne iudicium dedit filio at hoc uideo a filio totum ſacerdotibus eſſe commiſſum, & poſt pauca. Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hunc impertitus fuerit, ut poteſtatem habeat, quoſcunque uelit in carcerem coniiciendi, eoſdemque rurſus relaxandi, is nimirum beatus & admirandus iudicio omnium fuerit: at uero qui a deo tanto maiorem accepit poteſtatem, quanto cœlum terra pretioſius eſt, quanto etiam animæ corporib⁹ præſtant, num is contemnendum miniſterium accepiſſe putandus eſt? Certe inſania manifeſtaria eſt, tantum deſpicere principatum, ſine quo neque ſalutis neque promiſſorum bonorum, compotes fieri poſſumus. Nam & præter baptiſmum & ſacroſanctam Euchariſtiam, quæ manibus ſacerdotum perficiuntur, condonādorum etiam nobis peccatorum facultatem obtinent. Hæc ille. Certe uulgaris res eſſe non poteſt quam Chriſtus tanto uerborum ſerio promittit, inquiens: Ego dico tibi (attēde uerborum emphaſim) quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Rurſus uide, quanta cum maieſtate Chriſtus hinc diſceſſurus apoſtolis haſce claues tradiderit, Idque ipſo ſuæ glorioſæ reſurrectionis die. Inſufflauit (inquit Euangeliſta) & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Tantum donum non aliter q̄ ſpiritu oris ſui, hoc eſt, uiſibili quodam ſigno impartitionis ſpiritus ſancti (cuius ſolius uirtute in eccleſia dei peccata remittuntur) conferre uoluit, ut omnes ad illius magnitudinis contemplationem prouocaret, & ad expendendum q̄ foret hoc beneficium in eccleſia neceſſarium, incitaret.

Nota ſententiam ſeruo⁊ quæ clauē iudicii præſuponit.
Iohan. 20.
Iohan. 5.
Simile.
Claues ſumma emphaſi p̄ chr̄m traditæ & p̄miſſæ Matth. 16.
Iohan. 20.
Cur chr̄s in diſcipulos inſufflauerit.

SEd quorſum hæc? inquies, Nimirum ut oſtendamus hoc loco confeſſionem, quæ proprie ſacerdoti fit, etiam criminum occultorum, ueluti inæſtimabilem quendam Euangelii theſaurum per Chriſtum indicatam, atq; ut remedium neceſſarium (quo mentes peccato oppreſſæ, & a peccatorū pondere ac remorſu prope deſperantes, rurſus ad certam

Cōfeſſio ſacramētalis p̄ Chriſtum inſinuata.

ſpem ſalutis erigantur)inſinuatam eſſe. Nam quum claues illæ ordinis (quas hic Chriſtus confert)abſque omni controuerſia animæ liberatio- nem reſpiciant: Anima uero non minus occultis q̃ manifeſtis criminib⁹ opprimatur, Quin interdum occulta manifeſtis grauiora & periculoſio ra ſint, plane inſanus eſt, qui non uidet hoc remedium non minus ad oc- culta q̃ ad manifeſta peccata pertinere. Rurſus, qui uidet neceſſariũ eſſe ac rem ipſam poſtulare, ut ſcientiæ ac diſcretionis clauis, claui poteſtatis cohæreat, Qui item cum ueteribus conſiderat hiſce dominicis uerbis, Quoruncunque remiſeritis &c. ſacerdotibus iudicii principatum ac di noſcendi & diſcernendi inter inſontes ac noxios facultatem necnon ſen- tentiæ ferendæ poteſtatem, conceſſa eſſe, is neceſſario fatebitur, ſacerdo- tem peccata aliter remittere uel retinere non poſſe, niſi ſibi prius per con- feſſionem cognita. Neque memoria tranſmittendum eſt Chriſtum apo ſtolis non tantum poteſtatem remittendorum, ſed etiam retinendorum criminum feciſſe. At, qui diſcernet ſacerdos, ſint ne peccata remittenda uel retinenda, niſi prius eorum audierit uarietates? Quo pacto quæſo, is (qui euangelicus ille ſtabularii⁹ eſt) uulneribus ægroti uinum & oleum ueluti prudens medicus infundet, ac accuratam eius curam habebit? niſi prius uulnus diligenter inſpexerit, ac morbi radices inueſtigauerit? Quo modo per contraria contrariis medebitur, niſi nouerit utraque? Neque enim ineptiunt, qui quod a Boetio dictum eſt, ſimilitudine quadam huc transferunt, nempe, ſi operam medicantis expectas, oportet ut uulnus de tegas tuum: Quod ſcilicet hac ſimilitudine non tantum Chriſtus, ſed & ſcriptura paſſim utatur, medicos animæ ad medicos corporis conferẽs, qui per fidele miniſterium opitulentur ſaluti, medicinam adhibentes, ni- mirum fomenta uerborum. Rurſus, qua ratione præoccupatum in ali- quo delicto, presbyter inſtruet ini ſpiritu lenitatis, niſi delicti ſpeciẽ (quod diuina inſtructione amputandum eſt) perceperit prius? Quo tandem pa cto ſermone dei & teſtimoniis ſcripturarum & exhortatione uirtutum ſoluet ligatos, niſi uitiorum nodos, quibus (uti funibus peccatores con- ſtringuntur) arte quadam non uulgari, enodari, explicare ac diſſoluere curauerit? Quamobrem recte Gregorius in Iohan. cap. xx. Videndum (inquit) quæ culpa aut quæ pœnitẽtia ſit ſequuta poſt culpam, ut quos omnipotens deus per compunctionis gratiam uiſitat, illos paſtoris ſen- tentia abſoluat. Tunc enim uera eſt abſolutio præſidentis, quum etiam ſequitur arbitrium iudicis.

Cyp. ſermone de lapſ. — *Sacerdos aliter pcc̃a non remittit, niſi confeſſa.* — *Remiſſio ac retentio diſcretionẽ requirunt.* — *Lucæ. 10.* — *Boetius.* — *Aug. in pſal. 87. & in pſalmum. 66.* — *Galat. 6.* — *Hierony. in Eſa. ca. 14.* — *Prouerb. 5.* — *Grego. in Iohan. cap. 20.*

Quod ſi nobis dicas, Non aſſentior ueteribus, qui uerba ligandi & ſoluendi, remittendi & retinendi, diſquiſitionem quandam crimi- num exigere exiſtimauerunt, Sed ipſe hæc uerba ad fidem tantum refe- ro, ut is ſoluendus ſit, qui dicat ſe tantum credere, ſibi per Chriſtum re- miſſa eſſe peccata, etſi non confiteat̃ eadem ſpeciatim, is uero ſolus ligan dus ſit, qui Euangelii promiſſionem reſpuit, uerbum dei auerſatur aut

Obiectio.

Dilutio. contemnit. In ſumma, qui ſibi peccata remitti non credit. Reſpondebimus, nos nequaquam inficiari. Fidem remiſſionis peccatorum, quam in nobis efficit ſpiritus ſanctus, omnino neceſſariam eſſe in pœnitente, qui uelit clauium fructum percipere. Nam ut clauis non aperit ſeram, niſi ſera ad recipiendam clauem ſit diſpoſita, ſic uirtute clauium ſpiritualium nõ

Orig. hom. 1. in Matt. quẽ lege caute. ſoluitur peccator, niſi mẽtem habeat hac fide præparatã. Quo fit ut patres interdum hanc fidem, & ſpiritum ſanctum qui fide datur, clauem regni cœleſtis appellent, quod ſine fide præambula & ſpiritu ſancto, nec ſacerdos clauibus digne utatur, nec claues in peccatorum cordibus aperiendis ſint efficaces, ſed claues nihil aliud eſſe q̃ fidem aut ſpiritum ſanctum, id plane negamus. Nam apoſtoli & fidem & ſpiritus ſancti reuelationem habuerunt, priuſquam Chriſtus ipſis claues uel promitteret uel daret, ergo claues eſſe oportet quid præter fidem, hoc eſt, poteſtatẽ quandam qua in eccleſia pœnitentes quum accedunt per fidem ac confitentur, & confeſſi per tenentes eccleſiæ nomine claues correpti ſoluuntur & ligantur.

Amb. in ſer. de natali. Petri & Pau. claues aliud ſunt q̃ fides. Matth. 16. 18 Iohan. 20.

Au de doct. chriſt. lib. 1. cap. 17. & 18. In quam ſententiam diuus Auguſtinus dixit Chriſtum has claues ligandi ac ſoluendi eccleſiæ dediſſe, ſcilicet ut quiſquis in eccleſia eius, dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quiſquis autem crederet, ſeque ab his correptus auerteret, in eiuſdem eccleſiæ gremio cõſtitutus, eadem fide ac correctione ſanaretur. Quiſquis enim (ut ſubdit) non credit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando, quaſi nihil illi melius q̃ malum eſſe remaneat, ubi de fructu ſuæ conuerſionis infidus eſt. Hæc ille. Neq; enim fruſtra dixit Auguſtinus, ut quiſquis in eccleſia correptus ſe a peccatis auerteret, quemadmodũ idem alibi dixit. Pœnitentiam tunc peccatori prodeſſe, ſi eam in eccleſia catholica gerat, cui deus in perſona beati Petri ligandi ſoluendiq; tribuit poteſtatem, dicẽs: Quæ alligaueris ſuper terram, &c. Quanto ergo rectius & ueteres & recentiores catholici patres locum illum Iohan. xx. de tali poteſtate remittendi & retinendi peccata (quæ confeſſionem præambulam requireret) intellexerunt. Inter recentiores Hugo Victorinus non contemnẽdus author ſic ait: Deus homo, homines, qui puri homines erant participes fecit poteſtatis ſuæ, ut officium eius implerent, pœnitentiam confeſſiõem ſuſcipiendo, ut & poteſtatem eius exercerent pœnitentibus & confitentibus peccata remittendo, quum inquit, Accipite ſpiritum ſanctum, &c. Iam quis eſt tam ſtupidus, qui non potius ducat patrum, immo totius eccleſiæ conſenſum in interpretandis ſcripturis, ſingularibus quorundam atque exoticis ſententiis anteponere: præſertim quum patrum ſententia Chriſti uerbis q̃ maxime conſentanea ſit, præſertim ſi fines abſolutionis & clauium in eccleſia relictarum intuearis.

Nota uerbũ (correptus.)

De fide ad Petro cap. 3. Matth. 16.

Hugo Victorinus.

Iohan. 20.

Quid p uerbũ remittendi pctã intelligatur.

NObis certe plurimum hallucinari uidentur, qui per uerbum (retinere peccata) nihil aliud intelligunt, q̃ relinquere eum, qui uerbum dei auerſatur ſuo errori, exiſtimantes locos euangelicos, qui de clauibus

ſunt,quod ad retentionem ſeu ligationem attinet,nihil aliud continere aut uelle,q̃ quod Chriſtus Matth.x.tradidit: Quicunque non receperit uos,neque audierit ſermones ueſtros,exeuntes foras de domo uel ciuitate,excutite puluerem de pedibus ueſtris,&c.Nam quis non uidet claues ad ſoluendos uel ligandos fratres qui de eccleſia ſunt, eccleſiæ traditas eſſe.Locus autem ille Matth.x.de his qui foris ſunt loquiſ,fidē in Chriſtum & Euangelium repudiantibus uel corrumpentibus, qui non clauium uirtute,ſed infidelitate ſua & proprio iudicio condemnantur, quos tanquam deploratos niſi reſipuerint relinquendos Euangelium & Apoſtoli tradiderunt,De quibus Paulus dixit:Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare? — *Diſcrimen locoꝝ Matt.10 & Iohan.20.* — *1.Corin.5.*

QVod ſi iam tandem hoc euicimus,quod ipſa uerba Chriſti (Iohā.xx.)plane euincunt,nempe ſacerdotibus (qui hac parte apoſtolorum in eccleſia ſucceſſores ſunt)poteſtatem & retinendi & remittendi peccata ſeu ſoluendi,atq; ligandi traditā eſſe, cōſequens eſt & illic pœnitentiæ ſacramentum (quippe uiſibile in eccleſia ſignum inuiſibilis gratiæ,hoc eſt,remiſſionis peccatoꝝ) inſtitutū,quod neceſſario p̄cedit confeſſio.Quáobrem etſi Chriſtus illic expreſſim cōfeſſionem non præceperit,tacite tamen indicauit,ueluti rem neceſſariam ſine qua ad abſolutionem ſacramentalem perueniri non poteſt.Quid enim ſoluet aut ligabit,q̄d remittet aut retinebit ſacerdos,ſi nihil ei confeſſum erit?Quomodo laborantes & oneratos uice Chriſti reficiet,qui neſcit qua ex parte premanſ ac urgeanſ?Chriſtus ſcrutator renū & cordiū, & qui nouerat omnia interrogat cæcum:Quid uis ut faciā tibi?& ſacerdos homo mortalis,alterius cōſcientiæ penitus ignarus nō rogabit: Quibus morbis uis ſuccurram?Diuus Iohannes Chryſoſtomus,quē ſupra retulim⁹, requirit,ut cōfitentes deo(quem nihil latet)nō ſolum nos fateamur peccatores eſſe.ſed & ſingula delicta cōputemus ac recenſeamus,ꝙ aliter homo morborū ſuorum oblitus,miſericordiæ medicinam nunq̃ fideliter ac recte petierit,Quāto magis homini ſacerdoti enarrāda eſt peccatorū uarietas,eorum ſaltem,quæ cōſcientiam detinent alligatam,nō quidem ſacerdotis,ſed cōfitentis gratia,ut dignā percipere poſſit medicinam. — *Pœniæ ſacramentum,Iohan.20. per chriſtum inſtitutum.* — *Chryſoſt.*

ARgutātur quidā Chriſtum nullibi cōfeſſiōem præcepiſſe, proinde homines Chriſtianos ad eā nō eſſe alligādos.Sed hi noſtro ſane iudicio uerbis tm̄ inanibus ſophiſticanſ.Chrs ægrotis medicum, oneratis ac laborātibus refectorē & cōſolatorē oſtendit.Ergo ne tibi uidetur is ægroto(qui recōualeſcere uolet)ſatis p̄cepiſſe,ut medicū adeat,qui medicinam oſtēdit?Quin ægrotis ut ad medicū ꝓperent p̄ceptis nō eſt op⁹, ſed morbus ipſe ſatis interpellat infirmum,qui docet non bene habentibus,ſed male habentibus opus eſſe medico, Tacemus interim ꝙ Chriſtus nō coactos ſed uoluntarios nos ad ſalutē perducit,libera eſt fides, libera ſunt ſacramēta,adeo ut nemo uel ad baptiſmū capiendū cogen- — *Obiectio. Dilutio.* — *Matth.9.* — *2.Corin.9.*

dus ſit. Quis tamen ob id neget baptiſmum non eſſe neceſſariū aut pceptum uolenti regnum dei uidere? Ad eundem modum nemo delinquentem abſolute cogit ut confiteatur, attamen ſi uelit certum teſtimonium remiſſionis peccatorum (quæ eū angūt) accipere, neceſſe ē ut abſolutiōi confeſſionem præmittat. Et ut pertinaciſſime negent hanc confeſſiōem quæ ſacerdoti fit in ſcripturis non habere mandatum, nunq̄ tamen cōmonſtrabunt abſolutionem (diuinum illud beneficium) ulli hominum unq̄ in eccleſia fuiſſe impenſum, niſi primum confeſſo. Quamobrē quū & ipſi fateantur abſolutionem ſacerdotis eſſe liberalem promiſſionem, & pretioſiſſimum theſaurum gratiæ dei, in quo deus nobis exhibeat & proponat ſuam miſericordiam & remiſſionē peccato℞. Proindeq; Chriſtiano etiam nomine cum indignum eſſe qui hunc tam ptioſum theſaurum contemnat, imo qui non ſummo deſiderio eundem quærat & amplectatur, conſequens eſt, ut cogantur, uelint nolint, fateri hanc confeſſionem haud eſſe de numero eo℞, quæ Chriano homini criminib⁹ obruto libe℞ ſit uel facere uel omittere. Nam ſi omnino libe℞ facis Chriſtiano ut confiteatur, uel non confiteat̄, ut ſibi dicat, occulte ago, apud deū ago, nouit deus, qui mihi ignoſcit quæ in corde ago. Ergo (quēadmodū inquit quidam uir pius) ſine cauſa dictum eſt, Quæ ſolueris in terra, erūt ſoluta & in cœlo? Ergo ſine cauſa claues datæ ſunt eccleſiæ? fruſtram⁹ Euangelium dei, fruſtramus uerbum Chri, ſi promittimus uobis quod ille negat, nonne uos decipimus? Quanto rectius ergo idem ille colligit agendam eſſe pœnitentiam qualis in eccleſia dei agit̄, ut pro uobis & eccleſia oret, q̄ iſti, qui peccatores a confeſſionis neceſſitate abſoluūt. Præterea etſi liberam faciant iſti confeſſionē auricularem (ut uocant), fatentur tamen & ipſi retinendam eſſe eam in eccleſia, ne prorſus inexplorati contra pceptum Paulinum ad cōiōnem admittantur, in quo patrib⁹ accedunt, qui teſtant̄ in omni eccleſia ſacerdotibus ſeuere pceptum fuiſſe, ut uiderent, ne indignos ad cōionem admitterent, & ut cæteros ſileam⁹, uehemens eſt hic beatus Cypri. martyr ſermone de lapſis, ubi inter cætera ignauos ſacerdotes increpans, ait: Contra Euangelii uigorem, contra domini ac dei legem temeritate quorūdam laxari incautā cōcationē: Irrita (inquit) & falſa pax periculoſa dantibus & nihil accipientibus pfutura. Et poſt pauca ait: Ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiā ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatā indignantis dñi & minantis, pacē putant eſſe, quā qdā uerbis fallacibus uenditāt. Non eſt pax illa, ſed bellū, nec eccleſiæ iungit̄, qui ab Euangelio ſeparat̄. Ne uero tergiuerſeris ac neges Cyprianum de exomologeſi, quæ ſacerdoti ſecreto fit, loqui, audi quid idem ille ſanctus martyr paulo ante dixerit: Imperitus (ingt) eſt medicus, qui tumētes uulne℞ ſinus, manu parcente ptrectat & in altis, receſſibus uiſce℞ uirus incluſum dū ſeruat, exaggerat, aperiendū uulnus eſt & ſecandū & putredinibus

Auguſt.

De Pœ. diſt. 1. c. agite.

Inexplorati ad cōmunionem non admittendi. 1. Corith. 11.

Cyp. in ſer. de lapſ.

Ibidem.

Cyp. de confeſſione ſecreta loquitur.

nibus amputatum, medela fortiore curãdum. Quin Cyprianu ſpoſtea eodem ſermone ſecretæ confeſſionis maniſeſtiſſimus locupletiſſimuſq; aſſertor eſt, cuius teſtimoniũ infra adducemus copioſius. Quæ quum ita ſe habeant, nec inficientur illi eum hominẽ qui uel negligit uel contemnit tam pretioſum abſolutionis theſaurũ (non hominis, ſed dei uerbum & munus) hunc ne quidẽ Chriſtianũ dicendũ ſed a cõmunione arcendum, ꝙ contemnat id quod Chriſtiano contẽnere non licet eoq; cõtemptu cõmittat, ne remiſſionẽ peccatorum accipiat, ac certum de ſe ſignũ præbeat, ꝙ Euangelii cõtẽptor ſit. Quũ, inquã, hæc illi multis exaggerent, non uidemus cur tã ſint iniqui huic cõfeſſioni ſecretæ, qua ſine, is theſaurus non percipitur & tam grauis cenſura incurritur.

QVod generalis Concilii cõſtitutionem, quæ incipit, Oẽs utriuſq; ſexus, &c. ſuggillent, id nobis ſuo more agere uidentur. Certe ut quod ſentimus, dicamus, uerbis tantum pugnant, reipſa nihil efficiunt. Quid enim aliud ſtatuit Concilium, ꝗ quod illiipſi eccleſiæ diſciplinam exigere & plenum eſſe pietatis perſuadent, Concilium non aliter cogit fideles (quum ad annos diſcretionis peruenerint) ſaltem ſemel in anno omnia ſua delicta proprio ſacerdoti cõfiteri, & Euchariſtiæ ſacramentum (ſaltem in Paſchate) reuerenter recipere, ꝗ ut contemnentes idipſum facere, ab ingreſſu eccleſiæ arceat, & uita defunctos eccleſiaſtica ſepultura prohibeat, at illi abſolutionis theſauri (ut uere dicunt) nõ æſtimandi contemptores, non ſolum a ſacramentis depellũt, ſed & Chriſtiani nominis nõmenclatura indignos decernũt. Vide uero quorum coertio ſeuerior eccleſiæ ne an eorum qui eccleſiam inſectantur? Cæterũ habet & Euangeliũ legẽ ſuã habet ſuã diſciplinam, Atque interim tamen uerum eſt, coacta ſeruitia deo non placere, lex bene uolentem inſtruit, qd ſequatur, maleuolentem terret donec iuſta cenſura uolentẽ faciat, pædagogus eſt enim ad Chriſtum. Quod aiunt Concilium præcepiſſe quod impoſſibile eſt, nempe omnium peccatorum cõfeſſionem, quum Dauid dicat: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Et iterũ: Cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderẽ, multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, &c. Certe ſic argutando non ſatis candide interpretãtur canonẽ Concilii, qui omnium peccatorum appellatione, tantum intelligi uoluit peccata confitenti cognita. Nec alio conſilio canon omnia peccata confiteri uoluit, ꝗ ut omnes (ſecũdum diui Chryſoſt. ſententiam) admoneret, ut acceſſuri Confeſſarium, conſcientiã ſuã prius per interiorem confeſſionem diſcutiant, & delicta ſua in memoriã etiã ſigillatim reuocẽt, ac tandẽ eiuſcemodi diſcuſſione (qualẽ ſolemus in rebus arduis adhibere) præuia, ſacerdoti omnia peccata cognita ſigillatim, cætera uero quæ non magnoperẽ angunt & cruciant conſciẽtiã, oblita item ac neglecta, generatim confiteantur, atq; eatenus canon nõ alligat cõfeſſurum ad certũ tempus, liberum relinquens quo anni tem-

Canon Concilii gñalis, q incipit, Oẽs utriuſq; ſexus, &c. defenditur ac explicatur.

Q. ño cogat cõcilium ad confitendũ.

Coacta ſeruitia deo non placere.

2. Corint. 9.

Obiectio.

Pſalm. 18.

Dilutio.

Qõo cõfitẽdũ & de quibus peccatis

Canon nõ ligat Peccatorem ut certo tpe cõfiteatur ſacramẽtalr.

Fabianus. pore confiteaẗ.Quod autē canon unúquemq; fidelem aſtringit ad per-
Ex cōc. Agatheñ.& Elib. cipiendum(ſaltem in Paſchate)Euchariſtiam,nouum uideri non debet,
Olim ter in anno cōmunicandum. quum & Fabianus martyr & pontifex non multo poſt apoſtolorū tēpo-
ra & Agatheñ.& Elibertanū Cōcilium decreuerint, ne inter catholicos
quidem eos connumerādos,qui ſaltē in Paſcha,Pentecoſte & Natali dñi
non cōmunicauerint,niſi forte quis maioribus criminibus quibuſlibet
c.Omnis utriuſq;. impediaẗ.Quæ diſciplina ut alia multa, nimirū refrigeſcēte hominum
charitate,in Concilio generali per eccleſiā facta remiſſior eſt,ſic tamē,ut
Quatenus c. cogat anno ſemel cōmunicare. canon non cogat indignos & nauſeantes ad ſacerrimā illam cōmunio-
nem,quinimo tales de proprii ſacerdotis cōſilio tantiſper a cōmunione
abſtinere uult,donec bonā uoluntatē participandi ſacramenti accipiāt,
Cur ꝓprio ſacerdoti cōfitendum. ſeu ea quæ a cōmunione pœnitente abſtinere ſuadēt,expient.Quod ue-
ro proprio ſacerdoti cōfitendū eſſe,canō præcipit,id uetuſtiſſimis cano-
nibus & antiquiſſimorū Conciliorū decretis q̄maxime conſentaneum
eſt,quæ prohibent,ne quiſquā epiſcoporū aut ſacerdotum ſe in alterius
Ad Tit.1. parochiā ingerat,niſi id uel de conſenſu alterius uel neceſſitate ita ſuadē-
Prouerb. 27. te fiat. Atque huc non parum facit quod Paulus iubet Tito,ut cōſtituat
oppidatim presbyteros,& quod ex libro Prouerb.ca.xxvii. huc per alle-
goriam non inepte deflectitur,Diligenter(inquit)agnoſce uultum peco-
ris tui,tuoſq; greges conſidera &c.Non erat ergo quur canon ille tanti
Concilii,cui non ſolum primores eccleſiæ Latinæ,ſed & Græcæ maxi-
mo certe numero interfuerunt,tam acerbe tractaretur.

Epilogus. VT tandem eo unde digreſſi ſumus,reuertamur, Habes iam(ut ſpe-
ramus)explicatum ſatis,q̄ faciat locus ille Iohan xx.Quorumcū-
Locus Iohan.20. que remiſeritis,&c:ad aſtruendam confeſſionem, quæ ſacerdotibus fit,
habes,q̄ magnificas claues,hoc eſt,quantam poteſtatem Chriſtus uica-
riis ſuis in terra reliquerit,ob quam deo(qui talem dedit poteſtatem ho-
minibus)ſummas gratias ex toto corde agere oporteat. Habes quantū
huic poteſtati,quæ eſt unica peccatorum & infelicium conſcientiarum
conſolatio,tribuendum ſit, quam contempſiſſe, Chriſtum ſpreuiſſe ſit,
Hic eſt idem foꝝ dei & forū ſacerdotis quod hic idem ſit forum dei & forum ſacerdotis; adeo ut non putemus
præterea opus eſſe alios locos afferre, ex quibus catholici doctoris hāc
confeſſionem aſſerunt,quod unus ille quem tractamus,noſtra ſentētia
ſuffecerit,ad commonſtrandum id quod intendimus.Interim nō igno-
Alius locus Iacobi.5. ramus id quod Iacobi.v.legimus,nempe,Confitemini alterutrū peccata
ueſtra,& orate pro inuicem ut ſaluemini, uideri non tantum ſcholaſti-
Sic ſentiunt Theophy. & Beda. cis pene omnibus,ſed & ueterioribus doctoribus de confeſſione ſacra-
mentali mandatum, Sic ut Chriſtus hanc confeſſionem inſinuaſſe,di-
uus uero Iacobus promulgaſſe uideatur, nec habet hæc ſententia quid
abſurdi.Nā etſi locus is,etiā ad fraternā confeſſionem trahi poſſit, quis
tamen negauerit eundem de ſacramentali confeſſione potiſſimum in-
telligēdum?ſi enim tanta eſt abſolutionis uirtus & dignitas,quēadmo-

dum ſupra oſtendimus, atque hæc præter confeſſionem, quæ ſacerdoti fit, obtineri non poſſit, nemo iure dubitauerit diuum Iacobum uelle ut confiteatur homo mortalis mortali, idque potiſſimum ſacerdotibus, qui certam conſolationem conſcientiis noſtris in uerbo abſolutionis afferre poſſunt. Neque enim opus erat ut Apoſtolus expreſſim diceret. Confitemini ſacerdotibus, quod Chriſtus alibi cōmōſtrauerit, quinam ſint qui poteſtatem habeant remittendi & retinendi peccata. Vt interim taceamus, ipſum Apoſtolum eodem pene contextu ſermonis presbyterorum meminiſſe, quos iubet induci ſuper ægrotos, ut orent ſuper eos, ungentes eos oleo in nomine domini non ſine promiſſione ſalutis, alleuiationis & remiſſionis peccatorum, cui ſtatim prædicta uerba ſubnectit in hunc mundum, Confitemini ergo alterutrum. Quod ſi fateris Iacobum præcepiſſe (nimirum ex Chriſti inſtitutione) ut confiteamur inuicem delicta frater fratri, a quo tanta conſcientiæ conſolatio nō ſperatur, quanto magis fatebere ex eiuſdem ſententia fuiſſe, ut grauatā habentes conſcientiā, cui priuatus, poteſtate clauium carens mederi nō poteſt, confiteremur ſacerdotibus, Chriſti uice fūgētibus, in quorum manus Chriſtus ſalutem noſtram quodammodo poſuiſſe uidetur, neque enim uerbum (alterutrum) ſacerdotes excludit: Nam & qui & præcipit ut medeamur alterutrum, omnino uult ut pro ratione morbi medicus deligatur. Ex prædictis itaque iudicabis, num hæc confeſſio mādatum habeat in ſcripturis, quod primum diſcutiendum ſuſcepimus.

Iacobi.5. | Chry. lib. 3. de ſacerd. | Verbū (alterutrum.)

SEquitur, ut doceamus hanc cōfeſſionem exemplum ac teſtimoniū habere in ſcripturis. Hic nullis certabimus argumentis cum contentioſis, ſed tātum opponemus eis authoritatem magni illius Baſilii (quæ apud omnes catholicos hactenus fuit ſacroſancta) is cum ſacerdotibus confitendum eſſe aſſeruiſſet, aſſertionem ſuam exemplis & teſtimonio ſcripturæ confirmat. Sic (inquit) & hi qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua. Scriptū eſt enim in Euangelio, Quia Iohanni Baptiſtæ confitebantur populi peccata ſua, & in Acti. apoſtolorum apoſtoli his qui baptizabant. Hæc ille.

Hāc cōfeſſionē in ſcript. exēplū & teſtimoniū habere probat Baſi. in reg. mona. ca. 21. | Matth. 3. | Acto. 19.

REſtat ut doceamꝰ hāc ꝯfeſſionē, uniuerſalē ꝯſenſum eccleſiæ oīum tēporū pro ſe habere, nec oſtēdi poſſe eandē uel in eccleſia Græca, quoad eadē eccleſia in catholica unitate perſtitit, penitus abolitā fuiſſe.

Hāc cōfeſſionē totius eccleſiæ cōſenſu cōfirmari.

POſt apoſtolos primi numerantur Clemens Petri ſucceſſor, & Dionyſius Areopagita Pauli diſcipulus, uterqꝫ martyr. Ille ſatis perſpicue hanc confeſſionem (qua conſcientiā apud ſacerdotem exoneramus) hiſce uerbis aſſerit: Si fortaſſis (inquit) in alicuius cor, uel liuor, uel infidelitas, uel aliquod malum latenter irrepſerit, non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, cōfiteri hæc ei qui præeſt, ut ab ipſo per uerbū & conſilium ſalubre curetur quo poſſit fide integra & bonis operibus pœnas æterni ignis euadere, & ad perpetua uitæ præmia peruenire. Et iterum:

Clemēs Petri ſucceſſor. | Et ꝗ præ eſt nimirum ſacerdoti.

Quod in nauigatione pelagi humanæ uitæ ferendi ſunt uomitus & ſuccuſſationes & agitationes, quũ ex confeſſione peccatorum & reiectione criminum uelut male congregati in uiſceribus fellis eiectio faciẽda eſt, & abiiciẽda prorſus a corde, intrinſecus latens amaritudo peccati, ſi qua forte ex deſideriis iniqua, uelut ex cibis noxiis congregata eſt, quã utiq̃, quum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitᷣ morbo, ſi tamen poſt uomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat.

Satisfactio.

ALter, nempe Dionyſius, Demophilum monachũ acriter increpat, q̃ impium ad pedes ſacerdotis procidentem, ac confitentẽ, uerecũde ſe ad peccatorum remedia quærenda ueniſſe, calce reiecerat, & uſurpato ſacerdotali officio, ſacerdotem cõmunionem dãtem lapſo, conuitiis lacerauerat, Subĩdeq̃ (uir ille ſacer) diffinit omni ratione carere, de i cauſſa peruertere diuinitus traditum ordinem, quod diſtinctiones ordineſq̃ cõfundere, ſacratiſſimas dei ſanctiones & iura trãſgredi ſit, nimirũ indicans hãc confitendi rationẽ ex iure diuino promanare ac deſcẽdere.

Diony. Areopag. ad Demophilum. Confeſſio. Satiſfactio.

VT autem quidam contendant, opera Clementis apocrypha eſſe, ac negent hunc Dionyſiũ eundẽ eſſe quẽ Paulus Athenis conuertit, nihil (quod ad præſentem rem attinet) refert. Nã id ſaltẽ diffiteri nequaq̃ poſſunt, utroſq̃ illos authores, quales nunc in eccleſia extant, uetuſtiſſimos eſſe, quod uel ſatis eſt ad euincendam hanc confeſſionem eſſe longe uetuſtiſſimam, nec interim quæcunque apocrypha ſunt, falſa ſunt.

Obiectio. Diluđo.

TErtullianus uicinus apoſtolicorum temporum, teſtatur non factis ſolum, uerum & uoluntatis delicta uitãda & pœnitentia purganda eſſe, ſic ut non ſola conſcientia proferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur, qui magis græco uocabulo, nempe (exemologeſis) exprimatur, quem proſternendi & humiliandi hominis diſciplinam uocat, conuerſationem iniungentem miſericordiæ illicem, & poſtea inter opera pœnitẽtiæ recenſet (presbyteris aduolui) atque arguit eos, qui hoc opus ac publicationem ſui aut ſuffugiunt, aut de die in diem differre præſumunt, pudoris magis memores quam ſalutis, ueluti illi qui in partibus uerecundioribus corporis contacta uexatione conſcientiam medentium uitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt, quem pudorem ſubinde intolerandum pronuntiat, modis omnibus perſuadens, ut peccator in exemologeſi, ſecunda ſubſidia ſtatuat, ſuam ſalutem ne deſerat, aggredique ne ceſſet id quod ſciat mederi ſibi. Atque alibi ait, Deum Adam ad confeſſionem peccati prouocaſſe, ut ſcilicet conderentur nobis exempla confitendorum potius delictorum q̃ negandorum, ut iam tunc initiaretur euangelica doctrina. Ex ore tuo coniuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.

Tertullianus de pœniten. Exemologeſis quid. Satiſfactio. Pudor intolerandus occulta colle cõfiteri. Secũda ſubſidia poſt lapſum in confeſſionem.

ORigines, eccleſiarum poſt apoſtolos magiſter (ut diuus Hieronymus ait) in pſalm̃. xxxvii. uerba ac ſententiam Clementis (ut uidetur) imitatus, ſic habet: Vide quid nos edoceat ſcriptura diuina, quia oportet

Origenes in pſalm̃. 37.

oportet peccatum non cælare intrinſecus:fortaſſis enim ſicut hi qui habent intus clauſam eſcam indigeſtã,aut humoris uel phlegmatis ſtomacho grauiter imminentia,ſi uomuerint,releuantur. Ita etiam hi qui peccauerunt,ſiquidem occultant & retinent intra ſe peccatum intrinſecus urgentur & propemodum ſuffocantur a phlegmate uel humore peccati.Si autem ipſe ſui accuſator fiat,dum accuſat ſeipſum & confitetur,ſimul euomit delictum,atque omnem morbi digerit cauſam. Tantummodo(ut ſubiicit)circumſpice diligentius,cui debeas cõfiteri peccatum tuum,proba prius medicum,cui debeas languoris cauſſas exponere,qui ſciat infirmari cum infirmante,flere cum flente,qui condolendi ac compatiendi nouerit diſciplinam, ut ita demum, ſi quid ille dixerit, qui ſe prius eruditum medicum oſtenderit & miſericordem, ſi quid cõſilii dederit,facias & ſequatis,ſi intellexerit & præuiderit talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius eccleſiæ exponi debeat & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tuipſe facile ſanari, multa hoc deliberatione,& ſatis periti medici illius conſilio procurãdum eſt.Idem in Homilia cap.ii.Leuitici,Opponens ſacrificiis ueteris legis pro peccatis,expiationes euangelicas,poſt ſeptem remiſſiones,hoc eſt,peccatorum expiationes,octauam eſſe dicit eam, quæ fit per pœnitentiam, duram quidem & laborioſam.Quum(inquit)lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum,& fiunt ei lachrymæ panes die ac nocte,& quum non erubeſcit,ſacerdoti domini indicare peccatum ſuum, & quærere medicinam ſecundum eum qui ait: Dixi,Pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam domino,& tu remiſiſti iniquitatem cordis mei. Alibi idem Origenes,id quod ſupra diximus(nempe oſtendi,non poſſe,ullum unquam abſolutum niſi prius confeſſum)confirmat dicens: Qui non prius animæ ſuæ uitia & peccatorum ſuorum cognouerit mala, & proprii oris confeſſione prodiderit,purgari is atque abſolui non poterit.

Medic⁹. hoc eſt cõfeſſari⁹ ſacerdos, q̃lis diligẽdus

Origenes in homil.in.2. ca.Leuitici.

Confeſſio.ut vocant, auricularis. pſalm.31.

Orige.lib.3. Periarch.c.1

ORigeni Græco Cyprianum Latinum illuſtrem eccleſiæ doctorem & martyrem annectamus,is in ſermone de lapſis(quem & ſupra citauimus)modis omnibus cohortatur,ut nõ modo manifeſta, ſed & latentia peccatorũ uulnera detegamus,& occulta ſolaq; cogitatione perpetrata delicta cõfiteamur.Et ut plane uideas eum, confeſſionẽ ſecretam,quæ ſacerdoti fit,admodum probaſſe,eandemq; tum in uſu fuiſſe, ſic ait,Deniq; quando & fide maiori & timore meliore ſunt, qui quãuis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamẽ de hoc uel cogitauerunt,hoc ipſum apud ſacerdotes dei dolenter & ſimpliciter cõfitentur exomologeſin conſcientiæ faciunt,animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis,licet & modicis uulneribus exquirunt,ſcientes ſcriptum eſſe,Deus non irridetur.Et poſt pauca:Confiteantur(inqt) ſinguli,quæſo uos fratres,delictum ſuum,dum adhuc qui deliquit in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt,dum ſatiſfactio & remiſſio

Cyp.in ſermo.de lapſ.

Occultorũ confeſſio.

Ibidem.

Satiſfactio.

Cyp. ad cleru͂ de modo agẽd. pœnitentiam. ſacta per ſacerdotes apud dominum grata eſt. Alibi hũc recte agere pœnitentiam ait, qui diuinis præceptis mitis & patiens & ſacerdotibus dei obtemperans obſequiis ſuis & operibus iuſtis dominũ promeretur.

Nicephorus ad Theodo. HVic iungendus eſt Nicephorus Chartophylax, qui ad Theodoſiũ monachum ſic ſcribit: Ligandi ſoluendiq́ prouincia pontificibus ipſis a clementiſſimo deo noſtro demandata eſt. Siquidem ad Petrũ ait:

Matth. 16. Quæcunque ligaueritis, ligata: & quæcunq́ ſolueritis ſoluta erunt. Vnde (ut ſubiicit) olim omnes oportebat ad ipſos pontifices accedere, ſuaq́

Occultorũ ſecreta confeſſio antiquiſſima. illis occulta prodere, & ſic uel reconciliationem uel repudium ferre. Ignoro autem (inquit) qui factum ſit, quur hæc minus obſeruentur, quamuis exiſtimem pontifices negotii tædio, frequentiq́ multitudinis turbulentia defatigatos, id opere ad monachos transmiſiſſe, ad eos ſcilicet, qui iure probati ſunt, aliiſq́ ualeant eſſe utiles. Ecce q̃ perſpicue uir ille pius morem confitendi ſacerdotibus, ex diuinis literis aſſerit ac comprobat, quamuis ſuis tẽporibus id uſu ueniſſe dicat, quod & noſtris, nempe per

Ibidem. pontifices & ſacerdotes, ut otioſius uiuerent, onus audiendarum confeſ-

Exptus & frugi ſacerdos deligendus. ſionum ſecretarum tum in monachos, ueluti nunc in fratres mendicantes, eſſe reiectum, nõ ſublatum. Et quid clarius eo quod ſequitur. Porro ſi quis expertus ſit & frugi, & quum hoc ſacerdotio fungatur, ad illum

Ibidem. in primis accedendum, nam poterit indigo prodeſſe, accedentem ſe diligentius curare, reconciliare item & corrigere. Ac paulo poſt, ſacerdotem

Officium cõfeſſarii. officii ſui commonens: Lapſos (inquit) ſpiritalibus increpationibus ad-

Quid cauendum. monebit, utiliter conſulet, uitam futuram & æterna ſupplicia in memoriam reducet. Vnum cauebit. ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluat, fiatq́ alienorum criminum particeps.

Baſi. in reg. monachorũ. cap. 21. NOn obſcurius magnus ille Baſilius, & ipſe Græcus, hanc confeſſionem ſecretam teſtatur. Locus eſt ex dialogo, qui regulæ monachorum inſcribitur, per Ruffinum Coætaneum diui Hieronymi uerſo, cap. xxi. quærit monachus: Qui uult pœnitere peccata ſua an omnibus

Ezech. 18. debet confiteri & quibuſlibet, an ſacerdotibus tantum, an cæteris quibuſq́? Reſpondet Baſilius: Clementia dei erga eos qui deliquerunt ma-

Matth. 37. nifeſta eſt. ſecundum quod ſcriptum eſt, Qui non uult mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. Quia ergo confeſſionis mo-

Neceſſaria cõfeſſio ſacramentalis. dus ad hoc aptus eſt, & conuertens ſe a peccato, fructus dignos oſtendere, debet pœnitentiæ. ſecundum quod ſcriptum eſt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Neceſſarium uidetur his quibus diſpenſatio myſteriorum dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Demonſtraturus quoque hanc confeſſionem habere in ſcripturis teſtimonium & exemplum, ambo illa loca ex Euan-

Matth. 3. Actor. 19. Idem. cap. 18. gelio Matthæi & Actis apoſtolorum ſupra citata affert, Ne uero putares non confitenda parua delicta, eodem libro capite decimooctauo monet, Nihil oportere contemni tanquam paruum, quod de omni uer-

bo otioſo quod loquuti fuerint homines, de eo rationem in die iudicii Matth.12.
reddituri ſint. Rurſus cap.xcviii. Rogat monachus, an deceat, quum Cap.98.
ſoror aliqua confitetur quodcunque delictum ſuum presbytero, etiam matrem monaſterii adeſſe? Reſpondet Baſilius, Honeſtius mihi uidetur eſſe & religioſius, ut per ſeniorem matrem presbyter, ſi quid illi uidetur, ſibi ſtatuat, & modum & tempus pœnitentiæ imponat ad emendationem eius quam corrigi deſiderat a peccato: nimirum ſignificans magis conuenire, ne ſoror matris imperio ſubiecta non aliter oneretur ſatisfactione pœnitentiæ q̃ ex matris conſilio, quæ omnibus ſororibus proſpicit. Nec ceſſat rogare monachus, Vtrum decet geſta turpia confitentis uel obſcœna inuerecundius annuntiare omnibus aut certis quibuſlibet aut quibuſcunque? Reſpondet Baſilius, Confeſſio peccatorum hanc habent rationem, quam uulnus habet aliquod corporis, uel paſſio: quæ medico demonſtranda eſt. Sicut ergo non omnibus quis uitia uel uulnera corporis ſui reuelat, nec quibuſlibet, ſed his tantum qui ſummæ peritiæ teſtimonium habent & curæ ac medelæ diſciplinam, ita confeſſio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc præualent & emendare, ſecundum quod ſcriptum eſt. Vos qui fortiores eſtis, infirmitates infirmorum portate, hoc eſt, auferte, & exportate per curationem. Vide uero q̃ pulchre tres illi inſignes Græciæ magiſtri ac egregia luminaria, nempe Origenes, Nicephorus, & Baſilius, in hac re confeſſionaria concinant, & quod comprobandum recepimus, luce clarius affirment.

Satisfactio.

An reuelādu confeſſio.

Simile.

1.Theſſ.5.

IAm rurſus aliud par duorum (omnium ſententia) celebratiſſimorum eccleſiæ Latinæ doctorum copulabimus, nempe diuos Hieronymum & Auguſtinum, Nam Ambroſium Latinum Chryſoſtomo Græco conferendum ſeruabimus. Diuus itaque Hieronymus primum eo loco, quem ſupra citauimus, nempe in commentariis ſupra Matthæum huius confeſſionis meminit. Quum epiſcopum uel presbyterum, aliter ligare uel ſoluere peccatorem prohibeat, niſi primum peccatorum audierit uarietates, & iam hinc ſciat quis ligandus ſit, quisue ſoluendus Qui locus aperte conuincit & diui Hieronymi tempore, confeſſionem ſacerdotibus, cum enumeratione delictorum factam fuiſſe. Deinde perſpicuum teſtimonium eius habes in commentariis ſuper Eccleſiaſt. capite decimo. Si quem (inquit) ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio eum peccati ueneno infecerit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus ſuum fratri & magiſtro uoluerit confiteri, magiſter qui habet linguam ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus uulnus ſuum medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat. Vt interim ſileamus pleroſque alios locos, ubi in laude confeſſionis multus eſt Hieronymus.

Hierony. in Mat. cap. 16.

Enarranda pctā in confeſſione ſigillatim.

Hiero. in Eccleſiaſ. ca. 10.

Alludit ab locum Iaco. 5. (fratrē) magiſtrū hoc ē, ſacerdotem potiſſimum intelligens. Vide. c. men ſurā., de pœn. diſt. 1.

Auguſt. in pſalm. 66.

Pſalm. 105.

HVic ſententiæ ſubſcribit Auguſtinus in Pſal. ſexageſimũſextum. Lætentur(inquit)& exultent gentes. Vnde? per ipſam confeſſioné. Quare? quia bonus eſt cui confitentur, Ad hoc exigit confeſſionem ut liberet humilem ad hoc damnat non cõfitentem, ut puniat ſuperbum. Ergo triſtis eſto antequam confitearis,confeſſus exulta,iam ſanaberis, non confitentis conſcientia ſaniem collegerat,apoſtema tumuerat,cruciabat te,requieſcere non ſinebat, Adhibet medicus fomenta uerborum, & aliquando ſecat medicinale ferrum tribulationis. Tu agnoſce medici manum,confitere,exeat in confeſſione,& defluat omnis ſanies. Idem in cap. Iohan. quintum ſic habet: Vox ſaluatoris rumpit duritiem lapidis, & cor tuum ita durum eſt,ut nondum illa uox diuina te rumpat. ſurge in corde tuo, procede de ſepulchro tuo. etenim mortuus in corde tuo tanquam in ſepulchro iacebas, & tanquam ſaxo malæ conſuetudinis grauabaris,ſurge & procede,& crede,& confitere. Qui enim credit,ſurrexit:qui confitetur, proceſſit. Quare proceſſiſſe dicimus confitentem, quia antequam confiteretur, occultus erat, quum autem confitetur, procedit de tenebris ad lucem, & quum confeſſus fuerit, quid dicetur miniſtris? Quod dictum eſt ad funus Lazari,Soluite illum,& ſinite abire Quomodo dictum eſt miniſtris apoſtolis, Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlis. Vt interim prætereamus quæ toto libro de uera & falſa pœnitentia(quem quidem tanquã nothum ex libris eius quidam ſecernunt, quanquam interim catholicæ doctrinæ ſit)ubi modis omnibus cohortatur, ut pœnitentes uitam noſtram deo per ſacerdotem repræſentemus,huc deflectens, quod dominus mundatis præcepit ut oſtenderent ſe ſacerdotibus, Iubet ut quæramus ſacerdotem ſcientem ligare atque ſoluere,ac omnino erubeſcentiam deteſtatur,quæ confeſſionem uincit, erubeſcentiam uero, quæ confeſſionem comitatur, laudat, quod illa partem habeat remiſſionis. Libro de ſalutaribus documentis, Iubet iuſſioni ſacerdotis deum timentis obſequi, qui ut ſapiens & perfectus medicus primum ſciat curare ſua peccata, & poſtea aliena uulnera detergere & ſanare,& non publicare. Hunc enim perquirendum,& cum eo conſilium ſalutis noſtræ ineundum eſſe ſuadet. Præterea libro de uiſitatione infirmorum ex profeſſo confutantur,qui ſufficere arbitrantur ſi ſoli deo(cui nihil eſt occultum)quem nullius latet conſcientia,ſua crimina confiteantur,uel nolentes,uel erubeſcentes, uel dedignantes oſtendere ſe ſacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram per legiſlatorem dominus conſtituerit. Sed nolo(inquit)ut ipſa decipiaris opinione,ut confundaris confiteri coram domini uicario tabeſcens præ rubore,uel ceruicoſus præ indignatione. nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium,quem dominus ſibi non dedignatur uicarium. Ergo(inquit)ad te uenire roges ſacerdotem,& fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participem,non te ſeducat illa ſuperſtitio, quæ

Idem in ca. Iohan. 5.

Confitendũ eccleſiæ miniſtris, ut ſoluant confitẽtem.

Iohan. 11.

Aug. de uera & falſ. pe.

Erubeſcẽtia, deteſtabilis

Erubeſcẽtia laudabilis.

Aug. lib. de ſaluta docu.

Aug. de uiſita. infirmo.

Typus poteſtatis ſacerdotalis uetus ſacerdotiũ.

in uiſitando confirmat, quia ſaluet ſacerdote inconſulto, ad deum peccatorum confeſſio. Non enim (ut ſubiicit) abnegamus, quin ſit ad deum frequenter referenda peccatorum confeſſio. Eges enim & ſacerdotis, qui mediator ſit ad deum tuum ſalubri iudicio. Item cap. y. Aſtantem (inquit) coram te ſacerdotem, angelum dei exiſtima, aperi ei penetralium tuorum abditiſſima latibula, conſcientiarum uerecundarum penitiora reuela repagula, &c. Nec moratur nos, quod libri iſti de uera & falſa pœnitentia, item de ſalutaribus documentis, denique de uiſitatione infirmorum, quibuſdam non uideantur eſſe Auguſtini, Quum conſtet Auguſtinum in libris minime dubijs eandem tueri ſententiam. Et ut hi libri non ſint illius Auguſtini Hipponenſis epiſcopi, uetuſti tamen ſunt, & tanquam pii ab eccleſia recepti, ut uel hinc probetur hanc confeſſionem non eſſe rem nouam, ſed iam olim ut rem neceſſariam in eccleſia uſitatam.

Non ſufficere mentalem confeſſionē. Ibidem ca. 5.

Occurritur obiectioni.

Aug. in commentariis in pſalm. 5.

IAm ad Ambroſium & Chryſoſtomum pergamus, quos ideo coniunximus, ut oſtendamus eos non tantum non abolere hanc confeſſionem (quod tamen illis aduerſarii impingunt) ſed eandem tueri magis. Scimus ex Ambroſio, citari locum de pœnitentia Petri in hæc uerba. Ergo (inquit) Petrus prorupit ad lachrymas, nihil uoce precatus. Inuenio enim quod fleuerit, non inuenio quid dixerit, lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego, recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod defleri ſolet, excuſari non ſolet, & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lauat enim lachryma delictum, quod pudor eſt confiteri. Lachrymæ ergo uerecundiæ cōſulunt pariter & ſaluti. Hactenus ille. Scimus ex Chryſoſtomo in epiſtolam ad Hebræos citari, Non dico tibi ut te prodas in publicū, neq; te ut apud alios accuſes, ſed obedire te uolo prophetæ dicēti. Reuela domino uiā tuam, apud uerum iudicem cum oratione, delicta tua pronuntia, non lingua, ſed conſcientiæ tuæ memoria. Et cum demum ſpera te miſericordiam poſſe conſequi Et alibi. Peccata tua dicito ut deleas. Illa ſi confunderis dicere quia peccaſti, dicito illa quotidie in anima tua, non dico ut confitearis ea ſeruo ut exprobret, dic deo qui curet ea, nam licet non dixeris, non ignorat deus. Et quæ in eandem ſententiam ſcribit Homilia. xxxi. xl. lxxx. & homilia. ii. in pſalmum. l. Item ſermone nuper uerſo de pœnitentia & confeſſione. Scimus deniq; locum qui ex tripartita hiſtoria contra hanc confeſſionem affertur, Sozomeno authore in hæc uerba.

Obiectio ex Amb. in ſer. de pœniten. Petri.

Obiectio ex Chryſſot. in epiſtolā. ad Hebreos.

Obiectio ex hiſt. tripart. lib. 9. cap. 35

SOZOMENVS.

QVoniam omnino non peccare, diuinum & ultra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus autem & pœnitentiam agentibus, ueniam deus dari præcepit: Qui uero confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt, Propterea uiſum eſt antiquis pon-

tificibus ut uelut in theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem preſbyterum bone conuerſationis, ſeruantẽ ꝗ cretum ac ſapientem uiꝝ ſtatuerũt, ad quem accedẽtes hi qui delique rant, delicta propria fatebãtur. At ille ſecundũ uniuſcuiuſque culpam in dicebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in occidentali bus ſeruatur eccleſiis, & maxime apud Romam, ubi etiam eſt locus certus pœnitentium. Stant enim rei & uelut in lamentationibus conſtituti. Quum enim ſacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes cum gemitu & lamentatione ſeipſos in terram proſternũt. Ad quos concurrens epiſcopus, & ipſe cum lachrymis & gemitu ſpiritua li proſternitur, & omnis eccleſiæ plebs fletibus inundatur. Poſt hoc autem prior ſurgit epiſcopus, & eleuat iacentes a terra. Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione dimittit omnes. At illi afflictioni bus ſponte uacãtes, aut ieiuniis, aut abſtinentia lauacri, aut ſuſpenſione ciborum, aut rebus aliis quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit epiſcopus. Conſtituto uero tempore, uelut quoddam debitum exoluentes afflictione de peccato curati, cum populo communio ne participantur. Hæc ergo antiquitus Romani pontifices uſque ad noſtrum conſeruarunt tempus Petro Conſtantionopoli prebſpyter ſuper pœnitentes fuit uſque ad illud tempus quo quædam mulier nobiliſſima quum peccata ſua eſſet confeſſa, & ei a preſbytero fuiſſet preceptum, ut ieiunaret, & deo operibus ſupplicaret, quum hoc obſeruaret crebrius in eccleſia cum diacono ſe concubuiſſe confeſſa eſt. Hoc quum populus cognouiſſet ſæuiebat in ſacerdotes, quaſi per eos facta fuiſſet iniuria eccleſiæ. Tum Nectarius epiſcopus remouit diaconum ſceleratum, & quibuſdam ſuadentibus ut ſingulos ad cõmunicandum iudicio conſcientie ſuæ relinqueret, etiam preſbyterum nequaquam ſuper pœnitentes eſſet præcepit. Et ex illo antiquitatis cõſuetudo ſublata eſt, quum (ut arbitror) minora peccata pro pudore confeſſionis, & ſubtilitate examinantium patrarentur. Hactenus Sozomenus.

Diaconi tãq̃ oculi ẽpi actus totius eccleſiæ pſcrutabant referebantq́ ad ẽpm ubi correctione aut admonitiõe opus eẽ cernebant, uide Clemẽ. epſa 1. ad Iacobũ.

Dilutio p̃dictoꝶ locoꝶ.

SEd qui prædictos locos contra cõfeſſionem ſecretam afferunt non uidentur nobis ſatis ſententiam authorum, quos, pro ſua ſentẽtia ſci tant, excuſſiſſe. Vt incipiamus a Tripartita hiſtoria, Manifeſtũ eſt eum locum confeſſioni ſecretæ multum tribuere. Principio enim affirmat eos qui confiteri refugiunt maius peccatorum onus acquirere, Dein teſtatur confeſſionem ſecretam in Greca eccleſia fuiſſe, quum referat antiquos pontifices ad hanc rem preſbyterum bonæ conuerſationis ſeruantemq́ ſecretum ac ſapientem uirum ſtatuiſſe ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria faterentur. Quod autem ſubinde teſtatur, preſbyterum (qui uſque ad illud tempus Conſtantinopoli ſuper pœnitentes fuit) ſub Nectario, qui proxime Iohãnem Chryſoſtomum præceſſit ob crimen diaconi remotum, & ex illo antiquitatis conſuetu-

Locus tripartitæ hiſtoriæ explicatur.

Confeſſio ſecreta in eccleſia græca ab initio fuit.

Ritus Pœnitẽdi non con

dinem ſublatam eſſe ex eo quidem(noſtra ſententia) non conuincitur, cõfeſſionem ſecretam omnino abolitam fuiſſe, ſed tantum ritum illum publice in eccleſia ob occulta peccata pœnitendi. Nam(ut ſupra diximus) ea erat ueteris eccleſiæ ſeueritas, ut & pro occultis delictis pœnitentiã & mulctam publicam indiceret, ac confeſſum in locum pœnitentium relegaret, cui rei præerat presbyter qui ſuper pœnitentes uocabatur. Dicebantur enim tunc pœnitentes hi ſoli qui publicam pœnitentiam, id eſt ſatiſfactionem in eccleſia facerent, Quemadmodum canonibus diuerſorum Conciliorum atque adeo ex capitulis Græcarum ſynodorum per Martinum Bracharacenſem epiſcopum recollectis liquet cap. xxxiii. Is ergo presbyter, qui ſuper tales pœnitentes fuit, & qui publicam mulctam indicebat remotus eſt, & ea ſeueritas ſublata, ne confeſſi de occultis, publica ſatiſfactione grauarentur. Quin Nectarius eam ſeueritatem non in totum ſuſtulit ſed(ut habet hiſtoria) ſingulos ad communicandum iudicio conſcientiæ ſuæ reliquit, ſic ſcilicet, ut his qui adhuc putarent, ipſis ante communionem publica ſatiſfactione opus eſſe, eadem petẽtibus daretur, cæteri uero ſuæ conſcientiæ relinquerentur, ut ſcilicet ad communionem admitterentur, nulla ſatiſfactione publice expleta, at confeſſionem ſecretam ex toto ſublatam eſſe nobis non ſit ueriſimile, quum diuus Chryſoſto. Nectarii ſucceſſor eius non uno in loco meminerit. ex quibus unum ſupra retulimus. Alium habes libro ſecundo de ſacerdotio ubi ait Multa arte opus eſſe, ut qui laborant Chriſtiani, ultro ſibiipſi perſuadeant, ſacerdotum curationibus ſeſe ſubmittere oportere, neque id ſolum ſed ut etiam curationis ac medicinæ nomine gratiam illis habeant. Et poſt pauca: Quocirca(inquit) multa quidem opus eſt paſtori prudentia, ſexcentis etiam(ut ſic dicam) oculis, ut recte undique humani animi habitum circunſpicere poſſit. Poſtea eodem libro, præſtantiam ſacerdotalem ex loco Iohannis uigeſimo, Quorumcunque remiſeritis peccata, &c. in cœlum uehens, inſaniam eſſe manifeſtariam dicit deſpicere tantum principatum ſine quo neque ſalutis neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus, quod neque baptiſmus neque caro & ſanguis domini aliter quam per ſanctas ſacerdotum manus perficiantur neque ſacerdotes ſolum nos regenerent, ſed poſtmodum etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtineant. Atque eodem loco, noſtros Iudæorum ſacerdotibus longe præfert quod his corporis lepram purgare, ſeu (ut uerius dicamus) haud purgare ſed purgatos probare. At noſtris non corporis lepram uerum animæ ſordes, non tantum purgatas probare, ſed purgare prorſus (ut ait) conceſſum ſit, Quæ omnia ſatis demonſtrant longe aliud eſſe, remouiſſe presbyterum ſuper pœnitentes, hoc eſt, ſuſtuliſſe illam acerbitatem confeſſum etiam de occultis in ordinem publice pœnitentium relegandi, Quod per Nectarium in Græca eccleſia poſtea etiam per pontifices in Latina factum eſſe non nega-

Confeſſio ſecreta p Nectarium. ſublatus.

vide collec. Græca ſynodo. cap. 33.

Chryſo. Nectarii ſucceſſor meminit cõfeſſionis ſecretæ. li. 2. de ſacerd.

Ibidem.

Locus Ioh. 20. explicat per chryſo.

ſacerdotii noſtri neceſſitas.

Ibidem.

Quid fecerit Nectarius.

Confeſſio ſecreta in nulla eccleſia penit' ſublata.

mus. Aliud uero, confeſſionem ſecretam penitus abolere, quod in ulla catholica eccleſia hactenus unquam factum fuiſſe nobis non facile perſuaderi patiemur. Atque hoc noſtrum commentum non eſſe uanum, totus contextus prædicti loci hiſtoriæ tripartitæ, ſi modo ad uiuum excutiatur, palam oſtendit, ſiue antecedentia ſiue conſequentia inſpicias, atque adeo finis declarat tantum pudori conſultum eſſe, quo pœnitentes publice grauabantur.

Loci ex Chryſoſt. citati explicãtur.

Cyp. in ſer. de lapſ.

ERgo & quæcunque aduerſarii contra hanc confeſſionem ex Chryſoſtomo contorquent, ei omnino nihil derogant. Nam quid aliud eſt dicere, Non dico tibi ut te prodas in publicum, neque te ut apud alios accuſes, uel non dico ut confitearis ea ſeruo ut exprobret? Item neceſſe non eſt præſentibus teſtibus confiteri? quam libero te publica illa ſatisfactione, qua etſi uerbis peccata tua haud expreſſim, re tamen ipſa in publicum prodis, ac ea conſeruis tuis, qui & teſtes contra te eſſe & peccata exprobrare poſſint, confiteris. At longe alia ratio eſt confeſſionis ſacramentalis, qua crimen non profertur in publicum, nec præſentibus teſtibus euulgatur, nec exprobrationem timet, ſed ſoli ſacerdoti dei uicem gerenti, atque adeo magis deo quam ſacerdoti (cui publicatio iam interdicta eſt) dicitur, quod hic amodo non ſit ullum diſcrimen inter forum dei & forum ſacerdotis.

Ambroſii dicta excutitur

Amb. de pœni. li. 1. ca. 16. & lib. 2. ca. 1 & ca. 10.

EIuſdem omnino ſententiæ diuum Ambroſium fuiſſe, nulli dubium eſt, qui tamen tanti uiri libros diligenter euoluerit. Nam quod aduerſarii ex eo de pœnitentia Petri attulerunt, & ſingulare eſt, & publicam pœnitentiam reſpicit, quod ea uerba indicant (quod pudor eſt confiteri) ad quam tamen idem uir ille ſanctus alibi quammaxime cohortatur, quemadmodum uidere eſt libro primo de pœnitentia, capite decimoſexto, & libro ſecundo, cap. primo, & cap. decimo, ubi Petro quidem ſtatim dimiſſa peccata dicit, Quia amariſſime fleuit, & nihiloſecius quemlibet ex nobis monet in hæc uerba. Fleat (inquit) pro te mater eccleſia, & culpam tuam lachrymis lauet. Item, Volo ueniam reus ſperet, petet eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, ut ignoſcatur obſecret, & quum ſecundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remiſſius ſe ſupplicaſſe, fletus augeat miſerabilior, Poſtea reuertatur, teneat pedes brachiis, oſculetur oſculis, lauet fletibus, nec dimittat ut de ipſo dicat dominus Ieſus, Remiſſa ſunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui (inquit) quoſdam in pœnitentia ſulcaſſe uultum lachrymis, exaraſſe continuis fletibus genas, ſtrauiſſe corpus ſuum calcandum omnibus, ieiuno ore ſemper & pallido mortis ſpeciem ſpirãti in corpore prætuliſſe. Adeo autem Ambroſius non tollit rationem priuati quærendi conſilii & abſolutionis, ut ex profeſſo doceat, quæ moderatio erga peccato-

Alius olim i pœnitentib' ardor quam nunc eſt.

Ambroſius nõ tollit priuatã cõfeſſio

res,ab his qui illorum morbos curare debent,habenda ſit. Nec facile inuenies quenquam ex patribus,qui poteſtatem ſacerdotalem magis illuſtret.Sed aiunt(inquit) nimirum NOVATIANI, ſe domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruent immo nulli maiorem iniuriam faciunt,quam qui eius uolunt mandata reſcindere,commiſſum munus confundere. Nam quum ipſe (ut ſubijcit)in Euāgelio ſuo dixerit dominus Ieſus: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis,quorum retinueritis,retenta erunt,Quis eſt qui magis eum honorat,utrum qui mādatis, eius obtemperat an qui reſiſtit? Eccleſia in utroque obſeruat obedientiam, ut peccatum & alliget & relaxet.Dominus enim par ius eſſe uoluit & ligandi & ſoluendi.qui utrunque pari conditione permiſit. Quomodo igitur poteſt alterum licere,alterum non licere?Hactenus ille.Quibus uerbis refutantur,qui aſſerunt poteſtatem obtinendæ abſolutionis, non apud ſacerdotem,ſed apud confitentem eſſe, quum uir iſte ſanctus utrāque & ligandi & ſoluendi poteſtatē ex Euangelio ſacerdotibus ex æquo tribuat.Ius(inquit)hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. Recte igitur eccleſia uendicat, quæ ueros ſacerdotes habet, hæreſis uendicare non poteſt,quæ ſacerdotes uel non habet.Et poſt pauca:Munus ſpiritus ſancti eſt officium ſacerdotis,ius autem ſpiritus ſancti in ſoluendis ligandiſque criminibus eſt,docetque eodem capite habendam eſſe criminum differentiam.Et quid quæſo aliud faciunt,qui huius confeſſionis ſacramentalis dignitatem eleuant,q̄ quod idem Ambroſius cap.v.ait?Quid (inquit)aliud dicunt niſi hoc, Nemo de uulneratis noſtrum ingrediatur hoſpitium,nemo ſanetur in noſtra eccleſia,Apud nos non curantur ægroti,ſani ſumus,medicum non habemus neceſſarium, quia ipſe ait, Non eſt opus ſanis medicus,ſed his qui male habent.Item capite ſequenti:Denique(inquit,ad Chriſtum uerba faciens Ambroſius) eccleſiæ tuæ ſpecies eſt illa quæ acceſſit retro,& tetigit fimbriam ueſtimenti tui,dicēs intra ſe,Quia ſi tetigero ueſtimentum eius, ſalua ero,Hæc ergo eccleſia confitetur uulnera ſua,hæc curari cupit.Rurſus cap.vii.Pœnitentiæ ſacramentum apertiſſime ſtatuit.Quid(inquit)intereſt,utrum per pœnitentiam,an per lauacrum(nimirum baptiſmatis) hoc ius, remittendorum, ſcilicet peccatorum omnium, ſibi datum ſacerdotes uendicent? unum in utroque miniſterium eſt,Sed dices(inquit)quia in lauacro operatur myſteriorum gratia?Quid in pœnitentia?nonne nomen dei operatur?Itidem lib.ii..cap.vii.Poterat(inquit)Chriſtus tacita ui operationis occultæ, transferre ſaxum ſepulchri,in cuius paſſione remotis lapidibus plurima defunctorum ſepulchra patuerunt, ſed hominibus iuſſit, ut remouerent lapidem.In ueritate quidem,ut increduli crederent,quod uidebant,& aſpicerent reſurgentem mortuum.In typo autem quod nobis donaret,ut leuaremus delictorum onera, moles quaſdam reorum,

nem ſed ſtatuit.

Iohan.20.

Non magis eſt mandata ſacerdoti ab ſolutio quā ligatio.

Ibidem.

Officiū ſacerdotis mūus ſpūs ſancti.

Cōfeſſionis priuatæ contēptores qd faciant.

Matth.9.

Cap.ſequē

Cap.7.

Amb.lib.2. de pœnitēt. cap.7.

Matth.27.

Iohan.11.

Solutio liga

ri typ⁹ abſolutionis ſacerdotalis. nostrum eſt onera remouere, illius eſt reſuſcitare, illius educere de ſepulchris exutos uinculis.

Iohan.11. Videns itaque (ut ſubiicit) graue onus peccatoris, illachrymat dominus Ieſus. ſolam enim flere non patitur eccleſiam, compatitur dilectæ ſuæ, & dicit defuncto, Veni foras, hoc eſt, quid iaces in tenebris conſcientiæ & delictorum tuorum ſordibus, quodam reorum carcere? exi foras, delictum proprium prode ut iuſtificeris, ore confeſſio fit ad ſalutem, ſi confeſſus fuerit a Chriſto uocatus, clauſtra rumpentur, & omnia ſoluentur uincula, & ſi corruptelæ corporeæ fœtor grauis ſit. Hactenus ille. Et ne tergiuerſeris Ambroſium hæc uel de interiori confeſſione, quæ ad deum fit, tantum dixiſſe, audis confeſſionem oris, uel de publica tantum, audis conſcientiæ tenebras confeſſione prodendas. Quin diuum Ambroſium confeſſiones pœnitentium ſecretas priuatim audiſſe, uel locupletiſſimus teſtis eſt Paulinus, qui uitam eius conſcripſit. Quotieſcunque (inquit) illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Videbatur etiam ſibi cum iacente iacere, cauſſas autem criminum, quas illi confitebantur nulli niſi domino ſoli (apud quem intercedebat) loquebatur, bonum relinquens ſacerdotibus poſteris exemplum, ut interceſſores apud deum ſint magis, quam accuſatores apud homines. Et ut Paulino non credas, quid apertius eo, quod ipſe Ambroſius in exhortatione ad pœnitentiam ait? Non ſolum inquit, poſt pœnitentiam, ab iſtis (nimirum peccatis) intus homo obſeruare ſe debet, ſed ante pœnitentiam, dum ſanus eſt, quia neſcit ſi poſſit ipſam pœnitentiam accipere, & confiteri deo & ſacerdoti peccata ſua. Ex his itaque omnibus iudicandum relinquimus, num Ambroſius ac Chryſoſtomus idonei authores ſint, quibus aduerſarii cauſſam ſuam tueri poſſint.

Roma.10. | Amb. loquitur de cofeſſione oris. | Ambroſius, a cōfeſſiōib⁹ ſuæ eccleſiæ fuit. | Paulinus in uita Amb. | Ambroſii. pietas & feruor. | Confeſſio ſecreta Ambroſii tpe. | Amb. in exhortatiōe ad Pœniten. | Sacerdoti peccata confitenda.

POſt horum tempora habes magnum illum Leonem pontificem doctiſſimum & toto orbe celebratiſſimum, ex quo unum, idque apertiſſimum, teſtimonium ſuperius attulimus. Extat aliud eius decretum ad Theodorum Epiſcopum Foroiulienſem, in hæc uerba: Multiplex miſericordia dei ita lapſibus ſubuenit humanis, ut non ſolum per baptiſmi gratiam ſpes uitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis donum uiolaſſent, proprio iudicio ſe condemnantes ad remiſſionem criminum peruenirent, ſic diuinæ bonitatis præſidiis ordinatis, ut indulgentia dei, niſi ſupplicatione ſacerdotum nequeat obtineri. Et poſt pauca: Multum enim utile ac neceſſarium eſt ut peccatorum reatus ante ultimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur.

Leo magnus | Leo ad Theodo. Foroiulien. epm. | Ibidem.

QVid Gregorium illum magnum referamus, qui ut ad hanc confeſſionem, ueluti remedium haud acerbum, ſed facile, omnes incitaret, non tantum reuelandorum criminum ſeueritatem ſuſtulit, ſed & ſacerdotem diris afficit confeſſa peccata publicantem. De-

Gregorius magnus.

cretum ſic habet. Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata ſua, alicui recitet, quod ea confeſſus eſt. non propinquis, non extraneis, neque (quod abſit) pro aliquo ſcandalo. nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat.

Pœna in ſacerdotē reuelantē ſecretū cōfeſſionis.

EX poſterioribus, qui omnes in eandem in hac re ſententiam diſcedunt, unum tantum, cuius teſtimonio libenter utimur, adducemus Bernardum. is ad milites templi, ſermone xii. ſic habet: Quamborem miniſtros uerbi ſacerdotes, caute neceſſum eſt ad utrunque uigilare ſolicitos, quo uidelicet delinquentium cordibus tanto moderamine uerbum timoris & contritionis infligant, quatenus eos nequaquam a uerbo confeſſionis exterreant, ſic corda aperiant, ut ora non obſtruant. Sed nec abſoluant etiam compunctum, niſi uiderint & confeſſum, quandoquidem corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. alioqui a mortuo tanquam qui non eſt, perit confeſſio. Quiſquis igitur uerbum in ore habet, & in corde non habet, aut doloſus eſt aut uanus: quiſquis uero in corde & non in ore, aut ſuperbus eſt, aut timidus.

Bern. in ſermone ad milites tēpli. 12.

cōfeſſionis neceſſitas.

Roma. 10. Eccle. 4.

HOs omnes uiros cum doctrina, tum uitæ ſanctimonia inſignes, qui teſtimonium ferunt de conſenſu totius eccleſiæ omnium temporum, quod ad confeſſionem ſacramentalem attinet, ſubſequutum eſt illud magnū Concilium generale, ex quo canon, Omnis utriuſq; ſexus, ſuperius declaratus ac a calumnia uindicatus citatur, cui Innocentius tertius uir & pius & doctus præfuit, eidemq; & tam græca q̃ latina eccleſia maximo prælatorum totius orbis conuentu interfuit. Qui autē ueriſimile eſt, Chriſtum paſſum eſſe tantum Concilium, ſua cauſſa coactum errare? qui promiſit, quum etiam duo uel tres congregati fuerint in nomine ſuo, ſe futurum in medio illorū. Quamobrem qui poſt hoc Concilium aliter ſenſerunt, in Concilio Conſtantieñ. damnati ſunt.

Concilium generale.
c. Omnis utriuſq;. &c.
Inno. 3. præſidens cōcilii generalis.

ET reuera præter hæc omnia non leue ducimus argumentum, quo theologi confeſſionem hanc nō ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto fuiſſe inſtitutam comprobant. Neq; enim ueriſimile eſt, homines hominibus hoc confeſſionis onus imponere potuiſſe, quod ſolum plus habet ſarcinæ q̃ uniuerſa lex Moſaica, cui[9] cerimoniis beatus Petrus non putauit onerandas gentes, ac Iudæos etiam exonerauit.

Ratio p̱ confeſſione admodum ualida.
Actor. 15.

VT ergo ſemel de hac re finem faciamus, Expendendū relinquimus, ſatis ne apertis oſtenderimus teſtimoniis, hanc confeſſionem ſacramentalem & a Chriſto inſinuatam, & a uiris apoſtolicis promulgatam, & ab eccleſia receptam, eandem quoq; & exemplum in ſcripturis, & uniuerſalem totius eccleſiæ conſenſum pro ſe habere. Non aliter tamen faſcimus hanc confeſſionem neceſſariam, q̃ fecerunt ueteres illi patres, hoc eſt, neceſſariam illis qui habent grauatam conſcientiam, nimirū quibus

Quatenus hæc cōfeſſio ſacramētalis neceſſaria.

conſilio,conſolatione,& abſolutione eſt opus.Pauciſſimos autem reperias qui ex iſtorum albo non ſint. Alioqui ne Scotus quidem dubitauit, homini qui ſibi nullius peccati mortalis conſcius eſt,ſufficere,ut ſe ſacerdoti oſtendat,ac dicat:Ego non ſum mihi cõſcius alicuius peccati mortalis. Nec inepte nobis dixiſſe uidetur Theodorus Canthuarieñ. epiſcopus,Interiorem confeſſionem, quæ ſoli deo fit, perfectorum & iuſtorum eſſe, nobis uero apoſtoli inſtitutionem ſequendã,ut confiteamur alterutrum peccata noſtra,& oremus pro inuicem ut ſaluemur.Interim tamen non probamus,hanc exomologeſim hominum ſpinis & ſcrupis ſic impediri,ut uix quiſquam a ſacerdote diſcedat tranquilla conſcientia, quam magis ueterum exemplo expediri conuenerat, quod & nos cõnati ſumus in canonibus Concilii noſtri,puincialis, ac latius quum ad tractationẽ ſacramenti pœnitentiæ uentũ erit,non neceſſarias difficultates oſtendere ac remouere annitemur. Nunc ad tertiam pœnitentiæ partem quæ ſatisfactio eſt properabimus.

Scotus.

Theod. Canthuarië. eps. c.Quidã. de pœñ.diſt.1.

DE SATISFACTIONE.

Tertia pœnitentiæ pars, ſatiſfactio.

Reſtat ex pœnitentiæ partibus tertia,nempe ſatisfactio Principio dubium non eſt uocabulum ſatisfactionis,ex publico eccleſiæ uſu frequentari cæptum eſſe pro caſtigatione ſeu pœna, quæ ſecundum uniuſcuiuſque pœnitentis confitentis culpam ab epiſcopo uel ſacerdote indicitur,quamuis nunc hoc uocabulum latius uſurpemus. Quæ omnia ut dilucidiora fiãt ſciendũ eſt duplicem omnino eſſe in eccleſia ſatisfactionẽ. Vnã meritoriã remiſſionis pctõꝝ, & abolitoriã mortis æternæ, Hæc ſoli Chriſto tribuitur,qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, factus propitiatio pro peccatis noſtris, & non tantum pro noſtris, ſed & totius mundi, utique quod ad ſufficientiam attinet, licet non quantum ad efficientiam,quod non omnes ſibi hunc ſatisfactionis. CHRISTI fructum applicari curent. Applicatur ſiquidem hæc ſatiſfacto adeo per ueram contritionem & fidem, cuius certum teſtimoniũ eſt abſolutio ſacramentalis ſacerdotis, quæ docet nos hanc tribuere debere deo non noſtris operibus. Nam nullus omnino hominũ poterit uel pro culpa unius peccati mortalis ſatiſfacere, & pœnam æternam ſuis meritis abolere. Ergo nõ in merito confitentis,ſed in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti ſacerdos confitentem abſoluit.Præterea de abolitione æternæ mortis legimus: Aculeus mortis, peccatum.Deo autem gratia, qui dedit nobis uictoriã per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Verum quum ex diuinis literis cõpertum ſit,poſt remiſſionem peccati(quæ ſolius Chriſti beneficio nobis contingit)adhuc quaſdam præteritorum peccatorum reliquias in anima hærere, Deinde remiſſa culpa,non ſtatim omnem remitti pœnam, ſed tantum pœnam æternæ mortis,quam etſi deus in iuſtificatione hominis

Duplex in eccleſia ſatiſfactio.

Tit.2. 1.Iohan.2.

Remiſſ. peccatorũ quõ applicat per Chriſtum.

1.Corinth.15. Poſt remiſſa pctã remanẽt q̃dã reliquiæ peccati Item,non remittitur ſemꝑ ois pœna, temporaria, ſed æterna tantum.

minis

minis condonet, eius tamen loco temporariam pœnam frequenter ſubſtituit. Idcirco patres uiderunt alia quadam purgatione (culpa etiam num remiſſa) & ad expiandas præteriti peccati reliquias & ad mitigandas ſeu tollendas tēporarias illas pœnas, nobis adhuc imminentes, opus eſſe, quam pœnitentiæ ſatisfactionem appellarunt. Poſt remiſſum peccatum, peccati reliquias remanere, quas deleri oporteat, Dauid teſtis eſt. Nam etſi Nathan remiſſionem peccatorum Dauid annunciaſſet, dicēs: Dominus dimiſit peccatum tuum, nihiloſecius tamen Dauid adhuc orat, ut dominus ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum deleat iniquitatem eius, Vtq; amplius lauet eum ab iniquitate, & a peccato mundet, hoc eſt, ut non tantum remittat culpam, ſed & decorem priſtinum reſtituat. Atque eadem omnino ratio eſſe uidetur in diluendo peccato actuali, quæ eſt in diluendo originali. Originalis peccati reatus in baptiſmo remittitur, attamen reliquiæ eius, nimirum fomes ille manet, quem tota uita piis exercitiis mortificare & eradicare oportet. Sic actuale peccatum per fidem quidem in Chriſtum, merito paſſionis eius, remittitur, attamen adhuc quidam ueluti fomes ſeu quædam reliquiæ in anima manent, quas ſalubri ſatisfactione purgare neceſſe eſt, præſertim quum præteritum peccatum in conſuetudinem quandam abierit, quæ quum altius radices iecerit, multa ac longa purgatione opus habet. Lauari quidem cito poſſumus, ad ſanandum uero opus eſt curatione multa, quam contrariis oportet adhibere remediis. Quemadmodū diuus Paulus apoſtolus ait: Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibite membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quod quum facimus, ſatisfactionem pœnitentiæ agimus. Satisfactio enim pœnitentiæ (ut beatus Auguſtinus ait) eſt cauſſas peccatorum excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere. Et ut uir quidam iuxta pius ac doctus monet, Omnis anima Chriſtiana cordis ſui interna diligēter diſcutiat, uiderit, ne quid ibi diſcordiæ hæſerit, ne quid cupiditatis inſederit, incontinentiam caſtitas procul pellat, mendacii tenebras lux abigat ueritatis, detumeſcat ſuperbia, humilitas aſſumatur, reſipiſcat iracundia, & obtrectatio linguæ frenetur, ceſſent uindictæ, & obliuioni mandentur iniuriæ, omnis denique plantatio, quam non plantauit pater cœleſtis, radicitus auferatur. Atque hoc ipſum eſt, quod Iohannes præcepit dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Dignos autem pœnitētiæ faciemus (ut diuus Chryſoſtomus ait) ſi commiſſis peccatis, aduerſa faciamus, aliena rapuiſti, incipe donare iam propria, longo es tempore fornicatus: a legitimo quoque uſu ſuſpendere coniugii, ac perpetuam continentiā ſæpius paucorum dierū caſtitate meditare, iniuria uel opere quenq̄ uel ſermone affeciſti: refer benedictionis uerba, conuitiis te percutiētes, nunc officiis, nunc beneficiis placare contende. Neque enim uulnerato ſufficit

Chryſoſt. in pſalm. 50.
2 Regū. 11.
Pſalm. 50.
Collatio originalis pcti ad actuale.
Aug. li. 1. de ſermone dñi in mont.
Greg. in Iob.
Bern. in ſer. de cœna dñi
Roma. 6.
Satiſfactio pœniæ quid Auguſt.
Leo ſermo. de q̄dragesi.
Matth. 15.
Iohan. 15.
Matth. 3.
Chryſoſt.
Digni fruct. pœniæ qui.

tantummodo ad ſalutem ſpicula de corpore euellere,ſed etiam remedia
Opera ſatiſfa ctionis indebita curdicta adhibere uulneribus oportet, deliriis ante & temulentia diffluebas, ieiunio & aquæ potu utrunque compenſa,ut famem ſuperes imminentem. Vidiſti impudicis alienum decorem oculis, fœminam iam omnino non uideas,maiori tactus cautione poſt uulnera.Hæc ille. Vocarũt
Anſelmus August. ex recentioribus quidam,inter quos eſt Anſelmus,hæc opera indebita,
Leo ſermo. de quadrag. non improbanda prorſus ratione,ſi candide accipiantur. Sunt enim & digni fructus uirtutum,qui non ſufficiunt pœnitentibus,quod pœnitẽtia grauiores expoſtulet,nempe ut pœnitentes non tantum ab illicitis, ſed etiam licitis temperemus.tunc enim uirtutum ſemina in nobis bene nutriuntur,quando ab agro cordis noſtri omne germen externum euellitur.Hæc itaque pœnitentiæ opera,quibus non tantum ab illicitis,ſed etiam a licitis temperatur,ex ſe quidem indebita quis non abſurde dixerit, licet interim pœnitenti neceſſario peragenda ſint,ueluti uoluntarie uel recepta,uel a præſidibus eccleſiæ ex clauium concreditarum poteſtate impoſita.eatenus enim debita efficiuntur.

Non ſtatim abolita culpa, aboletur oīs pœna. CAeterum per remiſſionem culpæ peccati actualis nõ ſtatim etiam aboleri omnem pœnam temporariam, non magis abſurdum eſt q̃ quod abolito peccato originali per baptiſmum,non ſimul tamẽ aboleantur eius peccati pœnæ,quæ ſunt omnia corporis incommoda,atq; adeo mors iſta corporalis.Certe Dauid locupletiſſimus teſtis eſt,omnino diſcerni debere remiſſionem culpæ a remiſſione temporalium pœnarum,quod ipſe etiam exemplo ſit, reſtare eam pœnam poſt remiſſam
2.Re.12.24. culpam:quemadmodum docet ſecundus liber Regum cap.xii,et.xxiiii. Quin hoc luculenter ſatis,Exodi.xxxii.& Numer.xiiii.& plurimis aliis
Exodi.32. in locis comprobatur.Has pœnas quadam pœnitentiæ noſtræ ſatisfa-
Nume.14. ctione mitigari ac tolli,diuus Paulus teſtatur,inquiens: Si noſipſos diiu
1.Corint. 11. dicaremus, non utique iudicaremur. nam hic a domino iudicari ſignificat caſtigari pro peccato, quod ſubintulit Apoſtolus, quum ait: Dum iudicamur autem a domino,corripimur,ut non cum hoc mun-
2.Paralip.7. do damnemur. Et alibi ſcriptum eſt: Si clauſero cœlum,& pluuia non fluxerit,& mandauero & præcepero locuſtæ ut deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum, conuerſus autem populus meus,ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & quæſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam a uiis ſuis peſſimis,
Ioel.2. & ego exaudiam de cœlo & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo
Tobiæ.12. terram eorum. Item, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.
Danie.4. Huc pertinet & illud: Eleemoſynæ liberant a peccatis: Et quod Danielis quarto ſcribitur,ubi legimus Danielem conſuluiſſe Nabuchodo-
Peccatũ pro pœna pecca to debita. noſoro,ut peccata ſua eleemoſynis, & iniquitates ſuas miſericordia in pauperes redimeret.In quibus locis appellatione peccati, pœna peccato debita uenit.

PRæterea curæ ſacerdotum incumbit,ut explorent pœnitentiū animos,an ſcilicet ex animo reſipuerint,uel tātum ficte,hoc eſt, uerbis tantum,non autem affectu ac reipſa.Dolor enim unius cordis occultus eſt alteri,nec facile in aliorum notitiā procedit. Ergo ſatisfactione etiā externa opus eſt,ut ſacerdoti animus pœnitentis innoteſcat. Item in eccleſia diſciplinam eſſe oportet, maxime in coercendis publicis delictis, qua fiat etiam ſatis eccleſiæ,in qua remittuntur ipſa peccata,extra eam quippe nō remittunt illa).Deniq;,ut cæteri a flagitiis deterreantur.

Aliæ ſatiſfactiōis rōnes.
1
Aug.in Enchirid.
2
Aug.in Enchirid.
3

QVamobrem in eccleſia ſemper obſeruatum eſt,ut epiſcopi ac ſacerdotes eccleſiis præpoſiti,reſipiſcere cupientibus ſecundum criminum ac delictorum modum pœnitentiam darent, hoc eſt,pœnitendi tēpus conſtituerent, ac caſtigationes & opera quædam pia(quæ ad eluendas præteritorum peccatorum reliquias,& commonſtrandum peccatoris animum,quammaxime idonea uiderentur)imponerent:Idq; non poteſtate humana uſurpatum eſt,ſed potius diuina, nimirum apoſtolis & eorum ſucceſſoribus per Christum tradita hiſce uerbis,Quorū remiſeritis peccata,&c.quod euidentiſſime doctiſſimus ille pōtifex Leo hiſce uerbis(quæ ſupra attulimus)teſtatur: Mediator dei & hominum, homo dominus Ieſus Chriſtus,hanc præpoſitis eccleſiæ dedit poteſtatem,ut pœnitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent,& eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.Quicquid ergo ſeueritatis pœnitēs aut uoluntarie aut iniunctum in ſe reciperet,uel pro peccati reliquiis expiandis,uel pœnis temporariis mitigandis,uel tollendis,uel ad animum pœnitente homine dignum declarandum,uel ut eccleſiæ ſatisfieret, patres pœnitentiæ ſatisfactionem, atque adeo pœnitentiam uocare non ſunt ueriti.Nec dicere dubitarunt his ſatisfactionibus præterita delicta & pœnas inde imminentes quodammodo compenſari, peccata purgari,tegi,ac iudicem(quominus de nobis præteritorum peccatorum ultionem ſumat)placari,non quod opera iſta ſatisfactoria remiſſionem culpæ aut æternæ mortis mereantur(nam hoc eſt proprium Chriſti meritum ac beneficium ipſius etiam uirtute nobis per fidem & ſacramēta applicandum)ſed quod a cōuerſis facta iam placeant deo,mutuenturq; iā aliquid meriti non ex ſe,ſed ex merito & ſatisfactione Chriſti,ad diluenda peccata,hoc eſt,peccatorum reliquias & pœnas. Beatus Ambroſius hæc duo diſerte diſcernit,remitti iniquitates,& tegi peccata. Vtrunque (inquit)beatum,dixit Dauid, & cui remiſſæ ſunt iniquitates, & cuius peccatum tegitur bonis operibus.qui enim agit pœnitentiam, non ſolum diluere lachrymis debet peccatum, ſed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora, ut non ei imputetur peccatum. Hæc ille, reſpiciens(ut putamus)in id quod diuus Petrus ait: Charitas operit multitudinem peccatorum. Quod autē ueteres interdum ſutu-

Vetuſtiſſim' eccſiæ mos, Penitentiam dare.

Satiſfactio imponit autoritate diuina.

Leo magn' De pœñ.di. 1.c.ſufficit. & c. quāuis.

Pœnitentiæ ſatiſfactō qd patribus.

Satiſfactiōe penſant quodāmodo præteritia delicta & pœnæ.

Chryſoſt. in Mathæum.

Ambroſ. ad quādam uirginem corruptam.

Hierony.in Malachiam

Ambro. li. 2. de pœ. ca. 5.

1.Petri.4.

tropo quodā

pœnis dē cō penſare pœnas gehennæ Ambroſ. ad uirginē correptam.

ras gehennæ pœnas perpetuas per pœnitentiam in hoc paruo uitæ ſpacio compenſari dicunt, Id non de merito operum iſtorum, quæ ſatisfactoria appellamus intelligendum eſt. nam horũ meritum & dignitas ſeeo non porrigunt: ut quod ſolius Chriſti gloriæ ac merito aſſcribitur, ipſis ex debito tribuatur. Quin priuſquã incipias hæc opera peragere iã in interiori pœnitentia culpã remiſit deus. Illud ergo rectius de tota pœnitẽtia intelligitur, quæ tropo quodam, compẽſatoria eſt æternæ mortis, eo ſcilicet quod niſi pœnituerimus, in æternum pereamus, non quod dignitas noſtræ pœnitentiæ mortẽ æternã aboleat, ſed quod deus non aliter quam per pœnitẽtiam tantũ beneficium nobis impertiat. Interim quoque rememorandum eſt (quod & ſupra dictum meminimus) in ueteri eccleſia canonicis inſtitutis cautum fuiſſe, non aliter reconciliandos, nec ad communionem admittendos pœnitentes, quam poſt peractam pœnitentiam, niſi tamen neceſſitas coegiſſet, & periculum mortis inſtitiſſet. Deinde & ſi eis qui poſt baptiſmum omni tempore uitæ ſuæ uolu ptatibus dediti in extremo uitæ ſuæ pœnitentiam expoſcerent, pœnitentia ab eccleſiæ antiſtitibus daretur. Ac poſtea placuerit, eis etiã cõmunionem ac ultimũ illud ac neceſſarium uiaticum concedi. Id tamen certa lege agebatur, nempe ſub ea conditione, ut ſi eis dominus uitam donaſſet ſanitatemq; reddidiſſet, ſecundum delicti qualitatem & canonum inſtituta pœniterent. Hodie longe remiſſius agitur cum pœnitentibus. Nã exceptis atrociſſimis criminibus publice in totius eccleſiæ ſcandalum commiſſis, (quæ etiamnum publice expiari conuenerit, anteaquam criminoſus, rurſus ad communionem admittatur) pro cæteris certe delictis ante abſolutionem imponitur quidem, ſed non exigitur ſatisfactio, nimirum poſt abſolutionem complenda, hoc ergo ſolum eccleſia (nos admodum mititer & indulgenter tractans) nunc reſpicit, ſi congruam ſatisfactionem non negligamus ſed agendam recipiamus ac curemus, ferenda quidem hæc lenitas, ſed interim uideant ſacerdotes, ne quum in conſideranda ac exploranda uita pœnitẽtium poſt abſolutionẽ omnino incurii ſunt, haud poſtremus ille ſatisfactionis finis, negligatur.

Olim nõ reſtituebaſ cõmuni ante expletã ſatiſfactionem. Vide Cyprianũ de lapſ. Cõci. Nice. & Carthag. 4. ca. 76. 77. & 78. & Mogũti. ca. 1. & decreta Pil.

Preſentis eccleſiæ indulgentia.

Hodie poſt recõciliationem ſatiſfactio explef. Aug. in Enchi. cap. 70.

EX prædictis ergo perſpicuum eſt eccleſiam in pœnitente, præter confeſſionem duo requirere: In primis propoſitum deinceps non peccandi, quod in contritionem ſuperius incluſimus, quemadmodũ Chriſtus ad mulierem in adulterio deprehenſam dixit. Vade, iam amplius noli peccare, quod uotum ſequi debet bonæ conſcientiæ iuſtitia ac noua uita, quemadmodum Apoſtolus dixit: Debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem uiuamus &c. Deinde etiam præter hæc exigit ſatiſfactionem pro præteritis delictis, ſecundum eum modum, quem in eccleſia Præſidens pœnitenti præſcripſerit. Quamobrem diffinit nõ ſufficere mores in melius commutare, & a factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatiſfiat deo per pœnitentiæ dolorem. non enim tantum

Eccleſia ꝑter ꝓpoſitũ nõ. Peccãdi requirit. ſatiſfactionem. Iohan. 8. Iuſtitia bonæ conſciẽ. Roma. 8.

Auguſti. de medic. pœ. cap. 5.

tum dictum eſt: Fili peccaſti, non adiicias iterum, ſed & adiectum eſt, de præteritis deprecare dominum, ut tibi demittantur. Qui dicunt hoc Iohannis Baptiſtæ præceptum (facite fructus dignos pœnitentiæ) tantum de bonis operibus alioqui debitis, non de ſatisfactoriis & pœnitentibus proprie dignis intelligi debere, ii non tantum ſuo more ueterum interpretationem ac ſententiam in hunc locum, quam ſupra retulimus, temere reiiciunt, ſua ſuffecta, ſed etiam uerbis eiuſmodi mandati minus conſentanea afferunt, quod nemo non intelligat. Alios eſſe bonorum operū fructus, unoquoque Chriſtiano dignos, alios uero pœnitente dignos. Nam illi boni hominis ornamenta ſunt, hi uero etiam remedia pro peccatis. Quamobrem Chryſoſtomus homilia octogeſima docet: Non a priſtinis tantum malis deſiſtere, ſed etiam meliora ſequi officia, recte pœnitentiam dici, nec ad ſanitatem ſatis eſſe nobis extraxiſſe tantum ſagittas, uerum & medicamenta uulneri eſſe imponenda. Et ut Auguſtinus ait: Non tantum in melius eſt uita mutanda, ſed & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt deprecandus deus. Miſerando quidem delet iam facta peccata deus, ſed ſi ſatisfactio congrua non negligatur. Certe Cyprianus hæc opera pœnitentiæ non dubitat redemptiones delictorum & ablutiones uulnerum appellare. Verū quod nouatores illi has ſatisfactiones ſcholaſticas appellant, & e numero traditionum humanarum (quibus coli nolit deus) faciunt, atque adeo dicunt per eaſdem opera bona uere obrui, præterea, ſatisfactiones, quarum meminerunt Eccleſiaſtici ſcriptores & Concilia, nihil aliud fuiſſe, quam quendam politicū morem eccleſiæ, humana authoritate exempli tantum cauſſa ad dehortandos cæteros a flagitiis, non etiam ad expiationem ueterum reliquiarum aut etiam pœnarum inſtitutum, hæc qua ratione illi dicant non uidemus. Nam ſupra ſatis oſtendimus, ſacerdotem mandatum habere non tantum remittendi, ſed & ligandi. Et ſi uerum eſt has ſatisfactiones humanitus tantum inuentas, quid eſt quod Cyprianus dixit, ſe in remittendis delictis pluſquam oportet, pene delinquere? nimirum ſignificans ſe leuiori ſatisfactione q̄ euangelicum mandatum de remittendis peccatis permittere uideatur, confitentes recipere ſolitum. Idque ſuggerente prompta ac plena dilectione. Quid quod euangelium poſtulat, ut euangelii præco pœnitentibus iniungat, ut faciant fructus dignos pœnitentiæ. Id uero miramur, quomodo illis in mentem uenerit ut dicerent ſatisfactionibus eccleſiaſticis obrui opera uere bona, cum patres omnes ſatisfactiones (quas plurimis canonibus ut uocāt pœnitētialibus ſunt complexi) tribus operibus quammaxime euangelicis contineri dicant. Nempe oratione, ieiunio, & eleemoſyna. Et recte quidē. Nam cū omne quod in mundo eſt, aut concupiſcentia carnis, aut oculorum ſit, aut ſuperbia uitæ, quis non uidet concupiſcētiæ carnis, nulla re melius quam ieiunio, concupiſcentiæ oculorum (quæ auaritia eſt) quam eleemoſyna,

Eccl. 21.
Obiectio quorundā. Iohan. 3.
Pœnitēti nō ſufficit ædere quoſlibet bonorū operū fructus.
Chryſoſtomus homilia. 80.
Auguſti. in Enchi. ca. 70.
Cyprian. in epiſt. ad Antonianum.
Refelluntur aduerſarii.
Satiſfactiōes eccleſiaſticas nō eē nūerādas inter traditiōes mere humanas.
Cyprian. ad Cornelium Papam.
Matth. 3.
Satiſfactioni b' nō opa uere bōa obrui, ſed oīm præcipua iexplentur.
Oratio.
Ieiunium.
Eleemoſyna.
1. Iohan. 2.

Pctõr, in deum ꝑximũ. & ſeipſum peccat.

& faſtui uitæ,quam humili ac pia oratione mederi? Adde quod omnis fere peccator & in deum & in proximum,& in ſeipſum peccat. Oratione itaq;,quod in deum cõmiſſum eſt: Eleemoſyna quod in proximũ: Ieiunio,quod in ſeipſum peccatũ eſt,quodãmodo expiat. Quod uero aiunt ſatisfactiones,de quibus patres meminerũt,apud deum nihil ualere, uel ad expiationem reliquiarum uel pœnarum pro delictis debitarum, ſed tãtum exempli cauſſa imponi ſolitas,in hoc ex diametro cum patribus pugnantia dicunt,quemadmodũ ex ſuperioribus liquet. Deniq; demiramur quod putant ſatisfactiones (quæ hodie priuatim ac ſecreto imponuntur)nihil habere cum uetuſtis illis cõmune,perinde atque ueteribus nulla ſecreta ſatisfactio cognita fuerit, quum uel ſolus Auguſtinus idoneus teſtis ſit, in eccleſia ueteri non ſolum publicam, ſed & ſecretam ſatisfactionem in uſu fuiſſe, ſcribens in hæc uerba. Quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere,& ita ſacerdotis iudicio reconciliatum cõmunioni ſociari,ſi uult non ad iudicium &,condemnationem ſui Euchariſtiam percipere. Sed &(ut ſubiicit)ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus. Verum mutato prius ſeculari habitu,& cõfeſſo religionis ſtudio per uitæ correctionem,& iugi,immo perpetuo luctu,miſerante deo, ita dũtaxat ut cõtraria pro his quæ pœnitet,agat. Meminit quoq; Leo priuatæ ſeceſſionis ad Ruſticum Narbonẽ. Epiſcopum.

Pſm ſola ſatisfactiões apud deũ nõ nihil momẽti habere.

Veteris & noſtræ eccleſiæ cõſenſus

Augu. de eccleſi. dog. capit. 53.

Secreta ſatisfactio ueteri eccleſiæ nota.

Leo ad Ruſti. Narboñ. epiſcopum.

NOn ignoramus tamen apud ueteres ſatisfactionem publicam & frequentiorem & patribus gratiorem fuiſſe quam priuatam,quod interna ſatisfactio non facile innoteſceret eccleſiæ præpoſitis. Proindeq; eandem impoſitam etiam iis,qui ſecreto eſſent maiora crimina confeſſi, quemadmodum Sozomenus in eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria,& nos ſupra diximus. At plane abſurdum nobis apparet,ob id quod eccleſia indulgentius agens, ſeueritatem illam publicæ ſatisfactionis remiſerit, idcirco etiam omnem ſatisfactionem iam prorſus plane abolitam eſſe oportere. Nam ſi ſacerdos,ſpiritualis medicus cenſendus eſt,ſi apta remedia pro modo & conditione cuiuſque morbi adhibere,ſi inter ſoluẽdos & ligandos diſcernere debet,idque ex mandato dei,plane deſipit qui putat eum debere pœnitenti,nulla prorſus impoſita ſatisfactione, præpropere manum imponere. Potius docendum erat(quod huius tempeſtatis omnium ſcelerum lue corruptiſſima ratio quammaxime poſtulabat) ut ad præſcripta patrũ(quoad fieri poſſet)regredi anniteremur,q̃ ut magis adhuc laxatis habenis eccleſiaſticæ diſciplinæ,ex pœnitẽtia rem plãne ridiculam faceremus. Certe iucundum eſt uidere,quam fuerint patres in remediis iſtis imponendis ſolliciti,prudentes ac diſcreti. Non uno collyrio omnium oculos ſanabant, non eadem ſeueritate quælibet crimina expurganda putarunt. Non eadem tempora pœnitendi quibuſlibet ſtatuebant, non omnes qui pœnitentiam recipiebant,in unam claſſem

Publica ſatiſfactio ueteribus gratior & frequẽtior.

Sozomenus in tripartita hiſtoria lib. 9. cap. 35.

Satisfactio in ecclia non eſt abolita.

Veteres ritus quoad fieri poteſt reuocãdi in uſum.

Patrum diligentia ac prudentia.

relegabant; non eadem indulgentia in tempore pœnitentiæ impoſitæ moderãdo, erga quoſlibet (citra omne diſcrimen affectus pœnitentium) utebantur: ſed grauiora crimina, acerbiori, duriori, ac diuturniori: leuiora uero, mitiori ac breuiori pœnitentia uindicabant. Qui lapſi fuiſſent participes idolorum facti; inter audientes conſtituebantur. Audientes erant quibus tantum auditioni uerbi intereſſe licebat. Intereſſe autem, & eam ob cauſam eccleſiam ingredi, atque ibi uſque ad miſſam catechumenorum permanere quibuſlibet ſiue gentilibus ſiue Iudæis ſiue hæreticis permittebatur. Sed Catechumeni qui & audientes dicebantur) poſt concionem manebant, donec ſacerdos ad conſecrationem Euchariſtiæ pergeret. Ergo ea pars miſſæ, quæ canonem antecedit Miſſa cathecumenorum dicebatur, quemadmodum indicat Concilium Carthaginenſe quartũ capi. LXXXIIII. Quod ſi qui in fœdiſſima crimina proruiſſent, ueluti qui cum pecoribus coitu miſcentur, hi tãquam a dæmonibus correpti in claſſem Energumenorum relegabantur. Erant autem Energumeni, qui prius quidem ſacris participarãt; ſed poſtea in grauiſſimas tentationes incidentes, a dæmonibus uexabantur, dicti Energumeni, ꝙ terriculamentis ſpirituum immundorum, ueluti tẽpeſtate quadam iactarentur. Poſteaquam uero iſti rei tempus cõſtitutum uel inter audientes, uel inter Energumenos ſecundum delicti rationem compleſſent, in ordinem Pœnitentium (qui ſacris quidem intererant, ſed arcebãtur a cõmunione) recipiebãtur, oratione tm̃ cum eccleſia cõicaturi, dein ſacramentis reconciliabantur, & cõionem recipiebant, ſed ſine oblatione. Poſtremo perfectionẽ pœnitentiæ recipiebant, & quaſi in integrũ per manus impoſitionẽ reſtituebantur. Idq; non aliter, q̃ uita ac conuerſatione eorum toto illo tempore per præpoſitos eccleſiæ diligenter prius inſpecta perpenſa ac conſiderata, quemadmodum ex antiquiſſimis conciliis præſertim primo illo Nicæno ac Ancyrano uidere eſt. Denique in actione pœnitẽtiæ (ubi tale crimẽ cõmiſſum erat, ut is qui cõmiſerat a Chriſti etiã corpore ſepararet̃) non tam epiſcopi cõſiderabant menſurã tẽporis q̃ doloris, abbreuiantes interdũ conſtitutæ pœnitentiæ tẽpus, ſi modo ardorẽ conuerſionis in pœnitente conſideraſſent. Refrigeſcente quoq; ſubinde charitate, conſtitutus eſt modus redimendi rigorem canonis pœnitẽtialis, nempe ut ieiunium redimeretur eleemoſyna aut oratione, quemadmodum libri uetuſtiſſimi canonum pœnitẽtialium (qui apud nos ſeruantur) declarant, quæ eſt radix indulgentiarum pontificiarum, quæ nihil aliud ſunt, quam canonicarum ſatisfactionum condonationes aut redẽptiones, illis tẽporibus magis congruentes, quum adhuc pœnitẽtiæ illæ canonicæ in eccleſia uſitatiores eſſent. Atq; utinam eiuſcemodi indulgentiis non fuiſſent abuſi, qui eas diſpenſandas recẽperant. Iam eo deuentum eſt, ut uix ullus ſit confeſſarius ſacerdos; qui ueterum canonum ullam notitiam habeat, multominus ut ad earum

Vide Concil. Ancyranũ & Nicænum. I.

Audientes.

Cõc. Aphri. 4. ca. ut epſ q̃ c. 84.

Catechumeni.

Concil. Ancyra. cap. 16.

Energumeni

Dionyſ. Areopagita.

Concil. Ancyra, cap. 17.

Cõicãtes ſed ſine oblatiõe Perfectionẽ recipientes.

Vide Concil. Nicæ. & Ancyranum.

Augu. in Enchi, ca. 65.

Modus redimẽdi ſatisfactiones eccleſiaſticas.

Radix indulgentiarũ põtificiarum.

Indulgẽtiaɋ abuſus.

Imperitia ſacerdotum.

normam ſatisfactionis modum imponat. nimirum hominum malitia ueterem ſeueritatem non ſuſtinente, ſed magis in omnem licentiá ruete.

Admonetur ſacerdotes confeſſarii officii ſui.

Vt auté ſeueritatem illá non reuocemus in uſum(quod nec noſtrú eſt, nec an expediat, ſatis compertú habemus)hoc tamé a ſacerdotibus confeſſariis requirimus, ut diligenter cõſiderata morbi radice, idoneú adhibeant medicamétum uel indictionis ieiunii, uel eleemoſynæ, uel orationis, doceantq; ex capite. v. Matthæi cõſitenté, quo pacto ipſi ieiunandú, eleemoſyna tam ſpiritualis q̃ corporalis indigéti impertienda ac dáda. Deniq; quomodo orandú ſit. Quod ſi fecerint illi, & uiciſſim pœnitétes in ſimplicitate cordis uerbo ſacerdotis uice Chriſti fungétis obedierint, nõ dubium opus eorú futurum deo bis gratú, tum quod ſit ſuapte natura piú, tum quod habeat obediétiá, (quæ omniú uirtutú mater & fons eſt)ſibi coniúctá. Vnde quoq; cõſequit eos nõ ſatis ſibi conſtare qui putát, tota pœnitétia pœnas téporales mitigari, his uero ſatisfactionibus eccleſiaſticis nequaq̃, quaſi hæ nullam reſipiát pietaté, cú alioqui pietatis plenæ ſint, ſi tamen per expertum magiſtrum adhibeantur.

Matth. 5.

Satisfactio quæ integerit op' deo bis gratum.

Verus ſatisfactionũ uſus retinẽdus eſt

NEc minus diſplicent nobis, qui ſatisfactiones iſtas alio trahút, aut eis pluſquam oportet, tribuunt, ueluti qui in ſatisfactiones iſtas etiá culpæ remiſſionem, aut mortis æternæ abolitioné transferunt, aut earum reſpectu cætera bona opera, quæ deus præcepit, paruipendút. Singula enim ſingulis diſerte tribuenda ſunt, ac populus de fine utriuſq; ſatisfactionis plane ac diligéter docédus eſt ac inſtruédus. Satisfactio propitiatoria culpæ, & abolitoria æternæ pœnæ, ſoli Chriſto tribuéda eſt, quá tamen non applicat nobis, niſi per cõtritioné & fidé, & quæ ipſe inſtituit ſacramenta. Satisfactio uero canonica tantú medeť peccati reliquiis, & mitigat pœnam téporalem. Idq; nõ ex dignitate ſua, ſed ex beneficio Chriſti, qui opus ſuum a ſe præceptum præſertim obedientiá(quá ſuo uicario in re ſibi mádata præſtamus)cõiunctá habés in nobis agnoſcit ac acceptat, ſi tamen non phariſaico more, hoc eſt, tm̃ externe, ſed in ſpiritu & ueritate, hoc eſt, interne ſecundú regulam euangelicá peragať. Dicimus itaq; his ſatisfactionibus mitigari atq; etiá purgari pœnas téporarias, modo tamé ex fide proficiſcantur. Scimus interim pœnarum reſeruationem neminem ad integrum noſſe, niſi cui pater omne iudiciú tradidit, Chriſtum Ieſum. quamobrem pœnarum diſcuſſio & exactum iudicium deo relinquendum eſt, noſtrum autem eſt citius peccatú emendare & pœnitere, præterita lugere, futura cauere, &(ut ille ait)ueluti filios maternorú membrorum, ordine cuſtodito a præpoſitis ſacramentorum non ſecus atq; ab ipſo Chriſto ſatisfactionis modum accipere, & cum bona fiducia expiádæ nos manétis pœnæ exoluere. Quæ de ſatisfactione atq; adeo de tribus pœnitétiæ partibus dicta ſuffecerint. Qui plura deſiderauerit, ueteres cõſulat, quibus hæ tres partes quá cognitiſſimæ fuerút. Adeo ut eius demú hominis perfectá pœnitentiá pronuntia-

Pprüs clare docẽdus de fine ſatisfactiõis, ppitiatoriæ & eccleſiaſticæ.

Satisfactio nſa ex bñficio Chriſti efficax.

Johan. 4.

Cypri. de lapſ.

Johan. 5.

Augu. de medic. pœnitentiæ cap. 5.

Chryſoſto.

rent,in cuius corde contritio,in ore confeſſio,& in opere tota humilitas eſſet. Admonitum tamen lectorem uolumus ſingulas pœnitentiæ partes,interdum generali nomine pœnitentiæ appellari. Contritioné enim & confeſſionem item,pœnitentiam uocamus, in quibus deus delet culpam,ſatisfactionem etiam pœnitentiam uocamus,in qua deus remittit temporariam pœnam,quamuis interim conſtet apud ipſos ueteres,ſatiſfactionem illam publicam,paſſim ac fere tantum pœnitentiam,& pœnitentes tantum qui publice pœniterét,appellari ſolitos, quod in ueterum lectione retinendum eſt.

Singulę pte pœnitę Pœnitétia dicunt.

Vide colle cta. Græcarũ ſynodo ca. 13. & Tolcta. 1. cap. 2.

IAm ad pœnitentiæ ſpecies ueniendum. In primis itaq; pœnitentia in interiorem & exteriorem diuiditur. Interior etſi proprie in contritione ſita ſit,tamen docendi cauſſa,quis haud inepte dixerit eandem etiá tribus illis partibus ſuo modo conſtare,nempe contritione,nimirum ueris illis internis doloribus confeſſione,utiq; non externa,ſed interna illa agnitione peccati,quæ magna fiducia accipiendæ miſericordiæ,erga deum peragitur,ſatisfactione uero nimirũ ſyncero illo uoto deinceps non peccandi ſed uitá in melius cõmutandi. In hac interiori pœnitentia ſi tñ idonea fuerit,iuſtificationé hoīs fieri & per fidem a deo accipi conſtat.

Interior pœnitentia ſuo modo tribus partibus cõſtat.

DE IVSTIFICATIONE HOMINIS.

ET quãquam ſupra ex penitiſſimis,ut ſperamus, fundamentis docuerimus,quo ordine ad iuſtificationem perueniatur quomodo per deum in nobis fiat, quo pacto per fidem(non tamen ſine ſpe & charitate) accipiatur,& cui tribuéda ſit,Nihilominus,quia hæc materia hac tépeſtate maiori contentionis q̃ pietatis ſtudio,cõtrouertitur,Iccirco annitemur ipſiſſimam ueritatem ex limpidiſſimis ſcripturæ fontibus altius eruere & eccleſiæ ſententiam,quod in nobis eſt, illuſtriorem reddere. Arbitramur autem eccleſiæ ſententiam in hac tanta re eam ſolam eſſe cui apoſtolicarum ſcripturarum patrocinatur authoritas,cui patres ſubſcribunt, quam uniuerſa eccleſia cuiuſlibet temporis comprobat,& quam omnes pii non tantum aſſerunt,ſed & mente ſentiunt,ac experiuntur ipſam ueritatem eſſe.

Eccleſiæ ſnia quæ exiſtimanda ſit. Irenæus li. 4. cõ. hæret. ca. 63. & 45.

VT autem ad rem ipſam accedamus, iuſtificatio duo proprie complectitur nempe remiſſionem peccatorum, & interioris mentis renouationem ſeu repurgationem. Nec repugnamus ut quis addat & tertium,nempe donationem uitæ æternæ, modo intelligas eam in nobis, per iuſtificationem & gratiam dei,in hac uita magis inchoari,& ſpe accipi q̃ perfecte dari,expectandam tandem poſt mortem temporalem, cum deus gloriam ſuam quam promiſit,in nobis reuelabit. Qui dicunt uerbum iuſtificari apud Hebræos uerbũ eſſe forenſe,& uſurpari apud Pau-

Iuſtificatio. duo complectitur.

Verbum iuſtificari quid

pprie apud Paulũ ſignificet.

lum hebraica conſuetudine pro eo tantum,quod eſt acceptum reputari & non magis ſignificare,impium ſeu iniuſtum gratuito dei munere non ſolum a peccatis abſolui,ſed & itus regenerari,renouari,repurgari,piúq; & iuſtum effici,perinde atq; mentis ſeu uoluntatis innouatio ad iuſtificationis rationem proprie non pertineat,ſed eandem potius ſubſequat, ii nobis neq; Pauli ſententiam ſatis aſſecuti,neq; patribus conſentire uidentur. Vt interim ſileamus,rationem uocabuli,modo tamẽ proprie accipias,aliud poſtulare. Quid enim eſt aliud iuſtificari q̃ iuſtum effici ſeu iuſtitia indui ac adornari? & quid iuſtificati aliud q̃ iuſti facti? Quod autem exiſtimant illi,Iuſtificari Paulo nihil aliud eẽ quam iuſtum pronuntiari ſeu haberi,ac ſi quis dicat,Populus Romanus iuſtificauit Scipionẽ accuſatum a Tribunis plebis,hoc eſt,iuſtum pronuntiauit,abſoluit,approbauit,id nobis nec dum ſatis probatur. Quin alia ratione;Populus Romanus iuſtificauit Scipionem,alia deus iuſtificat peccatorem, etiam quod ad rationem uocabuli attinet.Populus enim Romanus iuſtificauit Scipionem,quod Scipionem quaſi per calumniam accuſatum ac ueluti innocentem abſoluerit,iuſtum pronuntiauerit,atq; acta eius nõ tantum non reſciderit,ſed & approbauerit.In quem modum, quotquot in foro per ſententiam abſoluuntur,iuſtificantur.Nam cum rei neq; conuicti neq; confeſſi ſunt,uel per calumniam accuſati comperiuntur, tũ pronuntiant iudices,accuſationem iniuſtam fuiſſe,proindeq; reos abſoluendos eſſe. At deus remittens peccata longe ſecus nobiſcum agit. nõ enim pronuntiat nos innocẽtes,nec ipſam legem accuſantem nos,calumniæ arguit,nec acta nr̃a approbat,ſed omnia contraria agit.Imprimis enim per legem nos de peccato conuincit,conuictos ad peccati confeſſionem adigit,confeſſos,peccatores pronuntiat,& ut tales damnat,quamuis poſtea conuictos confeſſos ac damnatos ad miſericordiam ſuam in Chriſto exhibitam per fidem prouocantes ac recurrentes,contra ſententiam quam paſſi ſumus,gratuita clementia reſtituat,ut peccator reconciliatus magis ſit conferendus ad ſententiam paſſum & reſtitutum,quam ad abſolutum in foro: quod abſolutio qua, peccator a delictis abſoluitur, nihil ſimile habeat cum abſolutione forenſi.Iuſtificatio itaq;,noſtra ſententia,non in ſola condonatione ſeu remiſſione peccatorum cõſiſtit,ſed & iuſtitiam complectitur,qua deus remiſſis peccatis, inſuper etiã ex malis bonos,hoc eſt ex impiis pios,& ex male uolentibus bene uolentes facit.Idq; per donationem ſpiritus ſancti, mentem & uoluntatem noſtrã tranſmutantis renouantis ac reformantis.Nam quis iuſtificatum dixerit eum,cui tantum ſunt remiſſa peccata,non autem uoluntas etiam cõmutata,nempe ex mala facta bona? quemadmodum nemo ſeruum nequam,ob id tantum,quod ei indulgens dominus noxam clementer remiſerit,iuſtificatum dixerit,niſi is bonam quoq; uoluntatem(qua poſthac ſeruus non inutilis ſed frugi eſſe contendat)ceperit. Quo fit, ut non

Quorũdam ſnia excutit.

Auguſ. li. de ſpũ & litera.

Iuſtificari. pl' apd Paulum ſignificat, quã iuſtum pronũtiari.

Alia rõne abſoluũtur rei in foro iudiciali,aliter in foro dei.

Roma. 2. 3.

Ephe. 2. Coloſſ. 2.

Pctõr recõciliatus ad inſtar habet ſentẽtiã paſſi & reſtituti.

Iuſtitia ſpũs.

Nemo iuſtificatur, niſi per innouationem uolũtatis.

ſatis nobis probetur, quod illi qui diuerſum ſentiunt, docent iuſtitiā dei imputatiuam a iuſtitia bonæ conſcientiæ diſcernendam eſſe, quum, noſtra ſententia, eadem omnino ſit iuſtitia, qua deus per ſpiritum ſanctum cum iuſtificamur, utrunq; nempe remiſſionem peccatorum & mētis renouationem per fidem operatur, non alia atq; alia. Roma. 5.

NObis ergo uidetur iuſtitiam dei imputatiuam a iuſtitia bonæ cōſcientiæ, quæ ex fide eſt, non eſſe diſcernendam. Verum ſecundum omnium ueterum ſententiam potius diſcernendam eſſe dicimus iuſtitiam dei a iuſtitia humana, iuſtitiam fidei a iuſtitia legis, iuſtitiā bonæ conſcientiæ a iuſtitia carnis ſeu externa, nouum teſtamentum a ueteri, Euāgelium a lege, legem fidei a lege operum ſeu factorum, legem literæ a lege ſpiritus uitæ, legem ſeruitutis a lege libertatis, denique opera fidei ab operibus legis. Tota res in eo conſiſtit, ſi intelligamus qui differat Euangelium a lege, nouum teſtamentum a ueteri. Aiunt quidam, duas omnino eſſe ſcripturæ partes, legem, & promiſſionem reconciliationis, Legem eſſe doctrinam requirentem a nobis perfectam obedientiam erga deum, ſed promiſſionem reconciliationis, quæ pollicetur remiſſionē peccatorum gratis propter Chriſtum (etſi obedientia non præſtetur) eam proprie ac recte Euangelium dici, uocari quoque legem ubicunq; præcepta leguntur, uel in libris ueteris teſtamenti uel noui. Itidem Euāgelium uocari, ubicunque uel in libris ueteris teſtamenti uel noui hæc promiſſio reperitur. Vt autem iſti non improbanda dicant, nobis tamē magis placet ueterum patrum & ſententiam & ipſa propemodum uerba ſequi, præſertim quod exiſtimemus Euāgelium ſeu nouum teſtamētum non omnino in promiſſione, ſed magis in exhibitione, non ſolum remiſſionis peccatorum, ſed & iuſtitiæ ſpiritalis (qua deus iuſtificat credentes) conſiſtere.

Quid differat euāgeliū a lege.

Quorūdam ſnia de ſcripturæ ptibus

Euangeliū in exhibitiōe iuſtitiæ ſpiritalis conſiſtit.

BEatus Auguſtinus cum alibi ſæpe, tum in libro de ſpiritu & litera ad Marcellinum, uetus teſtamentum a nouo ſic diſcernit: Vetus (inquit) teſtamentum eſt doctrina præceptorum ſeu mandatorum, in qua foris docemur quid deus a nobis requirat. Lex enim foris extra hominem in tabulis lapideis ſcripta, per Moyſen populo Iſraelitico data eſt, quam ſi per ſe ſolam conſideres docet quidem, quæ facere, quæ omittere oporteat, & condemnat hos, qui non ſunt tales quales ipſa uult, ſed uirtutem faciendi uel omittendi ea quæ præcipit, minime ſubminiſtrat. Quinimmo quotquot in eam tantum intuentur, accuſat & cōdemnat. Verbi gratia. Lex foris ſcripta iubet nos diligere deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota uirtute, & ſimul pronuntiat maledictum eſſe omnem hominem, qui non permanet in omnibus quæ ſcripta ſunt in lege. Iam quis tandem eſt hominum, qui non uidet ſe hac lege accuſari & damnari, quod nemo auſit dicere ſe huic mandato feciſſe ſatis? Vnde conſequens eſt, omnes quotquot in hanc legem & ſuas ui-

Aug. de ſpū & litera.
Vetus teſta.
Exodi. 24. 32. & 34.
Deute. 27.
Galat. 3.
Roma. 2. 3. 4.
Deute. 6.
Deute. 27.
Galat. 4.

Exodi.10. res tantum reſpiciunt ſentire oportere, ſe ſub maledicto legis eſſe, & dei
Deute.5. benedictione(quod ad ſe attinet)indignos. Itidem lex dicit, Non concu-
Roma.7. piſces, ſed da quæſo hominem ſola doctrina ſeu notitia legis adiutum,
qui hanc legem impleat. Atque adeo nulla prorſus lex eſt quam homo
ſuis tantum uiribus perficere poſſit, requirit enim lex internam obedien-
tiam, uult non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ impleri. iam ut plures
Aug. de ſpũ lite.ca.8. reperias qui manus quidem a crimine contineant, nullos tamen dede-
ris, qui non mallent peccare, ſi poſſint peccatum impune committere, ſal-
Gene.6. tem, anteaquam ſpiritu dei intus renouentur. Nec mirum, nam quum
Aug. de ſpũ & lit. cap.18. hominis uoluntas ab ipſa natiuitate ad malum prona atque deprauata
& corrupta ſit, qui fieri poteſt ut ad legem ſuauiter afficiatur, niſi prius
ſanetur? Vides ergo uetus teſtamentum eſſe externam illã dei mandato-
Vetus teſta. rum ac operum(quæ deus requirit) doctrinam, extra hominem ſcri-
ptam quæ foris quidem miniſtratur, ſed intus ex ſe ſola, quoad ſpiritus
Roma.4. dei innouans acceſſerit, non iuſtitiam, ſed magis iram operatur, ideſt,
Lex iram operatur. terret, accuſat, & damnat conſcientiam noſtram, nec tollit, ſed auget
peccatum, quia ut ſit magis perſpicuum & ut plane appareat facit, im-
1.Corinth.3. mo prohibendo hominem carnalem, ad peccandum irritatiorem fa-
cit, ſuopte ingenio in uetitum nitentem. Propterea & miniſtratio mor-
Roma.7. tis, & miniſtratio damnationis appellata eſt, non quod legis intentio
aut finis ſit operari mortem, & cætera quæ diximus (eſt enim lex ſan-
Leuit.18. cta, & mandatum ſanctum, iuſtum & bonum)ſed tantum per occaſio-
Roma.10. nem. Lex enim ueram iuſtitiam proponit, & huc proprie tendit, ut eam
facientes, in ea uiuant, ſed quia nemo illam facit, nec ipſa uirtutem fa-
Philip.3. ciendi tribuere poteſt, ut ſcilicet impleatur, Idcirco dicitur miniſtrare
& afferre mortem, non ſuo, ſed naturæ noſtræ uitio; quæ per legem co-
Veteris teſt. uaria noia. gnoſcens peccatum, & non inueniens in lege hoc eſt, in ſola legis doctri-
na, remedium quo peccatum aboleat, & abolito peccato, peccare deſi-
Litera. nat, & ad bonum afficiatur, idcirco peccato occiditur. Et quoniam ſic
ſe habet ratio teſtamenti ſeu legis ueteris, modo per ſe ſumatur, facile eſt
Lex ſeruitutis ſeu timoris. intelligere cur dicatur, lex literæ, lex operum ſeu factorum, lex ſeruitutis,
& cur opera legis dicuntur iuſtitia carnis. Nam litera ſignificat doctri-
nam, quæ non uiuit in corde, & quæ nihil aliud eſt(niſi tamen ſpiritus
Lex operum ſeu factorum. accedat) q̃ litera mortua. Item, lex ſeruitutis ſeu timoris dicitur, quod
Iuſtificantes ſeipſos. timore pœnæ, non amore iuſtitiæ(quam tamen lex requirit)a peccãdo
coerceat. Et lex operum ſeu factorum appellatur, quia facta & opera re-
Roma.10. quirit, quorum tamen faciendorum non præſtat uirtutem. Et qui ſuis
uiribus legi ſatisfacere ſe ſimulant aut gloriantur, hi dicuntur ſe ex lege
Iuſtitia carnis. operum aut factorum iuſtificare, & ſibi propriam iuſtitiam conſtitue-
re uelle, quæ tamen neminem iuſtificare nec opera reuera bona pro-
ducere poteſt. Denique iuſtitia carnis dicitur, quia ſpiritu cor in-
nouante ac uiuificante caret. Caro enim in ſcripturis ueterem homi-

nem

nem ſignificat nondum ſpiritu dei renouatum, quemadmodum Iohannis tertio dicitur: Quod natum eſt ex carne, caro eſt. Poſtremo, hæc lex propterea uetus teſtamentum dicitur, quia ueteris hominis noxa per literam iubentem & minantem non ſanatur, quemadmodum Apoſtolus dixit: Non in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus.

Caro quid. Gene. 6. Iohan. 3. Vetus teſtamentũ cur.

E Contrario, nouum teſtamentum duo complectitur. Primo promiſſionem gratuitæ remiſſionis peccatorum per Chriſtum. Secundo interiorem hominis renouationem, quæ eſt lex nõ extrinſecus in tabulis lapideis ſeu chartis papiraceis, ſed diuinitus ſcripta in cordibus per ſpiritũ ſanctum, qui digitus dei appellatur, atque adeo prope nihil aliud eſt q̃ ipſa præſentia ſpũs ſancti. Dicitur autem Euangelium nouum teſtamentũ, quia per doctrinam euangelicam hæc promiſſio remiſſionis peccatorũ & renouationis interioris hominis per Chriſtum credentibus annunciatur. Vnde non ab re Paulus euangelium appellat uirtutem & iuſtitiam dei, ad ſalutem omni credenti hoc eſt, ſalutem omni credenti afferentẽ. Hæc eſt iuſtitia, quæ in teſtamento ueteri uelata, in nouo reuelatur, quæ ideo iuſtitia dei dicitur, quod deus eam impertiendo iuſtos facit, quemadmodum ſalus domini appellatur, qua nos ſaluos facit, & charitas dei, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos. Ergo teſtamẽtum uetus non diſtat eo ipſo a teſtamento nouo, quod teſtamentum uetus a Moſe & prophetis, nouum uero ab Euangeliſtis & Apoſtolis ſcriptum acceperimus. Nam & in libris ueteris teſtamẽti teſtamentum nouum licet olim uelatum, nunc uero per Chriſtum reuelatum continetur. Nec eo differt quod aliud iubeat lex uetus, aliud poſtulet lex noua. nam idẽ omnino iubent. Nec eo ipſo quod lex iubeat & minetur: Euangeliũ uero tantum promittat gratuitam remiſſionem peccatorum per Chriſtum etiam indignis, & legi non ſatisfacientibus, ſed proprie eo differũt, quod uetus teſtamentum ſit doctrina extra hominem ſcripta, quæ infirmitatem noſtram nobis tantum oſtendit, non etiam tollit, atque eo ipſo indicat nobis neceſſarium eſſe ut ad gratiam redemptoris per fidẽ confugiamus: Nouum uero teſtamentum ſit doctrina non foris ſcripta uel pronunciata, ſed potius interna & uiua, quæ per ſpiritum ſanctum ſcribitur in cordibus noſtris, qua ille menti noſtræ perſuadet non tantum nos accipere remiſſionem peccatorum per Chriſtum per fidem, ſed ſimul etiam mentem & uoluntatem noſtram uiuificat & immutat, de mala bonam faciendo, ut iam non timore uel reſpectu legis, ſed magis amore iuſtitiæ per ſpiritum ſanctum indito, quod bonum eſt faciat, facturа etiam poſthac, & ſi nulla lex externa iuberet, quæ proprie iuſtitia fidei appellatur. Tum quod remiſſio peccatorum propter Chriſtum, & renouatio ſpiritus ſancti non aliter accipiantur q̃ per fidem in Chriſtũ, cuius ſpiritu & peccatis, abſoluimur, & ſpiritu mentis noſtræ renouamur, ut iam dei uoluntatem adiutore ſpiritu facere incipiamus. Tum

Nouũ teſta. duo complectitur. 2. Corinth. 3. Aug. de ſpũ & lit. ca. 21. Euãgeliũ nouũ teſt. dicitur. Vide Amb. in epi. ad Romanos cap. 1. Romanos 1. Aug. de ſpũ & lit. ca. 11. Iuſtitia dei. Ibidẽ ca. 31. Salus dñi. Charitas dei Quo diſcernatur teſtm. vet' a nouo. Romanos 1. 2. Corin. 3. Hebræos. 8. De ſpũ. & litera ca. 13. Ibidẽ cap. 9. Lex. ẽ index ſeu uehiculũ quo ad chrm̃ educamur. 2. Cor. 3. Nouum teſtamentum eſt lex uiua hoiem immutans. Iuſtitia fidei cur ſic dicta Romanos 5. Epheſ. 4.

vide Augu. de ſpū & lit. ca.12.19 24. quia credimus quicquid boni affectus & operis in nobis ſentimus,id nō ex nobis,ſed ex dei beneficio propter Chriſtum in nos profectum eſſe, ut de deo ea pietate(qua ſolus colendus eſt)gratias agamus. Hoc autem ueteris & noui teſtamenti diſcrimen non ſunt patres primum commenti, ſed euidētiſſime id Hieremias propheta cap.xxxi.oſtendit,Ecce (inquit) Hierem. 31. dies ueniunt,dicit dominus,& conſummabo ſuper domum Iſrael teſtamentum nouum ,non ſecundum teſtamentum,quod feci patribus eorū in die,qua apprehēdi manum eorum,ut educerem eos de terra Aegypti, quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc teſtamentum eſt, quod ordinabo domui Iſrael. poſt illos dies, dicit dominus,dabo leges meas in cor illorum,& in mente eorum ſcribam eas,& ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum, & nō docebit uniuſquiſque ciuem ſuum,& unuſquiſque fratrem ſuum, dicens,Cognoſce dominum,quia omnes cognoſcent me a minore uſq; ad maiorem eorum,quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor ultra. Quid apertius dicere potuit propheta ad diſcernendum teſtamentum nouum a ueteri? Vetus appellat non ex tempore,ſed magis ex effectu.nempe quod etſi uoluntatem dei oſtenderit,nō tamen ui ſua ueteris hominis noxam abſtulerit, nec hominem ad legis impletionem idoneum fecerit,aut innouarit. Hoc enim eſt quod dixit propheta: Quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo.non enim ſimul cum lege,hoc eſt,uirtute legis, bonam quoque uoluntatem (qua ſola lex fit)acceperunt. Et idcirco(inquit) conſummabo ſuper domum Iſrael teſtamentum nouum,teſtamentum utique conſummatum, quo lex impleatur, quod promiſſione & exhibitione propitiationis & remiſſionis peccatorum,necnon uiua doctrina,ſeu (ut Apoſtolus ait) doctrina ſpiritus,per ſpiritum ſanctum intus in corde ſcripta ac mentem & uoluntatem illuminante,immutante ac uiuificante conſtare dicit. Vide uero q̄ pulchre Paulus(hanc prophetiam intuens atq; explicans)hoc ipſum doceat.ii Corith.iii.ubi ſic ait:Manifeſtati quoniam epiſtola eſtis Chriſti,miniſtrata a nobis, & ſcripta non atramento,ſed ſpiritu dei uiui,non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus. Et ut doceat hoc in nobis agi non uiribus noſtris, aut propter noſtram dignitatem, ſed mero dei beneficio remittentis nobis peccata per Chriſtum,ac bonā inſuper uoluntatem ingenerantis per fidem,ſubiungit , Fiduciam autē talem habemus per Chriſtum ad deum,non q; ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis,quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt , qui & idoneos nos fecit miniſtros non teſtamenti,non litera,ſed ſpiritu. Litera enim occidit,ſpiritus autem uiuificat. Quum itaque quæritur, quid ſit Euangelium,non aliud reſpondendum eſt,q̄ q; ſit proprie non illa ſcriptura mortua,quam nobis apoſtoli memoriæ cauſſa reliquerunt (nam & eadem ſi literam tantum ſpectes mortua eſt)ſed ſit uiua illa doctrina,

Vetus teſtamentū nō ex tempore uetus uocatur.

Hierem. virtute legis non accipitur bona uoluntas.

1.Corinth.2.

Locus prophetæ p Paulū explicatus 2.Corinth.3.

Ibidem.

Quid ſit euāgeliū ꝓprie.

quæ menti noſtræ reconciliationem propter Chriſtum,hoc eſt pacē erga deum,inſuper bonam uoluntatem ex dei beneficio annuntiat,nuntiū ſane longe optimum ac lætiſſimum.In hunc modum angeli, natiuitatem dominicam paſtoribus annunciantes Euangelium deſcripſerunt. Gloria(inquiunt) in excelſis deo,& in terris pax hominibus bonæ uolūtatis,ſeu ut græca exemplaria habent,in hominibus bona uoluntas. In primis gloriam uni deo tribuūt,idq; in altiſſimis,q̄ illi ſoli gloria debeatur,cuius ſolius beneficio natus eſt nobis ſaluator mūdi.Deinde annūtiant hominibus pacem. Nunc(inquiunt)pax in terra facta eſt,quia humana natura reconciliata eſt deo per Chriſtum,in quo gratis remittuntur peccata.Et in hominibus bona uoluntas,hoc eſt, in hominibus facta eſt dei beneficio bonus affectus quem prius in hominibus non habuit.Et ut Theophylactus ait:Refocillatus eſt deus nunc & bene habitus in hominibus,nimirū q̄ per Chriſtum reconciliati & uoluntate conglutinati ſumus Deo, & uniti illi uerbo incarnato.

Lucæ.2. Vide Chryſoſt.in epiſt. ad Coloſſ. Theophylactum in Lucam ca.2.

Theophyl. in Lucam.

EX his facile deprehendi poteſt,cur nouum teſtamentum ſeu Euangelium,dicatur lex ſpiritus,lex fidei,lex libertatis,iuſtitia dei, ſeu iuſtitia ſpūs.Nam ideo lex ſeu iuſtitia ſpūs dicitur,quia hanc efficaciter ſpūs gignit in nobis,Lex fidei,q̄a hæc reconciliatio & renouatio,fide in Chriſtum accipiuntur,non autem debenť aut tribuunť operibus noſtris externis,quæ legis appellanť,Lex libertatis,quia non ſolum docet nos intus quid faciamus,ſed etiam uoluntatem innouando liberat, ut iam nō tanquam ſerua legis ex timore,ſed ſuapte ſponte ac libere bonum operetur.In quam ſententiam dixit Apoſtolus:Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei.Item,Dominus ſpiritus eſt,ubi autem ſpiritus, ibi libertas. Et alibi ait,Nos uocatos in libertatem,non ut libertatem in occaſionem carni demus,ſed ut per charitatem inuicem ſeruiamus. Qui dicunt legem fidei nihil aliud ſignificare q̄ fidem,ac meram fiduciam miſericordiæ propter Chriſtum.non etiam hác internam innouationem,quæ proprie eſt lex ſcripta in cordibus,& lex ſpiritus uitæ,uiderint quomodo ipſi ſuam ſententiam tueantur. Ex prædictis etiam conſequitur, nō oportere nos fidem ſeu iuſtitiam fidei ab operibus fidei diſcernere,ſed tantum ab operibus legis quæ fiunt in non renouatis ſine ſpū. Nam quid tandem eſt aliud iuſtitia fidei,q̄ ipſiſſima illa & intus in mente uiuentia fidei operať nempe fidere de dei miſericordia per Chriſtum, remiſſionem peccatorū propter Chriſtum per fidem apprehendere,accipere ac uelle.Item,deo uoluntatem noſtram immutanti aſſentiri audire quid in nobis loquať dominus deus hoc eſt,ab operibus noſtris ceſſare, & dei ductibus ſummo conatu obſequi,& quicquid deus in nobis facit,deo tribuere.Quæ quidem opera quum ſpiritus intus in nobis operať,poſtea etiam prodeunt in externum opus,quod iuſtitiæ fidei internæ teſtimonium eſt.

Euangelium habet uaria nomina.
Lex ſeu iuſtitia ſpiritus.
Roma.8.
Lex fidei.
Roma.3.
Lex libtatis.
2.Corinth.3.
Roma.8.
2.Corin.3.
Galat.5.
Lex fidei qd
Roma.8.
Lex fidei ab operib' fidei nō eſt diſcernenda.
Amb.in epi. ad Rom.ca.1.& c.3. utrobiq; in uerbū iuſtitia.&c.
Pſalm.84.
Matth.7.

Sententia catholica de iuſtificatione. HIs præmiſſis, de iuſtificatiõe ſic ſimpliciſſime ac planiſſime dicimꝰ
Euangelium initio utit̃ miniſterio legis, Chr̃s præcurſore Iohãne,
arguit enim peccata, terreſacit conſcientiã, ad pœnitẽtiam adigit, docet
Matth. 3. nos de infirmitate nr̃a, indicat nobis opus eſſe ꝓpitiatore Chriſto, ꝓpter
Iohan. 1. quem datur nobis remiſſio peccatoꝝ. Poſtea miniſterio legis uelut iter-
Actoꝝ. 10. quieſcente, accedit fiducia. quã mens cõtrita & humiliata capit ex ꝓmiſ-
Fiducia. ſione Euangelii. & qua ſe erigit credens ſibi remitti peccata gratis ꝓpter
Actoꝝ. 2. Chriſtum, quod quum fit, ſimul donatur ſpũs ſanctus, per quẽ diffundit̃
Roma. 5. charitas dei in cordibus noſtris, qua renouatur uoluntas, & libera effici
Rom. 6. 7. 8. tur a legis ſeruitute, ac ita demum iuſtificat̃ homo, & inchoat uitam no
Roma. 6. uam atq; adeo æternam, idq; per fidẽ in Chr̃m, qua tanq̃ inſtrumento re
Roma. 3. miſſio peccatoꝝ & renouatio interioris hoĩs & uita accipiũtur, habent̃
Fides inſtrumentũ iuſtificationis. ac retinent̃. Hæc doctrina eſt plane apoſtolica, quam & patres & tota ec
cleſia eſt ſemper amplexa. Coniungimus autẽ in iuſtificatione hæc duo,
nempe remiſſionem peccatoꝝ, & renouationem interiorẽ uolũtatis, au-
thoritate ſcripturæ freti, quæ hæc duo ſemper copulat. Non enim ut iu
Ephe. 4. ſtificeris, tantum exuendus eſt uetus homo, ſed & induendus nouus q̃ ſe-
cundum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis Non tãtum
uetus Adam eiiciendus eſt, ſed Chriſtus etiam complectendus. Non tan-
Roma. 6. tum peccato moriendum eſt, ſed noua etiã uita concipienda. Non tan-
tum liberari nos oportet a peccato, ſed etiã ſeruos fieri iuſtitiæ deo, Non
Roma. 7. 8. tantum oportet nos cõmori Chriſto, hoc eſt, defungi peccatis, ſed etiam
Roma. 6. in Chriſto reſurgere. Nec dubium, Paulum & cæteros apoſtolos ut oſtẽ
derent, in quibus iuſtificatio hominis ſita eſſet, remiſſiõem peccatorum
ad mortem: interiorem autem renouationem, quæ fit per infuſionem
Roma. 1. 4. charitatis, atq; adeo ipſam iuſtificationem ad reſurrectionem Chriſti re
1. Cor. 15. tuliſſe. Ieſus Chriſtus (inquit) traditus eſt propter delicta noſtra, & reſur-
1. Petri. 1. rexit propter iuſtificationem noſtram. Myſterio enim dominicæ mor-
Actoꝝ. 13. tis uitæ noſtræ ueteris occaſus & iniquitatis abolitio. Reſurrectionis ue
Myſterium dominicæ mortis. ro, exortus uitæ nouæ & iuſtitiæ renouatio demonſtrata ſunt. Vtraq;
aũt per fidẽ in Chriſtum accipiunt̃. nam ea nos Chr̃o copulat ac cõiun-
git, noſq; coniunctos ſpũs ille fidei meritoꝝ & bonoꝝ Chr̃i participes
facit, ut quod nobis adhuc deeſſe ſenſerimus, a Chr̃o per fidẽ metuemus,
Galat. 6. ut dicere ſimul poſſimus Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mũdo. Et,
Philip. 1. Mihi uiuere Chriſtus eſt. In quã ſententiã apud eundẽ Apoſtolũ dictum
2. Corin. 4. eſt, Chr̃m habitare in cordibus nr̃is per fidẽ. Et alibi: Chr̃m nobis factũ
Galat. 2. eſſe ſapientiam a deo & iuſtitiam & ſanctificationem & redẽptionem, ꝙ
1. Corin. 1. Chriſtus hæc omnia nobis per fidem fiat. Nam quum ſpũs noſter ſpiri-
tui Chriſti per fidem adhæret, fit unus ſpũs cũ eo, & quicquid eſt in Chri
1. Corinth. 6. ſto, nobis in Chr̃m credentibus ſecundũ fidei noſtræ rõnẽ & modum cõ
Roma. 8. municatur. Qui enim ꝓprium filiũ dedit, quomodo non omnia ſimul
cum illo donauit? Hic eſt theſaurus ille, quẽ habemus in uaſis fictilibus,

ut ſit

ut ſit eminentia uirtutis dei,& non ex nobis,hoc eſt, indumentum illud 2.Corin.4.5.
iuſtitiæ fidei,quo nolumus expoliari,ſed ſuperueſtiri,ut abſorbeať quod
mortale eſt a uita, hoc eſt, pignus illud ſpiritus quod nobis dedit deus, Roma.8.
qui nos in hoc ipſum efficit,& Chriſtum(qui non nouerat peccatū)pro 2.Corinth.5.
nobis peccatum fecit,ut nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Deniq; hæc Galat.4. 2.Corin.5.
eſt illa regeneratio,renaſcentia &renouatio noſtra,ſine qua nemo poteſt Galat.3.
uidere regnum dei. Iohan.3.

NE uero ſcripturam, ubiq; duo hæc(nempe remiſſionē peccatorū, & renouationē mentis)in iuſtificatione hoīs copulātē,alio detorqueas,concors patrū ſenſus prohibet. Patrum conſenſus. Qui teſtanť,tunc demū nos liberari gratia per legē fidei,quæ eſt in Chriſto Ieſu, quū diffundiť charitas Augu.de ſpū & lit.c.5. 14 in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis:tūc uiuificari: Roma.5. quū ex illo fonte uitæ, cuius ſolius hauſtu iuſtitia bibiť,bonā uitā(nimirum bene agendi uoluntatē)haurimus: Iohan.4. Bona uita. tunc illuminari,quū ab illo incōmutabili lumine anima noſtra rationalis quodāmodo accendiť, Iohan.1. ut ſit etiā ipſa factū creatumq; lumen,quemadmodū Iohānes erat lucerna ardens & lucens participatione eius luminis, Aug. de ſpū & lit.ca.7. de cuius plenitudine(ut idem ipſe dixit)nos omnes accepimus: Iohan.1. tum iuſtificari,quū ſpūs ſanctus operatur in nobis,ut non peccare delectet, ſed magis ut condelectemur Ibid.cap.16. legi dei ſecundum interiorē hoiem, quū ſcilicet nō tantum præceptum iuſtitiæ forinſecus inſonat ſenſibus noſtris,ſed etiā intrinſecus incremētum dat deus per charitatis dilargitionem, Roma.7. quum facit ut iuſtitiā legis, Au. ibi.c.25. nō propterea quod lex iubeat,ſed magis uolūtarie ac intimo affectu amplecti annitamur, 1.Corin.3. quū imago dei terrenorum affectuum labe detrita,in Roma.5. mente credentium digito dei(hoc eſt,ſpiritu ſancto)reformatur & adornatur, Au. ibi.c.26. Deniq; quum facit deus ut nō tantum credamus,ſed & uelimus. Pſalm.1.39. Clare admodū diuus Bernardus dixit, Au.ibi.c.28. præſumptam indulgentiam delictorum parere animi trāquillitatem ac lætitiam(hoc eſt, iuſtificationē) Lucæ 11. in animo eius:qui ſibi ad iuſtitiā pœnitētiæ opera ſeminauit, Au.ibi.c.34. ſi tamē ipſam præſumptā indulgentiā efficacius atteſtetur acceptæ gratiæ ad ſanctius, deinde uiuendū, ꝙ omnis qui hæc intra ſe actitari ſentit,ſciat qd Bern. in Cantica ſerm.37. loquatur ſpūs,cuius uox atq; operatio nunquā inter ſe diſſentiunt. Pſalm.118. Sed quid attinet ſententiam patrum pluribus recenſere?quum apoſtolus Iohannes plane teſtetur,charitatem dei(hoc eſt, quam deus impartitur)tā 1.Iohan.3. ſpectare ad iuſtificationem, ut hanc non aſſequutum ſeu habentem in morte manere dicat. In quam ſententiam non dubium eſt, dixiſſe apoſtolum Iacobum, Iaco.2. fidem ſine operibus,hoc eſt,ſine affectu charitatis,qui paratus ſit ſemper in opus,quum res poſtulet prodire,mortuā eſſe.

SEd dices nobis,Non aſſentior tibi.Ex Euangelio enim in legē relaberis,facisq; nos perpetuo dubitātes ac ambigētes,an remiſſionem Obiectio. ſimus aſſequuti,an reconciliati,iuſtificati,breuiter an filii dei, hoc eſt, in gratia dei ſimus. Nam ſi interior innouatio, & bonæ uoluntatis inſitio

ad iuſtificationem neceſſaria eſt, Quis unquam ſtatuet ſe recõciliatum eſſe? Quem enim reperies, qui auſit credere nouitatem mentis ſuæ, qua iam affectus eſt, ad implendam legem, tantam eſſe, ut digna ſit iuſtificatione: hoc eſt, quis auſit iudicare ſe iam dono ſpiritus hoc aſſequutũ, ut uelit ac poſſit deum ex toto corde & tota anima diligere? Atq; hinc forſan colliges, nos ſecundum eam rationem nunquam pacem habituros erga deum. ꝙ lex (ut apparet) quantum ad hanc nouitatem attinet, nos adhuc accuſare nõ deſinat. Et proinde nõ oportere hanc nouitatẽ ad iuſtificationẽ referri, ſed tantũ gratuitã remiſſionẽ peccatorum, quæ accipitur ꝑ fidẽ, ut promiſſio ſit certa, quæ ſi pẽderet ex conditione noſtræ nouitatis, redderet̃ incerta: Vnde tandem cõſequeret̃ nos in hac dubita-

Roma. 10. tione, neq; deum (de cuius miſericordia adhuc ambigeremus) ut patrem inuocare poſſe, ſecundũ id quod Paulus ait: Quomodo inuocabunt, in

Roma. 14. quem nõ crediderunt? neq; quicquã boni poſſe operari: Quod quicquid

Dilutio. non eſt ex fide, peccatũ ſit. Ad hæc reſpondemus. Nos nequaquã in legẽ relabi, ſed docere quomodo mens noſtra ſeruitute legis, nõ ſuis uiribus, ſed dei beneficio, per interiorem innouationem liberetur, quod abunde declaratum eſt prius: Deinde dicimus, nos omnino non docere, iuſtificationem nobis contingere propter hanc nouitatem, maxime quod ad eã partem attinet, quam ea mentis noſtræ nouitas ex nobis mutuatur, hoc eſt eatenus, quatenus nos illi renouationi aſſentimur. Quis enim ſatis deo innouanti aſſentitur ac obſequitur? ut nõ magis propter dignitatẽ huius nouitatis, q̃ propter dignitatem noſtræ pœnitentiæ aut contritionis (de qua arroganter ſentire nõ oportet) iuſtificari nos ſtatuere debeamus nõ in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in aduocati noſtri defenſione (quem apud patrem pro nobis interpellantem habemus) confidentes. Quin nec ipſi fidei eã dignitatẽ tribuimus, ut meritoria ſit remiſſionis peccatorum, quam nulla merita præcedũt. Et quem quæſo dabis hominem, qui tantam ſe habere fidem auſit gloriari, quantam ſibi haberi requirit deus? Detrahimus itaq; & fidei & huic nouitati (quod ad eam partem, quã ex nobis ſibi aſciſcunt, attinet) eam dignitatem ſeu cauſam iuſtificationis. quin potius ob id tantum dicimus, fidem iuſtificare, non ꝙ ſit cauſſa iuſtificationis, ſed ꝙ nulla alia re miſericordiã & gratiã dei nos innouãtem (quæ proprie cauſſa formalis iuſtificationis eſt) accipiamus. Verum hoc docemus, nempe iuſtificationem non ex lege pendere, ſed eſſe gratuitum donum dei, quod conſiſtit in remiſſione peccatorum & renouatione uoluntatis, quæ non aliter a deo gratis donante accipiũtur q̃ per fidem in Chriſtum, fidem quidem non dubitantẽ aut ambigẽtem, ſed nihil hæſitantem. Vt clariſſime quid uelimus, & quo pacto hæc res in nobis geratur, intelligas, repetimus ac dicimus te per fidem donũ iuſtificationis tunc demum accipere, quũ & perterrefactus ac concuſſus in pœnitentia, rurſus erigeris per fidem, credens tibi remiſſa eſſe peccata

Marginal notes:

Iuſtificationẽ nõ aſſequimur propter noſtrã nouitatem, ſed nouitas quã deus operat̃ in nobis, hæc ẽ iuſtificatio noſtra.

Gregorius in Ezech. lib. 1. homil. 7.

Cur fides dicatur iuſtificare.

Qñ accipiat̃ iuſtificatio.

Iohan. 6.

propter meritum Chriſti, qui in ſe credentibus remiſſionem peccatorũ pollicitus eſt,& quum ſimul ſentis te iam alio affectu q̃ prius rapi, hoc eſt,eo affectu quo peccata quæ prius delectabant,iam ex animo odis,& ad faciendum bonum,carnis infirmitati fortiter repugnans,intus accẽderis, tametſi is affectus nondũ ſit in bono perfectus & abſolutus. Hanc enim imperfectionem,quam uiribus tuis ſupplere nõ potes, ſupplebis ex fide in Chrm, credens iuſtitiã Chriſti(cuius membrum factus es)tuum imperfectũ ſuppleturũ,ſi tamẽ perpetuo pro uiribus,quas tibi dominus ſuppeditauerit,coneris eam quã accepiſti gratiã promouere, & prætẽritorũ oblitus nõ reſpiciens iterũ retro,in anteriora te extẽdere annitaris; pulchre dixit beatus Auguſtinus: Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato,nec tamẽ ex hoc deſinit eſſe iuſtus uel ſanctus,cũ affectu teneat ſanctitatẽ. Nõ enim naturæ humanæ uiribus,ſed propoſiti adiumẽto per dei gratiã acqrimus ſanctitatẽ. Interim ſcimus quãdam eſſe plenã & abſolutam iuſtitiã,ſeu charitatẽ,quã in hac uita nemo aſſequit,ſed tm̃ in futura,quãdo uidebim⁹ facie ad faciẽ, & cognoſcemus ſicut cogniti ſumus: ſed alia minor eſt huic uitæ competens,qua ex fide uiuimus & ambulamus. Hæc & ſi oẽs motus terrenæ cupiditatis nondum oĩno abſorbeat atq; cõſumat,cõſenſum tamẽ ꝓhibet ac extinguit,ac inſup facit ut magis ac magis in bono proficere pergamus, quæ & ſi a pfectione iuſtitiæ lõge adhuc abſit,ea tamen imꝑfectio iuſtificationẽ noſtrã nõ remorat, nec accuſationi ſeu damnationi legis ſubiacet,ſaltẽ in iis q ſunt in Chriſto Ieſu. Nam qui Chriſto(in quo lex quod accuſaret nihil inuenit)per fidẽ concorpores facti ſunt,legis imperiũ,beneficio eius euaſerunt. Adeo ut ſi lex imperfectionem eorũ accuſare pergat, reſpondere poſſint. Quid nobis tecum eſt lex? Non tui,ſed alterius ſumus. Tu quæ es, quæ iudicas ſeruos alienos? domino noſtro ſtamus,aut cadimus. huic ſi uiſum eſt ex gratuita miſericordia nos indignos aſſumere,& quicquid in nobis imperfectionis eſt condonare,quid ad te? Quid nobis alienum inuides beneficium? Recepit nos ille in mẽbra ſua,ſcuto ſuæ bonæ uoluntatis protexit nos,ſua iuſtitia nos induit. Quamobrem ſi nos impetere pergas,cũ tibi opponemus,cui per fidem inhæreſcimus,in eo certe non habes quicquam,proinde nec in nobis,qui de corpore eius,per gratuitã eius miſericordiã facti ſumus. Nonne licet huic facere de nobis quod ipſi uidet? nõ ignoramus nos ſeductioni expoſitos,ad reſiſtendum fragiles,ad operandum debiles eſſe,ſed induti Chriſtum non eſt cur timeamus? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat? Quis eſt qui condemnet? Hæc quidem iuſtificatos in Chriſto habere quæ legi opponant Paulus ad Romanos ſeptimo & octauo locupletiſſimus teſtis eſt, & Iohannes cap. tertio,qui inquit: Qui credit in filium dei non iudicatur: qui autẽ non credit, iam iudicatus eſt,quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hæc ruminãs Auguſtinus libro meditationum ca. xiiii. ſic deum al-

1. Corinth. 1.
Phil. 3.
Aug. de diffi ni. orthodo. fid. cap. 49.
Aug. de ſpũ & lra ca. 37.
2. Corin. 5.
Rom. 7. 8.
Romañ. 8.
1. Petr. 2.
Roma. 7.
Roma. 14.
Matth. 20.
Ephe. 5.
Pſalmo. 5.
1. Corin. 1.
Iohan. 14.
Romañ. 8.
Matth. 20.
Romañ. 8.
Roma. 7. 8.
Iohan. 3.

loquitur,Deſperare utiq; potuiſſem propter nimia peccata mea & infinitas negligẽtias meas,niſi uerbũ tuum deus caro fieret,& habitaret in nobis:Sed deſperare iam non audeo,quia cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus per mortem filii tui:quãto magis reconciliati, ſalui erimus per eum,omnis nanq; ſpes & totius fiduciæ certitudo mihi eſt in prætioſo ſanguine eius,qui effuſus eſt propter nos & propter noſtram ſalutem:in ipſo reſpiro,& in ipſo confiſus ad te peruenire deſidero non habens meã iuſtitiam,ſed eam quæ eſt ex filio tuo dño noſtro Ieſu Chr̃o.Et capite ſequenti:Supereminet omnem ſcientiam tua inæſtimabilis charitas, quã oſtẽdiſti nobis indignis pro ſola bonitate & pietate tua.filius nanq; tuus deus noſter non angelos,ſed ſemen Abrahæ apprehendit,aſſimilatus nobis per omnia abſq; peccato,& poſt pauca: Hæc nempe mihi tota eſt ſpes omniſq; fiducia.Eſt enim in ipſo Ieſu Chriſto dño noſtro,uniuſcuiuſque noſtrum portio,caro & ſanguis. Vbi ergo portio mea regnat,ibi me regnare credo:ubi caro mea glorificatur, ibi glorioſum me eſſe cognoſco:ubi ſanguis meus dominat̃,ibi dñari me ſentio, q̃uis peccator ſum de hac cõione gratiæ nõ diffido:& ſi peccata mea me ꝓhibẽt, ſubſtãtia mea reqrit:& ſi delicta mea me excludũt,naturæ cõio nõ repellit. Et ſtatim poſt:Mitis & ualde benignus eſt dñs deus noſter,& diligit carnem ſuã,membra ſua & uiſcera ſua in ipſo deo & dño noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo,benigniſſimo & clemẽtiſſimo,in quo reſurreximus, & iã cœlos aſcendimus,& iã in cœleſtibus conſidemus.Caro noſtra nos diligit,habemus etiam ſanguinis noſtri prærogatiuã in ipſo. Sumus enim membra eius,&caro eius:ipſe deniq; eſt caput noſtrum,ex quo totũ corpus,ſicut ſcriptum eſt.Os ex oſſibus meis,& caro de carne mea:& nemo unq̃ carnem ſuam odio habuit,ſed fouet ac diligit eam.Myſterium hoc magnũ eſt:ego autẽ(inquit)dico in Chriſto & eccleſia.Gratias itaq; tibi dñe deus noſter ago pro omnibus miſerationibus tuis,quibus miſerabiliter nobis perditis ſubuenire dignatus es per eundem filium tuum ſaluatorem & recuperatorẽ noſtrum,qui mortuus eſt propter peccata noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram,& nunc uiuens ſine fine,ſedet ad dexterã tuam,& interpellat pro nobis.Hactenus ille.

NOn habes ergo quod dicas nos euãgelium cum lege confundere, uel euangelium in legem trãsformare,uel cauſſam iuſtificationis in noſtram dignitatem transferre,uel iubere,ut perpetuo de iuſtificatione & acceptatione noſtra dubitemus.Nam omnia contraria docemus. Fatemur enim uerum eſſe,ad iuſtificationem hominis omnino requiri, ut homo certo credat non tantum generaliter,quod propter Chriſtum uere pœnitentibus remittantur peccata,ſed & quod ipſimet homini credenti remiſſa ſint propter Chriſtum per fidem. Nam qui dubitat,ſimilis eſt fluctui maris,qui a uento mouetur,& circumfertur. Non ergo exiſtimet homo ille,quod accipiat aliquid a deo.Recte dixit Hilarius,Deum

uelle

Aug.lib meditã.ca.14.
Iohan.1.
Roma.8.
Certitudo fiduciæ.
Phil.3.
Lib. Medita. ca.15.
Hebræ.2.
Ibidem.
Om̃is nr̃a fiducia ac tota ſpes.
Ephe.2.5.
Imperfectio nr̃a grãm iuſtificantẽ nõ excludit.
Ibidem.
Ephe.5.
Deus diligit nos in Chriſto filio ſuo
Ephe.1.
Ephe.3.4.5.
Gene.2.
Ephe.5.
Romañ.4.
Romañ.4.
1.Iohan.2.
Reſpõdetur aduerſariis.
Ad iuſtificationẽ reqrit̃, ut ſingli credant ſibi remiſſa pc̃tã p chriſtum.
Iacobi.1.
Hilarius in Matthæũ canone.5.

uelle,ut ſine aliqua incertæ uolũtatis ambiguitate ſperemus,quod alio qui iuſtificatio ex fide nulla ſit,ſi ipſa fides ſit ambigua. Auguſtinus uero cogitationem nos ab hac certitudine auocantem abigẽdã docet. Murmuret(inquit)quantum uoluerit inſipiens cogitatio mea,dicens: Quis enim es tu & quanta eſt gloria illa,quibusnã meritis illam obtinere ſperas? Ego fiducialiter reſpondeo:Scio cui credidi,quia in charitate nimia adoptauit me in filium,quia uerax eſt in promiſſione, potens in exhibitione,& licet ei facere quod uult:non poſſum terreri multitudine peccatorum,ſi mors domini in mentẽ meã uenerit. Tota ſpes mea eſt in morte domini mei. Mors eius meritum meum eſt,refugiũ meũ, ſalus,uita & reſurrectio mea. Meritũ meũ miſeratio domini. Non ſum meriti inops, quandiu ille miſerationum dominus nõ defuerit. Et ſi miſericordiæ domini multæ,multus ego in meritis. Quanto ille potẽtior ad ſaluandũ, tãto ego ſecurior. Hactenus ille. Deniq; Bernardus apertiſſime pronunciat,non ſufficere tantum ut credas,te remiſſionem peccatorum habere non poſſe,niſi per indulgentiam dei, Præterea quod nihil habere queas affectus uel operis boni,niſi & hoc dederit ipſe. Ad hæc quod uitã æternam nullis poſſis operibus promereri,niſi gratis detur & illa. Sed præter hæc(inquit)quæ magis initium quoddam & fundamentum fidei habẽda ſunt,etiam hoc addendũ eſt,ut credas quod per ipſum & tibi peccata condonentur. Hoc enim(ut ſubiicit)eſt teſtimonium, quod perhibet in corde noſtro ſpiritus ſanctus dicẽs: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Et ſic arbitratur Apoſtolus. gratis iuſtificari hominem per fidem.

Augu. in manual. ca. 22. & 23.

2. Corin. 1. Romań. 8. Romań. 3. Titum. 1. Matth. 20.

Mors chriſti noſtra ſpes. Meritum noſtrum in miſeratiõe dñi conſiſtit.

Bernard' de annũt. domini ſermo. 1.

Gradus fidei iuſtificantis.

Teſtimoniũ ſpiritus ſcti. quod phibet cordi noſtro. Romań. 8.

SEd hic diligenter animaduertẽdum eſt,longe aliud eſſe dicere,omni homini,quicunq; credit ſibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtũ,illi ſtatim peccata remitti,& dicere: Nemini remitti peccata, niſi remiſſionẽ ſe credat aſſequutum per Chriſtum,nam hoc uerũ eſt,illud falſum. Plures enim ex hæreticis inuenias,qui ſic credunt,& tamen remiſſionẽ peccatorum non aſſequũtur,quod extra eccleſiã ſint,& ſpiritu charitatis uacẽt. Vtrunq; ergo requirit ad iuſtificationem,nempe ut & credas tibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum & ut te ſpiritu charitatis renouatum mẽte, & iam ad opus bonum affectum eſſe per fidem intelligas. Vt alios omittamus,non uidetur nobis hic contemnendus Bernardus, in re iuſtificationis haud leuis author uel aduerſariis teſtibus,uir certe doctrina præditus infuſa magis diuinitus, q̃ humanitus parta. Is alibi quærit,unde aut quõ noſſe poſſimus nos indulgentiam a deo cõſequutos eſſe: quod homini quantũuis ſpirituali etiã uſq; ad primũ ſpũalis exercitii gradũ prouecto,tñ de primi gradus imperfectione relinquat, ut uix ſibi primũ uideat adeptus. At ille rñdet,nobis non leuiter tranſmittendũ eſſe,quod in Euangelio legimus Ieſum paralytico dixiſſe,Cõfide fili,remittunt tibi peccata tua,utq; Phariſæis non credentibus,ſed magis ſubſannantibus,hãc fiduciã tanti eſſe momẽti cõmõſtraret ſigno uiſibili inuiſibilem

Romań. 3. Falſũ omni hoi credenti ſibi remiſſa pctã,ppter chrm,pctã ſtati remitti.

Verũ nemini remitti pctã niſi credat ſibi peccata remitti.

Bernard' ſermone de. 4. modis orãdi.

Marc. 9.

probaſſe poteſtatem. Vt ſciatis (inquit) quia poteſtatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata, tum ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum & ambula: Et tu ergo (ut ſubiicit ille) ſi iam ſurgis deſiderio ſupernorum, ſi grabatum tollis, corpus uidelicet a terrenis ſubleuãs cupiditatibus, ut iã nõ ferat animus concupiſcẽtiis eius, ſed magis ipſe ut dignũ eſt, regat illud, & ferat quo non uult, ſi demum ambulas quæ retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ ante te ſunt, te extendẽs deſiderio & propoſito proficiẽdi curatũ te eſſe non dubites. Et poſt pauca: Propterea fiducialiter iã poſtulare poteſt qui eiuſcemodi eſt (nimirũ quod ſe iam recõciliatum & filiũ eſſe intelligat) modo tamẽ caueat, ne forte poſtulet nõ poſtulanda, aut quæ poſtulãda erãt, rite poſtulare negligat, alioqui abſq; fiducia fruſtra deũ inuocaueris aut poſtulaueris, quod nemo oret ſeu petat, niſi quod credit & ſperat. In corde, cui hæc fidei fortitudo deeſt, non naſcitur Chriſtus, qui non niſi per hanc fidẽ habitat in cordibus, nec is dicere poteſt cũ Dauid, Paratum cor meũ deus, paratũ cor meũ, cantabo & pſalmũ dicã Nõ eſt enim paratũ cor, quod nõ eſt cõfirmatum.

Phil. 3

Bernard. ibidem.

Iacobi. 4.

Bern. homi. 4. ſup. euãg. Miſſus eſt.

Idẽ ſerm. 6. in uigi. nati.

Pſalmo. 17.

IAm ſi huic homini ſic affecto occurrat, quod Apoſtoli, domino concionanti, quam difficile diues in regnum cœlorum ingrederetur, rogantes obiecerunt, nempe: Quis poteſt ſaluus eſſe? Reſpondebit tum hæc fiducia, Apud homines quidem impoſſibile eſt, ſed non apud deum, in cuius promiſſione & miſericordia tota noſtra fiducia atq; unica conſolatio noſtra, & tota ratio ſpei noſtræ conſiſtit: atq; ideo ex fide iuſtificatio ut ſecundum gratiã firma ſit promiſſio. Rurſus ſi occurrat. Quis ſcit ſi amore uel odio dignus ſit? Item quis nouit ſenſum domini, aut qs conſiliarius eius fuit? Hic iam non oportebit in opera noſtra reſpicere, nam hæc ſtatim nos facient dubitare, ſed plane fidem nobis ſubuenire neceſſe eſt, atq; adeo hic oportet ſuccurrere ueritatem, ut quod de nobis latet in corde patris, idipſum nobis per ipſius ſpiritum reueletur, & ſpiritus eius teſtificãs ſpiritui noſtro perſuadeat quod filii dei ſumus, perſuadeat autem uocando, & iuſtificando gratis per fidem. Cum ergo ſuggerit mihi infirmitas mea, quinam ſciam me in numero filiorum eſſe? tũc maxime memorẽ eſſe me oportet uerbi promiſſionis, in quo mihi domine ſpem dediſti, tunc mihi in uerba tua Chriſte reſpiciendum eſt, quibus mulieri adulteræ, necdum damnatæ dixiſti: Nec ego te cõdemnabo mulier, uade, & amplius noli peccare. O uocem miſericordiæ, o auditum lætitiæ ſalutaris. Auditam (inquit Pſaltes) fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui domine. Sola nimirum ſpes apud te miſerationis obtinet locum, nec oleum miſericordiæ, niſi in uaſe fiduciæ reponis, ſed mihi interim uidẽdum, ne hæc fiducia ſit affectui ad peccandũ procliui coniuncta. Hanc uero fiduciam paſſio tua o Chriſte mihi ſubminiſtrat, ultimum quidem refugium, & ſingulare remedium, deficiẽte enim ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, ſanctitatis ſuccumbentibus meritis, il-

Matth. 19.

In pmiſſioñ & miã dei totanr̃a fiducia conſiſtit.

Rom. 4.

Eccl. 6.

Rom. 11.

Bern. in ſermo. de dedicati. eccleſiæ

Rom. 8.

Pſalm. 118.

Iohan. 8.

Bern. de annunt dñi. ſermo. 3.

Pſalm. 142.

la ſuccurrit. Quod ſi rurſus in animũ meũ ſubeat: Scio quidem paſſionem hanc potentiſſimam eſſe, ſed qui ſciam, an data & applicata ſit mihi? Hic reſpondebit fides, mihi data eſt, quia alteri dari non potuit. Nam Chriſtus meus in ſimilitudinẽ hominum factus habitu inuentus eſt ut homo, obediẽs patri uſq; ad mortem ut me mortis filium redimeret ac patri recõciliaret. Rurſus ſi ſurrepat in animũ: Quonam pacto poſſim ſtatuere deum mihi eſſe propitium, qui tantum imperfectionis & infirmitatis adhuc in me cernã ac reperiam? tum profecto neq; in dignitatẽ fidei, neq; operũ meorum ut me certum faciã, recte reſpexero. Quis enim de ſua ſapiẽtia uel iuſtitia uel ſanctitate præſumat ſufficiẽtiã ad ſalutẽ? quod nec ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis tanq̃ ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Sed in paſſionẽ tuã o Chriſte oculos mẽtis defigã, & cũ defecerit uirtus mea, non cõturbabor, nõ diffidã. ſcio enim quid faciam: Calicẽ ſalutaris accipiã, quia ſi ſanguis tuus interpellet pro me, ſaluus ero. Deniq; ſi uerbũ tanti Apoſtoli (qui auſus eſt dicere an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus) me terreat, cum ait: Nihil mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, tum uiciſſim eiuſdẽ Apoſtoli uerbum me conſolabitur. nã & ſi eo ipſo, quod mihi nil ſim conſcius, iuſtificatus non ſim, hinc tamen me iuſtificatum recte iudico, ſi ſpiritũ innouantẽ accepero, qui ex deo proficiſcit, ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus dei: nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum. Spiritus enim oĩa ſcrutatur etiã profunda dei. Itaq; ſcriptura quæ ait: Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? non facit ambigentes Chriſtianos. Nos enim (ut inquit ille) ſenſum Chriſti habemus: Neq; ob id ſenſu Chriſti nos uacare iudicabimus, quod perpetuo labimur, & perfectionem iuſtitiæ nunquam aſſequimur, ſi tamẽ a conſenſu peccati abſtinentes in Chriſto manſerimus radicati & fundati. Nam ſi diuo Auguſtino credimus. Ideo ueraciter ſe omnes ſancti pronũtiat peccatores, quia in ueritate habent quod plangant, & ſi non reprehenſione conſcientiæ, certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ, nec tamen ex hoc ſancti uel iuſti eſſe deſinunt, ſi affectu ſanctitatem retinentes in Chriſto eſſe perſeuerent. Quamobrem Bernardus Chriſtum appellans ait: Quiſquis pro peccatis compũctus eſurit & ſitit iuſtitiam, credat in te qui iuſtificas impium & ſolam iuſtificatus per fidem, pacem habebit ad deum, ſolam utique per fidem, hoc eſt, nõ per merita propria, ſed per miſericordiam quam ſola fides accipit ac apprehendit.

Quomõ occurrendum dubitationi, quæ nos de applicatione paſſiõis Chriſti ambigere facit. Phil. 2. 2. Corin. 3. Pſalmo. 115. 2. Corin. 13. 1. Corin. 4. 2. Corin. 2. 1. Roma. 11. 1. Corinth. 2. Auguſtin. de diffi. orthodoxo. fidei, cap. 41. *Omnes ſancti peccatores.* Bernard' ſermone. 22. in Cantica. Rom. 5.

QVod autem alibi legimus, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, Item, in timore incolatus ueſtri tempore conuerſamini, Item, In timore & tremore ſalutẽ ueſtram operamini &c. nequaquã cum ſuperioribus pugnat. Hæc enĩ & ſimilia dicta ſcripturæ iuſtificationẽ nõ

Sola fide iuſtificari quid. Prouer. 28. 1. Petri. 1.

reſpiciunt,nec fiduciam(qua remiſſionem peccatorum accipimus)uacil
lare faciunt de miſericordia dei,ſed magis reſpiciunt iam iuſtificatos. hi
Iuſtificati ſp debẽt eſſe pauidi & timorati timore filiali. enim ſi ſentiãt ſe dei beneficio intus innouatos & fiducia certa erga deũ
præditos,abſit ut hinc ſibi iam fidentes ſecuri uiuant, & poſt hac ſe ſuis
uiribus legem implere poſſe contendant.Hoc enim eſſet nõ deo, ſed ſibi
fidere.quin potius ſuæ infirmitatis ſibi conſcii, toti a gratia pẽdere per
gent,debebuntq; filiali timore ſemper eſſe ſoliciti, ne inuanum gratiam
dei receperint,nec ue a gratia percepta ſua incuria uel arrogantia rurſus
2.Petri.2. cadant,in priores ſordes reuoluti.In quam ſententiam dixit Apoſtolus:
Tu fide ſtas,noli altũ ſapere,ſed time:quia ſi deus naturalibus ramis, nõ
Roma.11 pepercit,ne forte nec tibi parcat.Vnde poſt iuſtificationem nõ debet fi
des indormiſcere, ſed magis ac magis exerceri,ac iã(ut ſupra diximus)
Bern. de annun. domini ſermo.2. fide non tm̃ generali,ſed & ſpeciali credere oportet,quod nihil ipſe prorſus habere poſſis operis boni,niſi hoc deus dederit: Itidem quod æternã
Matth.24 uitam nullis meritis promereri poſſis, niſi gratis detur & illa,quam tamen non ſis aſſequuturus,niſi perſeueraueris uſq; in finem.

VErum forſan is,quem ex aduerſo dicere fecimus, nobis obiiciet ac
Obiectio. dicet.Vt largiamur tibi,hæc omnia uera eſſe, quidnam tãdem eſt
quod in noſtra doctrina reprehendendũ putas? Cui reſpõdemus,nos,pu
Dilutio. tare in primis periculoſe doceri iuſtificationis uerbum tantum pro imputatione iuſtitiæ, non etiam pro renouatione interiori apud Apoſto
Periculoſe docetur. lum Paulum accipi.Item,eo ſolo q; quis credit ſibi gratis remitti pecca
ta propter Chriſtũ,hinc ei ſtatim peccata omnia condonari.Itẽ, Quod
ſola fide iuſtificemur(niſi tamen his uerbis commoda temperatura ad
ſenſum apoſtolicum addatur)Item,q; iuſtitia bonæ conſcientiæ a iuſti
ficationis ratione ſecernatur.Denique, diſplicet q; opera fidei cum operibus legis confundũtur,aut ſaltem plus q̃ oportet ab his quæ fides impetrat,diſcernũtur. Nam etſi quædam ex his,quæ diximus commodis
interpretationibus adiectis,defendi poſſint, quod & ſciamus ueteres ſimilibus interdum loquutionibus uſos eſſe, Quemadmodum Origenẽ
In cõcionib. ad vulg. ſermonẽ cautũ ac q̃maxime ſalitum eſſe oportet. & Ambroſium in epiſtolam ad Romanos,& Hilarium in Matthæum,
atque his longe recentiorem Bernardum non ſemel dixiſſe reperias,ſolã
fidem iuſtificare, Tamen quia hæ & ſimiles propoſitiones alio atq; alio
modo accipi poſſunt,non conuenit ut in uulgus indiſcrete ſpargantur,
niſi eodem ſale,quo apud illos,condiant.Nobis enim nõ licet quibuſlibet uerbis ad populum uti,ſed tantum illis, quæ ad ædificationem faciunt,hoc eſt,claris.planis & expeditis. Patres in interpretandis ſcripturis in ſcripturarum ſcopum reſpexere, a quo non conueniebat eorum
dictionẽ uel latum unguem diſcrepare.Nobis quibus ad populũ loquẽ
dum eſt,ſic oportet moderari uerba,ne qui ſcripturarũ ſcopos nondum
ſatis intueri poſſunt, uerba noſtra ſecius q̃ oportebat intellecta deprauẽt ad ſuam ipſorum perditionẽ.quod epiſtolis Paulinis ob earũ diffi
2.Petri.3.

Aug. de fide & operibus.

cultatem euenire Petrus teſtatur. Idq; beatus Auguſtinus de epiſtola ad
Romanos(in qua Apoſtolus tantus eſt fidei prædicator)q̃maxime intel
ligendum putat. Porro cum indocta plebs ad malũ alioqui prona e ſug
geſto ebuccinari audit, eo ſolo ſe iuſtificari, ſi credat Chriſtum pro no-
bis ſatisfeciſſe, nulla habita ſuæ immunditiei ratiõe: præterea cum audit
renouationem interiorem proprie de ratione iuſtificationis non eſſe, ſed
eam potius ſequi, nonne ſtatim efficitur male ſecura, ac ſibi quãdam ua
nam fidei præſumptionem facit, qua iam hoc ipſum audaci quadam te-
meritate ſibi perſuaſum eſſe ac credere gloriatur, interim nullum faciens
interioris renouationis experimentum, ſine qua tamen iuſtificatio nõ ac
cipitur. Item cum dicunt hominem iuſtificari ſola fide, nec commode in
terpretantur, ſtatim plebs peccatis aſſueta & bonorum operum expers,
putat ſibi non admodum magnam bonorum operum curam haben-
dam, tantumque ſufficere ut ſibi perſuadeat Chriſtum pro ſe ſatisfeciſſe:
atque ita male perſuaſa, iuſtitiam fidei operibus bonis ꝑpemodum op-
ponit: quæ tamen diſcernenda non erant, ſed omnino copulanda. dein-
etiam epiſtola illa Iacobi plane apoſtolica ex incautis hiſce ad populum
loquutionibus in dubium uocatur, atque etiam impie contemnitur, In
qua dixit Apoſtolus: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, &
non ex fide tantum.

Vana fidei præſũptio & ſecuritas ma la peſtilentiſſima ſunt.

Sola fide.

Epiſtola Iacobi.

Iaco. 2.

ET quoniam aliq̃bus adhuc uideri poſſet, Iacobum apoſtolum hanc
ſententiam diſerte ac eo cõſilio poſuiſſe ut Pauli ſñiam Romañ. iii.
qua pronuntiat hominem iuſtificari per fidem ſine opibus legis, corrige
ret, Idcirco ex his quæ ſupra diximus breuibus, explicanda eſt hæc quæ-
ſtio, qua quærit̃, an fide tm̃, an & ex operibus uel oĩno ſine operibus ho-
mo iuſtificet̃. Vt aũt intelligas quid quærat̃: in primis noſſe oportet am̃
bas illas præpoſitiones(ex)&(ſine) dupliciter intelligi poſſe. Primũ, ut re-
ſpiciant cauſſam ſubſtantialem maxime efficientem formalem & fina-
lem, cui res ſimpliciter debet quod fit: Secũdo, ut denotent tantum eam
cauſſam, quá uocamus inſtrumentalem ſeu adminiculantẽ, ſine qua res
non fit. Dein opera in opa legis, & opera fidei diſtinguenda ſunt: Deniq;
in operibus fidei an duo reſpicere oportet) nimirũ ad id, quatenus ex deo
ſunt, deinde quatenus ex nobis. nam in cõfeſſo eſt, nos in iuſtificatiõe nõ
oĩno nihil agere: quin potius deo nos præueniente ſaltẽ per aſſenſum &
conatum uoluntatis præuentæ & adiutæ cooperari, quemadmodũ ſu-
perius abunde declarauimus. Principio itaque, ſi præpoſitio(ex) ad cauſ-
ſam efficientem, formalem & finalem denotandam referatur, facile ẽ ui-
dere quid reſpondeas rogatus, num ex operibus iuſtificet̃ homo. conſtat
enim in uniuerſum operibus noſtris cauſſam iuſtificationis detrahi, &
recte ac uere dici nos ſine operibus iuſtificari.

Romañ. 3.

An fide tantum, an & ex operibus iuſtificetur homo.

Cauſa eẽntialis iuſtificatiõis opibus noſtris detrahitur.

CAuſſa enim efficiens iuſtificatiõis noſtræ, ſolus deus eſt, nõ noſipſi.
Solus enim deus eſt, qui iuſtificat, qui ſolus peccata remittit, q apud

Cauſa efficiens iuſtificationis.

Romañ.8. Eſaiá ait: Ego ſum, ego ſum, ego ipſe ſum qui deleo iniquitates tuas pro-
Marc.2. pter me. Qui ut nos, quo eſſemus hoíes. fecit. Ita regenerádo in ſpé uiuá
Eſaiæ.43. fecit ut iuſti ſimus. Abſit aút ut quiſq́ nrm ita ſe iuſtú dicat, ut uelit con-
Aug. ad Bonifa.epľa.1. ſtituere iuſtitiá ſuá, hoc eſt, reputare, quaſi a ſeipſo ſibi datá, cú dicat Apo-
Au. de uerb. ſtolus: Quid enim habes quod non accepiſti? Phariſaica atq; adeo ipia
apoſ.ſerm.2. uox eſt eorum qui dicunt q deus eos fecerit hoíes, iuſtos auté ipſi ſe faciát,
Impiú ē dicere q noſipos iuſtos faciamus. cótra quos Chrs parabolam, Luc.xviii. dirigit. Porro cauſſa finalis, hoc
eſt, ea cauſſa quá deus in remiſſione pctorum reſpicit, & propter quá, & ob
cuius dignitatem & meritum ,pprie dictum ipſe nobis remittit peccata,
Lucæ.13. Chriſtus eſt, non quatenus deus (nam eatenus cú patre & ſpú ſancto effi-
Cauſa finalis cit iuſtificationé) ſed quatenus homo, nimirum quatenus factus eſt hoſtia
pro peccato in ſempiternú potés Rom.iii. iuſtificamur gratis gratia ipſi-
Romañ.3. us per redemptionem in Chro Ieſu, qué propoſuit deus propitiatorem.
Item, Rom.v. Per húc habemus acceſſum &c. & poſt pauca. Gloriamur
Romañ.5. in deo per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, per qué nunc recóciliationem
Ibidem. legis accepimus. Et acto.x. Huic oés prophetæ teſtimonium perhibét re-
Acto.10. miſſioné peccatorum accipere per nomen eius oés qui credunt in eú, Item,
finis legis Chriſtus ad ſaluté omni credenti. Et quid aliud eſt quod Chri-
Iohan.14. ſtus apud Iohá. ait Ego ſum uitis, uos palmites, qui manet in me, & ego
E oipſo & ob in eo, hic fert fructum multú, quia ſine me nihil poteſtis facere? q, ,pter
id iuſtiſſimus hoc iuſti eſtis, qa mihi eſtis inſiti. Nec hoc latuit patres & ,pphetas. Abra-
quia Chriſto ham in ,pmiſſioné uenturi Chri reſpiciens, ſe propter uenturú ſemen iu-
inſiti. ſtificari credidit, uidit enim Abrahá diem Chriſti, uidit & gauiſus é. Da-
Iohan.8. uid quoq; non reperiens iuſtificationem in hoſtiis legalibus, ſacerdotem
Pſalmo.109. deſcribit Chriſtum: Tu es (inquit) ſacerdos in æternum, nimirú cuius ho-
ſtiá eſſet apud deum in æternum potens ad abluenda peccata. Et clariſſi-
Hebræ.10. me Eſaias cauſſam finalem iuſtificationis in Chrm transfert. Oés (inqt)
Eſaiæ.53. nos, quaſi oues errauimus, unuſquiſq; in uiam ſuam declinauit, & poſuit
dñs in eo iniquitates oíum nrm, & poſt pauca: Si poſuerit pro peccato
Ibidem. animam ſuam, uidebit ſemen longæuum, in ſcientia ſua, iuſtificabit ipſe
ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Hanc aút iuſtifica-
Gentes non uiderút cauſam finalé iuſtificationis. tionis cauſſam Gentes ante obortá euangelii lucé non uiderunt, ,pinde
iuſtificationem & pacé erga deú non ſunt aſſequutæ, qa nullá cauſſam
ſufficientem uiderunt, propter quam certo ſtatuere poſſent ſe a peccato
Rom.1. ablutos eſſe, & ſe deum habere ,ppitium. Iam ſi & formalem cauſſam iu-
Formalis cã iuſtificatióis ſtificationis quis requirat. Reſpondebit Apoſtolus, hanc iure dici miſeri-
cordiam dei & grám, quia animam ad ſe conuertit deus. Apparuit (inqt)
benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ,
Tit.3. quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, ut
Rom.5. iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ. Ité,
Ephe.2. iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Item gratia ſaluati eſtis per fidem, &
Charitas dei hoc non ex uobis. dei enim donú eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

Vnde conſequitur, recentiores theologos haud temere affirmaſſe charitatem dei, quæ per ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris diffunditur, in iuſtificatione, ratiōem cauſæ formalis obtinere. ea eſt enim illa gr̃a, qua cor abſq; ullis præcedentibus meritis innouat̃, qua timor legis (qui pœnam habet) foras mittitur, quam qui aſſequutus eſt, is demū ex deo nat⁹ eſt, & cognoſcit, deū. Qui uero aſſequutus nō eſt, nō nouit deū, quia de⁹ charitas eſt, in qua qui manet, in deo manet, & deus in eo. Quin in hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis, nimirum diffundente charitatem in corda noſtra. Dicimus autem diſerte charitatem dei, hoc eſt, quatenus dei donum eſt, & a deo proficiſcitur cauſſæ formalis rationem in iuſtificatione obtinere, ut meritum noſtræ uoluntatis, qua hæc charitas per fidem accipitur, a ratione cauſſæ excludamus. Nam cum noſter conſenſus ad bonum, quo deo charitatem largienti obſequimur, adhuc admodum imperfectus ſit, reſiſtente, nimirum, q̃diu in hoc corporis tabernaculo ſumus, infirmitate carnis quo minus ipſam charitatem (quā alioqui deus perfectam nobis infundere eſſet paratus) perfecte capiam⁹. Idcirco omnino cauendum eſt, ne cauſſam iuſtificationis a dei dono in dignitatem noſtri conſenſus aut etiam conatus transferamus.

[Margin: cā formalis iuſtificatiōis. Romanõ. 5. Aug. de ſpū & litera. 1. Iohan. 4. Ibidem. Ibidem. Charitas nō quatenus ex nobis, ſed q̃ ten⁹ ex deo, cā formalis iuſtificatiōis. Roma. 7.]

Non refragamur autem, quominus uoluntatem nr̃am ſubiectū iuſtificationis facias. Ipſa ſiqdem eſt, in qua deus illam operatur per ſpiritum ſanctum reddentē teſtimoniū ſpiritui nr̃o, quod ſimus filii dei. Itidem non inficiamur aſſenſu uoluntatis nr̃æ ad iuſtificationem opus eſſe, quemadmodum Auguſtinus dixit, deum qui creauit te ſine te, nō iuſtificare te ſine te. Sed aſſerimus uolūtatem nr̃am non magis ſeipſam iuſtificare poſſe, q̃ hoīem natura cæcum deformē, aut incuruū ſeipſum facere poſſe uidentem, formoſum aut rectum: ut non ſolum impii, ſed plane inſani ſint, qui dicere auſint, Voluntatem hoīs ſeipſam iuſtificare. Et ut conſenſui nr̃o quamplurimū tribuas, nihilomagis euiceris ex nobiſ ipſis iuſtificationem pendere. Nam ſiue abſolute accipias conſenſum, uti uidelicet eſt propria actio liberi arbitrii, & certe excluſa ē gloriatio tua. Nam & uoluntatem & liberum arbitrium accepiſti per creationem, Sin accipias non abſolute, ſed quatenus ad bonum inclinatur, & eatenus totum eius conatum gratiæ dei neceſſario acceptum referes, quod non ſimus ſufficientes, ne cogitare qdem aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed deus eſt qui operatur in nobis, & uelle & perficere pro ſua bona uoluntate. Quæ quum ita ſint. Quis non uidet opera legis, quæ operamur ſine ſpiritu ſancto, & quæ non uiuunt in nobis, ſed quæ operamur tantum reſpectu legis aut ob alium finem, q̃ ob dei amorem, a cauſſa eſſentiali iuſtificationis omnino excludi? & eatenus ueriſſimum eē, quod dixit Apoſtolus. Arbitramur enim hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Quin in eam ſententiam nō ſolum opera legis, ſed & dignitatem fi-

[Margin: Volūtas nr̃a ſubſterniculum iuſtificationis. Romanõ. 8. Au. de uerb. apoſto. ſermo. 15. Voluntas nō iuſtificat ſeipſam. 2. Corin. 3. Phil. 2. Opera legis a cauſa iuſtificatiōn. excluduntur. Romanõ. 3.]

ductæ noſtræ a cauſſa eſſentiali iuſtificationis excludimus, ut ſupra docuimus. Secundo igitur: Si dictionem (ex) accipias, ut denotet tantum cauſſam inſtrumentalem ſeu adminiculātem, talem tamen, ſine qua res non fit, Et iterum uerum eſt, hominem non iuſtificari ex operibus legis, eatenus ſcilicet ſumptis, quatenus ſine ſpiritu ſancto in nobis, ſeu per nos fiunt iuſtificatio enī nulla legis opera præſupponit. Quinimo Chriſtus Phariſæis aperte conteſtatur, quod meretrices & peccatores præcedant illos in regno dei: Et latro in cruce teſtis eſt, ac iuſtificādo nulla præcedētia legis opera requiri. Quamobrem locus ille ad Romanos tertio, proprie de hiſce operibus legis, quæ ſine bono motu facientis fiunt, accipi ac intelligi debet. Interim tamen non negamus hæc opera (licet tātum in ſpeciem bona) non eſſe omnino contemnenda: ſed dicimus, ea ſæpe magnum adminiculū ad pietatem præbere, nec inepte pædagogiam in Chriſtum uocari poſſe. Nam & externa diſciplina, ac bona inſtitutio & aſſuefactio inuitant ad audiendum & dicendum uerbum dei, & incitant hominem ne euangelicam diſciplinam aſpernetur: non ſunt tamē tanti momenti, ut recte dixeris hominem uel ex eis iuſtificari, uel ſine illis iuſtificari non poſſe.

Sine opib⁹ legis pōt fieri iuſtificatio in nobis.
Matth. 21.
Lucæ. 23.
Locus Roman. 3. proprie de operibus legis. quæ & ita di cāt itelligiē.
Galatas. 3.
Legis opera pædagogia in Chriſtum.

VErum cauſſa (ut ita dicamus) inſtrumentalis iuſtificationis proxima, fides in Chriſtum eſt, qua credimus per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, nobis remitti peccata. Ea enim tanq̄ inſtrumento immediato ad hoc a deo comparato, accipimus & apprehendimus remiſſionem peccatorum. Et eatenus fides apud Apoſtolum, nō facta interdum aperta mentione ſpei & charitatis, dicitur iuſtificare, non quod ipſa fides iuſtificans ſine ſpe & charitate exiſtat. quin Paulo teſte, hæc fides iuſtificans ex hoc ſolo dinoſcitur, quod ſtatim efficax eſt per charitatem. Nec ideo quod ex ſe, hoc eſt, ob noſtram illam imbecillem aſſenſiōem, digna ſit tantum donum ut accipiat. ſed quod non aliter iudicare poſſim⁹ nos eſſe iuſtificatos, niſi per hoc opus ipſi fidei peculiariter proprium apphendamus. Propria enim fidei ratio eſt credere, & credendo ſe conſequutum quod promiſit deus, donum iuſtificationis ſumere. Hac enim uel ſola ratione, a ſpe & charitate ſecernitur. Spes enim proprie futurorum eſt, fides præſentium. Spes ſe accepturam confidit: Fides uero arripit & accipit. Charitas operoſa eſt, ſed non prius operatur, niſi fide pacem erga deum te aſſequutum apprehenderis. Ergo cum fidem in Chriſtum proximum inſtrumentum iuſtificationis appellamus, charitatem & ſpem a iuſtificatione non excludimus, ſed propriam eſſe fidei rationem iuſtificationis donum ac pollicitationē ſpiritus accipere, cum diuo Paulo ſimul & Ambroſio ac cæteris catholicis patrib⁹ docemus. Repetimus quoq; toties (ne qs incautus fallat) nos hic nō de qualibet fide loqui. Nec enim de ea, quæ tm̄ hiſtorica eſt, quam diuus Iacobus dæmoniacā uocat. Nec de ea, quæ impioꝝ eſt, qui & ſi uerbis fateantur ſe deū noſſe, factis tamen

Fides eſt immediatū inſtrumentum iuſtificationis.
Romañ. 3.
Ambroſi. in epla ad Roma. c. 1. & 3.
Galatas. 5.
Proprium fidei opus.
Amb. in epiſ. ad Rom. ca. 1. &. 3. utrobiq; in uerb. iuſtitia.
Rom. 8.
1. Corin. 13.
Rom. 14.
Galat. 5.
Fides dæmoniaca.
Iacob. 2.
Aug. de fide & operibus.

negant:Neq; de fide,qua quiſpiam ſibi abſq; ullo charitatis affectu perſuadet per Chrm remiſſa eſſe peccata,quā Auguſtinus lib.de fide & operibus etiam fidem in Chrm,ſed late ſumpto uocabulo appellare uidet. Verum de hac fide loqmur,qua proprie in deum credimus,hoc eſt credēdo in deum pio affectu tendimus,quam Apoſtolus ad Hebræ.v.fiduciā miſericordiæ & grāe dei,& orthodoxi fidem uiuam ſeu fidem grāe appellant.Hæc ergo fides pleraq; adminicula(ſine qbus non tm̄ nō exiſtit,ſed nec intelligi pōt)requirit.In primis enim requirit pniam, quæ nō ē ſimpliciter opus legis,ſed magis dei ſeu ſpūs ſancti,quis ad efficiendā pniam in nobis deus miniſterio legis initio utat,conſciētiā nrām per legē accuſans,perterrefaciens ac cōdemnans,ut uel hinc facile dephendas, q̄ ſit legis miniſterium ad iuſtificationē ineptum,niſi deus ipſe, qui mortificat & uiuificat,deducit ad inferos & reducit,eo tāq̄ inſtrō uteret.Poſtea.uero pterrefactis mentibus.ope ſpūs,quædam opera pniæ gignunt in nobis, fide illa informi,qua & deum credimus & deo,quæ nos ſupra de grā differentes,præparationes cordis,ac ſtudia ad pietatem appellauim⁹ opera utiq; grāe præuenientis,qualia ſunt tēperare a malitia,dolere,conteri, gemere,lachrymari,tundere pectus,reſtituere alienū,facere eleemoſynas, ſitire iuſtitiā(hoc eſt remiſſionē peccatorum)& id genus alia:quæ etſi neq; mereant iuſtificationem,neq; accipiant,niſi fides accedat,fides tn̄, nimirum illa iuſtificans,ea tanq̄ præābula & adminicula neceſſaria,ſine quibus ad iuſtificationem non peruenit requirit,imo includit.Nam cū illa fides ſit cum affectu & deſiderio remiſſionis peccatorum.coniuncta,nō poteſt delectari peccatis,quorum remiſſionem quærit.Item non pōt gaudere in malefactis.Qui enim male agit,odit lucē,quū hæc fides lucē amplecti modis oībus anhelet.Rurſus qui pctm̄ facit,ex diabolo ē.at per hāc fidē ſpūs ſanctus(cui nihil cū diabolo cōe eē pōt)& accipitur & retinet: Vn̄ Paulus monet,ut accedam⁹ cū uero corde in plenitudine fidei aſperſi corda a cōſciā mala,ut manifeſtū ſit eos hoīes,q uitioſis indulgēt cupiditatib⁹.hāc fidē hr̄e uel retinere nō poſſe,licet fidē hēant,quæ ipſis uel cum dæmonib⁹ uel cū impiis cōis eſt,quæ oēm pniam præcedit,ſed nō iuſtificat. De hiſce aūt opibus pniæ,quæ ſunt quædā præexercitamēta ſpūs nō ꝓprie accepis locū illū ad Ro.iii.q; ſine illis pniæ opibus homo haud iuſtificet,niſi tn̄ cū locū ſic uelis intelligere,ut Apls iis uerbis (ſine opibus)uoluerit gn̄atim oībus opibus citra exceptionem quæ iuſtificationē præcedunt,detrahere meritum iuſtificationis,nō etiā illa reiicere, quaſi nō neceſſaria.nā oīum orthodoxorum ſnīa hoc illic agit Apls,nō ut opera legis cōtemnant,aut quod oīno ſine illis,maxime abſq; pniæ opibus (quæ opa ſunt fidei ꝓxima,nec omnino ſine omni fide peraguntur) ad iuſtificationē pueniat,ſed ut ſciamus quod gratis iuſtificemur, hoc eſt,qd nullis operum præcedētibus meritis iuſtificatio debeat,alioq grā iā nō eſſet grā,quæ ideo dat,non qa opa bona fecimus,ſed ut ea facere ua-

Titum.1.
Fides impiorum.
Aug.de fide & operibus
Fides ꝓpria Chrianorū.
Hebræo.5.
Viua fides
Fides gratiæ
Fides iuſtificans plura adminicula requirit.
2. Tim.2.
Romañ.3.
Opa grāe pueniētis iuſtificationē præcedentia.
Fides iuſtificans includit pœnitētiam.
Iohan.3.
2.Corin.6.
Hebræ.10.
Hoīes uitioſi nō habēt fidē iuſtificantē ſeu grām.
Romañ.3.
Auguſti. de ſpū & litera.
Romañ.3.
Gratis iuſtificari.

re,pro ſua bona uoluntate.imo non uetamus,ut hæc opa,etſi ex deo ꝑ- Philip.2.
fecta,nr̃a quoq; dicamus,non ꝙ ex nobis tanq̃ ex nobis ꝓdeant, & nr̃is
uiribus ꝑficiant̃,ſed ꝙ donata ſunt nobis,& aſſentiendo tm̃ ac obſeq̃ue- Vide Augu.
do fiant nr̃a.De hiſce ſpũs fidei opibus,tũ quæ in pn̄ia,per opationẽ gra de fide & o-
tiæ præuenientis iuſtificationem præcedunt,tum quæ in ipſa iuſtifica- peribus.
tione peragunt̃,tũ quæ iuſtificationẽ ſequunt̃,ꝓprie dixit apoſtolus Ia-
cobus: Videtis qm̃ ex operibus iuſtificat̃ homo,& non ex fide tantum. Quæſtio.

IAm ſi forſan in dubiũ uoces,quidnã ſit,ꝙ hæc opa,quæ fides ꝑ chari- Dilutio.
tatẽ poſt iuſtificationẽ operat̃,iuſtificationẽ ſequi dicimus,& tñ eiſdẽ Homo iuſti-
hoĩem iuſtificari cũ Iacobo ꝓnũtiamus,Rn̄demus,hominem non iu- ficatus q̃diu
ſtificari ad eum modũ,ut ſemel ueluti in momento iuſtificatus,alia iuſti uiuit magis
ficatione amodo non indigeat.Quinimmo qui iuſtificatus eſt ꝑ gratui ac magis iu-
tam remiſſionẽ pctõꝝ & impartitionẽ ſpũs,dehinc continua & ꝑpetua ſtificatur.
iuſtificationis auctione indiget,donec hoc corpore exutus in æterna ui-
ta glorificet̃.Paulus ſpm̃ innouantẽ(quẽ accipimus quũ initio iuſtifica Roma 8.
mur)primitias ſpũs appellat,qbus etſi certã cõſolationẽ, atq; ẽt expimẽ Primitiæ
tum Chr̃i in nobis habitãtis ſimus aſſequuti,nihiloſecius tñ adhuc ĩtra ſpiritus.
nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei,expectãtes redemptiõem corꝑis nr̃i. Ibidem.
Quãdiu em̃ in hoc corꝑe ſumus,quotidie adhuc ꝑ infirmitatem carnis
labimur,eadẽq; ꝓhibente fit,ut ad iuſtitiæ ꝑfectionem ꝑtingere nõ poſ- Ibidem.
ſimus:Sed ſpũs eſt q adiuuat infirmitatem noſtrã,facitq; ut q̃diu ſumus Matth.1.
in hoc tabernaculo,uiuida illa fides,etſi iuſtitiæ ꝑfectiõem nõ aſſequat̃, Aug. de ſpũ
perpetuo tñ eſuriat ſitiatq; iuſtitiã,utq; de die in diem in interiore hoĩe & lit.c.32.36.
renouemur,obliuiſcendoq; quæ retro ſunt,in anteriora nos ſtrennue ex 2. Corinth.4.
tendamus,donec ſcilicet ꝑfectam iuſtitiam in uita æterna cõſequamur. Philip.3.
nã tum demũ fiet quod Pſaltes ueluti ſummũ beneficium dñõ tribuit,
quum ait:Qui ſatiat in bonis deſideriũ tuũ. Cæteꝝ quum opa noſtra Pſalm.102.
bona (etſi ex fide facta)imperfecta ſint,& niſi in Chr̃o fierent, accuſatio- Opa nr̃a pla-
nem legis(quæ ꝑfectam obedientiã reqrit)non euaderent.Idcirco diligẽ cent propter
ter retinendũ eſt,eis ꝑpetuo fidem accedere debere,qua credamus ipſa, et Chriſtum.
ſi adhuc imperfecta deo placere,non ꝓpter nos,ſed propter Chriſtum,in
quo fiunt,quum iam Chriſti membra & dei filii facti ſim⁹.Et ꝑpea apo Corinth.12.
ſtolus Iacobus iuſtificationem Abrahæ deſcribẽs,pulcherrime dicit.Vi Iaco.2.
des qm̃ fides cooperabat̃ opibus illius,& ex operibus fides conſumma- Fides debet
ta eſt.Quaſi dicat,tunc demũ opa nr̃a ſunt grata deo, cum illis hæc fi- cooperari
des coopatur,& ex fide fiunt,tanq̃ accepta a deo, & non tanq̃ ex nobis: operibus.
uiciſſim fides placet,quum ex talibus opibus cõſummatur. Nam etſi qs
dicat ſe deo fidere,ſi tñ neq; ſibi neq; aliis fidem ſuã ex opibus cõprobet,
is uerbis qdẽ deũ confitetur,factis aũt negat,facitq; ne iuſtificatio legis Tit.1.
(cuius plenitudo eſt dilectio) in ipſo per fidẽ unq̃ impleatur. Quãobrẽ
apl̃s Paulus nõ ſine cauſſa ĩ Galatis,ubi fidẽ q̃maxime celebrat dixit,In Roma.13.
Chr̃o Ieſu neq; circũciſionẽ aliqd ualere neq; præputiũ,ſed fidẽ quæ per Galat.5.

charitatẽ opaẽ, Quod enim Iacobus dixit (ſupplet) Paulus dixit (opaẽ)

Diuus Iaco. eadem omnino cũ diuo Paul. docuit

Scopus epſtæ ad Romanos indicatur.

QVæ oĩa diligenter intuentibus, perſpicuũ euadit, diuũ Iacobũ nihil diuerſum a Paulo docuiſſe, ſed eã quæ eſt ad Rom. epiſtolã, eadem oĩno ꝓponere, niſi ꝙ quædam, quæ illic ſuboſcurius docent, magis explicat Iacobus. Liber Actoꝝ docet, In naſcentis eccleſiæ primordiis graue diſſidiũ a Iudæis cõcitatum, qui dicerent, Gentes niſi circunciderent ſecundũ legẽ Moyſi, nõ poſſe ſaluari. Nec tñ hoc agebãt Iudæi, ut cerimoniis legis Moſaicæ per Chrm antiquatis gẽtes grauarent, Sed hoc agebant potiſſimum, ut cauſſam iuſtificationis in legis non tantũ cerimonialis, ſed etiam moralis obſeruationẽ transferrent, putarentq́ ſe legem ſua iuſtitia ac uiribus implere poſſe, atq́ hinc iuſtificari, gloriabãturq́ (eatenus tñ in deo) uelut qui ſoli meruiſſent legem eius accipere ſecundum id quod ſcriptũ eſt: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Hic error longe peſtilẽtiſſimus (qui iudæis magnum ſuperbiæ ſupercilium addebat, & gentiũ cauſſam q̃ maxime deprimebat) acriter ac fortiter rep̃hendendus, reuincendus, ac eximendus erat oĩum mentibus, cõueniebatq́ hæc docẽdi ꝓuincia q̃ maxime Paulo apoſtolo, ꝙ in illo grã dei clarior ac euidentior apparuiſſet. Expediebat aũt hunc errorem tanta ſpũs uehementia debellari, quod is uehementer obſcuraret, imo oĩno obrueret Chriſti beneficiũ. Nam ſi hoc uerum eſt, hominem ſuis uiribus legem implere poſſe, legis aũt impletionẽ iuſtitiam eſſe conſequens erat Chrm fruſtra ueniſſe, & gratis mortuũ eſſe. Etenim, ſi tantum doctrina & cognitione legis nobis opus eſt, ut legẽ faciamus, nec interim uoluntas noſtra alio eget adiutorio ut legem impleat, q̃ lrã mortua magiſtra, quid erat opus Chro redemptore? Deinde & ſi Iudæi hæc non ſine magno faſtu & fuco externoꝝ operum (quæ oſtentabant) pertinaciter tueri pergerent non dubium tamen quin eorum conſciẽtia fortiter reclamaret, quod ſatis in ſeipſis experirentur, ſe tametſi quædam opera in ſpeciem perſpicua æderent, ea tamen ſe magis timore pœnæ ſeu uanæ gloriæ obtentu, q̃ amore iuſtitiæ facere, Proindeq́ ex his ſe coram deo iuſtos cenſeri non poſſe. quod coram deo non eſſet in eorum uoluntate, quod coram hominibus apparebat in opere. quin potius ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat deus malle (ſi fieri poſſet) peccare. Vt interim taceamus eos ſibiipſis (uel propria conſcientia teſte) licet aliud ſimularent, perſuadere non potuiſſe, quod per opa ſua legi perfecte obedirent. Vnde conſequens erat eos nunq̃ potuiſſe certo ſtatuere ſe coram deo ex obſeruatione legis (quæ perfectam obedientiam, erga ſe requirit) iuſtificatos fuiſſe, quo iterum fiebat, ut nullum cultũ gratũ deo (quem ut durum exactorẽ timebant, non amabant ut patrem) exhibere poſſent præſertim ꝙ is uelit in ſpũ & ueritate non ſimulatiõe adorari. Apoſtolus ergo q̃ maxime neceſſariũ ratus. duo potiſſimũ agit in epiſtola ad Romanos. In primis, ut Iudæos & Gentes, ſua ipſoꝝ ꝓpria cõſcientia cõuincat eſſe

Au. de ſpũ & litera. Roma. 2.

primus error in eccleſia.

Aug. de ſpũ & lit. cap. 7.

Galat. 1.

Phariſaica iuſtitia fucata & cõſcientiã nõ tranqllãs.

Aug. de ſpũ & litera.

Cur Chriſtus in euãg. phariſaica iuſtitia, iuſtitiam noſtrã uult eẽ abũdãtiorem.

Iohan. 4.

Sũma epiſtolæ ad Rom.

eſſe peccatores. Occulta enim cordium per Euangelium retegēs, Iudæis Duo agũtur
internã, Gẽtibus externam etiã immunditiem exprobrat, ac grauiſſime in epi.ad Ro
oſtendit naturam humanam primorũ parentũ uitio tanta corruptione manos po-
ac imbecillitate laborare, ut ei impoſſibile ſit ſuis uiribus ad legis imple tiſſimum.
tionem pertingere, & propterea oẽs hoĩes ex ſe coram deo iniuſtos eſſe & 1
peccatores, ideoq; ſub legis maledicto cõſiſtere, ac proinde opus habere
redemptore ac recõciliatore Chro. Secundo docet, Chriſtum propterea
ueniſſe, nõ ut legẽ (nimirum moralẽ) aboleat, ſed ut magis impleat, utq;
maledictum legis (quæ in eo non habet quod accuſet) factus pro nobis
maledictum, auferat, & pro peccatis noſtris ſatisfaciat. Deniq; (qui prin 2
cipalis finis eſt) ut redemptis ſpiritũ innouantẽ per fidem impertiat, quo Galat.3.
adiutore legem facere incipiamus, atq; adeo nõ noſtris quidem uiribus,
ſed per fiduciam iuſtitiæ Chriſti nobis communicatæ impleamus, utq;
liberati a captiuitate peccati, ac nacti pacem & tranquillitatem conſciẽ
tiæ erga deũ ex fide, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia corã eo oĩbus Lucæ.2.
diebus noſtris. atq; hic eſt noſtra ſentẽtia, ipſiſſimus epiſtolæ ad Roma-
nos ſcopus ac propemodũ ſumma. Non ergo Apoſtolus bellum indice- Paulus nõ ui
re bonis operibus, aut ea minus eſſe neceſſaria homini Chriſtiano doce- lipẽdit bona
re inſtituit: ſed hoc magis docere ꝯtendit, quo tãdẽ pacto fiat, ut a pecca opa, ſed ma-
tis expurgati, deo recõciliati ac ſpiritu ſancto inouati bona opa facere, gis doceat
& legẽ implere poſſimus, adeo opera bona, quæ poſt iuſtificationẽ fiũt, a qũo opera
iuſtificatione non diſcernens, ut pene in epiſtolæ ueſtibulo palam pro- bona facere
nunciet, Non auditores legis iuſtos eſſe apud deum, ſed factores legis iu- Poſſimus.
ſtificari: ac plane oſtendit iuſtificationem cum malis operibus nequaq̃ Roma.2.
conſtare poſſe, Ira (inquiens) & tribulatio in omnem animam hominis Factores le-
operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni animæ operanti gis iuſti.
bonum. uerum quo pacto lex fieri poſſit, poſt ea docet. Roma.1.

EAdem omnino docet Iacobus in epiſtola catholica. Facit enim Ia- Iacob' eadẽ
cobus pinde ac Paulus nos oẽs reos ac peccatores. In multis (inqt) omnino do-
offendimus omnes, docet ueram ſapientiam (qua uoluntas noſtra corri cet cũ Paulo.
gitur, ut deinde bene operetur) nobis non noſtris uiribus, ſed dei benefi- Iaco.3.
cio per fidem contingere, non quamlibet, ſed eam, quam ſupra deſcripſi- Iaco.1.
mus, qua cum deſiderio in deum itur, & certa fiducia quod deus promit Fides uiua.
tit accipitur. Si quis, inquit, ueſtrũ indiget ſapientia, poſtulet a deo, q dat
omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei, Poſtulet autem in Ibidem.
fide nihil hæſitans, Quem locum beatus Auguſtinus enarrans, pruden-
ter ad fidem iuſtificãtem refert. Hæc eſt (inquit) fides, ex qua iuſtus uiuit, Aug. de ſpũ
hæc eſt fides, qua creditur in eum qui iuſtificat impiũ, hæc eſt fides, qua & lit. cap.32.
excludit̃ gloriatio, hæc eſt fides, qua impetratur largitas ſpiritus, de qua Habacuc.2.
dicit̃: Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Hæc ille. Rur- Roma.1.
ſus apoſtolus Iacobus hanc ſententiã confirmãs, Omne (inquit) datum Roma.3
optimũ, & omne donum perfectũ de ſurſum eſt, deſcendẽs a patre lumi- Galat.3.
Iaco.1.

num apud quem non eſt tráſmutatio,nec uiciſſitudinis obũbratio. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis,ut ſimus initiũ aliquod creaturæ eius. Et poſt pauca,Suſcipite inſitũ uerbum,quod poteſt ſaluare animas ueſtras. Ergo quum dicit,nos ueram ſapientiam ac iuſtitiam a deo accipere oportere,& uerbo ueritatis iterum gigni, eodemq; nobis inſito animas noſtras ſaluari,Quid aliud dixit,q̃ apoſtolus Paulus, quum inquit, Arbitramur hominem iuſtificari per fidẽ ſine operibus legis?

Ibidem.

Roma.3.

VErum quum ex hac ſententia Paulina non ſatis intellecta,quidam occaſionem acceperint,ut tanquam ſecuri de ſalute(perinde atque ſola fides ſufficeret quam ſibi fingebant)bene uiuere nõ curarẽt,coactus eſt Iacobus fidem ſecare, in fidem uiuam & fidem mortuam,ſeu in fidẽ, quam non ueretur dæmoniacam appellare,& fidem rectam ſeu non hæſitantem de promiſſis dei. Eadem ratione diſcernit legem libertatis a lege ſeruitutis. Et opera quæ fidem antecedunt,ab operibus quæ fidei cooperantur,ſeu fidem iuſtificantem ſequuntur: quæ omnia etiã apud ipſum Paulum,licet quædã ſubobſcurius reperias. Iacobus fidei mortuæ, quæ nihil aliud eſt q̃ uel hiſtorica fides, uel ſtulta quædam perſuaſio de miſericordia dei,etiamnum cum affectu peccãdi ſeu ipſis etiã malis operibus coniũcta,iuſtificationẽ detrahit. Idẽ facit apoſtolus Paulus,quũ ait: Confitentur ſe noſſe deum,factis autem negant: Iacobus fidei uitã, ſeu ſpiritum opera charitatis appellat. Fides,inquit, ſi non habeat opere,mortua eſt in ſemetipſa. Idem facit Paulus,quum deſcribit fidem per charitatem efficacem. Iacobus aſſerit ꝙ fides Abrahæ cooperata ſit operibus illius,& ex operibus fides conſummata ſit,nimirum quæ fidẽ eius ſequebantur. Idem alibi teſtatur apoſtolus Paulus. Fide,inquit,qui uocatur, Abraham obediuit. Iacobus ait: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo,& non ex fide tantum,nimirum illa fide,qua impii ſecuritatem quandam ſalutis ſibi uendicant,etſi male uiuant,quos coarguens: Eſtote(inquit)factores uerbi,& non auditores tantum,fallẽtes uoſmetipſos. Idem omnino docet Paulus: Non auditores(inquit)legis iuſti ſunt apud deum,ſed factores legis iuſtificabuntur. Et alibi: Nolite errare, neque fornicarii, &c. regnum dei poſſidebunt. Et hæc aliquando fuiſtis,ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri. Item, Qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Vides ergo q̃ pulchre coapoſtolis illis Chriſti(quorum erat una fides, atque unus ſpiritus)in re iuſtificationis inter ipſos conueniat.

Aug. de fide & operib.
Iacobus explicat epĩam ad Roma. Cap.2.
Conferuntur Iacobus & Paulus.
Iaco.1.
Tit.1.
Iaco.2.
Galat.5.
Iaco.2.
Hebræ.11.
Iaco.2.
Roma.2.
Corinth.6.
Galat.5.

ET ut ſemel hunc articulum finiamus,putamus nos iam perſpicue ſatis oſtendiſſe,Non opera legis,quæ fiunt ante iuſtificationẽ ſine gratia dei in nobis,ad iuſtitiam imputari,ſed interim opera fidei,quæ ſpiritus in nobis operatur,aliam prorſus obtinere rationem; quippe ea a iuſtificatione nullo pacto ſecerni oportere: quin cooperationẽ illam fidei

Cooperatio fidei & charitatis,eſt iuſtificatio nr̃a

& operum poſt reconciliationem, recte uocari iuſtitiam, qua debemus continuata.
cõtinue iuſtificari, q̃diu in hac uita ſuperſtites ſumus. donec ſcilicet mor 1. Corin. 15.
tale hoc immortalitatem induat, & fiat ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta Oſee. 13.
eſt mors in uictoria. ꝙ tum demum iuſtitia perficietur in nobis. In eam
enim ſententiam dictum eſt. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Vnde nõ
mirum, ꝙ ſcriptura operibus iſtis fidei in deo factis. paſſim uitam etiam Apocal. ult.
æternam non tantum alia eximia præmia uti mercedem polliceatur.
Nam ſi uita æterna (quæ in iuſtificatione per animæ ſpiritualem uiuifi-
cationem inchoatur) accipitur fide propter miſericordiam in Chriſto Matth. 7. 19. 25. Iohan. 5.
promiſſam, nec dubium ſit hiſce operibus fidei nihil aliud agi, quá quod 25. Iohan 5.
perpetuo in miſericordiam dei reſpicimus, non ſolum referentes ea deo Roma. 2.
accepta, non nobis, ſed etiam ipſa ex Chriſto ſupplentes, omnemq; fidu- 1. Corin. 3.
ciam noſtram non in noſtris uiribus aut etiam in dignitate noſtri con-
ſenſus, ſed in Chriſti merito collocantes, ac reputantes in hoc perfectam
charitatem dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia ſi- 1. Corin. 5.
cut ille eſt & nos ſimus in hoc mundo, quis non uidet haud abſurde ac
propemodum ſine ullo tropo recte dici poſſe. Bonis operibus nos uitam
æternam adipiſci? Quinimmo bona opera, quæ ſpiritus in nobis opera-
tur, eſſe illam inchoatam uitam æternam olim in nobis perficiendam: 1. Iohan. 4.
De qua dixit Iohannes apoſtolus, Et mandatum eius uita æterna eſt. Bona opera ſunt inchoata uita æterna.
Et quodnam aliud eſt regnum dei, quod nobis aduenire petimus, niſi
ut non regnet peccatum in noſtro mortali corpore ut obediamus con-
cupiſcentiis eius, ſed potius regnet in nobis iuſtitia ſpiritus, ut ſint mem- Iohan. 12.
bra noſtra arma iuſtitiæ deo? Neque ueretur ſcriptura uitam æternam, Roma. 6.
bonorum operum mercedem appellare, non ut putemus benefacta no- Matth. 19.
ſtra digna eſſe uita æterna, ſeu deberi illis uitam æternam propter ope- Lucæ. 9.
rum ipſorum dignitatem. Quis enim tam ſtupidus eſt qui ſic ſentiat? Roma. 68.
ſed magis quod deus fidei noſtræ (quam per eiuſcemodi opera in nobis 2. Corinth. 4.
exercet) uitam æternam gratuito ſit pollicitus: De plenitudine enim 1. Timot. 4.
eius (inquit Iohannes) nos omnes accepimus gratiam pro gratia, gra- 1. Petri. 1.
tiá uitæ æternæ pro gratia iuſtificationis indebitæ. Ergo merces quia 2. Iohan. 1. Apocal. 23. Iohan. 1.
pollicita: Item quia tanta eſt dei erga nos benignitas, ut opera quæ ip- Gratia pro
ſe in nobis facit uere ſua, malit appellare noſtra, idque tantum pro- gratia.
pter imbecillem illum aſſenſum & conatum, quem tamen non ſine eo Deus opera
adhibemus. Idcirco ipſe non indigne feret, etſi dicamus (modo ad pium ſua uocat no
ſenſum) bonis operibus noſtris uitam æternam nos promereri, non ꝙ ſtra.
aſſenſus noſter tanta mercede dignus ſit, ſed ꝙ non ſine eiuſmodi aſſen-
ſu, atque adeo ſine bonis operibus, modo tamen operari ualeamus, ui- Romañ. 6.
tam æternam (quæ donum dei eſt nobis per Chriſtum promeritum) ca- Cur Chřs tã frequẽter ui-
piamus. Certe nemo dubitat idcirco Chriſtum tam ſæpe uitæ æternæ tam æternã
ſub nomine mercedis meminiſſe, ut diligentiá ac conatus noſtros q̃ma- mercedẽ ap-
xime acueret, incitaret ac prouheheret. pellet.

HAec de iuſtificatione hominis, deq́ fide & operibus dicta ſufficerint, quæ(ut ſperamus)piis multum lucis in lectione ſcripturarum & conſolationis ſunt allatura. Credimus autē hanc, quam defendimus, ſententiam eſſe uere apoſtolicam, & germanam eccleſiæ doctrinam, tam erudientem q̄ conſolantem pias mentes, quæ non ſolum ea docētur, ſed & afficiuntur. Damnatur autē hac doctrina in primis phariſaicæ & Pelagianicæ illæ opiniones plenæ impietatis. quas ſupra de gratia differentes retulimus. Deinde damnatur eorum opinio longe peſtilentiſſima, in qua ſceleſtiſſime turpiſſimeq́ uiuentibus, etiam ſi eo modo uiuere perſeuerent, & tantúmodo credant in Chriſtū(hoc eſt, ſibi etiā ſine renouatione mentis perſuadeant ſe iuſtificatos eſſe propter Chriſtum) iuſtificatio, ſalus atque adeo uita æterna promittitur contra apertiſſimā domini ſententiam, qui deſideranti uitam æternā reſpondit, Si uis ad uitā ingredi, ſerua mandata. Poſtremo, ea aſſerit, periculoſe doceri iuſtificationem hominis in ſola remiſſione peccatorum conſiſtere: Innouationem autem uoluntatis & opera fidei, quæ iuſtificationem ſequuntur, proprie ad iuſtificationem nō pertinere, Hoc enim quum docet, redduntur homines male ſecuri, qui quū audiunt ſe tum ſtatim iuſtificari, ubi mens perterrefacta, agnitione peccati, ſe protinus erigit, & certo ſtatuit ſibi peccata remitti gratis per Chriſtum, fit ut ſolū de hac(ut uocant)fide ſoliciti ſint ad interiorem animi renouationem & nouitatem uoluntatis, potiſſimam iuſtificationis partem, parum attenti, iuxta ponentes, an interiorem animi renouationem & uoluntatis nouitatem intus experiātur, foriſq́ teſtentur nec ne, quorum ſane cauſſa(q̄ non ignari ſint uoluntatis domini) durior eſt q̄ eorum, qui neſcientes, uitā nequiſſimam & iniquiſſimam ducunt. Quare ut cum beato Auguſtino cōcludamus, omnino cauendum eſt, ne in adiutorio domini dei noſtri faciamus homines male ſecuros, nimirum perſuadendo eis, q̄ ſi modo fuerint credētes in Chriſtum, hoc eſt, ſi tantum credant q̄ Chriſtus ſatisfecerit pro nobis, tum quomodolibet in ea fide uixerint, ipſos tamen ad ſalutem eſſe uēturos, Rurſus ne ſic faciamus Chriſtianos, quomodo Iudæi proſelytos, quibus dominus ait: Væ uobis ſcribæ & phariſæi, qui circumitis mare & terrā, ut faciatis proſelytum unum, quum autem feceritis, facitis eum filiū gehennæ duplo q̄ uos eſtis: ſed potius ſana doctrina dei magiſtri, in utroq́ tenenda eſt, ut ſancto baptiſmo ac fidei conſona ſit uita Chriſtianorū, & ne cuiquam homini, ſi utrumlibet defuerit, promittatur uita æterna. Qui enim dixit Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnū cœlorum, Ipſe etiam dixit, Niſi abūdauerit iuſtitia ueſtra plus q̄ ſcribarum & phariſæorum(nimirum quorū iuſtitia erat dicere, & nō facere) nō intrabitis in regnum cœlorum. Noſtra ergo iuſtitia erit dicere, & facere, quæ ſi non fuerit non intrabit in regnum cœlorum. Iam ad intermiſſam ſpecierum pœnitentiæ tractationem redeundum eſt.

[Margin notes: Opiniones damnatæ. 1 — 2 — Matth. 19. — 3 — Aug. de fide & ope. c. ult. — ibidem. — Matth. 23. — Iohan. 3. — Matth. 5.]

DE EXTERIORI POENITENTIA.

POſtquam de interiori pœnitentia, in qua hominis iu-
ſtificatio peragitur,&de partibus eius(quæ ſunt,cordis
cõtritio,mentis erga deum cum fiducia accipiendæ mi-
ſericordiæ confeſſio,& uotum internum uitæ in me-
lius commutandæ)dictum eſt ſatis,reſtat ut de exterio-
ri pœnitentia & illius ſpeciebus,quæ ſunt, pœnitentia
publica & priuata,paucis dicamus.

PRincipio ergo roget aliquis,Si uerum eſt,peccata in interiori pœni — Quæſtio.
tentia remitti ac hominem iuſtificari,quid exteriori pœnitentia eſt
opus?aut quidnam poſt remiſſionem culpæ &abolitionem pœnæ æter — 1.Timoth.2.
næ(quæ in interiori pœnitenti a deus operatur)facit ſacerdos uel epiſco
pus?Hæc quæſtio ex ſuperioribus ſatis explicari poteſt,ſed ut res clariſ- — Dilutio.
ſime intelligatur, id animo repetendum eſt quod paulo ante diximus,
neceſſe eſſe ut remiſſionem peccatorum accipias: certo credere tibi re-
miſſa eſſe peccata propter Chriſtum.Iam quum hæc certitudo non iu- — 1.Corinth.2.
dicio ſenſuum aut rationis effici in nobis queat,ſed fide tantum,conſtet — Pœnitentiæ ſacrum inſti-
autem fidem in pauciſſimis hominibus, præſertim his qui grauioribus — tutũ eſt,ut ſit
criminibus occupati quandoque fuerunt, ad eam certitudinem(niſi ex- — certum teſti-
ternis ſignis iuuetur)peruenire. ut certo credant aut ſtatuant ſe eſſe in — monium re-
gratia,nimirum diffidentia ac dubitatione de uoluntate dei,quæ in ani — miſſ. pctõɣ.
mis noſtris naturaliter hæret cum fide perpetuo luctante, quod re ipſa — Iohan.20.
unumquéque in animo ſuo experiri non dubium eſt.Idcirco Chriſtus
huic imbecillitati fidei noſtræ per externum ſacramentum ſubuenien-
dum ratus,pœnitentiæ ſacramentum inſtituit,Iohan.xx. Vt quemad-
modum baptiſmum,euchariſtiam,& cætera ſacramenta certa & effica-
cia ſigna eſſe uoluit,quibus doceamur ut quod foris in ſpecie uiſibili ge- — Vide ſup. in
ri cernimus,intus per fidei uirtutem in nobis effici certo credamus,ſic & — pœmio de
pœnitentiæ ſacramentum nobis relinquendum putauit,quo fidem no- — ſacramentis.
ſtram de remiſſione peccatorum ſtabiliret & confirmaret,atque eam ob
rem ſacerdotibus inſignem illam poteſtatem contulit, remittendorum
ſcilicet peccatorum,hoc eſt,poteſtatem ſigno uiſibili indicandi & oſten
dendi,confitenti ac pœnitenti,peccata per deum eſſe remiſſa. adeo ut ue
re contritus ac confeſſus, quum abſolutionis ſacerdotalis uerba perce-
perit,non ſecus affectus eſſe debeat,q̃ ſi ipſe Chriſtus ei dixiſſet, Dimit- — Matth.9.
tuntur tibi peccata tua.Suam enim poteſtatem Chriſtus(quam & uiſi- — Marci.2.
bili ſigno adhibito, ad certam fidem remiſſionis peccatorum nobis fa- — Lucæ.5.
ciendam confirmaſſe legitur)ſacerdotibus conceſſit,ne quis putet ſacer-
dotem ſua propria poteſtate abſoluere.Siquidem ut ipſe Chriſtus eſt qui
baptizat,ita ipſe eſt, qui abſoluit,ſic ut de uirtute utriuſque ſacramenti
unumquéque Chriſtianum parem atque eandem habere certitudinem

oporteat, quemadmodum ſuo loco latius docebimus. Hæc autem poteſtas ſeu abſolutio ſacramentalis, etſi in utraq; pœnitentia, & priuata, & publica, tanquam ſuauiſſimum utriuſq; condimentum requiratur, ipſum tamen ſacramentum pœnitentiæ non eſt proprie pœnitentia uel publica uel priuata. Conſtat ſiquidem pœnitentiam non ratione abſolutionis ſacramentalis, in qua tota propemodum uis ſacramenti pœnitentiæ ſita eſt, ſed magis ex modo uel genere ſatisfactionis publicam uel priuatam appellari. Porro quum Chriſtus & eccleſia unum ſint corpus, proindeq; pœnitentem non tantum pacem erga deum, ſed & erga eccleſiam (in qua ſola remittuntur ipſa peccata) habere oporteat, ac omnino interſit, ut qui in eccleſia præſident, explorata habeant pœnitentium cõſcientiam ac propoſitum, quæ (ut Chriſtus ait) ex operibus eorũ cognoſcuntur; Idcirco Chriſtus ſacerdotibus præter poteſtatẽ remittendi peccata in ſacramento, poteſtatem etiam fecit ligandi atq; ſoluẽdi, hoc eſt, confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem dandi, qui tum ligant, cum ſatisfactionem imponunt, & pœnitentes (donec ea purgentur) a communione prohibent, ſoluunt uero cum ſatisfactionem impoſitam uel relaxant, uel ea purgatos ad ſacramentorum communionem admittunt, in quo etiam Chriſtus imbecillitati noſtræ pientiſſime conſuluit. Nam cũ pœnitẽti non quælibet ſed digna pœnitẽtiæ opera (ut peccati reliquiæ eluantur, & manentes nos pœnæ per dei clementiam dimittantur) peragenda ſint, nemo autem in cauſſa ſua idoneus iudex uideatur, atque adeo unuſquiſque ſemper propriam cenſuram ſuſpectam habeat, idcirco Chriſtus uicarium ſuum oſtendit, cuius dicto in hac etiam re ſtaretur: ut Auguſtinus non temere dixerit, eum eccleſiæ claues fruſtrari, qui uolet ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentiam agere. Hæc autem exterior pœnitentia in uere contritis & confeſſis, remiſſionem culpæ ſequitur. neq; enim ſacerdos, aliis hanc pœnitentiam imponit, niſi quos cõtritos credit. Deniq; duplex iſta poteſtas per Chriſtũ ſacerdotibus collata, Clauis illa ordinis eſt, de qua ſupra abunde diximus. Clauis iuriſdictionis alio reſpicit. nam non proprie ad pœnitentiam ſpectat, niſi ut prouocatoria, quod ut pædagogus, tantiſper impœnitentem flagellet, donec pœnitentiæ ianuam ingredi faciat, & quodammodo compellat.

QVibus recte perceptis facile eſt intelligere quænam ſit pœnitentia publica uel priuata. Publica enim eſt, quæ publicam habet ſatiſfactionem, Priuata quæ priuatam. Publicã iterũ duplicem faciunt, ſolennẽ & ſimpliciter publicam. Solennis pœnitentia (quæ olim proprie publica uocabaẽ) ea erat, quæ ob enorme & uulgatiſſimũ crimẽ (quod multitudinem ſeu totam urbem cõmouiſſet) extra eccleſiam in cinere & cilicio publice peragenda ſuſcipiebatur. huius pœniteutiæ ritum deſcribit Agatheñ. Cõcilium cap xi. In capite (inquit) quadrageſimæ, omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperint pœnitentiam, ante

Allud eſt ſacramẽtũ pœnitẽtiæ, atq; allud pœnia publica uel priuata.

Eph. 1. 2. 5.

Matth. 7.

Matth. 16.

Poteſtas ligandi & ſoluendi quæ.

Léo ad Theodor. epũm Foroiulieñ. epiſt. 69.

Matth. 3.

Augu. de uiſita. infirmo cap. 4. & 5.

Aug. de pœnitẽtia diſt. 1 cap. agite.

Pœniæ ſatiſfactio remiſſionẽ culpæ ſubſequitur.

Clauis ordinis.

Clauis iuriſdictionis.

Pnblica.

Priuata.

Publica. duplex.

Solennis.

Vide Carthag. concil. 3. ca. 11.

Agatheñ. cõcil. ca. 31.

5. diſt. c. tu capite

ſores eccleſiæ ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis,ſacco induti,nudis pedibus,uultibus in terram proſtratis,reos ſe eſſe ipſo habitu, & uultu proclamantes,ibi adeſſe debent. Decani,id eſt Archipresbyteri parochiarũ, presbyteri pœnitentium, qui eorũ conuerſationem inſpicere diligenter debent,qui & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Poſt hæc epiſcopus eos in eccleſiam introducat, & cum omni clero ſeptem pœnitentiæ pſalmos in terram proſtratus cũ lachrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc ſurgens ab oratione,iuxta quod canones iubent,eis manus imponat,aquam benedictam ſuper eos ſpargat,cinerem prius mittat,deinde cilicio capita eorum operiat, & cũ gemitu & crebris ſuſpiriis denunciet eis, quod ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo,ita & ipſi pro peccatis ab eccleſia abiiciunt. poſt hoc iubeat miniſtris,ut eos extra ianuas eccleſiæ expellãt. Clerus uero proſequatur eos cũ reſponſorio, In ſudore uultus tui ueſceris pane, &c. ut uidẽtes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atq; commotam, nõ paruipendant pœnitẽtiam. In ſacra autem domini cœna rurſus ab eorum Decanis & eorum presbyteris eccleſiæ liminibus præſentent. Hactenus canon. Hanc ſolẽnem pœnitentiam pœnitentes pro ratione criminum,interdum breuiorem,interdum longiorem plures etiam annos duraturam accipiebant. Iam qui tam longam pœnitentiam plus anno duraturam accepiſſent, interea tẽporis ab eccleſiæ ingreſſu toto anno, præterq̃ a cœna domini uſq; ad octauas Paſchæ, abſtinebant. Qua tandem peracta a ſolo Epiſcopo(niſi neceſſitas aut periculũ mortis immineret) per manus impoſitionẽ idq; ante ἀϖψίδα recõciliabãtur, ut uel hinc radicem caſuum Epiſcopis ſpeciatim reſeruatorum facile ſit intelligere. Talem pœnitentiam cogente Ambroſio Theodoſius ſuſcepit, talẽ egit Fabiola, quemadmodum Hieronymus in Epitaphio eius ad Oceanum ſcribit ac teſtatur,quem iucundum erit inſpicere,ut intelligas quãta fuerit olim ueteris eccleſiæ ſeueritas,ac etiam pœnitentium feruor,ad noſtrorum temporum diſciplinam neutiquam conferendus.

HOc autem habebat pœnitentia ſolennis(quam humillimã Auguſtinus appellat)peculiare,quod ſemel in eccleſia dabatur nõ temere reiteranda. Idq;(ut idem ille teſtatur)caute ſalubriterq; præuiſum eſt, ne frequẽtius iterata uileſceret,minuſq; utilis eſſet medicina uilis ægrotis,quæ tanto magis ſalubris eſt,quanto minus cõtẽptibilis fuerit.quãobrem(ut Ambroſius inquit)merito reprehenduntur,qui ſæpius agendam pœnitentiam putant,quia luxuriantur in Chriſto. Nam(ut ſubiicit)ſi uere agerent pœnitentiam,iterãdam poſtea non putarent. quia ſicut unum baptiſma,ita una pœnitentia,quæ tãtum publice agitur. Nã quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc(nimirũ quotidiana pœnitentia)leuiorum, illa grauiorum. Vides quẽadmodum Ambroſius diſcernat hanc quæ publice agitur,hoc eſt ſolẽnem a quotidiana. Quin

Decani.i. archipri.

Preſbyteri pœnitentiũ.

ſeptẽ pſalmi pœnitẽtiales.

Gene.3.

Matth.18.

Gene.3.

Die cœnæ pax dabatur pœnitẽtibus, hoc eſt, recõciliabãtur eccleſiæ. Vnde dies ille german.ce.dicit der gude dõnerſtag.

A pſis.

Ambroſius Theodoſius Imperator.

Hiero.in.epitaphio Fabiolæ ad Oceanum.

Aug.in.2.epi.ad Macedonium

Ibidem.

Amb.lib.2. de pœ.ca.10.

1.Timoth.4.

Ephe.4.

Orig. in Leuit. hom. 15.

Origenes uidetur etiam hanc ſolennem a ſimpliciter publica, de qua ſtatim diximus diſcernere, Qui in Leuitic. homilia. xv. ſic ait: Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, non in blaſphemia fidei (quæ muro eccleſiaſtici & apoſtolici dogmatis cincta eſt) ſed uel in ſermonibus, uel in morum uitio conſiſtat, huiuſmodi culpa ſemper reparari poteſt, nec aliquando tibi interciditur de commiſſis huiuſmodi pœnitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus ſemel tantum, uel raro pœnitentiæ conceditur locus. Iſta uero cõmunia, quæ frequenter incurrimus, ſemper pœnitentiam recipiunt, & ſine intermiſſione redimuntur,

Eccleſia etſi iteratioṇē ſolēnē nō concederet, gremiū tñ redeunti nunquā clauſit.

Verum interim noſſe oportet, eccleſiam ueterē, etſi hanc ſolēnem pœnitentiam in priſtinas ſordes relapſo uel omnino nō daret, uel admodum raro, ipſam tamen nulli ad ſe quamlibet ſæpe lapſo ac redeunti gremium ſuum unquam penitus ſeu omnino clauſiſſe. Quin potius conſtat, quoties pœnitentes & confeſſi ad eccleſiam matrem reuerterentur, a ſpe remiſſionis peccati nunquam deterritos, ſed magis ad deprecandam dei clementiam (cuius miſericordiæ non eſt finis) diligentiſſime cõmonitos fuiſſe.

Pſalm 144.

August. ad Macedoniū

(Nā ut Auguſtinus ait) quis audeat dicere deo: Quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiā rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga iſtos non agi, quod Apoſtolus ait? Ignoras, quia patientia dei ad pœnitentiā te adducit.

Roma. 2.

Quin Auguſtinus ipſe teſtis eſt quandoq; eundē pœnitendi locū dari poſſe ſed raro, ubi uero idem pœnitendi locus non dabať non omnino repellebantur, ſed recipiebantur reuertentes, non tamen ſine diſciplinæ ſeueritate.

Q̄ do recipiebanť olim lapſi poſt ſolēnē pœniam.

Nam etſi non daretur eis locus iterū in eccleſia publice pœnitendi, tamen eatenus recipiebantur, ut intra eccleſiam fidelibus iungerentur, ac ut ſacris myſteriorum celebritatibus intereſſent, ſed a dominicæ menſæ conuiuio perpetuo ſegregarentur, ut hac diſtrictione correpti & ipſi in ſe ſua errata caſtigarent, & aliis exemplum tribuerent ſe ab obſcœnis cupiditatibus retrahendi.

Cõmunio illis tm̄ in extremis reddebātur.

Eiſdem etiam (quod carnali fragilitate cecidiſſent) cum ad dominum cœpiſſent proficiſci, per communionis gratiam ſubueniebatur, hoc eſt in extremis conſtituti tandem reconciliabantur, uti canones Siritii pontificis cap v. & Innocētii primi ca. ii. teſtantur.

Siritius ca. 2.

Innoc. 1. ca. 2

Cartha. concil. 4. ca. 68.

Tole. 1. c. itē placuit.

1. Timo. 3.

Tit. 1.

Præterea qui ſemel publice pœnituiſſent non admittebantur ad clerum, quamuis correcti & boni effecti eſſent, quod hæc pœnitētia infamiam quandam ingereret, quum aſciſcendos in clerū, maxime ad epiſcopatum, ſacerdotium & diaconatum oporteret eſſe irreprehenſibiles, etiam quod attinet ad uitam ante actam: tantū ſi neceſſitas aut uſus exegiſſet inter Hoſtiarios aut Lectores deputabantur. Presbyteris quoq́ue ac diaconibus ne tātus gradus in eccleſia propter paucorum improbitatē uileſceret, hæc publica pœnitentia nō imponebatur, niſi prius deponerentur.

Leo ad Ruſticum Narboneñ.

Sed ut inquit magnus ille Leo in canonibus ad Ruſticum Narboneñ, huiuſmodi lapſis ad promerēdā miſericordiam dei, priuata

eſt expetenda ſeceſſio, ut illis ſi ſatiſfactio fuerit digna, ſi etiam fructuo-ſa. Item hæc pœnitentia coniugatis non dabatur, niſi ex conſenſu, quemadmodum Arelateñ. concilium ii. teſtatur cano. xxi. Deniq; conſulebatur iis, qui non ſperarent ſe hanc pœnitentiam explere poſſe, ut eandem differrent, ne (ut Ambroſius ait) ſi ſemel fuerit uſurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtineret, nec uſum poſterioris auferret. Huius pœnitentiæ ritus pene totus in eccleſia abolitus eſt, partim incuria paſtorum, partim quod delinquentes tantā ſeueritatē detrectarēt. Sed qs interim negauerit, inſtitutiones patrum noſtrorum eccleſiæ ueteris rectas uias nūquā deſeruiſſe, bis felices ſi poſteros reperiſſent qui eas alacriter inambulare pergerent. Concil. Arelat. i. can. 31. c. alienū. 30. diſt. Amb. lib. 2. de pnia. c. 11.

POenitentia ſimpliciter publica at non ſolēnis (quantū ex Origenis, Ambroſii, Auguſtini, & cæterorū patrū dictis colligi pōt) erat, quæ pro delictis etſi mortalibus, tñ leuioribus, in morū uitio conſiſtētibus, quæ totam non cōmouiſſent eccleſiā, imponebatur. Quinimmo omne pœnitentiā, quæ ſatisfactionē publicā popoſciſſet, etſi delictū ſecreto cōmiſſum & confeſſum eſſet, ſecundū hanc pniæ rōnem quis recte publicam dixerit. Nā ut ex Origene & hiſtoria Tripartita cōſtat, pſbyter qui erat ſuper pœnitentes, uir tenax ſecreti, nimirū pœnitentiū cōfeſſiones ſecreto audiens) cōfeſſos (modo tñ ratio delictorū reqreret) etiā hac pœnitentia grauabat, qua etſi ad populū ſpēm delicti non faterent ipſi pœnitentes, ſe tñ peccaſſe grauiter, ipſa ſatisfactione publicitus declarabant. Hæc aūt non habebat tm̄ auſteritatis, q̄tum ſolēnis illa, nec oīno extra eccleſiam fiebat, ſed pœnitentes ſacris intererant a cōione tm̄ ſeparati, qua Sozomenus hiſtoriæ tripartitæ lib. ix. (quē ſupra in tractatu confeſſionis citauimus) potiſſimū loquutus eſſe uidet. Hanc aiūt ſæpius iterari ſolitā, Nec ab hac clericos ſeu ſacerdotes fuiſſe ꝓhibitos, quēadmodū adhuc uidemus ſacerdotes ob admiſſa crimina publica ſuſpenſione a ſacris, aut interdictione ingreſſus eccleſiæ, aut pœna ēt carceris, ut uocant, clauſtralis multari. Cæterū & huius pniæ publicæ uix ullū ueſtigium in eccleſia reliquū eſt, niſi quod ſynodorū, ut uocāt pſbyteraliū ſeu Archidiaconaliū correctio, in huius locū uidet ſurrogata. Quanq̄ & id ex ueteri uſu relictū uidet, qđ ante initiū quadrageſimæ, nēpe feria quarta, quā Cinerū uocamus (qua die olim in ueteri eccleſia populus p pbros cōuocari, & pœnitētib⁹ ac cōfeſſis pnia dari cōſueuit) adhuc cinere tātū obſignamur. Quodq; eadē ac aliis quoq; quadrageſimæ dieb⁹, ea Rñſoria ac pces dicim⁹, quæ oli ſup pœnitētes publice recitari cōſueuerāt, & quæ eiuſmodi pœnitētib⁹ ꝓpriē ꝯueniūt, nimirū ut meminerim⁹ nobis pniam in cinere & cilitio ad maiorū nrorū exēplū merito pagēdā eſſe.

Pœnitētia publica non ſolēnis. Origen. pſal. 37. Tripar. hiſt. lib. 9. cap. 35. c. pbr. 3. diſ. c. quæſitū, de pœnit. & remiſſ. Vñ ortum & relictū, q in capite ieiunii cinere aſpergimur.

HAbemus itaq; in eccleſia ex oībus pniæ ſpeciebus, uix eā quæ priuata dicit ſuperſtitem, quæ hodie adhibet, nō tm̄ in delictis ſecreto admiſſis (qbus peculiariter erat deſtinata) ſed & publicis: q̄q̄ interim & hæc Pœnia priuata, ſola adhuc in uſu, quæ & qb'ſi

bet pœniten tibus indiſcri minatim indicitur.

ſic paſſim nunc miniſtretur accipiaturq;, ut potius ludus uideatur quã pœniæ datio. Atq; utinã uel hæc ſola in ſuũ legitimũ uſum reſtituat, & pie i eccleſia gerat, quod tũ demũ futurũ ſpes eſt, ubi pœniæ ſcrm(quod in hac priuata pœnia)datur, cœperit, & per ſacerdotes ex dei ac eccleſiæ præſcripto ſyncere adminiſtrari, & a populo debita cũ pietate accipi. Cõ modũ ergo nunc eſt, ut de pœnitentiæ ſacramento breuibus dicamus.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Pœnitentiæ ſacramētum quid.

SAcramentum pœnitentiæ quomodo a tota pœnitentia diſcernaẽ ini tio diximus. Eſt itaq; pœnitentiæ ſacramentum externum, & uiſibi le ſignum pœnitentiæ interioris & remiſſionis peccatorũ ſeu gratiæ dei, quam ipſe deus efficaciter, & certo(modo rite accipias)in eo ſacramẽ to operatur. Habet autem, ut cætera ſacramenta, ſuas partes, uerbum, & elementum

Verbum huius ſacramenti.

Iohan.20.

Gerſonus.

VErbum huius Sacramenti, uerbum abſolutionis eſt, Quod Sacer dos uice dei ad confeſſum peccata ſua pronuntiat. Ego (inquiens) abſoluo te a peccatis tuis, in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, quod huic diuinæ promiſſioni innixũ eſt. Quorumcunq; remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Sunt qui hiſce uer bis abſolutoriis, pleraq; alia addunt. Sed ut Iohannes Gerſonus, recte (noſtra quidem ſententia)dixit, erat hæc quam iam retulimus uerborũ abſolutionis, & breuitas, & ſimplicitas retinenda, nec abſolutio uerbis additis, uel reſtringenda, uel inuoluẽda. Nam Sacerdoti, qui Chriſti uice fungitur, formula domini ſui non immerito imitanda eſt. Is abſoluens peccatores ſimpliciſſime dixit, Remittuntur tibi peccata tua. Et cũ pro pterea hoc ſacramentum capiatur, ut cõſcientia pauida, & perterrefacta auditis uerbis abſolutionis, certa conſolatione remiſſionis peccatorum adepta, læta a Sacerdote diſcedat, quis non uidet ea omnia recte omitti, quæ confeſſum adhuc hæſitantem, ac dubitantem relinquere poſſint? Cæterum olim Sacerdotes, antequam confeſſum abſoluerent, largiter pro eo dominum exorabant, ac etiam confitentem hortabantur, ut ui ciſſim pro eis precaretur, idque ex inſtituto Apoſtolico. Nunc tantum ſub abſolutionem precationes illæ, nempe: Miſereatur tui omnipotens deus, Item. Indulgentiam, ac remiſſionem &c. (id quod non negamus) pie, & ſancte recenſentur abſolutionis autem uerba in longum protra huntur, quod non erat neceſſe, nec ut nobis uidetur, multum utile. Quæ ſit autem huius uerbi uis, & quis intellectus uerborum promiſſionis, cui innititur, abunde explicatum putamus.

Verba abſolutionis debent ſimpliciſſime ac breuiſſime pronũtiari.

Matth 9.

Marci.2.

Lucæ.5.

Lucæ.7.

Iacobi ultio.

Elementum huius ſacramenti.

ELementum, ſeu externum & uiſibile ſignum huius ſacramẽti, eſt ille corporis geſtus, & actus, quo Sacerdos abſoluit confitentem, ſimili tudinem habens cum interiori abſolutione, qua deus animam a pecca torum nexibus exuit. Nam uerba abſolutoria externe prolata, deum in-

tus dimittentem ſignificāt. Quod præterea ex more Eccleſiæ noſtræ, manus Sacerdotis ſuper caput pœnitentis imponitur, indicat manum dei, hoc eſt, diuinam uirtutem, ſeu ſpiritus ſancti gratiam emundantem, ac ſanctificātem ſacramento adeſſe.

Impoſitio manus qd ſignificet.
Manus dei.

Deinde manus impoſitio apud ueteres ſignum erat reconciliationis. Vnde qui publice pœnitebant, non recipiebant pœnitentiæ perfectionem, niſi per manus impoſitionem Epiſcopi, quemadmodum ſuperius expoſitū eſt. Ergo cum peccator impoſita manu abſoluitur, nihil aliud deſignatur, q̄ eum, deo, & eccleſiæ (a cuius ſaltem interno conſortio delinquens excidit) reconciliari.

Pœniæ perfectio p manꝰ impoſitionē recipiebatur
Concil. Carthа.1.ca.23.

RItus quos eccleſia in adminiſtratione huius ſacramenti adhibet, hi ferme ſunt. Principio a cōfitente requirit, ut ſimpliciter, pure, ac ſyncere, tanquam coram deo aperiat ſacerdoti omnia (quæ ipſi poſt diligentem conſcientiæ excuſſionem occurrunt) lethalia crimina, ac quæ conſcientiam onerant, ac lædunt. Nam tametſi eccleſia non oneret peccatorem ad confitendum omnia uenialia (quod id fuerit factu impoſſibile) tamen ſi uenialia crebrius recurrant, omnino contemnenda non ſunt, quod collecta non minus grauabunt, & oppriment, quā unum aliquod graue delictum. Et ut Baſilius ait: Nullum peccatum tanquam paruum cōtemni oportet, quod de omni uerbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, de eo rationem reddituri ſint in die iudicii. Præterea, nō tantum confitenda ſunt, quæ peccator certo ſcit eſſe lethalia crimina, ſed etiam ea, in quibus hæret, ac dubitat, ſint ne crimina mortalia? Neque enim poſtremus finis, atq; uſus confeſſionis is eſt, quod ſcilicet confitens, per ſacerdotem (cui iudicium datum eſt cognoſcendi, ac iudicandi inter lepram, & non lepram) inſtrui debeat, ut diſcernat inter peccatum, & non peccatum. Item, cum oporteat nos coram deo ſic conuerſari, ut confidamus deo facta noſtra comprobari, Idcirco dubitans, faciat ne bene, an ſecus, is in anceps ſe periculum coniicit, atq; adeo in peccatum. Quia omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ad Romanos decimoquarto. Quanq̄ interim uelimus hic, leues cōiecturas, & inanes ſcrupulos reiici. qui enim amat periculum, peribit in illo, ſed tantum cum ratio probabilis dubitare facit, dubitatio per exomologeſim animo eximenda eſt. Circunſtantiæ quoque, quæ ſpeciem delectorum uariant, exprimēdæ ſunt. Circunſtantes particulæ (Gregorio Nyſſeno teſte) ſunt, quis, quid, ubi, quando, qualiter, propter quid, uidelicet perſona, res, organum, locus, tēpus, modus, cauſſa. Ergo non tantum tempus, locus, & perſona uerum etiā animi malitia, & tentationis magnitudo conſideranda ſunt: deinde etiā ad quā multos unius peccati noxa perueniat. Ex perſona delictū fit capitalius. Grauius peccat Sacerdos, aut princeps, q̄ Laicus, aut priuatus. nugæ in ore laici (ut inquit Hieronymus) nugæ ſunt, in ore ſacerdotis, blaſphemiæ. Sacrilegium furto maius eſt. Bis peccat quidē domini-

Ritus q huic ſacro ex more eccleſiaſtico adhibenſ.
Quæ peccata cōfitenda.
Pſalmo.18.
Quatenꝰ uenialia peccata. confitēda.
Baſi. in re. mo nach. cap. 28.
Matth. 12.
Quæ ſcrupulā cōſciæ. iniiciunt, confitenda. ſunt.
Leuit. 13.
Ambulare coram dño.
Gene. 17.
Roma. 14.
Prouer. 2.
Quæ circunſtantiæ pctōrū cōfitendæ ſunt.
Vide. Au. de uera & falſ. pœni. ca. 14. & lib. 2. de viſit. infirmo.
Ex perſona.

Ex tempore. Gene. 20. Ex animi malitia. Vide Conciliũ Ancyranũ ex effectu. Quid cauendum ſacerdoti Confeſſario in percõtando, quod ad circunſtãtias attinet. Ineptitudo confitentiũ p ſacerdotum corrigenda. Prima. Secunda. Tertia. Pctã mortalia ex qbꝰ cætera oriunt. Supbia, Vana gloria. Auaritia. Ira. Inuidia. Luxuria, Gula, Acidia. Triſtitia. Supbiæ filiæ. Vanæ gliæ. Inuidiæ. Iræ.

cum audiendis concionibus & ſacro, ac reconciliando deo, excitandæq; charitati in deum ac ꝓximum deſtinatũ, ineptis luſibus, ſcortis, temulẽtiis, obſcœnis fabulis, ac rixis etiam, & pugnis tranſmittunt. Leuius peccat, qui per occaſionem in ſtuprũ incidit, q̃ qui ꝓbam ac ſimplicem uirginem ex probis ꝓgnatam, deſtinatam honeſto matrimonio, malitioſis artibus diu ſolicitatam tandẽ uitiat, ac deinde iactato etiam facinore reddit infamem, atq; aliis quoq; proſtituit. Grauius peccat, qui uoluntarie in tentationem inductus ac per concupiſcentiam illectus labit̃, q̃ qui neceſſitate cecidit. Deniq; atrocius delinquit, qui ſacerdotem, aut uirum etiam talem occidat, a cuius conſiliis tota Reſpublica pẽdebat, aut ſi quis principem ad tyrannidem inſtiget, quod eodẽ facinore plurimos læſerit. Hoc tamen omnino cauendum eſt, ne de his circũſtantiis ſacerdos confitentem ſic percontetur, unde perſonæ quoq; poſſint agnoſci. Præterea, in peccatis, quæ libidine committũtur, periculoſa eſt mora in recenſendis uel percontandis circonſtantiis, tum quod periculum eſt ꝓdendæ perſonæ, cum qua admiſſum eſt peccatum, tum quod ex hac recogitatione facile ſubiret animum ueteris uoluptatis irritatio. Breuiter in circunſtantiis, neq; confitentem neq; confeſſarium ſacerdotem conuenerit eſſe, uel nimis anxium, uel nimis remiſſum. Ea moderatio tenenda eſt, ut ſaltem ſcrupuli, qui conſcientiam moleſtant, tollantur.

QVorundam confitentim ineptitudinem, qui nullo ordine uel iudicio confitentur, ſacerdotibus interdum moleſtã eſſe qs negat? Sed erat hæc ineptitudo per confeſſarios pia inſtructione corrigenda. Scimus de confitendi ratione complures libellos æditos, cõmemorãtes quicquid ĩter homines cõmittitur aut cõmitti poteſt ſceleris. Qui ut recte a confirmatis ætate uſuq; rerũ uiris leganť, Ita noſtro iudicio periculoſe ſpargunť in uulgus, perículoſius animis innocentioribus offerunť. Nã ſi non leuiter peccant ſacerdotes, qui ab omnibus ſciſcitanť de omnibus, non habita ratione ſexus, ætatis, aut ingenii, quis neget hoſce libros periculoſe a quibuſdã legi? Sunt qui peccatum actuale diſcernunt ĩ peccatum tranſgreſſionis & omiſſionis, & ſingula genera in plurimas ſpecies diducunt. Sunt quibus ea ratio confitendi placet, ut quæcunq; confiteri uelimus, memoriæ iuuãdæ cauſa, in ſeptem aut octo illa genera peccatoꝝ lethalium, ueluti in locos quoſdam cões ĩcludamus, quæ ſunt in ſuperbia, uana gloria, auaritia, ira, inuidia, luxuria, gula, & acedia, ſeu triſtitia, quod ex iis omnia uitia oriantur. Ex ſuperbia enim (quæ initium eſt omnis peccati, & regina omnium malorum) naſcitur omnis inobedientia, omnis præſumptio, & omnis pertinacia, contentiones, hæreſes, arrogãtia. Ex uana gloria, iactantia, arrogãtia, indignatio, diſcordia, inanis gloriæ cupido & hypocriſis. Ex inuidia naſcit̃ odiũ, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio in proſperis. Ex ira oriuntur rixæ, tumor mẽtis, cõtumeliæ, clamor, ĩdignatio, præſũptio, blaſphe-

miæ,ſanguinis effuſio,homicidia,ulciſcēdi cupiditas,iniuriarum memoria. Ex triſtitia naſcitur malitia,rancor animi, puſillanimitas,amaritudo,deſperatio,torpor, uagatio mentis,ſæpe etiā,& præſentis uitæ nulla delectatio. Ex auaritia oriuntur inuidiæ,furta, latrocinia, homicidia, mendacia,periuria,rapinæ.uiolentia,inquietudo,iniuſta iudicia, contēptus ueritatis,futuræ beatitudinis obliuio, obduratio cordis . Ex Gula propagatur,inepta lætitia,ſcurrilitas,leuitas,uaniloquium,immunditia corporis, inſtabilitas mentis,ebrietas,libido,hebetudo ſenſus. Ex luxuria generatur otioſitas mentis,inconſideratio, inconſtantia oculorum, uel totius corporis præcipitatio,amor immoderatus ſui,odium mandatorum dei,affectus præſentis ſeculi,horror & deſperatio futuri.atq; hæc fere ſunt,quæ præceptis decalogi prohibentur.

Triſtitiæ & acediæ. Auaritiæ. Gulæ. Luxuriæ.

SVnt qui cōfitēdi locos ex ſeipſis petant,quod omne peccatum, aut animo,aut aliquo quinque ſenſuum committatur. Nam & ſi omne crimen ex fonte cordis proficiſcatur,tamen quæ ad luxum, libidinem, uiolentiam, & contumeliam pertinent,magis ad ſenſus & membra corporis referuntur. Nobis ut ſingulæ iſtæ confitendi rationes minime diſpliceant,tamen ueteris eccleſiæ mos,quod ad præſentium temporū conditionem attinet,magis placuerit. Olim Confeſſarius ſacerdos de articulis fidei,& quæ illis cohærent eccleſiæ ſacramentis,ac præceptis dominicis interrogabat,hoc eſt de uita & moribus,ex quo confitentes duplicē fructum referebant,Primum quod de fide & præceptis inſtituerentur,deinde quod in ſui ac peccatorum agnitionem(quæ ſalutis initium eſt) uenirent. Quemadmodum ergo omnino uelimus ut ſacerdotes ueterē ecclesiam in hoc imitentur,Ita nobis ſimpliciſſima confitendi ratio uidebitur,ſi confitentes doceantur,omnino duo eſſe,quæ in nobis de⁹ requirat,nempe fidem cum ſpe coniunctam,& charitatem: Fidem duo requirere: initio ut quicquid ſymbolo apoſtolico ſummatim continetur,firmiter credamus: Secundo,ut tota fiducia præſentis ac futuræ uitæ conſtituatur in deo, utq; confidamus opera noſtra bona tanq̄ filiorū deo placere. Principio ergo de diffidentia confitendum fuerit. Nempe ſi quis de ullo articulo fidei uel tenuiter hæſitauerit.nam hic ante omnia pia iſtructione opus eſt,ut hæſitatio omnis per uerbum dei cordibus eximatur, & fides plantetur. Deinde quotuſquiſque hominum totam ſuam fiduciam in deum collocat? Nunquid non ſinguli pene ſingulos ſibi deos faciunt? Alius finem operum ſuorum in faſtu ac uana gloria conſtituit, ali⁹ in diuitiis confidit, alius uentrem curat,atq; alii alia reſpiciunt: interim de fide in deum(cui oīa accepta referre, & a quo totos nos pendere oportet,utcunq; tandem res iſtæ externæ cadant) parū aut nihil ſoliciti:atq; interim quam pauci ſunt,qui hanc ſuā diffidentiā,atq; adeo idololatriā peccatū putant,cum tā ſit oīum peccatorū fons & origo. Nā qui a fiducia in deum,prſus alienus eſt,huius tota uita nihil aliud eſt q̄ unicū pec-

Peccatū aut aīo. aut uno quoq; ſenſuū cōmittitur. Matth.15. Vetus confitendi rō optima. Peccatorum agnitio ſalutis initium. Quō docēda plebs eſt confiteri. Fides. Pſalmo.61. Quomodo de diffidentia confitendum. Pſalmo.43. Pſalm.51. Matth.8. Ephe.5. I.Timo.6. Iohan.16. Auguſtin⁹ in

Iohānem.

catum,de quo Spiritus ſanctus mundum condemnat. De hac erga diffi dentia initium recte capietur & inſtruetur per ſacerdotem cōfitens. Iam

Charitas. Decalogus aptiſſima methodus agendorū & omittendorum. Populus in decalogo ſedulo inſtituendus

charitas ad duo ſe porrigit charitatē dei & proximi:utranq; deus in decalogo præcepit, qui aptiſſima quædam methodus eſt,docens nos de oībus,quæ deus & fieri uelit,& fieri nolit,quod in eam omnes leges morales includi poſſint. Quum ergo omnino uelimus ac cupiamus, ut non tantum priuatim,ſed & publice ex ſuggeſtis, idq; frequentiſſime populus iu decalogo inſtituatur,utq; non ſolum plebs decalogum memoria tenere,ſed & quibus operibus ſingulis præceptis ſatisfiat,rurſus quibus contra ſingula peccetur,doceatur,quam doctrinam in poſtrema parte huius inſtitutionis trademus,fit ut ſperemus(id cum parochi factum curant)fore,ut hinc plebs certiſſimam ſimul ac ſimpliciſſimam confitendi

Interior confeſſio freq̄ns adiuuādam memoriā utiiis.

rationem ſibi facillime colligat.Porro ad memoriam iuuandam nihil magis profuerit,q̄ frequens interior cōfeſſio,quemadmodum ſupra docuimus.Præterea huc non parum fecerit,ſi pœnitus intuens in præcepta dn̄ica recolat ſecum ubi locoꝝ uixerit,quibus in negotiis uerſatus ſit,& apud quos uixerit. Videndū aūt eſt ſacerdoti ne peccatum omiſſionis ex

Eſaiæ.I.5.

tenuetur,quod ſolet eſſe grauiſſimum,maxime ī iis,qui authoritate aut dignitate præeminent,ueluti ſunt Epī, Abbates,Parochi,Principes, Magiſtratus & Patresfamilias,qui quemadmodum multoꝝ malo peccant, ita multoꝝ malo ceſſant in officio,quæ autem horum officia ſint, doce

Loci communes.

bunt loci cōes,quos huic ſacramento annectemus,ut Cōfeſſarius ceſſantes corripiat,ac ſingulos de ſuo munere diligenter admoneat.

De ratione ciuili.

DE reſtitutione ciuili anxii ſæpe ſunt confitentes & cōfeſſarii.Idque recte.Nam quis dubitat eam eſſe neceſſariam, ſaltem quoad fieri

Qui teneantur ad reſtitutionem.

poteſt?q; ſine ea fingere quidē poſſit quiſpiam ſe pœnitere, uere aūt pœnitere,nequaq̄.Non ſolum autē ad reſtitutionem tenentur qui pecuniolam alterius ſuffurati ſunt,ſed in primis qui peſtilenti uirulentaq; ligua

Corruptores ſimplicium meritum.

ſimplicium mentem corrūpunt,tranquillitatem animi ꝓximo adimūt, obtrectationibus famam alienam lædunt,peruerſis conſiliis publicam pacem perturbant,qui pudorem puellarum corrūpunt,quos oportebat

Exo.22.

Qui non ex fide cum proximo agunt.

legis Moſaice cenſuram ſubire.Item oēs opifices,qui non ex fide cum ꝓximo agūt,hoc eſt,qui regulæ euangelicæ obliuiſcunt,quæ hēt. Quod ſibi non uis fieri,alteri ne feceris,& omnia quæcunq; uultis,ut faciāt uo-

Matth.7. Lucæ.6.

bis homines,hoc & uos facite illis.Quæ omnia in explanatione Decalogi latius ſumus tractaturi.Tantum de confitendi ritu dixiſſe ſuffecerit.

Quid faciendū ſacerdoti poſt enarrationē pc̄tōꝝ q̄ ad inſtructionē cōfitētis attinet.

POſtquam autem pœnitens peccata ſua confeſſus fuerit, recte interrogat ſacerdos,an ei peccata præterita diſpliceāt,an propoſitum habeat adiutore deo ſe a peccatis deinceps continendi, quod abſq; contritione interna cōfeſſio uocalis magis obſit q̄ proſit. Quo facto,ſacerdos ſingulis morbis, ſua remedia adhibebit. Idq; ex diuinarū ſcripturarum myrothecio, quarum ſyluam quādam dabimus incalce huius ſacramē-

ti,quam qui uolet pro ſuo arbitratu ſecundum rationem criminum au gere poterit,Nam ſuperbo recte dixeris,humilia te in conſpectu domini. Vanam gloriam ſectanti,uide ne ob träſitoriam gloriam, æternam per das mercedem.Inuido, peccatum tuum maximum eſt,quod diabolum proprie parētem habet cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum Age itaque pœnitentiam,& profectum aliorum, tuum deputa. Iracundo,ira in ſtultorum ſinu requieſcit, dominari debes animo tuo, & hanc tranquillitate mentis effugare. Auaro cogita quia radix eſt omniū malo rum cupiditas idololatriæ comparatur. Ventris curam in deſideriis facienti,ſobrietas,Luxuriæ dedito,caſtitas ſectanda perſuadebitur.Con tra accidiam,animam hominis aggrauātem, ut ei nihil boni agere libe at,ſedulitas.Cōtra triſtitiam,ob aduerſa hominis mentes occupantem, patientia,& longanimitas inculcanda eſt. Et ut ſūmatim dicamus con traria contrariis antidotis curanda ſunt.Deinde poſtquam Cōfeſſarius ſacerdos confitentem,quantum ad corrigendam uitam ſufficere uidebi tur inſtruxerit,tum ſtatim ſatisfactio,hoc eſt, opus aliquod pium quod cum uitio perpetrato q̃maxime pugnet,ipſi cōfeſſo īponi debet, licet demum poſt abſolutionem peragendum.niſi tamen aliud delicti & perſonæ ratio popoſcerit. Poſtea pro pœnitente ad dominū, fiet pia deprecatio.In qua tamen ſacramenti uis non cōtinetur.Poſtea ꝓnūtiabitur abſolutio,in qua tota ſacramenti uis conſiſtit.

Quid inculcandum. Superbo. Vanam gloriam ſectāti. Matth.6. Iracundo. Gene.4. Auaro. 1.Timo.6. Ephe.5. Guloſo. Libidinoſo. Accedioſo. De iniūctione ſatisfactionis. De ꝓcatio ꝓ confitenti. Abſolutio.

HVius aūt ſacramēti uim & efficaciā multiplicē eſſe cōſtat. Principalis finis eſt,ut pœnitēs uerbis abſolutiōis aſſentiēs referat beneficiū remiſſionis peccato℞ & certiſſimā cōſolatiōem, recōciliatiōis qua ecclesiæ rurſus inſeritur.Neque enim dubitandum eſt deū(qui remittendo rum peccato℞,ligandi ac ſoluendi poteſtatem ſacerdotibus fecit)ipſum etiam miniſterio eorum potenter aſſiſtere,ſi tamen pœnitens ſpiritui ſancto obicem non poſuerit,hoc eſt,per incredulitatem reſtiterit.nam mentiri non poteſt deus in promiſſis longe ueraciſſimus,& ſi nos indigni ſimus,quod ad nos attinet. In quam ſententiam Dauid Apoſtolo interpretante dixit:Tibi ſoli peccaui.& malum coram te feci,ut iuſtificeris in ſermonibus tuis,& uincas cum iudicaris.Vnde quemadmodum per baptiſmum,eximimur a tyrannide Satanæ,& facti filii dei inſerimur corpori Chriſti,quod eſt eccleſia,& in tam felix contubernium cooptamur & angelorum,& omnium ad cœleſtem hæreditatem prædeſtinatorū, ubicunq; terrarum uiuunt,uixerint,aut uicturi ſunt,ita per miniſtrationem huius ſacramenti in eādem ſocietātem rite reſtituimur. Præter hūc finem plerīq; alii ſunt minus principales.

In primis quod non alia ratione aut citius aut efficacius quā ſacramentali confeſſione frangitur ſuperbia mentis humanæ ac ceruix erecta cōtra deum,quæ niſi magno ſtudio deprimatur,erigit tandem ſeſe aduerſus omne quod dicit deus:deprimitur autem cum homo ꝓrſus ſibi diſ-

De uirtute, & efficacia huius ſacrīl. Iohan.20. Titum.1. Pſalmo.50. Romañ.3. 1.Pet.3. Romañ.6. Sacramenti pœniæ uis. Cōfeſſionis ſecretæ omni moda. publica uel Iohan.20.

1.Theſ.1. plicés ſeſe deo totum ſubmittit. Porro nulla poteſt eſſe maior ſubmiſſio, quam ut homo ſponte ſeſe ſubmittat ad pedes hominis, eiq; prodat non ſolum facta, ſed & cogitata. Atq; interim experientia docet, nulla ex re plus lucis & gratiæ cœleſtis capi, quam ex ſyncera confeſſione, cui plena conſolationis ſuccedit abſolutio, nimirum ꝙ deus ſuperbis reſiſtat, humilibus autem det gratiam. Quamobrem hunc fructum nullus pudor debet excludere, præſertim cogitanti, tolerabilius eſſe hic apud hominẽ ſemel pudeſcere, quam poſt erubeſcere in conſpectu dei, angelorum & ſanctorum omnium. certe cuius animus uehemẽter refugit ſe ſacerdoti ſubmittere, is (noſtra ſentẽtia) nondum cor ſatis deiecit apud deum, nec ex animo ſatis adhuc pœnitet: ut ſileamus par eſſe, ut quemadmodum totus homo ſe erexit contra deũ, ita corpore quoq; ſeſe ſubmittat, quod ſæpenumero occaſionem peccandi præbuit.

chryſoſt. Pudor conſeſſionem impediens pellendus.

Secunda utilitas cõfeſſionis.

Secundo, uſus ſacramenti ad hoc quammaxime ualet, quod hinc diſcamus noſſe nos ipſos (quæ eſt præcipua ſapientiæ pars) ꝙ confeſſio totũ hominem ſibiipſi ſubinde ponat ob oculos, excuſſis omnibus animi latebris, dum penitus cõſiderat quo uocent præcepta dei, contra, in quæ ipſe propenſus ſit, & ꝗbus occaſionibus labaturq;: atq; hæc eſt uera meditatio in lege domini, ut homo cõponat ſe ad eum uitæ ſtatum, in quo ſe cuperet eſſe, ſi iam ſupremus uitæ dies urgeret. Iterũ docet confeſſio agnoſcere peccatum. Nam pleriq; ſunt, qui uel per ætatem, uel per imperitiam non intelligunt morbum ſuum, per errorem iudicantes nullũ eẽ delictum, quod crimen eſt capitale: contra, hoc eſſe crimen, quod crimen non eſt. quidam ſic inuoluti ſunt, ut ſeipſos extricare non poſſint, qui ſacerdotem Confeſſarium deſiderant, hominem integrum, prudentem, ac ſacrarum literarum ſcientia inſtructum.

Vera meditatio in lege domini.

Peccatorum agnitio ex cõfeſſione.

Homines inuoluti.

3 Tertio, hoc remedio maximis quibuſdam malis medetur ſacerdos, quæ ſunt peſtilens ſecuritas, & hac ẽt peſtilẽtior gloria de pc̃tis, deniq; deſperatio diuinæ clemẽtiæ, cuius prim⁹ author fuit Cain detrectãs cõfeſſionẽ.

Gene.4.

4 Quarto, hoc ſacramentũ non mediocriter iuuat ad parandã idoneã deteſtatiõem cõmiſſoꝝ ex amore dei proficiſcentem, ac ſerium certumque propoſitum in poſterum ab omnibus abſtinendi, quæ deũ offendunt.

5 Quinto, pudor retegendi ſecreta peccatoꝝ uelut expiatio quædam eſt, quæ bonã pene partẽ adimit, hoiemq; cohibet ne facile relabat in eadẽ.

6 Sexto, confitens non ſolũ cõſolationẽ remiſſionis peccatoꝝ accipit, ſed etiam conſilio exhortationeq;, ac precatione ſacerdotis iuuatur, quã plurimum ualere Iacobus teſtatur. Hactenus de huius ſacramenti uirtute.

Iaco.ult.

IAm quo affectu pœnitentẽ ad ſacerdotẽ accedere oporteat, ex ſupradictis ſatis intelligi põt. Debet enim ad ſacerdotẽ accedere, nõ ut hoiem, auditurus ex eo ꝗd humanũ, ſed ut Vicarium Chriſti, cuius legatione fungitur, ut audiat ex eo diuinũ uerbũ abſolutionis, cui fidem adhibẽs, de remiſſione pc̃toꝝ ſe certũ faciat, atq; in primis eum affectũ adhibere

Quo affectu ad ſacerdotẽ accedẽdũ.

1.Corinth.5.

debet

debet,quem habent lethalibus morbis occupati,cum ad medicum con fugiunt,ſine cuius ope mortem oppetituri ſibi uidenť:quin hoc maiorē pœnitentis affectū eſſe cõuenerit,quãto uulnus animæ omni plaga cor porali periculoſius eſt.Hunc affectū reſipiſcenti uerbum Chriſti ingene rat,quo nos certos reddit,ut qbus peccata ſacerdotes remiſerint,illis re miſſa ſint.Exomologeſim itaq; facturo ſic cogitandū eſt, ſacerdotē angelum eſſe dñi,quẽadmodum ꝓpheta dixit: Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã,& legē exquirũt ex ore eius,qa angelus dñi exercituũ eſt. Itidem eũ eſſe ſcribam illũ de quo Chrs dixit:Oīs ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patriſamilias, q profert de theſauro ſuo noua & uetera. Ad hæc ſacerdotē deſignatū eſſe p ſtabulariũ illũ euangelicũ,cui Samaritanus uerus ille hominũ cuſtos Chriſtus,duos denarios protulit in curam uulnerati. Quæ cũ recolit pœnitēs,fieri nõ poteſt qn magno quodã deſiderio ad ſacerdotē properet,ueluti ad eũ a quo certã ſalutem ſit relaturus,& ſaluberrimã ſitim remiſſionis peccatorũ potu aquæ ſalutaris remiſſionis peccatorũ reſtincturus.Quē putas tã ſocordē,q nõ lõgiſſima itinerũ ſpacia præter oēm morã alacriter ac libēter eſſet emēſurus,ſi ex Chro dño audire poſſet,dimittunť tibi peccata tua?& tamen ſi fidē ad ſacerdotē Chri uicariũ attuleris,nihil minus audies, nec minori cũ fructu.Ille poteſtatē ſuã ſacerdotibus cõceſſit,ac ut uerbis ſuis fidem adhiberes uoluit.ergo beatus,qui nõ uidiſti & credidiſti.Qualis autē ſacerdos tibi deligendus ſit ſuperius ex patribus indicauimus,quē etiã ut facile reperias nobis epiſ incũbit,ut q officio nro ĩ eccliis nris funguntur, uiri ſint & ſapiētes,& diſcreti,q cũ ptãte iudiciũ habeãt cõiunctũ.

Pœnitentis affectus erit inſtar affect. ægroti.

Iohan.10. Auguſt.

Malach.2. Matth.13. Lucæ.10.

Matth.9. Marci.2. Lucæ.5.7.

Iohan.20. Marc.2. Iohan.10.

Miniſter huius ſacramenti ſacerdos eſt.uidebit autē quilibet ſacerdos,ne tã arduũ cõfeſſionis audiēdi munus ſuſcipiat, niſi doctrina,animi rectitudine,prudentia,ſed ante oïa pietate ad hoc ſit idoneus. Qui ſi qd alioqui habeat affectus humani, uideat tamē ac curet ut auditurus cõfeſſionē nõ priuati hominis ſed ſacerdotis,imo Chriſti perſonam ſumat,neq; quicq habeat præoculis,niſi deũ,cuius illic quodãmodo uices gerit.Præparabit itaq; ad rem tã ſeriã tamq; ſacrã animum, ne malum medicũ præſtans,& proximi morbum augeat, & iram dei in ſe prouocet,& uterq; ab altero diſcedat deterior. Ante omnia ſobrium ac ſilentii tenacem eum eſſe oportet,præterea debebit ſic moderari omnia, ut percontationes ſuas nõ ultra proferat,q̃ neceſſe ſit ad criminis cognitionem,ne ſcilicet inficiat animos ſimpliciũ & infirmorũ, nec tamen interim ſinat ignorari,quod ignoratum,uitari curari ue non poterat: Sic eſſe affectus,ut malis hominum cum Paulo Apoſtolo illachrymet,ut tanto inſtantius oret ac uigilet pro grege dominico,quo uidet morbos eſſe maiores,quibus is tenetur occupatus,cogitans eos morbos gregem nõ fuiſſe inuaſuros,ſi ipſe & cæteri,quibus hoc munus concreditum eſt,doctrina,monitis,increpationibus,& obſecrationibus aduigilaſſent.

Miniſter huius ſacramēti. Sacerdos qualis.

Medici.

Sobrius. Silens. Diſcretus.

Roma.9.

Breuiter non eſt idoneus ſacerdos qui non gerit paterna uiſcera erga gregem ſuum, qui nondum nouit cum confitentibus indoleſcere & compati infirmitatibus eorum, quales ſunt qui ex hominum malis criſtas tollunt & ſupercilium adducunt. Hic uero ſolus idoneus eſt qui nouerit infundere uinum & oleum, uerbum ſcilicet correptionis & conſolationis, ſic tamen, ut in conſolationem ſemper procliuior ſit, præſertim ubi intellexerit pœnitentem ex animo reſipiſcere. Quanquam uero ſacerdotem talem eſſe oporteat, non minus tamen hoc ſacramentũ percipitur ab indigno quam a digno miniſtro, ſi tamen confitens uerã contritionem & rectam fidem attulerit. Nã (ut Auguſtinus inquit) propterea dictum eſt a domino, in Numeris ad Moyſen & Aaron ſacerdotes, Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego dominus benedicam eos, ut gratiam traditam per miniſterium ordinati transfundat hominibus, nec uoluntas ſacerdotum obeſſe uel prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Nam quanta ſit dignitas ſacerdotalis officii & ordinis, ſatis indicat nequiſſimus ille Caiphas, de quo dictum eſt, Hoc autem a ſeipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit: quo oſtenditur ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi digni uel indigni, ſed ordinem traditionis. Non itaq; perſona ſacerdotis ſpectãda, ſed Chriſtus (cuius ſacerdos miniſterium gerit) intuendus eſt. is enim ſolus peccata dimittit, qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt, q eſt agnus tollens peccata mundi. Verbum dei (inquit Ambroſius) dimittit peccata, ſacerdos eſt iudex. Sacerdos quidẽ officium ſuum exhibet, ſed nullius poteſtatis iura exercet. Sed dices, quid ſibi uult, quod patres non ſemel dicũt a ſolis ſanctis & columbæ membris dimitti peccata? Vt autem intelligas quid quæratur, repetere animo oportet, Omnem hominẽ Chriſtianum qui ſeſe lethalibus criminibus etſi occulte contaminat, non ſolum in deum, ſed & in eccleſiam, hoc eſt, in cœtum ſanctorum omnium peccare. Eo ipſo enim quod exit a ueritate, a fide, a charitate, de caſtris eccleſiæ exit, ac ſtatim cum lethaliter delinquit, ſeſe ab occulta illa cõmunione ſanctorum, qui uno fidei & charitatis ſpiritu ſub uno capite Chriſto toto terrarũ orbe arctiſſimo quodã unitatis uinculo ſibi cohærent ac cõnectunt, ſeparat: atq; hoc ipſi facit, ut iam & in cœlo & in terra ligatus cenſeatur, & ſi nondum Epiſcopi uoce ligetur. Talem ergo hominem (modo ſalutis ſuæ rationẽ ullã habere uelit) & in dei, & in ſanctorũ omnium gratiam redire neceſſe eſt, quod aliter fieri nõ poteſt, niſi & deus & tota eccleſia ſanctorum cum in gratiã & cõmunionem, a qua propria malitia excidit, ruſus recipiant, hoc eſt peccata dimittant. Itaq; dũ quæritur nõ a ſolis ſanctis dimittantur peccata, Reſpondendũ eſt, Nos hic ad duo reſpicere oportere. Primũ ad id, quod reuera agitur, cum dimittuntur peccata, Secundo ad miniſterium reconciliationis. Exemplo res fiet dilucidior. Quum populus Romanus quempiam proſcriptum in

Lucæ.10. Vinũ & oleũ. Galat.5. Auguſt. lib. queſt. ueteris & noui teſtamenti. Nume.6. Johan.11. Caiphas. Aug. contra Iulianum. Marc.4. Roma.4. Iohan.1. Amb. de pœ. diſt.1. c. uerbum. de. Quæſtio. Origines in Leuit. Dilutio quæſtionis.

gratiã recipere uelit,& ad hoc miniſterio uniuſcuiuſlibet hominis utif: Hic populus Romanus eſt,qui noxam remittit,qui ius ciuitatis reddit, & proſcriptum in conſortium ſuum iterum recipit:Legatus tantum mi niſterio fungitur,populus Romanus reuera dimittit culpam : Legatus uero non aliter quam populi Romani nomine. Ad eundem modũ cum peccata dimittuntur,dicendum eſt,ſolos ſanctos & columbæ membra propriæ peccata dimittere nam ipſi ſunt qui peccatorem a ſe abalienatum cum ueraciter ad deum conuertitur,rurſus in ſuum conſortium recipiunt. Sacerdos tantum miniſterium exhibet,atq; hoc ipſum eſt,quod ait Auguſtinus:Cũ ueraciter(inqt)ad deũ conuerſo,peccata dimittunt, dimittunt ab eis,quibus ipſe ueraci conuerſione coniungit,ſpiritus ſanctus ea dimittit qui datus eſt omnibus ſanctis ſibi charitate cohærentibus,ſiue ſe nouerint corporaliter,ſiue non. Similiter cum alicuius peccata retinentur,ab eis tenentur,a quibus ille cordis prauitate diſiungitur, ſiue notis corporaliter ſiue ignotis.omnes enim mali ſpiritualiter a bonis ſeiuncti ſunt. Et alibi: Eccleſiæ charitas,quæ per ſpiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit, eorum autem,qui nõ ſunt eius participes, tenet. Ideo poſteaquam dixit: Accipite ſpiritum ſanctum,cõtinuo,de peccatorum remiſſione ſubiecit, Quorũ remiſeritis peccata,remittuntur eis,&c. Reipſa ergo ſancti ſunt, qui peccata remittunt, ſed quoniam eccleſia ſanctorum occulto unius eiuſdemq; ſpiritus uinculo,cohærens,toto orbe diſperſa eſt,nec ſimul in unum locum congregari poteſt,ut ab eius ore peccator uerbum remiſſionis peccatorum audiat:Idcirco miniſterium ſacerdoti in eccleſia conſtitutum eſt,ut quod ſacerdos eccleſiæ nomine fecerit, tota eccleſia piorum feciſſe cẽſeatur. Iam ut nihil prohibet hominẽ etiam criminoſum, honeſte cuiuſpiam reipublicæ procuratorem eſſe poſſe,qui Reipublicæ nomine contrahat,ac reſcindat,ſic nihil repugnat ſolos pios ubiuis terrarum conſtitutos, ſiue notos ſiue ignotos ueraciter conuerſo,peccata reipſa dimittere,& tamẽ in hoc uti miniſterio ſacerdotis etſi mali Quãobrem pulchre dixit(cuius uerbis libenter utimur.) Auguſtinus.

Simile.

Auguſti. de baptiſ. paruulorũ.ca.7.

1. Corinth.2.

Romañ.5.

Iohan.20.

Augu. de baptiſm. paruulorum.

Sacramentum gratiæ dat deus,etiam per malos,Ipſam uero gratiam non niſi per ſeipſum uel per ſanctos ſuos. Et ideo remiſſionem peccatorum, uel per ſeipſum facit uel per ipſius columbæ membra, quibus ait: Quorũ remiſeritis peccata,&c. Interim extra publicum eccleſiæ miniſterium(quod ſcilicet eadẽ uirtute ac efficacia miniſtrant mali qua boni ſacerdotes,modo tamẽ ab eccleſiæ cõſortio reſecti nõ ſint)conſtat,multum inter benedictiones bonorũ & malorũ hominum diſtare. Legimus enim benedictiones patriarcharum, prophetarum,atq; multorũ aliorũ ſanctorum hominum, longe efficaciſſimas fuiſſe,malorũ uero, nequaquam. Efficax eſt enim ſanctorum ſpiritus propter inhabitãtem deum in ipſis,Sed malorum ſpiritus longe ſecus habet,licet quum publico mi.

Inter priuatas benedictionis bonorũ ac malorũ multum intereſt.

Gen.27.48.

4.Reg.4.

Vide Athanaſiū in uita Antonii.
Aliud eſt priuatim bñdicere, aliud publicum miniſteriū gerere.
Aug. lib. de pœnitentia.
Matth. 18.
Matth. 11.
Marci. 2.

niſterio funguntur, ſacramentorum efficaciæ (quæ magis deus quam ipſi operatur) ſua priuata malitia nihil detrahere poſſint. Aliud eſt enim priuatim benedicere, aliud publicum miniſterium gerere. Vt ergo hanc rem aliquando finiamus, in ſacerdote non perſona hominis, ſed Chriſti, cuius uices gerit, ſpectanda eſt, & firmiter credendum, quod reconciliatio ſacerdotis in uere conuerſo hoc intus operetur quod deſignat, népe abſolutum nō tantum militanti ſed & triumphanti eccleſiæ reconciliari. Quid enim aliud eſt, Quodcunq; ſolueritis ſuper terram, erit ſolutū & in cœlo, quam ſi dicat: Ego deus & omnes cœleſtis curiæ ordines & omnes ſancti in gloria mea laudant uobiſcum & confirmant quos ligatis & ſoluitis. Quamobrē deus modis omnibus a nobis collaudandus eſt, quod dederit talem poteſtatem hominibus.

SEQVVNTVR LOCI.

LOCI COMMVNES EX SCRIPTVRIS DIVINIS excerpti, quos in numerato habere debet Parochus ad commonendum quenq;, præſertim quum Exomologeſin facit, officii & functionis ſuæ, ſecundum ætatem, ordinem, affectum, ac uitæ genus quod amplectitur.

EPiſcoporum, parochorum, ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorum, clericorum omnis generis, Deniq; eorum qui monaſticæ uitæ ſunt addicti, munera & functiones, quæ ſingulos ordinis ac ſtatus proprie ac peculiariter reſpiciunt, canones Concilii noſtri prouincialis, quin potius euangelicæ & apoſtolicæ præceptiones quas illic citauimus, & in tractatu de ſacramento ordinis copioſius afferemus, exacte deſcribunt, ut eadem hic uel referre uel repetere non ſit opus.

Quid uiciſſim debeant laici epiſcopis, ſacerdotibus, ac maxime Parochis.

Eph. 6.
Coloſſ. 4.
Actor. 12.
Lucæ. 10.
Matth. 23.

IN primis orabunt pro eis omni tempore, in ſpiritu, ut detur eis ſermo in apertione oris ipſorum, cum fiducia notum facere myſterium. Euangelii pro quo legatione funguntur, Ad Epheſ. vi. Coloſſen. iiii. Actuum. xii. Et audient eos. Sic enim Chriſtus apud Lucam capite decimo ait: Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Et ut ſit ſacerdos aut Parochus uitæ non admodum inculpatæ, non tamen ordo & munus iniuria afficienda ſunt, ſed magis obtemperandum ipſis eſt uerbum dei miniſtrantibus. Sic enim Chriſtus in Euangelio Matthæi. xxiii. Super cathedram

(inquit)

(inquit) Moyſi ſederũt ſcribæ & phariſæi; Omnia ergo quæ dixerint uobis facite, ſecundum uero opera eorum nolite facere. Ac Paulus: Obedite (inquit) præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, Hebræ. xiii. Et alibi: Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et, Dignus eſt operarius cibo ſuo. De uictu Parochis ſuppeditando, canones Concilii noſtri prouincialis fuſius docent ac commonefaciunt. Hebræ. 13. 1. Timoth. 5. Corinth. 9. Matth. 10. Lucæ. 10. 1. Timoth. 5.

De principum ac magiſtratuum ciuilium munere.

ET nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, Pſalm. ii. Non eleuetur cor regis in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neq; declinet in partem dextrã uel ſiniſtram, ſed deſcribet ſibi Deuteronomium legis, accipiens exẽplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus uitæ ſuæ ut diſcat timere dominum deum ſuũ, & cuſtodire uerba & cerimonias, quæ in lege præcepta ſunt, Deute. xvii. Meminiſſe debent magiſtratus omnem poteſtatem a deo eſſe ſicut ſcriptum eſt, quia non eſt poteſtas niſi a deo, Quæ autẽ ſunt a deo ordinata ſunt, Roma. xiii. Item ad ipſos eſſe dictum: Diligite ergo iuſtitiam qui iudicatis terram, Sapientiæ. i. Poteſtati dicitur: Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis, non conſideres perſonam pauperis, nec honores uultum potentis. Iuſte iudica proximo tuo, Leuitici. xix. Siue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruũ audietis ut magnũ, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia dei iudicium eſt, Deuterõ. i. Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant uerba iuſtorum, Deute. xvi. Vſquequo iudicatis iniquitatẽ, & facies peccatorũ ſumitis, iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperem iuſtificate: eripite pauperem de manu fortiorũ eius, de manu peccatorum liberate. Pſal. lxxxi. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, Iudicate pupillo, defendite uiduam, Eſaiæ. i. Si introierit uir aureum annulum habens in ueſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt ueſte præclara, & dixeritis, tu ſede hic bene, pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, nonne iudicatis apud uoſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum ueſtrarum? Si enim perſonam reſpicitis, peccatum committitis, redarguti a lege tanquam transgreſſores, Iacobi. ii. Pſalm. 2. Deute. 17. Roma. 13. Sapiæ. 1. Leuitic. 19. Deute. 1. Deute. 16. Pſalm. 81. Eſaiæ. 1. Iaco. 1

Quid debeant ſubditi magiſtratibus.

OMnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit: Qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit: Qui autẽ reſiſtũt, ipſi ſibi dãnatio- Roma. 13.

nem acquirunt. Nam principes nō ſunt timori boni operis ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa, dei enim miniſter eſt tibi in bonum: Sin autem malum feceris, time. Non enim ſine cauſſa portat gladiū. dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei, q male agit. Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote, nō ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiā. Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui timorem timorem, cui honorem honorē ad Romanos. xiii. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo, Matth. xxii. Deum timete, regem honorificate, & ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum, ſiue regi; quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis, ad uindictam maleſactorum, laudem uero bonorum, quia ſic eſt uoluntas dei, ut beneſacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non quaſi uelamen habentes malitiæ libertatem. i. Petri ſecundo. Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus; & pro omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & caſtitate. hoc enim bonum eſt & acceptum corā ſaluatore noſtro deo, primæ ad Timotheum ſecundo: Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonū paratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. i. Timoth iii.

Matth. 22.
1. Petr. 2.
1. Petr. 2.
1. Johan. 2.
1. Timo. 2.

Maritorum officium.

Viri qui cohabitent ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori uaſculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ uitæ, ut non impediantur orationes ueſtræ, primæ Petri tertio: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſam ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata, Ita & uiri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & oſſibus eius: propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſtū & in eccleſiam. Veruntamen & uos ſinguli unuſquiſque uxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, ad Epheſios quinto. Viri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe erga illas. Coloſſenſes tertio.

1. Petr. 3.
Ephe. 5.
Coloſſen. 3.

Vxorum munus.

Similiter & mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis, ut & ſi qui non credunt

1. Petr. 3.

uerbo,per mulierum conuerſationem ſine uerbo lucrifiant, Conſiderantes in timore ſanctam cõuerſationem ueſtram, Quarum non ſit extrinſecus capillatura,aut circundato auri, aut indumenti ueſtimentorum cultus,ſed qui abſconditus eſt cordis homo,in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus,qui eſt in conſpectu dei locuples.Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in deo,ornabant ſe,ſubiectæ propriis uiris, ſicut Sarra obediebat Abrahæ,dominum eum uocans, cuius eſtis filiæ benefacientes,& non pertimentes ullam perturbationem.i Petri.iii.Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint,ſicut domino, Quoniam uir caput eſt mulieris,ſicut Chriſtus eſt caput eccleſiæ,ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres uiris ſuis in omnibus. Vxor ergo timeat uirum ſuum, Ephe.V. Mulieres in habitu ornato cũ uerecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus,aut auro, aut margaritis,uel ueſte pretioſa,ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.Mulier in ſilentio diſcat,cũ omni ſubiectione: docere mulieri autẽ non permitto,Neque dominari in uirum,ſed eſſe in ſilentio.Adam enim primus formatus eſt,deinde Eua:& Adam non eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem,ſi permãſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.i.Timoth.ii.Vult denique Apoſtolus eas eſſe prudentes,non detrahentes,pudicas,caſtas,ſobrias, domus curam habẽtes,benignas,ſubditas uiris ſuis,ut non blaſphemetur uerbum dei.i.Timoth.ii.Titum ſecundo.

Ephe.5. / i.Timoth.2. / i.Timoth.2. / Titum.2.

Parentum erga liberos.

Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios ueſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione domini, ad Epheſios ſexto, Patres,nolite ad indignationem prouocare filios ueſtros,ut non puſillo animo fiant,Coloſſeñ.iii.Tu autem mone adoleſcentulas,ut uiros ſuos ament,filios ſuos diligant.Titum ſecundo.

Ephe.6. / Coloſſ.3. / Titum.2.

Liberorum erga parentes.

Filii obedite Parentibus ueſtris in domino.Hoc enim iuſtum eſt:Honora patrem tuum & matrem tuam.quod eſt mãdatum, primum in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, Epheſios ſexto:Filii obedite parentibus ueſtris per omnia.Hoc enim placitum eſt in domino,Coloſſenſes tertio.

Ephe.6. / Coloſſ.3.

Seruorum,ancillarum,mercenariorum,operariorum erga dominos.

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis,ſed etiam dyſcolis. Hæc eſt enim gratia,ſi propter dei cõſcientiam ſuſtinet quis triſtitias,patiens iniuſte. Quæ enim eſt gratia ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis: Sed ſi benefacientes ſuſtinetis,hæc eſt gratia apud deum,primæ Petri ſecundo.

i.Petr.2.

Ephe.6. SErui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in ſimpli
citate cordis ueſtri ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruiẽtes quaſi ho
minibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti, facientes uoluntatem dei ex ani
mo cum bona uolũtate ſeruiẽtes, ſicut domino & non hominibus. Sciẽ
tes quoniam unuſquiſq; quod fecerit bonum, hoc recipiet a domino, ſi
Coloſſ.3. ue ſeruus ſiue liber. ad Epheſio. vi. Serui obedite per omnia dominis car
nalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placẽtes, ſed in ſim
plicitate cordis, timentes dominum. Quodcunq; facitis ex animo ope
ramini, ſicut domino & non hominibus: ſcientes quod a domino acci
pietis retributionem hæreditatis, domino Chriſto ſeruite. Qui enim in
iuriam facit, recipiet id quod inique geſſit, & non eſt perſonarum acce
1.Timoth.6. ptio apud deum. Coloſſen. iii. Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui dominos
ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina
blaſphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contẽnãt, quia
fratres ſunt, ſed magis ſeruiãt quia fideles ſunt, & dilecti, quia beneficii
participes ſunt. i. Timoth. vi. Seruos oportet dominis ſuis ſubditos eſſe,
Titum.2. in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed in omni
bus fidem bonam oſtendentes, ut doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornẽt
in omnibus, Titum ſecundo.

Dominorum, patrum & matrum familias erga ſeruos.

Ephe.6. ET uos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes quia &
illorum & ueſter dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non
Coloſſen.4. eſt apud deum, Ephe. vi. Domini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præ
ſtate, ſcientes quod & uos dominum habetis in cœlo, Coloſſ. iiii.

Quid militibus inculcandum.

Lucæ.3. NEminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſto
te ſtipendiis ueſtris, Lucæ tertio.

Quid Publicanis?

Lucæ.3. NIhil amplius quam quod conſtitutum eſt uobis, faciatis, Lucæ
tertio.

Quid diuitibus?

1.Timo.6 DIuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, neque ſperare in
incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo, qui præſtat nobis omnia abũ
de ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribue
re, communicare, theſaurizare ſibi bonum fundamentum in futurum,
ut apprehendant uitam æternam. i. ad Timotheum. vi.

1.Timoth.6. Quid, quibus uictus ſuppetit.

ESt quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus
in hunc mũdũ: haud dubiũ ꝙ nec auferre quid poſſumus. Habẽtes
autẽ alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui uolunt
diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria
multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditio-

nem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes inſeruerunt ſe doloribus multis. i. ad. Timoth. vi.

Quid mendicantibus ualidis, & qui otio torpentes fraude uictum conquirunt.

IN ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, Geneſis tertio. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patiẽti, Epheſio, quinto: Denuntiamus uobis fratres (inquit Paulus ſeipſum eis exemplum proponens) in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem, quã acceperunt a nobis. Ipſi enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos. Quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem mãducauimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem ueſtrum grauaremus, ut noſmetipſos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam & cum eſſemus apud uos, hæc denũtiabamus uobis. Quoniam ſi quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulantes inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes. His autem qui eiuſcemodi ſunt, denuntiamus, & obſecramus in domino Ieſu, ut cum ſilentio operantes ſuum panem manducent. ii. ad Theſſa. iii. Gene. 3. Ephe. 5. 2. Theſſ. 3.

Quid ſenibus.

UT ſobrii ſint, pudici, prudentes ſani in fide, in dilectione, in patientia, Ad Titum ſecundo. Titum. 2.

Quid Iuuenibus.

IVuenes ſimiliter hortare, ut ſobrii ſint, Titum ſecundo. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. Omnes enim inuicem humilitatem inſinuate, quia deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis, primæ, Petri quinto. Titum. 2. 1. Petr. 5.

Quemadmodum admonendæ anus.

ANus, ut in habitu ſancto ſint, non criminatrices, non multo uino ſeruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant, Titum. ii. Titum. 2.

Quemadmodum uiduæ.

SI qua uidua filios, aut nepotes habet diſcant primum domũ ſuã regere, & mutuam uicem reddere parentibus. hoc enim acceptum eſt coram deo. Quæ autem uere uidua eſt, & deſolata, ſperet in deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in delitiis eſt uiuens, mortua eſt. Et hoc præcipe, ut irreprehenſibiles ſint. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia, primæ ad Timotheum quinto, quamuis Paulus ibidem potiſſimum de uiduis, quæ eccleſiaſtico miniſterio deſtinantur loquatur. 1. Timoth. 5.

Quemadmodum Virgines.

1. Corin. 5. QVi ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Et mulier innupta, & uirgo cogitat quæ domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Nā qui ſtatuit in corde ſuo firmus, nō habens neceſſitatem, poteſtatēautem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, benefacit. Igitur: & qui matrimonio iungit uirginem ſuam, benefacit. & qui nō iungit, melius facit. i. ad Corinthios. v. Quæ uirginitatem aut cœlibatum uouit, ſiue uirgo ſiue uidua fuerit, uideat ne uoti rea damnationem ſibi acquirat, quod
1. Timoth. 5. primam fidem irritam fecerit. i. ad Timoth. v.

Generalis Admonitio.

1. Timoth. 5. SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra ut patrem, iuuenes ut fratres, Anus ut matres, Iuuenculas ut ſorores, in omni caſtitate. Viduas honora quæ uere uiduæ ſunt. 1. ad Timotheum. 5.

Quid omnes omnibus debeamus.

Lucæ. 3. QVi habet duas tunicas, det non habenti. Et qui habet eſcas, ſimili-
Roma. 13. ter faciat, Lucæ tertio: Nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicē diligatis qui enim diligit proximum, legem adimpleuit. Nam in hoc uerbo omne mandatum inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum nō operatur. plenitudo ergo le-
Ephe. 6. gis eſt dilectio. Romano. xiii. Per omnem orationem & obſecrationem orantes, omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus hominibus. Ephe. 6. In fide omnes unani-
1. petr. 3. mes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes, quia in hoc uocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui enim uult uitam diligere & dies uidere bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia eius ne loquantur dolum, declinet a malo & faciat bonum, inquirat pacem & ſequatur eam quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, uultus autem domini ſuper facientes mala. 1. Petri. 3. In hoc enim apparuit gratia dei & ſalua-
Tit. 2. toris noſtri Ieſu Chriſti omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegantes omnem impietatem & ſecularia deſideria, ſobrie & iuſte & pie uiuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Titum. 2.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

DE Sacramento Ordinis quam poterimus paucis age-
mus. nã pleraq; quæ huc ſpectant, tractata ſunt in cano
nibus Concilii noſtri prouincialis, & in articulum ſym-
boli, quo profitemur nos credere eccleſiam ſanctam
catholicam. Principio uero repetẽdum nobis eſt, eccle-
ſiæ hoſtes hoc ſemper maximo ſtudio quæſiſſe ut ordi *Studiũ hæreticorum.*
nem ex eccleſia tollerent, ex ſacerdotibus (ut Tertullianus ait) laicos fa-
cientes; & ſacerdotalia munera laicis iniungentes, quo nihil aliud *Tertullianus.*
agunt, quam ut ſublata legitima miniſtrorum poteſtate gratiam con-
iunctam habente, & ſacramenta, & alia omnia, quæ in eccleſia miniſtro
rum opere peraguntur, euileſcere faciant, qua doctrinæ peſte nullam pe
ſtilentiorem eſſe ueteres aſſeuerant. Vt autem tam perniciſum dogma
plebi ex ſcripturis peſſime detortis perſuaderent, nempe nullum eſſe ſa-
cerdotii diſcrimen, omnes ex æquo presbyteros eſſe, omnes eandem ha-
bere poteſtatem, ordinem nihil aliud eſſe, quam ritum quendam eligen-
di concionatoris in eccleſia, uerbi quoq; & ſacramẽtorum miniſterium *Obiectio aduerſariorũ.*
non niſi laicorum conſenſu committi, in primis huc detorquent, quod
Petrus Apoſtolus omnes Chriſtianos alloquens ait: Vos eſtis genus
electum, regale ſacerdotium, Et quod Apoca. 16. ſcribitur: Dilexit nos,
& lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſa- *1. Petri. 2.*
cerdotes deo & patri. Itẽ quod Paulus. 1. Corinth. 12. dixit. Etenim in *Apoca. 16.*
uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue
Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus, &c. *1. Corinth. 12*
Verum quam errent iſti, modo tamen idem quod dicunt, ſentiant, quis
non uidet? Nam rudem admodum in literis ſacris eum eſſe oportet, qui *Dilutio.*
non intelligat ſcripturas de duplici ſacerdotio, atque etiam regno loqui.
Siquidem aliud eſt internum & ſpiritale, quod eſt omnibus Chriſtianis, *Duplex ſacerdotiũ ac*
ſaltem piis commune, qui Chriſti ſummi ſacerdotis, ac regis membra p *regnũ in ſcri.*
baptiſmum ſunt effecti: In quam ſententiam beatus Auguſtinus ait Io *Internum.*
hannem in Apocalypſi dixiſſe: Sed erunt ſacerdotes dei & Chriſti, & re- *Aug. libr. 20*
gnabunt cum eo mille annis. Non utique (inquit) hoc de ſolis Epiſcopis *de ciuit. dei.*
& presbyteris dictum eſt, qui proprie iam in eccleſia uocantur ſacerdo- *Apoca. 20.*
tes, ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter myſticum chriſma, ſic *Hiero. contra*
omnes ſacerdotes, quoniam membra ſunt unius ſacerdotis, nempe Chri *Luciferia.*
ſti. Proinde diuus Hieronymus contra Luciferianos, ipſum baptiſma, *Baptiſma eſt*
ſacerdotium laici appellat, quod per baptiſmum in unum corpus, cuius *ſacerdotium laici.*
Chriſtus eſt caput, conglutinati ſimus. Ergo omnes Chriſtiani ſecun- *Oẽs chriſtiani*
dum eam rationem ſacerdotes ſunt, ſed ſpiritales, quod quemadmodu *ſacerdotes*
Chriſtus ſe obtulit hoſtiam patri in odorem ſuauitatis, ita Chriſtianos *ſpiritales.*
oporteat exhibere corpora ſua hoſtiam uiuentem, ſanctam, deo placen- *Roma. 12.*

tem,& offerre ſpiritualia ſacrificia,uti ſupra in materia ſacrificii latiſſi-
Oēs chriani reges. me declarauimus. Itidem oēs Chriſtiani ad eādem rationem reges ſunt
Pſalm.2. quod quemadmodum Chriſtus conſtitutus eſt rex a deo potentiſſimus,
qui deuicit carnem, mundum, & diabolum, Ita Chriſtianos; per Chri-
ſtum in eis regnantem uincere oporteat omnes carnis,mundi,ac diabo-
li tentationes,illecebras,ac inſidias. At ſicut præter ſpiritale regnū aliud
Regnum externum. eſt regnum externum, cuius poteſtatem Euangelium non abrogat, ſed
confirmat. Matthei uiceſimoſecundo,& Roma.xiii. Ita præter ſpiritale
Matth.22. ſacerdotium,quod in ſola mente conſiſtit,& unctionem tantum ſpirita
Roma.13. lem habet,aliud eſt ſacerdotium in eccleſia externum, Id quod nemo mi
retur,quum ad eundem modum utrunq; ſacerdotium ſcriptura ſynago
Sacerdotium externum. gæ etiam tribuerit. Siquidem de interno uniuerſis Iudæis dicitur: Si au-
Exodi.14. dieritis uocem meam,& cuſtodieritis pactum meum,eritis mihi in pecu
liū de cunctis populis,& in regnum ſacerdotale, nimirum ſpirituale. De
externo uero ſacerdotio deum Moyſi præcepiſſe legimus,quum ait: Aa-
ron,& filios eius unges,& ſanctificabis eos,ut ſacerdotio fungantur mi-
Exodi.28. hi. Quod quidem ſacerdotium, nemini ſibi ſumere licebat, ſed magis ex
uocatione pendebat quamobrem Dathan, Chore,& Abiron ſe propria
Hebræ.5. authoritate ingerentes ſacerdotio, uiui abſorpti ſunt. Item, Oza ſubita
morte a domino percuſſus eſt,uel ob id quod manum arcæ dei ne cade-
Nume.16. ret ſubmiſiſſet,ſui officii fines excedens. Itidem, Ozias functionem ſacer
dotalem uſurpans,increpatuſq; ab Azaria, & reliquis ſacerdotibus do-
2.Regū.6. mini quum non deſiſteret,lepra in fronte perfuſus eſt, quos locos tanto
libentius afferimus,quod uidemus patres eoſdē aduerſus hæreticos(or-
2.Para.26. dinem ex eccleſia auferre molientes)ualidiſſime torſiſſe. Ergo & in eccle-
Vide Cypr. ſia eadem omnino ratione, præter internum illud ſacerdotium, aliud
quoque externum eſſe neceſſe eſt,quod legitima ordinatione, ac cum ſi-
gno quodam uiſibili non ſine ſpiritali gratia in eccleſia dei conferatur.

Quid ſit ordo in ecclīa. QVum itaque quæritur,quidnā ſit Ordo in eccleſia, & ſit ne Ordo
ſacramentum,Reſpondendum eſt ex ueterum ſentētia, Ordinem
Auguſt. eſſe gratiā quandā & poteſtatē,quæ per traditionem uiſibili,quo-
dam ſignaculo baptizatis infunditur, quum per manus impoſitionem
Ordo eſt ſacramentum. ad manus aliquod in eccleſia publice gerendum rite ordinantur. Dein-
de dicendum eſt, Ordinem eſſe ſacramentum. habet enim ut cætera ſa-
cramenta ſuum uiſibile ſignum, habet & uerbum ſuum, atque adeo
promiſſionem miniſterio aſſiſtentis gratiæ dei, quæ multis declarare
non eſt opus quod id factum ſit ſuperius,paucis tantum repetitis mon-
ſtrabimus Ordinem non humanum commentum, ſed Chriſti inſtitu-
tum, atque ſacramentum eſſe, & pro ſacramento in eccleſia hactenus
Iohan.20. ſemper habitum. In primis quid manifeſtius eo quod Iohannis.xx legi-
mus? Vbi Chriſtus ipſe quum reſurrexiſſet, apoſtolos in orbem terrarū
miſſurus,

miſſurus, ſic alloquitur: Sicut(inquit) miſit me pater, & ego mitto uos. Et quum hæc dixiſſet, inſuſflauit & dixit: Accipite ſpiritum ſanctū, quo rum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Hic uides Chriſtum apoſto los cerimonia quadam uiſibili in opus ſuum ordinaſſe, & in eam rē gratiam ſpiritus, ſigno quodam uiſibili contuliſſe, poteſtatem quoque eiuſcemodi ordinatione collatam apertiſſime confirmaſſe ac ſic ſtabiliſſe, ut quod ipſi eorumque ſucceſſores ſuo nomine in eccleſia rite pagerent, deus perinde ratum haberet, ac ſi per ipſum Chriſtum factum eſſet, idq; non ipſorum, ſed Chriſti merito, & uirtute ſpiritus operibus eorum aſſiſtente. Mattheus capite decimo, Marcus ſexto, & Lucas decimo, non ſine graui emphaſi narrat, quo pacto Chriſtus in montem aſcendens, uocarit ad ſe quos uoluit ipſe, qui & uenerunt ad eum, feceritque ut eſſent duodecim cum illo, & ut mitteret illos prædicare. Præterea quo pacto deſignauerit & alios ſeptuagintaduos, & miſerit illos binos ante faciem ſuam, ad hæc quam poteſtatem eis dederit, nempe immundorum ſpirituum eiiciendorum, & curandorum, quorumlibet morborum, dandi quoque & retinendi pacem, grauiſſima pœna his comminata, qui eoſdē non reciperent, & ne ex merito ſuo eandē poteſtatem metirentur (nam & inter eos Iudas Iſcariotes erat, qui & tradidit eum) ſubieciſſe legitur: Non uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Et nō multo poſt: Qui uos recipit, me recipit: & qui uos ſpernit, me ſpernit, miniſterii authoritatem a miniſtris in ſe transferens.

Matth.10. Marci.6. Lucæ.10. Matth.10. Lucæ.10.

EXtant deinde uaria in ſcripturis teſtimonia, ſupra in canonibus Cōcilii noſtri, aliiſq; in locis citata, quæ oſtendunt Ordinem in eccleſia de numero uiſibilium ſacramentorum ſemper fuiſſe, in quo peculiaris quædam gratia ordinatis conferatur. Sic enim Apoſtolus ad Timotheum ait: Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per ꝓphetiā cū impoſitione manuum presbyterii. Et iterum: Admoneo te ut reſuſcites gratiam dei, quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearū. Vide uero quo pacto Apoſtolus hanc ordinandi poteſtatem plebi detrahat, qui eandem ſoli Epiſcopo permittit, idq; non temere, ſed adhibita graui cura. Nemini(inquit) cito manus impoſueris. Et ad Titum: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Alibi quoq; reperias, quomodo ab Apoſtolis inſtituti ſint Epiſcopi ac Diaconi, nullibi uero quod a ſola plebe, id quod latius oſtendimus in expoſitione ſymboli in articulum (Eccleſiam ſanctam catholicam) Quin ſcriptura ordinationē non Apoſtolis aut epiſcopis proprie: ſed magis ipſi ſpiritui ſancto tribuit. Nā Actorum.xx. in hunc modum legis: Attēdite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Nec ſine cauſſa Actorum.xiii. ſcriptum legimus: Dixit ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus

1.Timoth.4. Apſtus detrahit plebi ordinandi poteſtatem. 1.Timoth.5. Tit.1. Actor.1. Actor.6. Ordinatio ſpūi ſancto tribuitur. Actor.20. Actor.13.

Ephe. 4.

ad quod aſſumpſi eos, tunc ieiunantes, & imponentes illis manus, dimiſerunt illos. Et quid apertius Apoſtoli uerbis Ephe. iiii? Et ipſe (inquit) dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios uero Euãgeliſtas, alios autem paſtores, ad cõſumationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Denique, quid attinet plures locos pro hoc ſacramento afferre? quum epiſtolæ apoſtolicæ non ſolum eius, ſed & diſcretorum in eccleſia ordinum, nempe Epiſcoporum, & Diaconorum aperte meminerint ac ſingulis etiam ſua munia ſigillatim præſcripſerint.

Epiſtolæ apoſtolicæ meminerunt epiſcoporũ & diaconorum.

Vniuerſalis eccleſiæ conſenſus de ſacramento ordinis.

Aug. li. 2. cõtra epiſt. Parmeni.

Propter characterẽ q imprimit, non iterantur baptiſmi ac ordinis ſacra.

Haec ſi cuiquam nondum ſuffecerint, huic ſaltem uniuerſalem eccleſiæ cõſenſum merito ſufficere poſſe arbitrabimur. Nam in primis ſacer ille Dionyſius Ordinem exertiſſime pronuntiat ſacramentum eſſe huic Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus, & cæteri ueteres, quotquot ſunt, ſubſcribunt, quorum dicta retulimus in articulum ſymboli, q de eccleſia ſancta catholica eſt. Vnus aut alter adhuc locus ex patribus, maioris perſpicuitatis gratia afferendus eſt. Auguſtinus lib. ii. contra epiſtolam ad Parmenianum, quum de baptiſmo, & ordine diſſerit, in hunc modum ſcribit: Vtrunq; (inquit) ſacramentum eſt, & quadam conſecratione utrunq; homini datur: illud quum baptizatur, & illud quum ordinatur: ideo non licet in eccleſia catholica utrunq; iterari. Nam ſi quando ex hæreticorum parte uenientes etiam præpoſiti pro bono pacis, correcto ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt, etſi uiſum eſt opus eſſe ut eadem officia gererent, quæ gerebant, non ſunt rurſus ordinandi, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita mãſit ordinatio integra, quia in præciſione fuerat uitium, non in ſacramento, quæ ubicunq; ſunt, ipſa ſunt.

Ibidem.

Et paulopoſt: Neutro ſacramento facienda eſt iniuria. Et addit de ſacramento ordinis, Sicut non recte habet qui ab unitate recedit, ſed tamen habet, ſic etiã non recte dat, qui ab unitate recedit, & tamen dat. Et rurſus ad utrunq; reuerſus, adiecit. Nõ ergo ideo nõ ſunt ſacramenta Chriſti & eccleſiæ, quia eis illicite utuntur non modo hæretici, ſed etiam oẽs impii, ſed illi corrigendi ſunt, & puniendi, illa autem ſunt agnoſcenda, & ueneranda.

Abuſus ſacramẽtorũ ſanctitati nihil detrahit.

Gregorius.

In eandem ſententiam Gregorius ait: Quod dicitis (inquit) ut qui ordinatus eſt, iterum ordinetur, ualde ridiculũ eſt, ut enim baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet, ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem ordine non ualet iterum conſecrari.

Ordinũ alii maiores, alii minores.

Concilium. Aphri. 4.

Vrbanus. 1. e nullus. 60. di.

Acto. 1. 6

Ordinum autem eccleſiaſticorũ, alii ſunt maiores, alii minores qui in Concilio Aphricano quarto (cui beatus Auguſtinus interfuit) ſimul cũ ritibus quibus conferebantur ex ordine recenſentur, de quibus ut ueteris eccleſiæ mos innoteſcat, paucis dicendum erit. Olim itaq; appellatione maiorum ordinum Presbyterium & Diaconatus tantum ueniebant, quos & ſcriptura tradit per impoſitionem manuum per apoſtolos, in eccleſia fuiſſe collatos. Poſtea hypodiaconorum, hoc eſt ſubdiaco-

norum ordo inter maiores etiam relatus eſt, ob id potiſſimum, quod ſubdiaconis perinde atque presbyteris ac diaconis propter ſacrorum contrectationem matrimonii uſum interdicere placuerit. At qui mino res ordines in eccleſia gerebant, alii erant Ianitores ſeu Hoſtiarii, alii Lectores, alii Exorciſtæ, alii Acolythi. Ianitores dicebantur, quibus cuſtodia templi commiſſa erat, in hoc potiſſimum, ut aſtantes clauſis templi foribus, quoſlibet indignos a liminibus ſanctæ dei eccleſiæ reiicerent, ac dignos tantum & inculpatos ad ſacrorum conſpectum reciperent ac ad mitterent, idq; non ſine magno iudicio, ac diſcretione inter infideles, hæreticos, excommunicatos, catechumenos, energumenos ac pœnitentes uarii generis accurate habenda, quod Ancyranum, & Nicænum Concilia plane indicant & nos ſuperius oſtendimus. Deinde Hoſtiarius cuſtodiam habebat rerum ad uſum eccleſiæ pertinentium, hic quum ordinabatur, poſtquã ab Archidiacono inſtructus fuerat, qualiter in domo dei deberet conuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi, tradebat ei Epiſcopus claues eccleſiæ de altario, dicens: Sic age quaſi redditurus domino rationem pro his rebus, quæ his clauibus recludũtur. Et ut ordo iſte inter cæteros eſſet minimus, tamen olim Hoſtiario Abbas obediẽtiam debebat, ſed tunc alii erant monachi, alii clerici. Lectores erant qui quotidie lectiones ex prophetis ac aliis biblicis ſcripturis ueteris teſtamenti ad populum in eccleſia publice recitabant, quemadmodum etiamnum in precibus horariis, præſertim Matutinis, eiuſcemodi lectiones, non ut olim ad omnem populum inſtituendum, ſed tantum ad præſentem clerum, idq; tamen, non ea mentis attentione qua olim in ueteri eccleſia recitantur, Nam tum populus recitatione uerbi dei p Lectores ſaginabatur, Nunc lectores quod recitant, uix ipſi intelligunt. Lector quum ordinabatur, faciebat de illo uerbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem, atque ingenium. Poſthæc ſpectante plebe, tradebat ei codicem de quo lecturus erat, dicens ad eum: Accipe & eſto lector uerbi dei, habiturus, ſi fideliter & utiliter impleueris officium, partem cum eis qui uerbum domini miniſtrauerint. Exorciſtarum (qui latine adiurantes ſiue increpantes dicuntur) officium, ſeu munus erat, ſuper Energumenos ſiue baptizatos ſiue catechumænos, hoc eſt, ſuper omnes inquietos qui a ſpiritibus immundis uexabantur, aut dæmoniacis illuſionibus uel terriculamentis agitabantur, ueluti tempeſtate iactati, nomen domini inuocare, & adiuratum ſpiritum immũdum eiicere, uel compeſcere, quod munus etiam ſynagoga nouit, quemadmodum locus actorum. xiiii. oſtendit. Atque utinam id muneris in eccleſia huc uſque diligenter retentum ac recte adminiſtratum fuiſſet, quod tum (non dubium) minus haberemus diabolicarum illarum ſuperſtitionum, impoſturarum, technarum, magicarum artium, & incantationum, quibus increduli quidã miſere ludificãtur, & in primis deploratæ illæ mulierculæ, quæ ad quæ-

I. Timoth. 3.
Tit. 1.
Innoc. 3. c. a multis d ætate & qualit. ordinan.
Ianitorũ officium.
Ancyranũ & Nicæ. cõcil.
Cõc. Aphr. 4 c. 9.
Rit' ordinãdi Hoſtiariũ.
c. a ſubdiacono. 93. diſt.
Lectorũ officium.
Veteris eccleſiæ mos.
Amb. in epi. ad Ephe. ca. 4.
Rit' ordinãdi lectorem.
Cõc. Aphri. 4. ca. 8.
Exorciſtarũ officium.
Energumeni qui.
Diony.
Conc. Ancy. ca. 17.
Acto. 14.
Pium uotũ.
Mulierculæ illæ incãtatrices ex diffidẽtia miſere ludificantur.

Ephe.2. Ritus ordinandi exorciſtæ.

uis ſomnia diabolicis ſuggeſtionibus damnabiliter aſſentiuntur, totæ in ſuam & proximi perniciem intentæ, Interim ſuperſtitione earum diabolo locum præbente, ut in filios diffidentiæ operari poſſit. Quum ordinabatur Exorciſta, accipiebat de manu Epiſcopi libellũ, in quo ſcripti erant exorciſmi, dicente ei Epiſcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumentum ſiue baptizatum ſiue cathecumenum.

Concil. Carthag.4.ca.7.

Acolythorũ officium.

Acolythi dicti ſunt, qui in hoc erant uocati, ut cõſtitutos in maioribus ordinibus proxime comitarentur, ipſiſqꝫ miniſtrarent. Acolythus enim græce, latine aſſectator, comes ſeu miniſtrans dici poteſt. Vnde olim & miniſtri generali uocabulo dicebantur, ut ſubindicat Concilium Laodicænum ca xxii.&.xxiiii. His poſtea mandatum eſt, ut cereos) quum in eccleſia Euangelium legeretur & ſacrificium laudis celebraretur) presbyteris ac diaconis miniſtrãtes anteferrent, idque in ſignum lætitiæ. ut uel ſic fidelium animi cerimonia exteriori incitarentur ad contemplandam Euangelii lucem, atque adeo ad erigendam mẽtem ad ipſum Chriſtum (qui eſt lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hũc mundum) debitaſqꝫ laudes deo per Chriſtum dicẽdas prouocarẽtur, Hi quũ ordinabantur, ab Epiſcopo docebantur, qualiter in officio ſuo agere deberent, Et ab Archidiacono accipiebant ceroferarium cum cereo, ut ſcirent ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiebant quoque urceolum uacuum ad ſuggerendum uinum in Euchariſtiam ſanguinis CHRISTI.

Laodicænũ conci.ca.22.&.24.

Cerei quid ſignificent in eccleſia.

Iohan.1.

Ritus ordinandi acolythũ. Cõcl. Aphr. 4.c.6.

Ceroferarius

Euchariſtia ſanguinis Chriſti.

Præter hos erant & Pſalmiſtæ idest, cãtores, qui tamen inter ordines nõ computabantur quod Epiſcopi ordinationem non expectarent, ſed ſola iuſſione presbyteri ſuum officium exequerentur, dicentibus ipſis presbyteris: Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.

Pſalmiſtæ. Cõci. Aph. 4.cap.10.

Refelluntur aduerſarii

primitiua eccleſia agnouit ordines minores.

SVnt qui hoſce minores ordines ſimul cum ſubdiaconatu (de quo ſtatim dicemus) ueluti humanum atque etiam nouum commentũ rideant qui hocipſo ſe doctis omnibus deridendos propinant, quod facile ex receptiſſimis authoribus comprobari poſſit, primitiuã etiam eccleſiam eoſdem ordines reuerenter agnouiſſe, ac longe ſanctius quam in præſentiarum coluiſſe. In primis ſiquidem ex uetuſtiſſima traditione accepimus, quod & argumenta illa nequaquam noua, apoſtolicis epiſtolis præfixa teſtantur, Paulum apoſtolum ſcripſiſſe utranque ad Theſſalonicenſes ab Athenis per Tichicum Diaconem & Oneſymum Acolythum, ut uel hinc conſtet & Pauli tẽpore Acolythos eccleſiæ fuiſſe in eccleſiæ miniſterium aſſcitos, Itidem Canones apoſtolici. quos Clemẽs Petri ſucceſſor recollectos nobis reliquit, quos & Iuſtinianus Imperator in Conſtitutionibus ſuis nouellis expreſſis uerbis toties apoſtolis tribuit, quos item ultra longæuam & cõſtantem in eccleſia opinionem, ſancta etiam

Canones apoſtolorũ recollecti per Clementem. Iuſtinianus in auctẽticis.

ſexta ſynodus(quum in controuerſiam denuo uocarentur)grauiſſima
ſententia agnouit. Hi inquam apoſtolici Canones & Subdiaconi & Le-
ctoris & Cantoris expreſſim meminerunt. Dionyſius Areopagita uetu-
ſtiſſimus citra controuerſiam ſcriptor,& Hoſtiarii, & Lectoris ac alio-
rum clericorum mentionem facit.

Deinde(inquit)miniſtrorum officio,ſanctarum ſcripturarum lectio
ſuo ordine recitatur. Et paucis interiectis ſubiungit. Porro miniſtrorũ
alii quidem pro clauſis templi foribus aſtant,alii proprii aliquid mune-
ris agunt. Quod uero quidam de authore libri ſubdubitant,negantes
Dionyſium Areopagitam,quem a Paulo conuerſum legimus,cum li-
brum conſcripſiſſe,idque potiſſimum ea coniectura ducti,quod putent
illis temporibus tantum uſum cerimoniarum non fuiſſe,ii ſane hac ra-
tione nihil apud nos efficiunt. Nam quod ad diſtinctiſſimam rerum &
miniſtrorum eccleſiæ ordinationem,& piarum cerimoniarum obſerua-
tionem attinet,nemo uetuſtatis ſtudioſus,ut putamus, negabit,has in
ueteri eccleſia longe diligentius quam in noſtra fuiſſe cuſtoditas.atque
adeo numero cerimoniarum non adeo multum acceſſiſſe,licet pietati
deceſſerit plurimum. ſiquidem & Paulus Apoſtolus ubique teſtatur ſe
hoc ſummo ſerio curaſſe,ut omnia honeſte & ſecundum ordinem in ec-
cleſia fierent,ac quoſdam ab ordine in eccleſia recte cuſtodito plurimũ
laudat,ac commendat. Rurſus iubet Theſſalonicenſibus,ut ſubtrahant
ſeſe ab omni fratre ambulante inordinate,& non ſecundum traditionẽ
quam acceperunt ab ipſo. Quid multis opus? Nonne prior illa ad Co-
rinthios epiſtola magna ex parte occupata eſt in piis cerimoniis ac ſan-
ctis eccleſiæ moribus, etiam minutulis(quale eſt quod mulier uetatur
orare nudo capite)conſtituendis ac formandis?ſic ut omnes ab eccleſia
reiiciat,qui contentioſe eccleſiæ moribus obluctari uelint. Quid quod
alibi tam ſolicitus eſt Paulus de conſtituendis epiſcopis ac diaconis, de-
ligendisque uiduis eccleſiæ miniſtraturis.

VErum quod cerimoniæ atq; etiam Ordines iſti minores,quos recen-
ſuimus paulatim in contemptum uenerint, id cuiq; mirum uideri
nec debet,nec poteſt.modo ueteris eccleſiæ faciem ad noſtram conferat.
uidebit,enim pene omnia, ipſo rerũ abuſu ſenſim irrepente, uitiata eſſe.
Olim cum Eps cum ſuis presbyteris,Diaconis,Subdiaconis,Acolythis,
Exorciſtis,Lectoribus ac Hoſtiariis ſinguli ſuis officiis intenti incube-
rent,Cum laici ad Dominicũ(ſic enim cathedralis eccleſia nũcupabat)
non confabulandi ſeu de rebus friuolis cõgerrendi, ſed magis lectionũ,
concionis,& ſacri audiẽdi, participãdiq; corporis & ſanguinis dñici,ac
precũ gratia cateruatim confluerẽt,Cum eps ſyncere tractaret ac diſpẽ-
ſaret uerbũ dei, Populus religioſa attentione ac reuerentia auſcultaret,
non ut uerbum hominis,ſed ut uerbum dei,Cum ſacerdos reuerentiſſi-
me tractaret myſteria,& populus totus ad ea,quæ agebantur intentus,

VI. ſynodus agnouit canones aplic. ca. 25.40.42.
Dioſi. de eccleſi.hierar. cap.3.
Hoſtiarii
De authore libri eccleſi. hierarchiæ.
In ueteri eccleſia ordo pulcherrim. & piiſſimæ cerimoniæ.
1.Corin. 14.
2.Theſſ.3.
1.Corin.9.& capit. ſeque.
Titum.1. Timo.3.
Qui factum ſit q; ordines minores ſenſim in cõtemptum uenerint.
Veteris eccleſiæ mos.
Vide annotatiões beati Rhenani in Euſebium eccleſi.hiſt.lib. 9.ca.6.
Dñica, tẽpla appellata ſũt in qbus pro

pter dñm co ibát.uñ Germani etiãnũ cẽpalia tẽpla Dom.uocát.

hæc omnia religioſe ueneraretur. Cum Cathecumeni, Energumeni, Pœnitentes, & cætera plebs ſanctá, in ſuas quique claſſes diſtributi clericorum monitis parerent. Rurſus cum Clerici in ſuo quiſq; officio, quæ ſinguli ſingula gerebant, non ceſſarét, ſed pulcherrimo ordine quiſq; quod agendum receperát mutuo ſubſeruientes, exequerentur: Nonne tum ecclesia plurimũ habebat, non ſolum alacritatis, ſed etiã maieſtatis? Nonne uim magnam habuiſſe exiſtimandus eſt legitimus ille & pius conuẽtus? qui prophanos in admirationem ſui rapiebat, ſicut Paulus teſtatur idiotam aut incredulum ingreſſum eccleſiam ſanctorum, procidere in faciem ſuam, & adorare deum, profitentem quod uere deus ſit in medio eorum. At poſtea cũ eccleſiæ cathedrales primũ in monachorũ, deinde in canonicorum collegia commutatæ, & minores Parochiæ prope Dominicũ exædificatæ, & in ſingulis ſinguli Parochi minores conſtituti ſunt. Cœperuntque hi Parochi in ſuis quique Parochiis eccleſiaſtica officia, quæ olim in Dñico, diſtincti clericorũ ordines gerebát, indiſcriminatim obire ac peragere, Factũ eſt ut uix umbra ueteris eccleſiæ in noſtris cathedralibus eccleſiis (quæ nũc magis deambulationibus, ac prophanis colloquiis perinde ac fora publica a plebe fœdant, ac nulla pene pietate inuiſunt) remãſerit. Adde quod nemo fere nũc ſuo officio ad ueterẽ morẽ fungat. noĩa tñ retinemus, munus nemo exequit, ſed in pueros ſeu conductitios paſſim relegatur. At olim q̃ non fuerit contemnendum etiã illud inter cætera minimum munus Hoſtiariorum in ueteri eccleſia, uel opima illa ſtipendia, eccleſiarum cathedralium Cuſtodibus (qui & Theſaurarii uocant in locũ Ianitorũ ſurrogatis) cõſtituta, ſatis indicant, quæ quum illi percipiant, de officio etiã Hoſtiariorũ ad ueteris eccleſiæ morem exequẽdo cogitare merito debebũt. Lectorũ officiũ partim in pueros, partim in canonicos promiſcue relegatum eſt, ſed qui neq; populo, neq; clero, quin nec ſibiipſis, ſaltem ad ueterem illum eccleſiæ morem, hoc eſt, ad ædificationem, legunt. Nam quotuſquiſq; eſt, qui quod ore legit, corde percipiat, & quod corde credit, operibus comprobet? Exorciſtarum officiũ pene totũ obſoleuit, ut uix ueſtigium eius appareat. Acolythi munus pueris (quos chorales uocamus) demandatur. Vides q̃ ſint omnia cõfuſa, ac in diuerſum mutata, color ſane optimus in colorem peſſimum, ut mirum eſſe non debeat ſi hæretici uidentes uix quenq̃ ex deſtinatis eccleſiaſtico miniſterio ſuo officio fungi, officiis ſimul (quæ ſolis tantum uocabulis retinentur) cũ perſonis illudant. Vtinam deus optimus maximus repurgatis omnibus abuſibus, ac ſublatis erroribus uniuerſis, eccleſiã ſuæ maieſtati quandoq; reſtituat, quod ubi factum erit, tum facile cuiuis perſuadebitur in ueteri eccleſia non ſolum minores ordines, ſed & cerimonias, quas Dionyſius ille recẽſet, extitiſſe. Conſentit autẽ Dionyſio beatus ille Ignatius martyr Iohãnis apoſtoli diſcipulus, qui in epiſtola quã ex Philippis ad Antiochenſes perſcripſit,

1. Corin. 14.

Ordo ueteris eccleſiæ pene confuſus.

Olim officiũ Hoſtiarii nõ fuit contemnendum.

Abuſus ordinum minorum.

1. Corin. 14.

Corrupti mores eccleſiæ miniſtrorum hæreticis cauſam ſubſannandi præbent.

Pium uotũ.

Dionyſius.

Ignatius in epiſtola ad Antiochẽſes.

minores ordines ſimul cũ maioribus ad unũ ferme omnes nominatim receſet. Saluto (inqt) ſanctũ presbyterũ ueſtrum. Saluto ſanctos diaconos. Item, Saluto ſubdiaconos, lectores, cantores, hoſtiarios, laborantes, exorciſtas, atque confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarũ. Diaconiſſas quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſusceptrices Chriſti uirgines, quas ego nutriui in domino Ieſu. Saluto pudiciſſimas uirgines. Saluto plebẽ domini a minimo uſq; ad maximum, & omnes ſorores meas in domino. Itidem, Clemens Petri ſucceſſor, & proximi quiq; poſt eum Romani Pontifices, inter quos eſt Anacletus Subdiaconorum & reliquorum miniſtrorum meminerunt. Denique uetuſtiſſima illa Concilia, quæ totus pene recepit orbis Chriſtianus, Ordines minores in eccleſia ſemper extitiſſe comprobant, ueluti Laodiceñ. capite. xxiii. & ſequeñ. Chalcedonenſe. iiii. capite. vi. & ſequeñ. Toletañ. i. capite quarto. Toletañ. iiii. capite quadrageſimo. Braccharenſe. i. capite. xxviii. & ſequeñ.

Hoſtiarii. Clemens. Anacletus.

QVin & diuus Ambroſius poſt Cyprianum ac reliquos patres palam teſtatur non tantum maiores, ſed & minores hoſce Ordines non omnino humanitus, ſed magis diuinitus & ex Chriſti authoritate in eccleſia inſtitutos fuiſſe. Nam in commentariis in epiſtolã ad Epheſios in eum locum, nempe: Et ipſe quoſdam quidem dedit Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti &c. Ambroſius ipſe non eſt ueritus dicere, in Apoſtolorum locum Epiſcopos ſucceſſiſſe, Prophetas uero explanatores & interpretes eſſe ſcripturarum, qui ordo nunc poteſt eſſe presbyterii, Euangeliſtas uero diaconos, ſicut fuit Philippus, qui & ſi non ſint ſacerdotes, euangelizare tamen poſſunt ſine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Paſtores uero ſint, ac eſſe poſſint lectores, qui lectionibus ſaginent populum audientem, quia non in pane tantum uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Magiſtri autem ſint exorciſtæ, quia in Eccleſia ipſi comeſcunt & uerberant inquietos. Hæc ille. Itaque non dubium eſt, Ambroſium in ea etiam ſententia fuiſſe, ut qui in hos minores Ordines cooptarentur, eoſdemque digne reciperent, gratia quadam communiri, ut eiſdem etiam recte, hoc eſt, in eccleſiæ ædificationem uti ac defungi poſſint, ut que ea, quæ in eccleſia pro ratione concrediti muneris agerent, rata eſſent. Conſtat autem Ordines iſtos minores uelu ti gradus quoſdam fuiſſe, per quos explorati, gradatim ad maiores pertraherentur, niſi aliud diuina reuelatione fuiſſet indicatum. nam & Paulus uetat Neophytum Epiſcopatum ſuſcipere. Iam qui in nullum horum ordinum eſſent aſciti, Laici appellabantur, qui & cancellis olim ab altari, dum ſacra myſteria celebrarentur, arcebantur, quemadmodum ex Concilio Moguntino relucet. Atque hinc factum eſt,

Ambroſi. in epiſtolam ad Ephe. ca. 4. Minores ordines ex chriſti authoritate in eccleſia conſtituti.

Actorum. 6. 7. & 8.

Deut. 8. Matth. 4.

Quid tribuatur in collatione minorũ Ordinum.

Olim ad pſbyteriũ gradatim uocabant in minorib' ordinib' exploratũ. 1. Corin. 3.

Ambroſius. Theodoſius Imperator.

ut Ambroſius Theodoſium tametſi Imperatorem atque etiam Chriſtianum & pium uirum in choro inter ſacerdotes conſiſtere, & clericorum ſedilia occupare uetuerit, cenſens ordinum Eccleſiaſticorum rationem non contemnendam, ac decorum non minus in eccleſia quam in ſynagoga ſeruandum.

Officiũ ſubdiaconorũ.

RESTAT ut de ſubdiaconatu ac cæteris maioribus Ordinibus paulo latius dicamus. Hypodiaconorum munus in eo ſitũ fuiſſe, ut diaconorum officiis proxime ſubſeruirent, ac eorum præceptis parerent, uel ipſum uocabulum indicat. Inter alia uero ipſorum officii erat, oblationes, quæ a fidelibus in templum inferebantur, ſuſcipere, ac Leuitis ſeu Diaconis altaribus ſuperponendas deferre, quæ certe in ueteri Eccleſia ſic fiebant, ut ad uictum, quum ſacerdoti, ac cæteris eccleſiæ miniſtris, tum pauperibus ſufficerent, ut nemo eum morem ridere poſſit, qui ueteris eccleſiæ conſuetudinem nouerit. Nam & Paulus teſtis eſt, eum qui altario ſeruit, debere etiã de altario uiuere; ut interim ſileamus quæ Apoſtolus de collectis in ſanctos faciendis ad Corinthios diligentiſſime perſcripſit. Nec dubium fideles eccleſiæ primitiuæ, Pauli doctrina edoctos ac incitatos, has oblationes liberaliter ac hilariter attuliſſe. Poſtea cum Sacerdotia ſeu beneficia eccleſiaſtica in uſum miniſtrorum erecta ac dotata ſunt, mos iſte oblationes ad altare faciendi paulatim imminutus eſt; tandem pene totus obſoleuit. Interim tamen neceſſitas ipſa coget, ut in Parochiis quæ nullos habent deſtinatos prouentus, aut ſtipendia, quibus alantur eccleſiarum miniſtri, mos iſte aut renouetur aut alia certe uia ipſis miniſtris prouideatur, ſaltem in eum modum, quem in Canonibus prouincialis noſtri Concilii indicauimus, ac præſcripſimus. Nam omnino dignus eſt operarius mercede, & lex uetat, ne obligemus os boni trituranti.

In ueteri eccleſia oblationes ad altare largiter fiebant.

1. Corinth. 9.
2. Corin. 8. 9.

Dino curandum ut Parochis ſuppeterat uictus.
Matth. 10.
Lucæ. 1.
1. Timoth. 5.
Deute. 25.
1. Corin. 9.

Oblata.

Deinde Subdiaconis incumbebat, ut tantum de oblationibus, id eſt conſecrandis hoſtiis (quæ nunc oblata uocamus) ſuper altare ponerent, quantæ ſufficere poſſent populo. olim enim populus frequentiſſime communicabat.

Poſtea etiam ſubdiaconis, quod prius ſolis diaconis incumbebat, permiſſum eſt, nempe Epiſtolam ad populum pronuntiare, calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, ac Leuitis tradere, Vrceolum quoque & mappulas tenere, Epiſcopo, Presbyteris & Leuitis aquã lauandis manibus ante altare præbere, Corporales (ut uocant) & pallas & ſubſtratoria lauare. Siquidem hæc atque adeo omnis attrectatio rerum ſacrarum ueluti calicis, corporalis, & ſimilium rerum laicis uetita erat, quod & in Canonibus Concilii noſtri prouincialis cauimus.

De cõſecra. diſtinct. 1. c. Epiſ.

Denique hoc erat Subdiaconis cum diaconi commune, quod ſacris induti ueſtimentis, Epiſcopo ſacrificanti teſtes aſtant, cuſtodientes eum a malis hominibus, & conſenſum præbentes ſacrificio, quemadmodum

Anacletus

Anacletus meminit. Legimus quoque Fabianum pontificem ſeptem Subdiaconos in hoc ordinaſſe, ut ſeptem notariis imminerent, & geſta Martyrum ueraciter ex integro colligerent, ac ipſi pontifici rimãda manifeſtarent. Idque propterea, ne aliqua in eis illuſio inueniretur, ex qua fidelibus ſcandalum oriretur. Fuit quidem uir ille pie motus, ſed uotis ſuis non ſucceſſit euentus, quod in locum uere geſtorum quædam legẽdæ ſanctorum (ut uocant) ſuſpectiſſimæ fidei, non ſine offendiculo plurimorum ſint ſuffectæ, quod & Gelaſius Pontifex queritur, atque utinã ſummus Pontifex adhuc uiris aliquot iuxta doctis ac piis hoc negotii delegaret ut notha a ueris, germana ab adulterinis diſcernerent, ut hoc ipſo hæreticis anſa eccleſiam ſubſannandi multa ex parte adimeretur. Et quamuis Subdiaconatus nunc inter maiores ordines, ut diximus, computetur, Subdiaconi tamen cum ordinantur, manuum Epiſcopalium impoſitionem non ſuſcipiunt, quod de Diaconis & presbyteris Apoſtolus præcepit.

De ſubdiaconis, qui ad geſta martyrũ conſcribẽda deputati erãt

Gelaſi' in decreto de apocryphis ſcripturis.

1. Timo. 3. Titum. 1. Actor. 19.

DIaconi græce, latine miniſtri dicuntur, quod toti eccleſiæ ſeu congregationi miniſtrarent, potiſſimum autem Epis & Presbyteris. In primitiua eccleſia (uti paulo ante attigimus) ſumma ratio eccleſiæ miniſtrorum ac pauperum habebatur, agebaturq; hoc præcipua cura, ne quis in eccleſia egeret. Quin tãta erat mutua inter primos illos Chriſtianos charitas, ut omnia pariter cõmunia haberẽt, poſſeſſiones & ſubſtantias uenderent, & pretia eorum, quæ uendebant, afferrent, & ponerent ante pedes Apoſtolorum. Qui tum ſingulis diuidebãt, prout cuiq; opus erat, utebanturq; etiam in hoc miniſterio uiduarum, quæ ſe eccleſiæ conſecraſſent, dedidiſſentq;. At cum poſtea creſcente numero diſcipulorum, Græci aduerſus Hebræos murmurarent, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ eorum, uiderentq; Apoſtoli ſeſe huic muneri uacare non poſſe, conuocata multitudine diſcipulorum dixerunt. Non eſt æquum nos derelinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo uiros ex uobis boni teſtimonii ſeptem, plenos ſpiritu ſancto, & fide, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos uero orationi & miniſterio uerbi inſtantes erimus. Qui ſermo cum placuiſſet toti multitudini, elegerunt Stephanum uirum plenum fide & ſpiritu ſancto, ac alios ſex, quos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorũ, qui orantes impoſuerunt eis manus. Erat ergo diaconis diſpenſatio theſauri Eccleſiaſtici, & cura pauperum & eccleſiæ miniſtrorum imprimis demandata. Deinde ut teſtatur Clemens, Diaconi ueluti Epiſcoporum oculi erant, oberrantes & perluſtrantes cum uerecundia, actus totius eccleſiæ perſcrutãtes diligentius, ſi quem uidiſſent uicinũ fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, ut referrent hæc ad Epiſcopum, ut cõmoneri ab eo poſſit is, qui in præcipitiũ lapſurus eſt, uti reuocet pedem & non corruat in peccatũ. Negligẽtiores quoq; & eos, qui rarius ad audiendũ uerbum

Diaconorũ officium. Eccl'iæ miniſtrorũ & pauperũ in ueteri eccl'ia ſumma cura habebatur.

Actor. 2.

Actor. 6. 1. Timoth. 5. Actor. 6.

Actor. 6.

Diaconi per manus impoſitionẽ ordinati.

Euariſtus. dei,nec ſolicite ad epiſcopi tractatum accedebant,ipſi cõmonefaciebant ac hortabant. Præterea(ut Euariſtus ait)cuſtodiebãt Epiſcopum prædicantem,ne ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtaretur,aut læderẽt a ſuis,aut uerba diuina detrahendo aut inſidiando polluerent uel deſpicerẽtur, Item Diaconorũ officiũ eſt,epiſcopis & ſacerdotibus aſſiſtere, quum ſacra myſteria tractant,& quum ſacramẽta benedicũt ac adminiſtrãt. Præterea,nomina catechumenorũ recitare,ordinãdos epõ offerre,ac teſtimonium de eorũ uita & conuerſatione præbere,cõponere menſam domini, oblationes inferre & diſponere in altari, præmonere aures habere ad dominũ,Euangelium & epiſtolã ad populũ pronuntiare(etſi nunc Epiſtola per ſubdiaconum recitetur)atq; adeo prædicare & hortari ſed ſine cathedra,pacẽ annuntiare,ſacramentũ euchariſtiæ a ſacerdote conſecratum erogare ac diſpenſare populo, ut ſicut erat in ſacerdote

Hierony. ad Ruſt. Narbonẽſ.epm. miniſtratio,ita in miniſtro diſpenſatio ſacramenti. Ne uero putes hæc poſteriora Diaconi officia recens inuentum eſſe,inuenies Hieronymum ad Ruſticum epiſcopũ Narbonẽſ. hæc omnia pene, Diacono tribuere.

Xyſtus. Laurentius. Nec uti uanum commentũ exiſtimandum eſt,quod de beato Laurẽtio martyre,beati Xyſti diacono,legimus. Is ſiquidem utrunq; miniſterium in eccleſia geſſit. Nam & theſauros eccleſiæ pauperibus fideliſſime diſtribuit,& Sixto pontifici,in his quæ ad deum erant,indiuiduus aſtitit miniſter,qui quum ad mortem traheretur,ſic acclamaſſe fertur, Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas? Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificiũ offerre conſueueras, Quid in me ergo diſplicuit paternitati tuæ? nunquid degenerem probaſti? experire certe utrum idoneum miniſtrum elegeris,cui cõmiſiſti dominici corporis & ſanguinis diſpenſationem? Videntur autem eſſe diaconi in eccleſia ſuf-

Diaconi. Leuitæ. Synagogæ feċti Leuitis ſynagogæ,quo fit ut & ipſi Leuitæ appellẽtur. Quod autẽ Leuiticæ tribus a Patriarcha Leui originem ducentis, officium fuerit, libri, Leuiticus & Numerorum explicant. Præcepit ſiquidem dominus

Leuit.8. Numeri.3. Moyſi,ut poſt ordinationem Aaron & filiorũ eius,tota tribus Leui ad diuini cultus miniſteria prorſus ordinaretur & conſecraretur domino, & ſeruiret pro Iſrael corã Aaron & filiis eius in tabernaculo, utq; geſtaret arcam & tabernaculum & omnia uaſa eius,& in circuitu tabernaculi excubaret,ac in tranſportando tabernaculo ipſi deponerent, rurſumq;

Nume.14. Nume.18. componerent. Iubebantur autem a uigintiquinq; annis & ſupra ſeruire in tabernaculo. Vides ergo quomodo eccleſia in Diaconis repræſentet, quod Moyſes de tribu Leui ex diuino mandato ſtatuit. Quum itaque Diaconi munus in eccleſia non ſit uulgare,non erat temere cuiquã committendum,ſed cum magna ac diligenti exploratione,quod ab apoſto-

1.Timot.3 lis diligenter obſeruatum eſt. Proindeq; Paulus requirit Diaconos eſſe pudicos,non bilingues,non multo uino deditos,non turpe lucrũ ſectantes,habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi(inquit)primum

probentur,& ſic miniſtrent nullum crimen habentes. Poſtea Diaconis bene miniſtrantibus pollicetur,quod gradum bonum ſibi acquirent & multam fiduciam quæ eſt in Chriſto Ieſu.Hæc fuſius uiſum eſt explicare,ut ſaltem intelligant noſtri Diaconi,quod miniſterium in eccleſia ſuſceperint,cuius uix umbram repræſentant.Nam quod potiſſimum ipſorum officii erat,propemodum penitus abolitum cernimus, quod nunc Diaconi nullam pene gerãt pauperum curam,quamuis uiciſſim laicos reperias hodie q̃ paucos,qui ut in primitiua eccleſia largi ſint in conferẽdis eleemoſynis in eccleſiæ miniſtros ac pauperes diſtribuẽdis,quæ olim tam liberaliter in eccleſia in manus Diaconorum deportabãtur,ut theſauri nomen acciperent,quem certe maximum expendit Laurentius.Et Chryſoſtomus teſtis eſt,eccleſiam Conſtantinopolitanam ſuo tempore aliquot millia pauperum aluiſſe.Gregorius item quotidie multa millia pauperum uirginum & uiduarum ſuſtentauit,atq; utinam tam pius eccleſiæ mos in eccleſiam reuocetur,quod quomodo tentandũ ſit,in canonibus Concilii noſtri prouincialis oſtendimus. Diaconus quum ordinatur,ſolus Epiſcopus,qui eum benedicit,manus ſuper illius caput ponit,quia non ad ſacerdotium ſed ad miniſterium conſecratur. Olim in ſingulis ciuitatibus tametſi paruis,ſeptem erant Diaconi, presbyteri autem ſecundum loci rationem plurimi interdum erant. Quo factum eſt temporum ſucceſſu,ut Diaconos paucitas honorabiles,presbyteros turba contemptibiles fecerit,adeo ut in quibuſdam eccleſiis Diaconi ſe presbyteris anteferre præſumerent,quorum ſuperciliũ diuus Hieronymus ad Euandrum grauiter reprehendit. Eligebant præterea Diaconi ex ſe quem induſtrium nouerant,quem Archidiaconum nuncupabant.Hodie pauciſſimos reperias,qui hunc ordinem a ſacerdotio ſeparatim gerant,præterquam in cathedralibus & collegiatis eccleſiis,ubi ex Canonicis quidã Diaconi Canonici appellantur,qui hoc ſolo Diaconi ſunt, ꝙ interdum lectionem Euangelii in Miſſa pronuntiant,& in Capitulis, quæ diſciplinæ uocant,quaſdã partes in delinquẽtes ſibi uendicãt.

Ibidem. — *Vix umbrã ueteris eccleſiæ retinem⁹.* — *Veteris eccleſiæ pietas in pauperes.* — *Chryſoſt.in Matth.70.* — *Gregorius.* — *Concil.Cartha.4.cañ.4.* — *Ex Concil. Neocæſa.* — *c.legimus. 93.diſt.*

PResbyteri,qui ſummum in eccleſia ordinem gerunt,latine Seniores appellantur,quo nomine presbyter Petrus cõpresbyteros ſuos appellat.Seniores(inquit)qui in uobis ſunt,obſecro cõſenior & teſtis Chriſti paſſionum,&c.Seniores autem appellati ſunt, non tam ob ætatẽ uel ſenectutem, ſed magis ob morum grauitatem & ſapientiæ doctrinam, quæ in ipſis q̃ maxime debent elucere. Nam ut ſcriptum eſt:Senectus uenerabilis eſt,non diuturna,nec annorum numero cõputata. Cani enim ſunt ſenſus hominis,& ætas ſenectutis uita immaculata.Quod & Paulus in Timotheo epiſcopo ac presbytero teſtatur. Nemo(inquit) adoleſcentiam tuam contemnat,ſed exemplum eſto fidelium in uerbo,in conuerſatione,in charitate,in fide,& caſtitate.Et poſt pauca:Noli negligere gratiam,quæ in te eſt,quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitio-

Hierony. ad Euandrum. c.legimus. 93.diſt. — *Preſbyteri, ſeniores.* — *Sapiæ.4.* — *1. Timoth.3* — *Ibidem.*

Sacerdotes unde dicti. ne manuum presbyterii. Dicuntur etiam qui ex hoc ordine ſunt, Sacerdotes, a ſanctificando, ſeu a dando uel conficiendo ſacra. cõſecrát enim & ſanctificant corpus Christi. Hunc ordinem ſurrogatum eſſe cõſtat in locum minorum ſacerdotũ ueteris legis. Quũ enim Moyſes Aaron in ſummum pontificem conſtituiſſet, filios eius unxit in minores ſacerdotes. Ad eundem modum Christus primum duodecim elegit diſcipulos, quos & apoſtolos uocauit (quorum locum in eccleſia obtinent Epiſcopi) deinde alios ſeptuagintaduos diſcipulos deſignauit, quorum locũ in eccleſia tenent presbyteri. Non eſt tamen putandum Epiſcopos alium in eccleſia ordinem a presbyteris conſtituiſſe. Nam in primitiua eccleſia idẽ erát Epiſcopi & presbyteri, quod apoſtolorum Petri & Pauli epiſtolæ, diuus quoq; Hieronymus, ac cæteri fere oẽs ueteres eccleſiaſtici ſcriptores atteſtantur, & præſertim locus ille. i. Petri. v. ad hoc cõmonſtrandum euidẽs eſt. nam quũ dixiſſet Petrus, Presbyteros, qui in uobis ſunt, precor ego conpresbyter & teſtis paſſionũ Christi, & futuræ, quæ reuelanda eſt gloriæ particeps, ſubiecit: Paſcite ſeu regite eum qui in uobis eſt, gregem Christi, & inſpicite non ex neceſſitate, ſed uoluntarie iuxta deum, quod quidẽ græce ſignificantius dicitur, ἐπισκοποῦντες id eſt, ſuperattendentes, unde & nomen epiſcopi tractũ eſt. Quamobrem ſacerdotium ſummus ordo in eccleſia exiſtimatur. Interim tamẽ nemo ignorat hunc ordinem rurſum ordine quodam officiorum ac dignitatũ diſtingui. Nam quidam ſunt Epiſcopi, qui & Pontifices Antiſtites ſeu Præſules, quidam Archiepiſcopi ſeu Metropolitani, quidã Primates, quidã Patriarchæ, quos omnes dignitate antecellit Papa eccleſiaſticæ dignitatis apicem tenens, cuius dignitas reſpondet ad ſummum pontificatũ ueteris legis, quæ graduum presbyterii diſtinctio ad ſectas comprimẽdas facta eſt. Nam ut Hieronymus ait, φ poſtea unus electus eſt ex ſacerdotibus qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſq; ad ſe trahens eccleſiam Christi rumperet.

Exodi. 29.
Matth. 10. Apoſtoli. Lucæ. 10. 72. diſcipuli.
1. Petri. 5. Philip. 1. 1. Timoth. 4. Tit. 1. Acto 4. 20.
Sacerdotiũ ſummus ordo in eccleſia, cuius ſũt multi grad'.

Epiſcopi cur ſic dicti. Antiſtites. Præſules. Pontifices. Epiſcopũ diuus Hieronymus in loco iã citato, ſuperattẽdẽtẽ, & Ambroſius de dignitate ſacerdotali cap. vi. ſuperinſpectorẽ interpretantur, qui & ſpeculator dici poteſt. Antiſtites & Præſules dicti ſunt, φ cæteris dignitate præemineret. Põtifices (ſi Sceuolæ credim⁹) dicebant a poſſe & facere, quis Terẽtius Varro eos a põte dictos arbitret, φ ab iis Sublicius põt. fact⁹ ſit primũ, nomẽ a gẽtilitate in Christianiſmũ trãſlatũ. Et ut Romani ueteres, olim minores & maiores pontifices, & inter hos unũ ſummũ, qui oẽs ſacris præerãt, habebãt ita & nos in Christianiſmo eaſdẽ denominationes ſeruamus. Archiepiſcopi dicti ſunt, tanq̃ primores Epiſcopi, qui & Metropolitani ſeu Metropolitæ appellati ſunt, a metropoli. i. a matre ciuitate, quaſi eius ciuitatis, quæ totius puĩciæ ueluti mater eſt epiſcopi. Patriarchæ dicti ſunt, ueluti primores ſeu ſummi patres. horũ ante Conſtãtinum Imperatorẽ numerabant tres tantũ, nẽpe Ro-

Archiepiſcopi. Metropolitani. Patriarchæ. Tres Patriarchæ olim.

manus, Anthiochænus & Alexādrinus, nam principio ſub Anthiochæ-
no erat Hieroſolymitanus, poſt Conſtantinū additus eſt quartus Con-
ſtantinopolitanus, horū ſummus eſt Romanus, nō ꝗ ordine ſacerdotii Roman' pontifex q̄uo cæteris præſtet.
cæteros antecellat, ſed magis plenitudine adminiſtratiōis, regimis ac po
teſtatis. Hanc eni apud unū eſſe oportet in eccleſia, ut eccleſiæ unitas mō- Anacletus. c.
ſtretur ac conſeruet. Exerte dixit Anacletus, cæteros apoſtolos cū Petro in nouo te-
pari conſortio honorē & poteſtatē accepiſſe, ſed tamen ſacerdotii princi- ſtamēto. 91.
patū Petro (cuius ſucceſſorem uetuſtiſſimi quiq; ſcriptores, pontificem diſt.
Romanū eſſe conſtantiſſime perhibent) tributum, ut ab uno poſt Chri- Cyprianus.
ſtū ſacerdotalis ordo pendere uideret. Quod b. Cyprianus hiſce uerbis
cōfirmat. Loquitur (inquit) dn̄s ad Petrum, Ego tibi dico, quia tu es Pe- Matth. 16.
trus, & ſuper iſtā petrā ædificabo eccleſiā meam, & portæ inferorū nō
uincent eā. Tibi dabo claues regni cœlorū: & quæ ligaueris ſuper terram,
erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; ſolueris ſuper terrā, erūt ſoluta & in
cœlis. Et idem poſt reſurrectiōnē dicit: Paſce oues meas. Et q̄uis apoſto- Iohan. ult.
lis omnibus poſt reſurrectionē ſuā, parem poteſtatem tribuat, & dicat:
Sicut me miſit uiuens pater, & ego mitto uos. Accipite ſpiritum ſanctū, Iohan. 20.
Si cui remiſeritis peccata, remittuntur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur: ta
men ut unitatem manifeſtaret, unitatis eiuſdem originem ab uno inci- Vnitatis conſeruādæ cauſa unus aliis prælatus eſt.
pientem ſuā authoritate diſpoſuit. Hoc erant utiq; & cæteri apoſtoli, qđ
fuit Petrus, pari cōſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordiū ab
unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtret. Et poſt pauca: Quā unita
tem firmiter tenere & uindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in eccle
ſia præſidemus, ut epiſcopatū quoq; ipſum unum atq; indiuiſum probe
mus. Epiſcopatus unus eſt, cuius a ſingulis inſolidū pars tenetur. Hæc il
le. Et Hieronymus ad Euagriū teſtat Epiſcopū, ſiue Romæ, ſiue Eugu- Vnus Epiſcopatus.
bii, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Regii, ſiue Alexandriæ, ſiue Thebis, breui-
ter, ubicunq; exiſtentē, eiuſdē eſſe meriti eiuſdē etiā ſacerdotii. Sacerdotii
ergo poteſtas res ſpiritalis eſt, & incorporalis, quæ diuidi nō poteſt. Hāc
ſinguli epiſcopi in ſuū quiſq; gregē inſolidū poſſident, ſed pontifex Ro- Matth. 16.
manus (uelut illius ſucceſſor, in cuius perſona Chriſtus hanc poteſtatem Iohan. ultio
eccleſiæ tradidit) hanc in uniuerſum ſuper totū gregem Chriſtianum te
net, quē & exercere poterit ac debebit, ubi uiderit rem poſtulare. In hoc
enim conſtitutus eſt, ut fratrum ſuorū negligentiam ſuppleat, quod pla- Lucæ. 22.
ne Chriſtus indicare uoluit, cū Petrum alloquit. Simon (inquiens) ecce
ſatanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticū. Ego aūt rogaui pro te, ut
non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Simile.
Quod ſi non ſatis intelligis, ꝗ fiat ut par ſit ſingulis Apoſtolis poteſtas,
& tamen Petrus principatū gerat, Accipe ſimile. Paterfamilias pluribus
ſeruis negotiandi prouinciā ex æquo partit ac demādat: ne tñ negotia-
tionis unitas diſſipet, uni ex eis poteſtatē facit, ut is nō tātū in ſuā partē,
ſed & in aliorū partes reſpiciat, & ſicubi aliq; ex conſeruis in officio ceſſa

vide Bern. ad Euge.li.2. *Epi uocati i partem ſolli citudinis.*

uerit,cum ut ad functioné ſuá reuocet,ac proſpiciat,ne communis nego
tiatio,iacturá patiat̃. Quáobré cæteri Epi recte dicunt̃ uocati in partẽ
ſolicitudinis:Summus uero pótifex in plenitudine poteſtatis. habét enĩ
illi ſibi aſſignatos greges,ſinguli ſingulos:huic uniuerſi crediti ſunt. Cũ
enim Chriſtus tertio interrogaſſet Petrũ,num ſe plus aliis diligeret, atq;

Iohan.ult.

ille reſpõdiſſet. Tu ſcis dñe,qa amo te,ſubiunxit,paſce oues meas. Quod
tá exerte a Chr̃o ad nullũ aliũ ex Apoſtolis ſigillatim dictum reperimus.

Epi uocati i paré ptãtem ordinis, ſed nõ iuriſdictionis. *Iohan.20.* *Matth.16.* *2. Corin.10.* *Epheſi.4.*

Dicimus aũt cæteros Epos uocatos in parẽ poteſtaté ordinis, ſed
nõ iuriſdictionis. Idq; nõ ſine ratione. Poteſtas eñi ordinis collata
eſt pariter oĩbus Apoſtolis: Poteſtas uero iuriſdictionis proprie collata
eſt toti eccleſiæ: Idq; in pſonã Petri. Romanus ergo põtifex, quod ad cla-
ué iuriſdictionis attinet,maioré habet ligádi ac ſoluédi poteſtaté q̃ cæ-
teri. Ipſi enim pro tempoꝝ & reꝝ neceſſitate in ædificationẽ eccleſiæ po
teſtas eſt,condendi leges ſeu canones,quibus contumaces ab externo ec-
cleſiæ cõſortio repellat,& uiciſſim reſipiſcẽtes ſolus recipiat & recõciliet.
Hæc tñ clauis iuriſdictionis,clauẽ ordinis quibuslibet ſacerdotibus cõ

Clauis ordinis in oĩbus ſacerdotibus eadem. *Vide.c.ſi qs ſuadẽte diabolo.17.q.4. ca.nõ dubiũ c.de his c.q uis de ſenté. excõicat.*

miſſam(quæ conſciam ipam aſtringit uel ſoluit)nõ remorat̃,modo qui
claue iuriſdictionis ligatus eſt,authoritaté Apoſtolicæ ſedis nõ cõtẽnat,
ſed potius ſe reſipiſcentem conteſtans,reipſa probet ſe in eam anguſtiam
deueniſſe ut omnino ei poteſtas non ſit Apoſtolicã ſedé priuſq̃ abſoluat̃
abſq; corporis periculo ſecure ac tuto adeundi ac interpellandi. Quam
obré poteſtaté ſoluẽdi quãtumlibet criminoſos in extremis cõſtitutos
(quod ad forum conſciæ attinet)apud quoslibet ſacerdotes eſſe conſtat.
Porro,Papæ nomen nõ tam recens aut infrequens in eccleſia,ut quidam
cõtendunt. Quin potius frequentiſſimum fuit ſanctis patribus. Herony

Ambro. Damaſo papæ. *Ambroſi. Siritio.*

mus ſiquidẽ Damaſo Papæ ſcribit. Et Ambroſius Siritio papæ libro.x.
Epiſtola.lxxxi.licet non inficiemur hoc nominis olim non ſoli Roma-
no pontifici tributum,cum & Auguſtino aſſcriptum reperiatur.

Officium preſbyteroꝝ, in quo ſitũ ſit. *Hieronymus ad Euagr.c. legimus. 93. diſtinct.* *Actoꝝ.9.* *Ibidem.*

Presbyteroꝝ officium,in primis in prædicatione uerbi,dein in con-
ficiẽdo corpe & ſanguine dñico & cæteris ſacris adminiſtrãdis (pfir
mationis,tamẽ & Ordinis,quæ ſolus Eps ob eccleſiæ unitaté retinendã
adminiſtrat,exceptis.) Deniq; in orando deum pro totius eccleſiæ & po-
puli Chriſtiani pſperitate ſitum eſt. Hæc munera ſacerdotes toto cona-
tu amplecti pucnerit. In his,ppemodum ſolis exerceri,minoribus officiis
interim in alios reiectis. Nã uerbum apoſtolici Senatus eſt. Nõ eſt æquũ
nos derelinquere uerbũ dei,& miniſtrare menſis. Et poſt pauca: Nos ue-
ro orationi & miniſterio uerbi inſtantes erimus. Diximus auté de hac
re latius in canonibus concilii noſtri, titulo de officio ac uita clericoꝝ

Officium epiſcopi. *1. Timoth.3.* *Hieronymus*

generatim. Item titulo de Parochis ac eoꝝ uicariis. Quod aũt ſit officiũ
Epi Canon primus atq; adeo totus titulus de munere epiſcopali decla-
rat. Quales etiá in Epiſcopos ac ſacerdotes eligi ac conſtitui oporteat.
Paulus ad Timotheum ſcribens oſtendit(Illic enim epi appellatione etiã

preſbyter continetur,) Archiepiſcopi & Primates olim cõfirmabãt epos. Sic enim legimus in Canonibus Cõcilii Nicæni cap.iiii. Poteſtas ſane uel cõfirmatio pertinebit ad ſingulas puincias ad Metropolitanum epiſcopum. Et ut ſummus Pontifex cæteris oibus iuriſdictione præeminet, ſic Archiepi epis. Qua de re in rebus eccleſiaſticis recte ab epo ad archiepiſcopum appellatur. Patriarchæ præter Romanum, curam gerebãt toti9 eccleſiæ ſub ipſorum patriarchatu (ut ita dicamus) cõſtitutæ. At Romanus ſollicitudinem gerit non Romanæ tantum, ſed & uniuerſæ eccleſiæ toto terrarũ orbe in Chr̃o cõgregatæ, ut dicere poſſit cũ Apoſtolo, Miniſtri Chr̃i ſunt, & ego. Quin plus ego, in laboribus plurimis, & præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarũ, quis infirmatᷓ & ego non infirmor? quis ſcandalizatᷓ & ego non uror? Itidẽ nec erubeſcit cum Apoſtolo, gloriari de poteſtate ſua, quam dedit ei dñs in ædificationẽ, nõ in deſtructionẽ. Epus cum ordinatᷓ duo epi ponunt, ac tenent euangelicum codicem ſuper caput, & ceruicẽ eius, & uno ſuper eum fundente benedictionẽ, reliqui omnes epi qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangunt. Preſbyter uero cum ordinatᷓ, epo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes preſbyteri q̃ præſentes ſunt manus ſuas, iuxta manus epi ſup caput illius tenent. Hoc miniſteriorũ ordine quem eccleſia, (diuina profecto diſpoſitione) recepit, nihil pulchrius, nihil ſpecioſius, nihil utilius aut neceſſariũ magis. Eccleſiæ multæ ſunt diſtinctione locorũ & perſonarũ, quẽadmodũ Paulus ait: Sicut in omnibus eccleſiis doceo, ſed unica eſt profeſſione fidei, & ſacramentorum communione: huius unitatis ueluti quidã nexus eſt ordo, quo ſoluto neceſſe eſt ut amabilis illa eccleſiæ cõcordia diſpereat. Vt autem cõtendant quidam eccleſiam inuiſibilem eſſe, quod de eccleſia prædeſtinatorũ nõ negamus: Nihiloſecius (ut opinamur) nobis cõcedẽt Eccleſiam etiam uiſibilem, quæ bonis habet admixtos malos, uiſibili fidei profeſſione, & ſacramentorum cõmunione ſociatos. In hac certe. Ordinẽ eſſe oportebat, qui exordium ab unius authoritate recipiens in numeroſam miniſteriorũ dei multitudinem pulcherrima ſerie diffunderetᷓ, ac ueluti in plurimos ramos p uniuerſum orbẽ extenderetur, intrinſecus incrementũ ſumẽs ab uno Chriſto, de qua re ſuſius diximus in articulũ ſymboli, qui de ſancta eccleſia eſt: & qui uolet, legat Cyprianũ de ſimplicitate prælatorũ contra Iouinianũ, ubi oſtendit hæreticorũ eſſe propriũ hanc unitatem ſcindere ut fidem ſubuertant, ac corrumpãt ueritatem. Vnum uero nobis perpetuis uotis poſtulandũ a deo eſt: Nempe ut deus Ordinẽ diuinitus inſtitutum conſeruet, ut oibus mentẽ ſuo cuiq; officio ac munere dignã tribuat ut unuſquiſq; ſit quod eſſe debet, ut quiſq; non quod ſuum eſt quærat, ſed quæ Ieſu Chriſti ut nemo alterius poteſtatem ac iuriſdictionem perturbet, ut põtifices, Chriſti uicarii ſint, gregis dominici curam ſyncere ac amanter agentes, ut Epiſcopi oculati

ad Euagr.
Archieporũ officiũ confirmare epos.
Concil. Ni. cap.4.
Patriarcharum officiũ.
2.Corin.11.
Corin.10.
Ritus ordinãdi epm. & pſbyterum.
Miniſteriorũ eccleſiaſticorum ordine nihil pulchrius.
Vnitatis nexus. Ordo.
Eccleſia inuiſibilis.
Viſibilis.
Cyprian. de ſimplic. prælato. cõtra Iouinianum.
1.Corin.3.
Propriũ hæreticorũ unitatẽ ſcindere
Quid a deo poſtulandũ.
Phil.2.

ſpeculatores ſint,& ſuperintendentes ac proſpicientes,ne quis officio ſuo deſit,ut Sacerdotes noctes ac dies meditetur in lege domini, quo poſſint eſſe ſal populi. Vt cæteri clericoꝝ Ordines ſua munia rite obeant & peragant. Et ut exOrdine eccleſiaſtico in ciuilem labamur,ut principes ſint principes diuinæ iuſtitiæ miniſtri,tãquã deo reddituri rationem, ut magiſtratus bona fide rempublicã adminiſtrent,ut qui laici ſunt, ſint quod dicuntur,non præeant, ſed reuerenter obtemperent ſacerdotibus,fideliter pareant principum legibus,utq; in ſuo quiſque officio atque opificio probet ſuam conſcientiam ſummo illi cordium ſcrutatori. Nam ſic tandem redintegrabitur & coaleſcet eccleſiæ pax & tranquillitas. Atque idipſum eſt,quod eccleſia in ſacerrimo Miſſæ canone in primis precatur, nempe ut deus ſanctam eccleſiam catholicam pacificare, cuſtodire,adiuuare & regere dignetur,una cum famulo ſuo Papa,& Antiſtite eius loci, ubi ſacrum peragitur,& Rege ac omnibus orthodoxis atque catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus. Sed iam ad ipſum ſacramentum Ordinis reuertendum eſt.

Pſal. 1. Matth. 5. Roma. 14. Quid in Canone oret eccleſiæ.

Verbũ ſacri Ordinis. Iohan. 20.

VErbum huius ſacramenti,quo Epus in ordinãdis presbyteris utif, admodum illuſtre eſt in ſcripturis. Nam in primis, Iohan. xx. legimus Ieſum in Apoſtolos inſufflaſſe, ac dixiſſe: Accipite ſpiritũ ſanctum: quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis:& quoꝝ retinueritis,retenta ſunt. Item, Matth xxviii. Euntes docete oẽs gẽtes,baptizantes eos in nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti,docentes eos ſeruare oĩa quæcũq; mandaui uobis:& ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationem ſeculi. Itidem Mar. xvi. Euntes in mundũ uniuerſum prædicate euãgeliũ omni creaturæ: Qui crediderit,& baptizatus fuerit &c. Itẽ Lucæ. xxii. & .i. Corinth. xi. Hoc facite in mei cõmemorationẽ. Quæ loca oſtendunt, Apoſtolos & eorum ſucceſſores, in ordinatione authoritatẽ diuinitus accipere,ut eorum munus ac functio efficax ſit. Accipit Sacerdos poteſtatem prædicandi euangelii, Accipit poteſtatem baptizandi,remittendi peccata,corpus dominicum conſecrandi conficiendiq;, ac cætera ſacramenta adminiſtrandi,non ſuapte uirtute,ſed diuina. Manum tantum & linguã præbet ſacerdos, ſed pater & filius & ſpiritus ſanctus omnia facit,de qua authoritate ut nos Chriſtus certos faceret, apud Iohannem. xx. ſic ait: Sicut miſit me pater,& ego mitto uos: quibus uerbis Apoſtolorum & illorum ſucceſſorum animas erigit, & ſuam proponit authoritatem,quibus erat ſuum miniſterium relicturus,

Matth. 28. Marci. 16. Lucæ 22. 1. Corin. 11. 1. Corin. 11. Chryſoſt. in Iohan. homilia. 85. Iohan. 20.

Elementum ſacramẽti Ordinis. Impoſitio manum.

ELementum huius ſacramenti, quod ad Ordines maiores attinet, (quos dubium non eſt eccleſiam ex Chriſti inſtitutione recepiſſe) impoſitio manuum eſt,quemadmodum plurima loca in actis Apoſtolicis & apud Paulum oſtendunt,quos citauimus in canonibus Concilii prouincialis, ſub titulo,de impoſitione manuum. Cuius myſterium diuus Ambroſius libro de dignitate ſacerdotali capite quinto,in hũc modum explicat.

Ambroſi. de dignitat. ſacerd. cap. 5.

explicat. Homo(inquit)imponit manus, deus largitur gratiam: ſacerdos imponit ſupplicem dexteram, & deus benedicit potenti dextera: Epiſcopus initiat ordinem, & deus tribuit dignitatem. Et alibi: Manus impoſitionis uerba ſunt myſtica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiés poteſtatem, teſte conſcientia ſua ut audeat uice domini ſacrificium deo offerre. Eſt itaque manus impoſitio congruum ſignum, quo ordinati conſcientia certa efficitur de dono dei ſibi ad ædificationem eccleſiæ collato. Præterea, unctio quæ adhibetur ſacerdotio initiandis, elementũ eſt ordinis, quæ ab unctione legis originẽ habet, nõ recens cõmentũ, ſed in omni eccleſia tam græca q̃ latina a tempore Apoſtolorum celebrata, quod ex antiquiſſimis ac receptiſſimis quibuſq; ſcriptoribus facile comprobari poterit, quorum unum aut alterum poſtea afferemus. Cæterum in collatione minorum ordinum, quos eccleſia diuinitus inſpirata, inſtituit(ut nullus de clero qui ordinatus non eſſet, auderet præſumere officium, quod ſciret non ſibi creditum)certa quædam inſtrumenta traduntur, quibus quod cuiuſque ordinis munus ſit, exprimitur, quæ uice elementi ſunt, atque inter tradendum epus ordinando ſuggerit, cur hæc inſtrumenta porrigat, commonens ut ſuo quiſq; officio recte ſungatur, ſimul deum orans ut ordinatis, cuique ad ſuam functionem exequẽdam efficax adeſſe dignetur, quemadmodum ſuperius ex concilio Carthaginenſi per ſingulos Ordines oſtendimus. An autem hoſce minores Ordines proprie ſacramentum dixeris non diffinimus. certe presbyterium & diaconatus ſola habẽt apertum ſcripturæ teſtimonium, quamuis & cæteri ordines diuina non humana authoritate ſint inſtituti, ut quis officium bona conſcientia in eccleſia gerere audeat ſibi commiſſum, quod alioqui ſibi haud creditum periculoſe gerendum preſumeret.

Vnctio.

In collatioñ. minorum ordinum, quid ſit loco elementi.

Ritus qui in ordinũ collatione adhibentur prolixius adnotare aut exponere non eſt neceſſarium. Nã quicũq; ordinaẽ ſatis intelligit, quid ſibi ritus illi uelint, modo tamẽ in grammaticæ rudimentis ſit mediocriter uerſatus. Nam Epiſcopus ut diximus ſingulis ſua munia præſcribit, ac deinde orat ſuper ordinatos, quæ orationes expoſitionis uice ſunt, plenæ pietatis. Quod autem Clerici ex more Eccleſiaſtico tondẽẽ, Id in primis fit, ut clerici a laicis diſcernantur, deinde etiã tonſura ſuã ſignificationem habet, qua clericus ſui officii admonetur. Nam uertex raſus quid aliud ſignificat q̃ clerici animũ ab omnibus terrenis cupiditatibus longe ſemotũ, & his quæ ad deũ ſunt, perpetuo intentum eſſe oportere, nec ineptiunt qui raſurã ſignũ eſſe dicũt regalis ſacerdotii, quod noui teſtamenti miniſtri gerunt in eccleſia. Sed uiderint miniſtri, ut ſigno, nõ tantum doctrina eorum, ſed & uita reſpondeat.

Ritus huius ſacramenti.

Cur clerici tõdeantur.

Virtus efficacia ſeu effectus huius ſacramenti, eſt donũ ſeu gratia diuina Ordinato collata. qua efficacia & rata ſunt quæcũq; Ordinatus, ſecundũ Chriſti & eccleſiæ inſtitutionẽ in eccleſia gerit. De hac dixit

Vis huius ſacramenti.

1. Timo 4. Apoſtolus i. Timoth. iiii. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cũ impoſitione manuum presbyterii. Et iterũ ii. Timoth. i. Admoneo te, ut reſuſcites gratiã dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearũ. Operatur aũt hoc gratia nõ tantũ in bonis, ſed & in malis ſacerdotibus. Nã etſi mali ſacerdotes ſpiritu careant, quo ipſi ſancti ſint, ſpiritũ ſanctũ tamen habent, qui miniſteriis (quæ per eos aguntur) aſſiſtit, quod ſuperius nõ ſemel oſtẽdimus. atq; hæc ſemp fuit & eſt catholicæ eccleſiæ tã græcæ q̃ latinæ cõcors ſentẽtia. Ambroſius in Epiſt. primã ad Corinth. cap. xii. Sicut (inqt) idolorum imago in miniſtris eoꝝ eſt, ordinẽ ſuũ habens p ſingulos gradus, totũ tamen hominis eſt, ita & in lege dñica gradus chariſmatũ ſunt in eccleſiæ officiis. Et ſubdit: In loco Ordinis eccleſiaſtici officii conſtitutus gratiã habet, qualiſcunq; uis ſit, nõ utiq; propriã ſed ordinis per ſpiritus ſancti efficaciam. Itidem Theophylactus in illud Iohan. xi. Vnus aũt ex ipſis Caiphas nomine, cũ eſſet pontifex anni illius, &c Hoc aũt a ſemetipſo nõ dixit, ſed cum eſſet põtifex anni illius, prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente &c. ſic ait: Cũ aliis pontificatus dignitas erat corrupta, ſimul ac uenalitii ſacti fuerunt principes, ne ultra per omne tẽpus unus, ſed duntaxat in annum unũ ſacerdotio fungerẽtur, & q̃uis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat gratia ſpiritus ſancti operãs in his qui uicti erãt, hæc ille. Verũ in bonis ſacerdotibus, hæc gratia non tantum ratũ facit miniſterium, ſed & ordinatũ iuuat, ut ordine cõcredito rite utatur, eſtq; apud deum cauſſa multi meriti cumulãdi, quod parabola Chriſti de fideli negotiatore ſatis declarat. Euge (inquit) ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudiũ dñi tui. Et Petrus apoſtolus dixit: Paſcite qui in uobis eſt gregem dei. Et poſt pauca: Et quum apparuerit princeps paſtoꝝ, percipietis immarceſſibilẽ gloriæ coronã. Et Paulus apoſtolus dixit de Diaconis: Qui enim bene miniſtrauerint, bonum gradũ ſibi acquirẽt. Et huius gratiæ cauſſa idẽ Apoſtolus ꝓnuntiat, Presbyteros qui bene præſunt duplici honore dignos, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Quã uero inſignis ſit ſacerdotalis dignitas, paucis explicari non poteſt. quam qui uolet cognoſcere, præter alios Ambroſium & Chryſoſtimum legat, qui lecti, facient ut nõ facile quis extenuantibus eam dignitatem, aurem poſthac præbeat.

[Marginalia: 2. Timoth. 1. — Gratia ordinationis nõ tantũ in bonis, ſed & in malis. — Ambr. in epiſto. 1. corin. ca. 12. — Ibidem. — Teophylactus in 10. 11. — Caiphas põtifex prophetauit. — In bonis ſacerdotibus gr̃a & ratum facit miniſterium & ordinato utilis ẽ. — 1. Timoth. 3. — pbr̃i q̃ bene præſũt dupli ci honore digni. — Sacerdotalis dignitas. Ambro. Chryſoſt.]

QVo autem affectu & quo pacto ad capiendos ordines accedendũ ſit, in titulo, de impoſitione manuũ ſatis ſuperq; oſtẽdimus. Breuiter qui ſacerdotio initiãdus eſt, non alio affectu accedere debet, q̃ ad ſubmittẽdos humeros nõ dignitati externæ, ſed magis publico muneri uice Chriſti in eccleſia gerendo. in quam ſententiam dixit Apoſtolus: Qui Epiſcoparum deſiderat, bonum opus deſiderat. Cogitare ſecum debet, ut imitator Chriſti ſit, cuius legatione fungetur. Nec aliter arbitrari debet, cum ordinatur ab Epiſcopo, q̃ ſe ab ipſo Chriſto ad ipſius & eccle-

[Marginalia: Quo affectu ordines ſuſcipiendi.]

ſiæ munia exequenda mitti ac deſtinari, idq; cum multa & inſigni poteſtate ac uirtute, nimirum diuina, & ea qua Chriſtus miſſus eſt, quemadmodum ipſe dixit: Sicut miſit me pater, ita mitto uos, Et alibi: Qui uos audit, me audit, qui uos ſpernit, me ſpernit. qui alio affectu ſacros ordines ambiūt, nempe uel ut cæteros honore præeant, uel ut de eccleſiæ theſauro laute uiuant, ac uentri indulgeant, hos ſcriptura non mitti, ſed ſuo nomine uenire dicit, ac lupos, fures, & latrones appellat, qui non intrant per oſtium, ſed aliunde aſcendunt, maximi criminis rei, quod ingens ultio tandem certo certius ſubſequetur. Iohan.20. Matth.10. Lucæ.10. Qui pernicioſe ſacris ordinib' admoueantur. Matth.7. Iohan.10.

MInister huius ſacramenti Epiſcopus eſt, idq; nō tantum uniuerſalis eccleſiæ ſententia, ſed & ex ſententia Pauli. is enim ad Titū Epiſcopū ſic habet, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſint corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Verum de hoc fuſius diximus toto titulo de officio Epiſcopali. Miniſter huius ſacramēti Epſs. Titum.1.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

MAtrimonium, coniugium, connubium, & nuptiæ pro eodem ferme uſurpantur. Matrimonium, ſi diuo Auguſtino lib.xix. contra Manichæos, credimus, dictum eſt quod fœmina ob id potiſſimum nubere debeat, ut mater fiat. Coniugium (diuo Ambroſio teſte) a coniungendo deriuatum eſt. nam cum legitime mulier uiro coniungitur, coniugium eſt. Eodem Ambroſio authore, Nuptiæ dictæ ſunt, quod pudoris gratia puellæ ſe obnuberent, quod Rebeccam Iſaac iam deſponſatam feciſſe legimus, quæ maritum deſignatum aperto capite non putabat uidendum, ſed cum is forte fortuna ſeu potius conſilio in agro deambulans ei obuius factus fuiſſet, ſublato pallio ſeſe operuit. Hoc tamen nuptiæ a matrimonio ſeu coniugio differunt, quod proprie nuptiæ ſint matrimonii celebritas, quæ coniugii teſtificationem declarat. Quæ de ratione uocabuli dicta ſuffecerint. Deinde ſciendū eſt, aliud eſſe matrimonium, aliud matrimonii ſacramentum: quemadmodum aliud eſt pœnitentia, aliud eſt pœnitentiæ ſacramentum. nam longe latius matrimonium q̄ matrimonii ſacramentum patet. Quæ res ut perſpicua fiat, a prima inſtitutione nobis repetenda eſt. De rōne uocabuli matrimonii. Aug.libr.19. cōtra. Manichæos. Coniugium. Ambr.li.1.de Abra. patriarch. cap. 9. Gene.24. Nuptiæ quo differāt a matrimonio. Amb. in Lucā li.2.ca.1.

MAtrimonium itaq; mundo iam recēs cōdito a deo inſtitutum & benedictum eſſe cōſtat. Nā Gene.i. legimus: Maſculū & fœminā creauit eos, benedixitq; illis deus & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terrā: deinde ſcriptura refert, Deū poſteaq̄ primū hominē creaſſet, protinus ſubintuliſſe, Nō eſt bonum hominē eſſe ſolū: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Et poſt pauca narrat ſcriptura deū immiſiſſe ſoporē in Adam, cumq; is obdormiſſet, tuliſſe unā de coſtis eius, & repleſſe car- Matrimoniū initio omnibus adeo inſtitutum & benedictum. Gene.1. Gene.2.

nem pro ea,& ædificaſſe coſtá,quam tulerat de Adam,in mulieré, & adduxiſſe eam ad Adam. Adam uero cú intuitus eſſet mulieré, dixiſſe(non dubium prophetico ſpiritu)hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea,hæc uocabitur uirago,quoniam de uiro ſumpta eſt. quamobrē relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit uxori ſuæ, & erūt duo in carne una. Vnde conſtat matrimonii inſtitutionem omnium antiquiſſimam eſſe,& deum authorem referre.

Adã primus propheta.

Vide Au.li. de bo. cõiu.

Est autem matrimoniũ ob diuerſas cauſſas a deo inſtitutum. Principio,ut eſſet prima humanæ ſocietatis copula, quæ germanam atq; amicabilem quandam cõiunctionem,alterius quidem regentis, alterius autem obſequentis complecteretur. Secundo, ut eſſet arctiſſima quædã coniunctio, quæ ſoboli & amanter ſuſcipiendæ,& religioſæ educandæ deſeruiret. Vtrunq; finem ſcriptura non tacuit,cum inquit:Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, Ac rurſus: Creſcite,& multiplicamini, & replete terrã. Tertius inſtitutionis finis,qui proprie ſtatũ hominis poſt lapſum reſpicit,eſt,ut infirmitas incontinentiæ noſtræ,honeſtate nuptiarum exciperetur. Nam cum conſtet,niſi cecidiſſent primi parentes,homines futuros,atq; etiã liberos ſine carnis incẽtiuo,ac abſq; feruore libidinis,atq; adeo nõ tantum ſine peccato,ſed etiam cum merito procreaturos fuiſſe, poſt peccatum uero lethalis cõcupiſcentiæ lex mẽbris noſtris inhæſerit, ſine qua carnis cõmiſtio non fit,neceſſe erat ut inſtitutũ quoddã dei haberemus,quod carnis cõmiſtionem alioqui ob concupiſcentiã reprehenſibilẽ,excuſaret:in quã ſententiã dixit Apoſtolus,Propter fornicationem uitandã,unuſquiſq; propriam uxorem ſuã habeat. Auguſtinus duo priora officia matrimonio ante hominis lapſum,tertium,iam lapſo tribuit, Quod(inquit)ſanis eſt ad officium, ægrotis eſt ad remediũ. Præter hos fines nõ poſtrema ſed potiſſima cauſſa inſtitutionis matrimonii(ſi dei propoſitũ reſpiciamus)eſt,ut eſſet congruũ ſignũ arctiſſime illius coniũctionis uenturi Chriſti & eccleſiæ,quã quidem a principio & ab æterno, anteq̃ quicq̃ fieret,præordinauit deus,atteſtante Paulo,Deũ elegiſſe nos in Chriſto ante mundi conſtitutionẽ,nobiſq; promiſiſſe ſpem uitæ æternæ in Chriſto ante tempora ſecularia,Præuidens nãq; deus hominẽ diabolica fraude deceptũ iri,& lapſurũ,ſimul & de homine perdito reſtituẽdo,regenerãdoq; ſecũ ſtatuit ac diſpoſuit. Proinde Chriſto (quem huius regenerationis parentẽ eſſe uoluit) nuptias præordinauit, quas in Adæ (qui erat forma uenturi) & Euæ ex Adæ indormiſcentis latere formatæ mirabili copulatione,pulcherrime expreſſit, ac ueluti deſponſatione inchoauit,eiuſdemq; deſponſationis fide promiſſione uenturi ex muliere ſeminis,quod caput ſerpẽtis contereret confirmauit, quã & in omnibus piis,qui ab exordio ſeculi uſq; ad Chriſtũ fuerunt,renouauit, & per prophetas ſuos prædicari & euulgari fecit. Vt cæteros prætereamus, quid apertius eo,quod apud Oſee dñs eccleſiã appellans, de ipſius deſponſatione loquitur

1 Matrimonium eſt inſtitutũ potiſſimũ ob q̃tuor cauſas.

2 Gene.2. Gene.1.

3 Auguſt. ſup. Geñ. libr. de nũp. & cõcu. Contra Fauſtũ Manich. lib 19 ca.29. Aug.1.de bo. nõ cõ u.ca.1. Roma.7. 1.Corin.7. Auguſt. ſup Geneſim.

4 Potiſſima cauſa inſtitutionis matrimonii.

Ephe.1. Titum.1.

Chrus parẽs regeneratorum.

Roma.5.

Gene.3.

Oſee.3.

ne loquitur in hunc modum? Et ſponſabo te mihi in ſempiternum,& ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio & in miſericordia & in miſerationibus,& ſponſabo te mihi in fide. Salomon uir omnium ſapientiſſimus Epithalamion etiam harum nuptiarũ in Chriſto & eccleſia futurarum cecinit in Canticis canticorũ,& cum ſua ætate nondũ appetiſſet tẽpus, quo hæc deſpõſatio nuptiarũ celebritate cõſummaret, ſpõſam(quæ tũ adhuc uenturo ſpõſo Chriſto parabat)canticũ ipſum a uoce intimi deſiderii ordientẽ introducit.Oſculetur me(inquit)oſculo oris ſui. Deniq; Iohannes Baptiſta paranymphus ille ſacerrimus tanti coniugii,cum appetiſſet tẽpus nuptiarum celebrãdarum,& ſpõſus iam prodiſſet in orbẽ, propter ſponſum(quẽ & digito oſtendit)gaudet,quia tẽpus impletũ eſt. Qui habet(inq̃t)ſponſam ſponſus eſt,amicus autẽ ſponſi qui ſtat,& audit eum gaudio gaudet,propter uocẽ ſponſi.hoc ergo gaudium meum impletũ eſt. Ab exordio itaq; mundi Chriſto deſpõſata eſt uxor eccleſia. Miſſi ſunt ſerui prophetæ,qui uocarẽt inuitatos ad nuptias. Venit tandem ſpecioſus ille præ filiis hoĩum ſponſus Chr̃s, cui crucis thalamum aſcẽdenti & obdormiſcenti,pater ex latere,lancea militis aperto,deſponſatam illã exhibuit,atq; adeo uxorẽ formauit,ornauit, ac copulauit eccleſiam,ipſi Chriſto indiſſolubili uinculo,ueluti unã cũ eo carnem perpetuo adhæſurã:atq; ita demũ nuptiæ illæ cõſummatæ ſunt, quod magnus ille Euangeliſta nõ tacuit,qui nõ ſine grandi myſterio, ſic ait:Poſtea ſciens Ieſus quia oĩa cõſummata ſunt,dixit,Sitio.Et paulopoſt quũ accepiſſet Ieſus acetũ,dixit:Cõſummatũ eſt,& inclinato capite tradidit ſpiritũ.Et poſt pauca: Ad Ieſum aũt cũ ueniſſent ut uiderũt eũ iam mortuum,nõ fregerunt eius crura,ſed unus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua.Quod ne fortuito aut naturaliter factum eſſe crederes,ſed grande atq; inenarrabile myſteriũ,ut eſt, reputares,adiecit.Et qui uidit,teſtimoniũ perhibuit,& uerum eſt teſtimonium eius.Et ille ſcit quia uera dicit,ut & uos credatis. Apud Mattheũ quoq; & Lucam Chr̃s ipſe haſce nuptias aptiſſima parabola inſinuat,& quod futurum prophetæ prædixerũt,iam exhibitum pronũtiat. Apocalypſis quoq;.xix.nõ iam Epithalamion futurarũ,ſed præſentium nuptiarum ſuccinit: Audiui(inquit Iohãnes)uocẽ tubæ magnæ,& ſicut uocẽ aquarum multarum,& ſicut uocẽ tonitruorum magnorum dicentiũ. Halleluia,qm̃ regnauit dñs deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus,& demus gloriam ei,quia uenerunt nuptiæ agni,& uxor eius præparauit ſe,& datũ eſt illi ut cooperiat ſe byſſino ſplẽdenti & candido.Et paulo poſt:Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni uocati ſunt.Hæc altius repetere uiſum eſt,ut doceremus tantam rẽ(qua nec eſt,nec cogitari poteſt ulla alia maior)ſymbolo quodã ꝑpetuo repræſentari debuiſſe, eoq; omnium aptiſſimo,id quod deus Adæ & Euæ coniugiũ eſſe uoluit. Poterat quidem deus pari opera,qua Adam ex limo terræ plaſmauit. Euã

Cantica canticorũ Salomonis eſt cãticũ nuptiale

Iohan.1.

Iohan.3.

Ab exordio mundi eccleſia,Chr̃o deſponſata eſt,

Matth.22.

Lucæ.14.

Pſal.44.

Iohan.19.

Ibidem.

Matth.22.

Lucæ.14.

Apoca.19.

Coniugium Adæ & Euæ grande myſterium.

Ibidem.

Gene.1.

quoq; ex ſimili argilla condere: poterat eos ſeparatim formatos (quã ad-
Adam myſterii nõ ignarus fuit.
modũ cætera aĩantia) ꝓpagationis gratia iũgere, poterat coniugii leges
dare, ſed ſic res myſterio uacaſſet, nec Adã & Eua fuiſſent formã & figu-
ra futurarum nuptiarum Chriſti & eccleſiæ. Iam & ipſum Adam in hãc
Ephe.5
myſterii rationem potiſſimum reſpexiſſe non ſolũ Apoſtolus docet; ſed
Gene.2.
& res ipſa plane oſtendit. Quid enim putas eſt, quod Adam ad primum
Euæ conſpectum uerba (quæ ſuperius retulimus) protulit quibus patri
& matri præferebat uxorem, quum ipſe neq; patrem habuiſſet neq; ma-
trem? Quid quod quis graui ac profundo ſomno ſopoſitus, ſeu ut alia
Ibidem.
habet æditio extaſi correptus ſit, tamen non clam illo fuit quod factum
eſt? quod ea uerba manifeſte comprobant, cũ ait: hoc nũc os ex oſſibus
Ibidem.
meis, & caro de carne mea, quæ ſatis indicant etſi occluſos habuerit ſen-
ſus corporis, mente tamen uigilauerit, in tẽpora, olim poſt multa ſecula
Adam ſoli Euæ uocabulum ſuo nomini cognatum indidit.
futura reſpiciens, Quid quod cum impoſuiſſet cunctis animantibus no-
mina (nulli tamen nomen cognatũ hominis uocabulo) ſoli tandẽ Euæ,
in qua ſimilitudinem ſuam recognoſcebat, uocabulũ a ſuo nomine de-
ductum dederit, dicẽs, Hæc uocabitur uirago, quia de uiro ſumpta eſt:
Myſterii latentis breuis explicatio.
quod in Hebræa lingua manifeſtam habet nominis Etymologiã. Vir
enim hebraice Is, & mulier Iſſa uocatur. Quid ergo hoc uerborũ inuolu-
cro aliud uaticinatus eſt Adam, niſi quandoq; fore, ut Chriſtus in orbẽ
Symbolũ Nicenum.
terrarum prodiret qui licet deo eſſet æqualis eiuſdem ſubſtãtiæ cum pa-
Philip.2.
tre, ſemetipſum tamẽ exinaniret, ac ueluti relicto patre, noſtri cauſſa for-
mam ſerui acciperet, in ſimilitudine hoĩum conſtitutus, & figura reper-
tus ut homo, fieret obediens uſq; ad ſoporẽ mortis: Idq; eam tãtum ob
cauſſam, quo deus pater de latere eius, ſanguinẽ & aquã educeret, ex qui-
bus ipſi non reperienti aliunde adiutorium ſimile ſibi, de oſſibus & car-
Acto.11.
ne eius uxorem eccleſiã ædificaret, de ipſius etiam nõie nuncupandã, ni-
Ephe.5.
mirum a Chriſto eccleſiam Chriſtianã, atq; adeo ipſi Chriſto uniendã,
Pſal.8.
ut iam Chriſtus & eccleſia non duo ſed una caro recte dicantur: utq; ea
quæ ꝓphetico ſpiritu de hominis gloria David cecinit, tandem in Chri-
4.
ſto & eccleſia tanquam in unum hominẽ coagmentatis, complerentur,
quod fieri nõ poſſet, ſi aliunde q̃ ex ipſius Chriſti latere eccleſia ſumeret.
Fit autẽ tum, quũ deus eandem uſq; ad conſummationẽ ſeculi ex Chri-
ſti filii ſui latere ædificare non deſinit, donec occurramus oẽs in unitatẽ
fidei & agnitionẽ filii dei in uirũ perfectũ in menſurã plenitudinis Chri-
ſti: In quod myſteriũ diuiniſſimus Paulus intuens, cum paſſim alibi, tũ
Ephe.
in Epiſtola ad Epheſios (quæ ꝓprie in explicationẽ tanti arcani in pri-
mis noſtris parentibus olim repræſentati ſcripta uidet) eccleſiã corpus
& plenitudinẽ Chriſti appellat in ipſo conuiuificatam & cõreſuſcitatã,
ſimul etiã in ipſo in cœleſtibus conſedentẽ. Ex his itaq; oĩbus (ut unde
digreſſi ſumus, reuertamur) liquido apparet, matrimoniũ non uulgari
ſed myſtica diuino ratione, non quolibet, ſed ſingulari quodã modo (quẽ

ſcriptura refert)a deo in paradiſo inſtitutũ fuiſſe, nimirũ ut ſacramẽtũ eſſet arctiſſimæ illius unionis i Chro & eccleſia futuræ, quod diuus Paulus in iam citata Epiſtola ad Ephe. cap v. grauiſſime cõmonſtrat.

Ephe. 5.

QVanq̃ autẽ omnes iſtæ cauſſæ inſtitutionis matrimonii ſimul acceptæ, populo dei tantũ, etſi nõ pariter oĩbus cognitæ fuerint, negari tamẽ nõ poteſt, etiã ipſas Gentes idololatras lege quadã naturæ menti diuinitus inſita pcepiſſe, matrimoniũ rem quandam ſanctã eſſe, ac maiorẽ q̃ ut humanũ inuentũ exiſtimandũ ſit. Intelligit enim ratio uagos cõcubitus cõtra naturã eſſe, intelligit ſtupra & adulteria, inhoneſta ac punienda eſſe. Præterea caſtitatẽ, moderationẽ, ac uerecũdiã in uoluptatibus corporis hoĩs naturæ maxime cõuenire. Proinde & ſi gẽtes ꝓpriã matrimonii ſanctitatẽ nõ uiderũt, quoſdã tñ ex dictis matrimonii finibus ac bonis utcũq; uiderũt, ac cũ populo dei cõia habuerũt eis, a lege illa naturæ indicata, quæ & legib⁹ tuebantur, & abutẽtes grauiſſimis pœnis, de adulteriis, ſtupris & id genus reliquis uitiis æditis coercebant. Nec erat eis uulgaris matrimonii deſcriptio ignota, quã mrĩmoniũ deſcribit eſſe legitima maris & fœminæ coniũctio, & ꝯſortiũ oĩs uitæ, diuini & humani iuris cõicatio indiuiduã uitæ ꝯſuetudinẽ retinẽs. Et qa nõ ꝓbauerũt deũ habere in notitia, quod nõ agnoſcerẽt dona dei, ſed ſibi oĩa tribuerent, ex rẽ ſacra rẽ fecerũt ꝓphanã, adeo ut matrimoniũ iã, nõ ex dei ſed a moribus ac legibus cuiuſq; populi totũ penderet: eoq; talia erant apud alios legitima coniugia, qualia haberent alibi perabſurda. Quãobrẽ ut inficiari nõ poſſumus apud gentes fuiſſe mrĩmonia, tñ nemo nõ uidet mrĩmoniũ apud eos ꝓprie ſacrm̃ nõ fuiſſe, aut ſaltẽ non habuiſſe ſacramẽti ſanctitatẽ. Nã quæ tãdẽ illius matrimonii ſãctitas, quod licebat marito etiã nulla uel oĩno improbabili cauſa reſcindere? quẽadmodũ de Catone Romano legimus, qui uxorẽ nõ ſterilitatis cauſa (quæ rationẽ aliquã apud dei ignaros habere poterat) ſed alterius etiã domum liberis impleturã repudiauit, ac alii ducendam tradidit.

Etiam gẽtes agnouerunt matrimoniũ rẽ ſanctã eẽ.

Vide titulos iuris ciuil. de adulteriis, & ſtupris.

Mrĩmonii deſcriptio etiã apud gẽtes, Roma. 1.

Mrĩmonia q̃ dẽ legitima apud gẽtes ſed mrĩmonii ſacrm̃ nõ fuit.

Aug. de fide & opib⁹ ca. 7.

Cato Romanus.

APud Iudæos maior erat matrimonii ſanctitas. Nam cũ repromiſſionem uenturi ſeminis ex Abrahã & Dauid (in quo omnes gentes benedicerentur) accepiſſent, q religioſiores inter eos erant, ꝓpagandi potiſſimũ cauſa nuptias copulabant, non uicti libidine, ſed ducti pietate, nõ ut uxores in morbo deſiderii, ſicut gentes quæ ignorant deũ, ſed magis in generandi opere ſocias haberent. Ergo Gentes nuptias externæ tantũ honeſtatis cauſa qua & fœdæ libidinis indecorũ cælarẽt, & liberos ordinato nõ uago cõcubitu ꝓcrearẽt, cõtrahebãt. Iudæi uero nõ tm̃ honeſtatis, ſed & pietatis cauſa. Nã cũ ſcirent in ſemine Abrahæ benedicẽdas oẽs gentes, nõ tm̃ officii, ſed & pietatis erat carnaliter filios propagare, religionis erat ſobolem propter Chrm̃ quærere, nimirũ ad genus eius ſecundum carnẽ ab oĩbus aliis gentibus (deo ita uolente) diſtinguendũ, cum & id ad ꝓphetãdum Chrm̃ q̃ maxime ualeret q̃ prænuntiabatur, ex

Mrĩmonia Iudeorũ ſanctiora q̃ gentium.

Gene. 17.

Pſalm. 131.

Aug. de bo. cõiuga. c. 13.

Gentes cur contraxerint matrimonia Iudæi cur.

Aug. de bo. cõiug. ca. 18.

Michæ. 5. Matth. 2. Aug. de bo. cōiuga. ca. 9. De monogamia Iudeorum. Obiectio. Abraham, Iacob. Dauid Monogami. Gene. 2. Obiectio. de Repudio Iudæis pmiſſio Deute. 24. Gene. 2. Dilutio. Verba Adæ nō ſunt ad literā exigēda in pribus ueteris legis. Auguſti. de bono coniuga. ca. 16. 17. 1. Corin. 13. Galat. 5. Gene. 2. Auguſti. ibidem ca. 16.

quo etiā genere, & ex qua gēte eſſet uēturus, unde ſanctitatis erat ꝓpter populū dei propagādum nuptiis uti, quod ꝑ hunc populum & propheta retur & naſceret princeps & ſaluator oīum populorum. Sed dices: Si patribus ueteris legis ratio primæ inſtitutionis matrimonii non fuit incognita, ſi pietate ſuadente ducebant uxores, qui factum eſt ut & omnium pientiſſimi, ueluti Abraham, Iacob & Dauid plures ducerent coniuges? cum tamē Adam diuino inſtinctu dixiſſet: Et erunt duo in carne una. Item, qui factum eſt, ut ꝑmittente Moſe, uxores repudiare atq; alias, dimiſſarum loco ducere poſſent Iudæi, cum tamen Adam eodem inſtinctu percitus dixiſſet: Relinquendum eſſe patrem & matrem & adhærendum uxori, quæ eſſet os de oſſibus, & caro de carnē uiri, atq; adeo cum uiro una caro? Hic fere nihil habemus quod reſpondeamus, niſi quod quēadmodum ædificatio Euæ ex latere Adæ, & ſic & uerba illa protoplaſti (ſalua ſemper hiſtoriæ ueritate) plane myſtica & ꝓphetica fuerint, non in populo iudaico, ſed demum in uenturo Chriſto & eccleſia cōplēda. Interea ergo dum Chriſtus, ex eodem ad hoc peculiariter delecto populo expectaretur, dumq; uelaretur adhuc propheticis ſacramentis ſalutis noſtræ myſterium ſecreta dei diſpenſatione patribus permiſſum eſt, plures uxores ducere, quo facto & ſi unionem illam uerbis propheticis deſignatam non exprimerent, ad eam tamen pulchre præludebant. Nā cum hoc ageretur ut ſignificaretur olim in Chriſto Synagogā ſimul & Gentium multitudinem ueluti in unum corpus eſſe iungēdas, & demū in ipſo Chrō uere cōplendum quod Adā prophetico ſpiritu prædixerat. Idcirco factum eſt (deo ita diſponente) ut huius myſterii deſignādi gratia liceret uni uiro plures uxores ducere: Viciſſim uero unā fœminā pluribus uiris nubere non liceret. duobus enim ſeu pluribus maritis uiuis nullam legimus ſeruiſſe ſanctarum. Plures autē fœminas uni uiro legimus coniunctas, dum ſcilicet ratio tēporis ſuaderet, & Gentis illius ſocietas permitteret, cuius generatio nuntia futurorum erat, ac ad propheticam diſpenſationē pertinebat. Quid ergo eſt quod unus plures duxit? niſi quod unus eſt Chriſtus, qui ſynagogā & Gētium multitudinē ꝑlim longiſſime diſſitas ſibi cum adueniſſet copulans ac ꝓpheticum myſterium adimplens in unā eccleſiā redegit? Quid eſt quod uiciſſim una nō nubit pluribus, niſi quod eccleſia plusq̄ uni uiro, hoc eſt, Chriſto nubere non præſumit? Hinc enim ſtomachatur Paulus, & delitigat cum Corinthiorum eccleſia, quod ſe in plures uiros uideretur diuidere; quod unuſquiſq; eorum diceret: Ego quidē ſum Pauli, Ego autē Apollo, Ego uero Cephæ, Ego autē Chriſti. Nunq̄d (inquit) diuiſus eſt Chriſtus? & Chriſtus præmonuit uenturos multos, ſed nequaquā audiendos, qui dicerēt: Ego ſum Chriſtus. Item: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Chriſtus ergo unus & ſingularis eſt (quēadmodum apud Hebræos.) Maritus: Gentes uero (quēadmodum uxores Hebræorum) multæ, ſed tamē uni Chriſto

Quid ſignificabat monogamia patrū. 1. Corin. 11. 1. Corin. 1. Matth. 24. Marc. 13. Lucæ. 17. 2. Corin. 11.

copulandæ,& in Chriſto unum futuræ,quemadmodum dixit Apoſtolus, Deſpōdi enim uos uni uiro uirginem caſtā exhibere Chro: Et iterū: Sicut enim unum corpus eſt,& membra habet multa:oiā autem membra corporis cū ſint multa,unū tamen corpus ſunt.Ita & Chrs. Etenim in uno ſpiritu oēs nos in unum corpus baptizati ſumus,ſiue Iudæi,ſiue Gentiles,ſiue ſerui,ſiue liberi,& omnes in uno ſpiritu potati ſumus. Ephe 5. 2. Corin. 1. 1. Corin. 12. Ibidem.

EX quibus facile intelligis patrum polygamiam uerbis Adam myſticis magis ſeruire q̃ repugnare. Non enim ut quarundam gentium polygamiam,ſolam pluralitatem uxorū (quam libidinis cumulandæ, ac multiplicandæ tantum cauſſa adhibebant) ſed magis in Chriſti & eccleſiæ (cui præludebat) Monogamiam reſpiciebat,ac futurum deſignabat,ut quandoque diuerſiſſimi populi uni Chriſto ſubditi unam eccleſiam conſtituerent,cuius arctiſſima unione prophetia protoplaſti tandem adimpleta conſummaretur. Atque hæc ſe ſic habere nemo non intelligit,qui ſaltem animaduertere uelit,in patrū polygamia,plures uxores,non indiſcriminatim hanc coniunctionem,ſed magis unā ex eis ſynagogam,alteram uero quampiam eccleſiam ex gentibus ſignificaſſe,id quod Abrahæ,Iacob,& Dauid connubia commonſtrant,cum catholicis ſcriptoribus omnibus,tū & Apoſtolo teſtibus. Liquet igitur patres polygamos in nuptiarum myſterium adeo nihil peccaſſe, ut magis illius ſignificationi olim adimplendæ ſuffragati uideantur. Patrū polygamia nō repugnat uerbis Adæ myſticis. Ephe. 5. Galat. 3. Galat. 4.

CAeterum nec naturæ contrariam fuiſſe patrum polygamiam conſtat. Nam occulta lege naturæ ita comparatum eſt,ut quæ principantur,ſingularitatem ament,quæ autem ſubdita ſunt,non ſemper ſingula ſingulis,ſed ſi ratio naturalis uel ſocialis admittit, etiā plura uni, non ſine decore ſubdantur; quemadmodum plures ſerui uni domino recte ſubduntur: Vnus uero ſeruus duobus dominis commode ſeruire non poteſt. Itaque cum in nuptiis uir principantis, Mulier ſubditi uicem gerant,cōtra naturam nuptiarum non eſt,unum uirum plures ducere,ſed unam pluribus uiris nubere,plane contra naturalem rationem eſſe, quis non uidet? Plures enim fœminæ ab uno uiro fœtari poſſunt, una uero a pluribus non poteſt. Proindeq; haud abſurde dixerimus per illius temporis connubia non ſolum illam Chriſti & eccleſiæ coniunctionem, ſed & animarum cum deo copulationem eſſe ſignificatam. Non eſt enim uerus deus animarum niſi unus: nec poteſt una anima pluſquā uni deo ſpiritualiter nubere. tametſi enim una anima per multos falſos deos fornicari poſſit,fœcundari tamen non poteſt: plures uero animæ uni deo recte ſubduntur. Patrū polygamia nō fuit naturali rationi contraria. Aug. de bono cōiugali cap. 16. Matth. 6. Auguſtinus in loco iam citato. Deute. 6. 2. Corin. 11.

QVæ cum ita ſint, nempe patrum polygamiam neq; cum natura pugnaſſe,neq; myſterio ſui tēporis defuiſſe,ſed magis ſeruiſſe, mirandum non eſt,quod catholici ſcriptores auſi ſint aliquot ex patribus polygamis noſtris Monogamis,imo & continentibus anteferre, Veteres prætulerūt Abrahā & Iacob. polygamos. noſtris Monogamis,at-

Sed hactenus de patrum polygamia,quæ non ſolum erat ſine culpa,ſed & meritū habebat,ſaltem in Abraham ac reliqs patribus, qui Abrahæ exemplo ex fide(quæ ſola opera noſtra diſcernit)uiuebant.

Aug. de bo. cõiuga.ca.9.

VErum diuortium Iudæis a Moſe pmiſſum longe aliam q̃ polygamia habet ratioñe.Ná illud & cũ myſterio & cũ ratione ſeu natura matrimonii ,ppe pugnare uidet̃. Vnde Chriſtus diuortium ab omni culpa nõ excuſat,nec ut rem bonã probat,ſed tantũ indultã ac pmiſſam fatet̃ ob duritiã populi, alioqn uxores ſuas aio ſuo non ſatis cõmodas interfecturi,cũ ab initio alia fuerit matrimonii inſtitutio. Vnde in tota ſcriptura non facile reperias ullum ex ſanctis patribus uxoré, quã ſemel duxiſſet,repudiaſſe.Habes nũc utcunq; iudaici matrimonii ratioñe.

Diuortiũ aliam habet q̃ polygamia rationem.
Diuortiũ Iudæoꝝ nõ uacauit culpa.
Matth.10.
Chryſoſt. in Matthæum.

IAm de matrimonio Chriſtiano uidendum eſt, & in primis quid habeat cum Ethnico & Iudaico commune: Deinde quibus rationibus differat, & quibus præcellat. Hoc igitur habet matrimonium apud omnes populos & Gentes & Iudæos & Chriſtianos cõmune,quod legitima quædam maris & fœminæ coniunctio eſt,q; mutuo magis cõſenſu contrahitur q̃ concubitu, quod mutuæ ſocietatis ac familiaritatis, quod prolis ſuſcipiendæ,q; deniq; fœditatis uagi concubitus uitandæ gratia initur.Cæterum iudaicum matrimonium aduentum Chriſti cũ Chriſtiano matrimonio hoc commune habebat,quod non tantum ob cauſſas prædictas,ſed & pietatis contemplatione contrahebatur. Verũ hoc ſolo ab utriſq; tam Ethnico q̃ Iudaico matrimonium diſtat Chriſtianum,quod eſt nouæ legis ſacramẽ tum gratiam conferens iis,qui id rite auſpicantur.Et catenus præter gratiam,quam confert, pleraq; habet ſingularia.Nam in primis non permittit polygamiã.Secundo prohibet diuortium ex omni cauſſa,præterquam ex cauſſa fornicationis, ex qua tamen,non aliam q̃ corporalem,non autem ſacramentalem ſeparationem concedit,In quo fanatici Anabaptiſtæ ac plerique hæretici, qui ſacramenti huius uirtutem ignorant,miſere hallucinantur.

De mfimonio Chriſtiano.
Legitimum mfimonium apud omnes gentes.
Cõia Iudaici & Chfiani matrimonii.
Quo differt Chfianũ matrimonium a nuptiis aliorũ populorũ
Matth.16.
Error Anabaptiſtarũ & Hæreticorũ.

QVæ res ut clarior fiat eiuſcemodi quæſtio nobis moueda eſt,Fuerit ne matrimonium apud Iudæos ſacramentum?Et ut fuerit ſacramentum,qui fiat ut Chriſtianum matrimonium ratione ſacramenti ab iſto diſcernatur?Reſpondemus, Matrimonium apud Iudæos ſacramẽtum fuiſſe, quemadmodum alia quoq; ueteris legis cerimoniæ ac myſteria futurorum nuntia & ſignificatiua,Iudæorũ ſacramẽta fuerunt. Vnde non diſſimili,ſed eadem plane ratione matrimonium Iudaicum a Chriſtiano diſcerni conſtat,qua cætera illa iudaica a Chriſtianis ſacramentis diſcernuntur,quæ in hoc ſita eſt,quod iudaica illa,id quod repræſentabant,in Chriſto futurum figurabant. erant enim umbra futurorum.Chriſtiana uero idipſum quod repræſentant, iam in Chriſto adimpletum ſignant,nec tantum(uti illa)ſignant,ſed & rite accipientes uirtute ſpiritus aſſiſtente,ſanctificant & mundãt,Interim tamen nõ ne-

Quæſtio. An mfimonium fuerit apud Iudęos ſacramentũ.
Dilutio.
Quo diſcernat̃ mfimoniũ iudaicũ a noſtro.

Quo pacto ſacra ueteris legis pribus profuerint. gamus ſacramenta ueteris legis ueluti circūciſionem & cætera ſimilia patribus profuiſſe,ſed non uirtute ſacramentis indita,uerum ſolā per fidem uenturi Chriſti in ſacramentis illis ſignificati.Ergo quēmadmodū Roman.3. tranſitus maris rubri baptiſmum ſignificabat, & māna Euchariſtiam, 1.Corin.10. ſic matrimoniū iudaicū,unionē Chri & eccleſiæ deſignabat futurā,quā Ephe 5. Chriſtianum deſignat impletam,diuerſa tamen(quod ad iudaicā poly-Aug. de bono cōiugali. cap.13. gamiam attinet)ratione.Nam ſicut ſacramentum pluralium nuptiarū ſignificauit unionem ſynagogæ & eccleſiæ ex gentibus in Chriſto,ſeu futuram multitudinem deo ſubiectam in terrenis omnibus gētibus,ſic ſacramentum ſingularium nuptiarum noſtri temporis ſignificat unionē illam iam eſſe in Chriſto & eccleſia adimpletam, & quotidie adimpleri, ſeu etiam unitatē omniū noſtrorum ſubiectā deo futuram in unā cœleſti ciuitate. Vnde non ſine magna ratione Paulus apoſtolus, & ſi declaraſſet nuptias nō eſſe peccatū,cum dixit:Si acceperis uxorem,non peccaſti,& ſi nupſerit uirgo,non peccat:quod uult,faciat:nō peccat,ſi nubat, Aug.de bo. cōiug.ca.18. uetuit tamen,ne ordinaretur quiſpiam in Epiſcopū,qui non eſſet unius uxoris uir.Quod acutius intellexerūt,qui nec eum qui Catechumenus, uel paganus alteram habuerit,& ſi poſt Chriſtianiſmum auſpicatū,unā tantum atq; uirginem duxerit,ordinandum cenſuerunt. De ſacramento enim agitur,non de peccato. Vnde quamuis in baptiſmo omnia peccata dimittantur,& recte uiſum ſit,eum qui plures temporum ſucceſſu habuiſſet uxores,peccatum nullum commiſiſſe, tamen quia normam quandam ſacramenti amiſit,non ad uitæ bonæ meritum,ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam,Antiſtes eſſe prohibebatur. Antiſtes enim eccleſiæ,quem Paulus uult tantum unius uxoris uirum, ſignificat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro Chriſto ſubditā.

Q. Errant qui matrimonium negant eſſe ſacrm. Væ omnia nobis contemplantibus non poſſumus non demirari quoſdam eo dementiæ ueniſſe,ut auſi fuerint Matrimoniū ex ſacramentorum numero imprudēter ſecernere ac remouere, quod tamē cōſtat propterea inſtitutū eſſe,ut eſſet ueteris teſtamenti patribus, futuræ,nobis uero,præſentis Chriſti & eccleſiæ longe ſanctiſſimæ unionis expreſſiſſimum ſignum,habens etiam in lege noua uti cætera ſacramenta gratiam certo aſſiſtentem,Idq; in primis diuo Paulo in loco quē Ephe.5. Amb. ibidē. ſupra attigimus,deinde omnibus orthodoxis patribus & græcæ & lati Aug. in locis innumeris. næ eccleſiæ uno ore conteſtantibus.Quæ omnia ex ſequentibus mani-Chryſoſto. feſta ac perſpicua fient.Hic tantum prælibaſſe ſuffecerit,Paulum aperte pronunciare matrimonium ſacramentum eſſe.Sacramentū(inquit)hoc magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto & eccleſia . Nam tametſi qui-Vanū cōmentum aduerſariorum. dam ſint,qui ſenſum Paulinū,quē eccleſia in hiſce uerbis intelligit, adducto quodam gloſſemate eludere moliantur,nihil tamen effici ūt. Nā quod contendunt Apoſtolum hiſce uerbis(Sacramētum hoc magnum eſt:ego autem dico in Chriſto & eccleſia)uoluiſſe ſacramentum matri-

monio uiri & uxoris adimere,& in myſticam illam unionem Chriſti & eccleſiæ omnino transferre,quaſi hoc ſenſiſſet Paulus, & ſic uoluiſſet accipi,ut hoc ſacramentum magnum eſſet duntaxat in Chriſto & eccleſia, neq; pertineret quicq̃ ad uiri & uxoris matrimonia,Id q̃ & uerbis & ſententiæ Paulinæ repugnet quis non uidet? Paulus enim ad uerba illa protoplaſti (propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ,& erunt duo in carne una)ſtatim ſubintulit.Sacramentum hoc magnũ eſt:ego autem dico in Chriſto eccleſia. Iam quum & Apoſtolus doceat,& omnes doctores ſancti cõfirment uerba illa protoplaſti fuiſſe uaticinium de Chriſto & eccleſia. Deinde cum Chriſtus doceat,& isipſe Pauli locus,quem tractamus, manifeſte declarat, eadem uerba non tantum ad hanc myſticam unionem, ſed & ad ipſum matrimonium pertinere,ac ſic ab Adam prolata fuiſſe, ut eadem & in id quod agebatur,& in id quod prænuntiabatur,hoc eſt & in hominum coniugium,& Chriſti cum eccleſia copulam competerent, omnino perſpicuũ euadit Paulum hiſce uerbis:Sacramentum hoc magnum eſt:ego autem dico in Chriſto & eccleſia(quæ immediate uerbis protoplaſti ſubiũxit): nihil aliud ſignificare uoluiſſe,quã quod matrimonium,hoc eſt illa coniunctio uiri & mulieris(quæ fiebat deo copulante) ſanctiſſimæ illius cõiunctionis,qua Chriſtus coniungitur cum eccleſia,ſacramẽtum, hoc eſt ſacrum ſignum eſſet, alioqui hæc Pauli uerba ad uerba protoplaſti nequaquam reſponderent. Quin ſi quis uel grammaticum ſenſum diligẽter expendat, uidebit Pauli uerba a gloſſemate aduerſariorum longiſſime diſtare. Nam Paulus quiddam uidet in uerbis protoplaſti quod ſit ſacramentum. Hoc(inquit)ſacramentum magnum eſt:Quod eſt autem hoc ſacramentũ in uerbis ſuperioribus cœlatum, quod magnũ eſt in Chriſto & eccleſia? certe Chriſtus & eccleſia id eſſe non poteſt. Nam abſurde ſequeretur,hoc(ideſt Chriſtus)& eccleſia eſt magnum ſacramẽtum in Chriſto & eccleſia,nemo enim ſic loquitur: Nec idem proprie eſt ſacramentum ſuiipſius.neceſſe eſt igitur ut id ſacramentum quod dicit eſſe magnum in Chriſto & eccleſia,ſit illa coniunctio uiri cum coniuge, quam uerba protoplaſti citra omnem controuerſiam aperte cõmemorant,& ſi interim myſtica ſint. Quo conceſſo,neceſſe erit(cogentibus nimirum uerbis Paulinis) coniugium pro ſacramento ſuſcipere, præſertim ſi conſtabit in ipſo(cum in domino, hoc eſt, religioſe & pie cõtrahitur)gratiam conferri.Siquidem inter omnes conuenit hoc ſacramẽtum eſſe nouæ legis,quod eſt ſacrum ſignũ ſeu uiſibilis forma inuiſibilis gratiæ dei,uerbo conſtans & elemento. Supereſt itaque ut & uerbum & elementum huius ſacramenti indicemus,& gratiam inſuper in eo conferri demonſtremus.

Refellitur uanũ gloſſema Ephe.5.

Matth.19. Ephe.5. Intellectus uerborũ,propter hoc hõ, relinquet.

Sẽſus grammaticus

VErbum itaq; huius ſacramenti,quo accedente ad elementum fit ſacramentum,id nimirum eſt,quo ambo mas & fœmina (quũ pieta

Verbũ huius ſacramenti

ſes mandaret dari libellum repudii & dimittere. Reſpondit: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis Iudæorum permiſit eis dimittere uxores ſuas: ab initio autem non fuit ſic. Quamobrem (inquit) quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Quæ omnia ut exactius intelligatur, retinendum eſt (quod ſupra diximus:) Aliud eſſe, etiam apud Chriſtianos, matrimonium, aliud matrimonii ſacramentum, Aliud eſſe uerbum quo contrahitur matrimonium, aliud eſſe uerbum quod efficit matrimonii ſacramentũ. Verba quibus matrimonium apud oẽs gentes, non tantum apud Chriſtianos contrahitur, ea ſunt, quibus mutuus conſenſus coniugiũ (quẽ de præſenti uocant) exprimitur. Cõſenſus enim & uoluntas ſeu pactio cõiugalis eorum, de quorum cõiunctione agitur, ubique matrimonium facit, qui ſolus ſi in nuptiis defuerit, cætera etiam cũ ipſo coitu celebrata fruſtrantur: quod non coitus aut defloratio uirginitatis coniugium faciat ſed conſenſus. Quamobrem coniunx recte uocatur ex prima deſponſationis fide, & ſi nullus concubitus, aut carnis commiſtio interueneri t. Sed non omne matrimonium protinus eſt ſacramentum, alioqui & matrimonium apud ethnicos, quod eiuſcemodi mutuo conſenſu (non ſine magna honeſtate & ſolennitate cõtrahebatur) ſacramentum eſſe fatendũ foret, id quod non temere cõcedemus. Quin non facile nobis perſuadebitur matrimonia illã clandeſtina, quæ apud Chriſtianos nedum ethnicos, mutuo quodam ſed impuro conſenſu, libidinis tãtum explendæ, ſeu cuiuſuis alterius damnabilis cauſſæ gratia, ſine ullo dei reſpectu ſeu in deum fide, idque peſſimo exemplo & præter eccleſiæ ſententiam ac permiſſum contrahuntur, ſacramentum eſſe. Aliud ergo uerbum, quam uerbũ meri conſenſus requirendum erit, quo coniugium ſacramentum efficiatur. Quod nos ut in cæteris, ita & in hoc ſacramento tale uerbum eſſe putamus, cui fides in deum accedit, nempe quod accedens ad elementum faciat ſacramentum, non quia pronuntiatur, ſed quia creditur: Vt plane dicamus quod ſentimus: Non ſufficit, ut matrimonium quod contrahitur ſit ſacramentum, uirum tantũ accipere mulierem, & uiciſſim mulierem accipere uirum in coniugem, ſed neceſſe eſt ad ſacramenti rationem, ut alter alteri religioſe ac in domino iungatur, non tanquam auſpicaturi rem humanam ſed magis diuinam, quã non ipſi ſuis uiribus, ſed in ipſis ſit operaturus ac effecturus deus: Quod fit, ſi in uerbum dei (quo hoc ſacramentum firmatur ac ſtabilitur) reſpiciamus, ac fide credamus ea bona in non indigne auſpicantibus matrimonii ſacramentum effecturũ deum, quæ ipſe uerbis ſuis pollicetur, aut certe in coniugibus requirit. Quod tam uerum eſt, ut nec Patres ueteris legis matrimonio (quod apud eos etiam ſacramentum ſed illius legis erat) nullam ſacramenti ſanctitatẽ tribuendam putarent, niſi quod eſſet pie ac religioſe ſub dei teſtimonio in fide ac timore domini cõtractum.

Marci. 10. Lucæ. 16.

Aliud ẽ matrimõ niũ, aliud mrĩmonii ſacrm.

Verba quibus matrimoniũ contrahitur.

Ambr. c. cũ initiat. 27. q. 2

Chryſoſt. c. ſufficiat. 27. q. 2.

Auguſt. de bono cõiug.

De mrĩmoniis clãdeſtinis cenſura.

Verbũ quo mrĩmõiũ efficit ſacrm.

Aug. tracta. 80. I Iohan.

Sacri rõ in quo cõſiſtat.

Fides accedere debet ſacramento.

Patres ueteris legis ſoli matrimonio religioſe cõtracto ſctĩtatẽ tribuebãt

Id quod omnibus facile patere poteſt,qui matrimonia quæ uetus teſta-
Gene.2. mentũ celebrat,expenderint. De matrimonio, quod deus ipſe inter Adã
& Euam copulauit,plura dicere non eſt neceſſe. Cum ad tempora Noe
Gene.6. uentum eſt,uides damnari nuptias,quas filii dei cum filiis hominum ſi-
ne ullo dei reſpectu contrahebant.Nam ſic habet ſcriptura: Videntes fi-
lii dei filias hominũ quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex om-
nibus quas elegerant: dixitque deus, non permanebit ſpiritus meus in
homine in æternum quia caro eſt,ad quam nuptiarum prophanationẽ
Matth.24. Chriſtus reſpexiſſe uidetur,cum ait:Sicut enim erant in diebus Noe an-
Gene.7. te diluuium comedentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes,uſq;
in eum diem quo intrauit Noe in arcam,& non cognouerunt donec ue
nit diluuium & tulit omnes,ita erit & aduentus filii hominis.Porro hãc
fuiſſe cauſſam cur Iudæi ab alienigenis nuptiis ante legem abſtinebant,
poſt legem etiam abſtinere iubebantur, facile poteſt æſtimari. Abra-
ham accepturus filio ſuo uxorem,uide quo ſpectarit. Non enim quære-
Abraham. Chryſoſt. in Gene. hom. 48. bat ſubſtantiam multam,non diuitias,non ſeruos,non multa agri iuge
ra,non externæ uenuſtatis formam (quæ mutuum conſenſum ſed fide
uacuum in contrahendo matrimonio conciliare potuiſſent) ſed in
unum illum authorem & conciliatorem caſti matrimonii deum, & in
cauſſam inſtitutionis reſpiciẽs,mandatũ ſeruo dat,ne filio ſuo Iſaac de fi
Gene.24. liabus Chanaan idololatris uxorem ducat,ſed profectus in Meſopota-
miã de cognatione ipſius Abrahæ deum agnoſcẽte & timẽte accipiat,
atq; eam accipiat,non quã humanus affectus elegerit, ſed quam deus fi-
lio ſuo præparauerit.Mandat præterea ne filium ſuum Iſaac reducat in
Ibidem. Meſopotamiam,ac ſeruo hæſitanti quidnam ageret, ſi mulier ſecum ue
nire nollet,omnem dubitationis ſcrupum eximit, idq; facit fretus certa
fiducia euenturæ repromiſſionis dei. Ne reducas(inquit)filium meum
illuc.neque enim hoc opus erit tibi.dominus enim deus cœli & terræ, q
tulit me de domo patris mei,& de terra natiuitatis meæ, q loquutus eſt
mihi & iurauit dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet ange-
Conciliator religioſi matrimonii deus. lum ſuum coram te,& accipies inde uxorem filio meo, perinde atque ſi
dicat,certus ſum illum,qui mihi hoc annũtiauit,qui ſemen meum mul-
Gene.12. tiplicandum promiſit,qui tantam erga me declarauit benignitatẽ,& cu-
ram,qui tantis beneficiis me proſecutus eſt, prioribus etiam illud addi-
turum ut mittat angelum ſuum ante te,qui præcedat te, & uiam tuã in
Nõ leuis res uxorẽ ducere. omnibus præparet,uxoremq; filio meo aſciſcendã,tibi notã faciat, qua
accepta huc propere reuertaris. Vt uero ſeruus intelligeret quanto ſe-
rio hæc mandarentur,& quam non leuis res eſſet, quam agendam reci-
Gene. 24. Aug. de bono nup.c.19. ret, Patriarcha eum iuramento etiam aſtrinxit, deque rerum omnium
cõditore ac caſti matrimonii præparatore, (in quo tota ſit fiducia collo
Summũ nuptiarũ bonũ. canda) diligentiſſime inſtruxit ac docuit. ſummum inſuper nuptiarum
bonum,quod in fœmore ſuo nouerat,ſigno declarauit.Nam cũ ſeruum

manum

manum fœmori ſuo ſubdere iuſſit, ut de uxore, quæ filio ſuo eſſet ducen da, iuraret, idq; p deum cœli, quid aliud ſignificabat, niſi in ea carne quæ ex illo fœmore originem duceret, adeoque ex cõiugio illo filii ſui deum cœli eſſe uenturum? Eadem pietate Iſaac quoq; prædítus, filio ſuo Iacob præcepit ne acciperet coniugẽ de genere Chanaan, ſed magis de cognatione ſua, adiecta benedictione fiduciæ erga deum pleniſſima. Deus (inquit) omnipotens, benedicat tibi & creſcere te faciat atq; multiplicet, ut ſis in turbas populoꝝ, & det tibi benedictiones Abrahæ & ſemini tuo poſt te. Ad hæc, liber Tobiæ (ut cætera ſanctorum ueteris legis religioſorum matrimonioꝝ exempla recitare omittamus) diſerte ſecernit matrimonia ſanctorum a matrimoniis prophanis. Sic enim loquitur Tobias ille iunior: Filii quippe ſanctoꝝ ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant deum. Et rurſus in uerbum & finem ſacramenti reſpiciens deum appellans: Domine deus (inquit) patrum noſtrorum, tu ſcis quia non luxuriæ cauſſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poteſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorum. Et capite proximo teſtatur Angelus, coniugem bonam deberi uiro timenti deum. Raguel quoque Saræ pater, non ignarus unde matrimonii uis dependeret plena erga deum fiducia, dexteram filiæ ſuæ apprehendens dexteræ Tobiæ tradidit dicens: Deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob uobiſcum ſit, & ipſe coniungat uos, impleatque benedictionem ſuam in uobis. Sed quid hæc tam multis attinet commemorare? cum paſſim Biblia deum caſti matrimonii conciliatorẽ pronunciet. Apud Solomonem Prouerbiorũ decimonono ſic legimus: Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino autem proprie uxor prudens. Et Eccleſiaſtici uiceſimoſexto: Pars bona mulier bona timentium deum dabitur uiro pro factis bonis. Pſaltes quoque uiri timentis deum præmia recenſens, Inter cætera ait, uxor tua ſicut uitis abundans in lateribus domus tuæ.

IAm ſi hæc fuit apud patres ueteris legis matrimonii ratio, ut non tantum requirerent uerbum mutui conſenſus, ſed & fiduciæ erga deum ſignificatiuũ, quanto magis id obtinet in nouo teſtamento, in quo Chriſtus (reſtaurator omnium quæ ſunt in cœlo & in terra) coniugium non ſolum ad primam inſtitutionẽ reuocauit, priſtinæq; dignitati reſtituit, ſed & amplioris gratiæ augumento ſacrauit, quum ſcilicet in cruce obdormiſcẽs, aqua & ſanguine ex aperto latere profuſis ſibi eccleſiã uxorẽ conderet, ac præordinatas illas ab æterno nuptias (quarum uoluit noſtras eſſe ſacramentum) conſummaret. Itaque diuus Apoſtolus Paulus, quod Chriſtiani dicunt uel nubunt, non ſimpliciter nubere, ſed in domino nubere appellat; nimirum indicans Chriſtianos, domino mediante iungi oportere, accedente fide, quæ in uerba Chriſti (quibus hoc ſacramentum firmauit ac roborauit) reſpiciat. Quã fidem tanti etiam facit

Chriſtus. Gene. 28. Liber Tobiæ matrimonia ſanctorum a prophanis diſerte diſcernit. Cap. 8. Ibidem. Ibidẽ ca. 7. Cõiunx bona debita uiro timẽti deum. Raguel. Sara. Ibidem. Prouer. 19. Eccl. 26. Pſal. 127. Coloſſ. 1. Chr̃us m̃rimonium ſuæ primæ dignitati reſtituit, atq; etiã amplíori gr̃a ornauit. Iohan. 19. Ephe. 5. Bernard' In ſermone de dñia noſtra.

1.Corin.7. Apoſtolus, ut dicat propter uirum fidelẽ uxorem infidelem, quam prius
Ibidem. quam ad Chriſtum conuerteretur duxiſſet, modo ei cohabitare conſenſerit, ſanctificare. Hác diuini uerbi, matrimonium ſanciẽtis uim, is recte
Ropertus abbas in Gẽ. lib.2. ca.24. intellexit, qui locum illum, Gene. ii. (Immiſit ergo dominus ſoporem in Adam) pertractans. Ecce (inquit) quia non undecunque, ſed de coſta uiri fecit uiro author cõiugii deus adiutorium ſimile ſibi. Nunquid abſq;
Gene.2. Leuit.21. iniuria factoris ſui uir coſtam ſuã abiicere poterit? Si cæcus, ſi claudus, ſi uel paruo, uel grandi, uel torto naſo, ſi fracto pede, uel manu, ſi gibbus, ſi lippus, uel quamlibet eiuſmodi maculam habens non accedet ad miniſterium domini ſecundum mandatum legis; quanto magis qui coſtam integram corpori uiolenter exemit uel abiecit, merito ab altari, imo &
Verbũ ſacri & uis eius. a communione totius eccleſiæ debet arceri? Etenim mox ut pro adiutorio huiuſmodi, quilibet uir quamlibet mulierem aſſumpſerit, mediante fide & teſtimonio eius, qui hanc mulierem ad hunc uirum adduxit, nẽpe Euam ad Adam, coſta eius eſt, os ex oſſibus eius & caro de carne eius
Gene.2. Matth.19. Marc.10. eſt. Igitur ſi illam ultra reliquerit pro qualicunque cauſſa, excepta cauſſa fornicationis, iam apud deum uir non erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia uidelicet una eſt coſta mutilatum. Coſta (inquam) non qualicunque, ſed bene ædificata diminutum eſt corpus. Itidem & mulier ſi uirum reliquerit, iam apud deum in numero non erit, quia nõ corpus integrum uel tota caro, ſed pars eſſe conuincitur ex lege cõditionis, quia
Gene.2. de uiro ſumpta eſt. Hæc ille.

Amb. in. ca. 7. primæ ad Corinth. Ambroſius quoq; ad latentem huius ſacramẽti uim reſpiciens in caput ſeptimum prioris ad Corinthios ſic habet: Non debetur reuerentia cõiugii ei qui horret authorẽ coniugii. Nõ enim ratum eſt matrimonium, quod ſine dei deuotione eſt, ac propterea non eſt peccatum ei qui dimittitur propter deum, ſi alii ſe iunxerit. Cõtumelia enim Creatoris ſoluit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accuſetur alii copulatus. Infidelis aũt diſcedens & in deũ & in matrimoniũ peccare dinoſcit, quia noluit ſub dei deuotione habere coniugium. Itaq; non eſt ei fides ſeruanda
1.Eſdræ.9. coniugii, qui ideo receſſit, ne audiret authorẽ Chriſtianorum deum eſſe coniugii. Nam ſi Eſdra dimitti fecit uxores aut uiros infideles, ut propitius fieret deũ, nec iratus, ſi alias eſt genere ſuo acciperent, (non enim ita præceptum iis eſt, ut dimiſſis iſtis alias minime ducerent) quantomagis ſi infidelis diſceſſerit, liberum habebit arbitrium, ſi uoluerit nubere legis
Nõ eſt pprie matrimoniũ quod eſt extra legẽ dei. ſuæ uiro? Illud enim non debet imputari matrimonium, quod extra legẽ dei eſt, ſed cum poſt cognoſcit, & dolet ſe deliquiſſe, ſe emendat, ut ueniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cogitationem dei confirmat matrimonium. Hactenus ille. Loquitur autem de matrimonio in infidelitate contracto, altero coniugum iam facto Chriſtiano.

Augu. de bono cõiugali HAnc itaque diuinam huius ſacramenti rationem beatus Auguſtinus pro pius contemplatus non ſolum Chriſtianorũ matrimonia

a cæterarum gentiũ connubiis ſeparat, ſed etiam uerba Chriſti & Apoſtoli ſic interpretatus eſt, ut matrimonii ſacramentum, quód inter Chriſtianos ad contrahendum idoneos, pie ac religioſe contractum eſt, ex nulla cauſa poſtea accedente (quod ad fœderis coniugalis uinculum attinet) diſſolui poſſe aſſeueret; Et ut Chriſtus ex ſola cauſa fornicationis dimitti uxorem permiſerit, non tamen aliam ducẽdi poteſtatem fecerit, ſed ſecundum Pauli doctrinam oporteat uirum illum, aut reconciliari uxori, aut cœlibem, donec repudiata uixerit, permanere. Nam cum hoc Apoſtolus exerte dóceat de uxore, cum ait: His qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, uxorem a uiro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit manere innuptiam, aut uiro ſuo reconciliari. Conſtet autem Apoſtolum loqui de uxore diſcedente, non ex quacunq; ſed ex iuſta cauſa, hoc eſt, fornicationis; quod alioqui non permitteret illi Apoſtolus cõtra præceptum domini, uirum dimittere, & ſic innuptam manere, ne ſine cauſa a uiro recedens, faciat eum mœchari, Conſequens eſt, ut uiciſſim uir dimittens uxorem, etiam ex cauſa fornicatiõis eodem iure teneatur. Nam quod ad diuortium attinet, Paulus uirum & uxorem paribus conditionibus aſtringit. Subdit enim: Et uir non dimittat uxorem. Quod uero poſt hæc uerba non repetat Apoſtolus expreſſim de uiro, quod modo dixit de muliere, non adiiciens uidelicet, uirum diſcedentem aut cœlibem manere aut reconciliari uxori oportere, id ex Auguſtini ſententia, nõ aliã ratione factum eſt, quàm q́ ſimilem formam, in uiro Apoſtolus intelligi uoluerit, nempe ut eodem modo, ſi uir uxorem dimiſerit (quod ex cauſa fornicationis tantum permittitur) tum aut manendum ei ſit ſine uxore, aut ut reconciliari ſe patiatur uxori.

Itẽ de adulte riis cõiugiis ad polentium. Item, libro de uerbis dñi.

Matth. 19.

Corin. 7.

Ibidem.

Quorũdam rationes pro diuortio expenduntur.

ET ut quidã uehementer urgeant uerbum reconciliari, quod id non proprie cõpetat in offenſum, ſed magis in offendentem, quaſi Paulus de muliere non quæ ex iuſta, ſed ex non iuſta cauſa a uiro diſceſſit, intelligi debeat, necdum tamen uidemus, an hoc ipſo quod probandum recipiunt, ſatis comprobent. nam tali mulieri qualem illi ſingunt nõ permitteret Paulus corporalem ſeparationem. Præterea, quid abſurdi? Si dicamus offenſum offendenti, modo tamen offendentem culpæ pœnituerit, aut etiam ſi offenſus offendentis opera carere non uoluerit, aut etiã non potuerit; reconciliari oportere. Cæterum, qui uerba Chriſti apud Matthæum uidelicet: Quicunque dimiſerit uxorẽ ſuã excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari; & qui dimiſſam duxerit, adulterium committit, ſic intelligunt, ut non ſolum liceat marito uxorem adulterã dimittere, ſed poſt dimiſſam aliã etiam ducere, hi de ſuo, quod euangeliũ non habet, addunt, id quod ipſis nõ licet, quantumuis etiam in ſpeciem æquis ac pulchris rationibus nitantur, ſiquidẽ non oportet ob priuatas querelas, aut etiam incommoditates peruerti euangeliũ dei, quod apud

Verbum reconciliari.

Locus Matthæi. 19. expendõtur.

Vide Augu. de adulte. cõiug. ad Pollẽtium lib. 1.

Diuerſa ſunt uxorẽ poſſe dimittere, &

nibus, nihiloſecius tamen inconcuſſum illis remaneret ad pœnã. Qua de re interueniente diuortio,non aboletur illa confœderatio nuptialis, adeo ut etiam corporaliter ſeparati,coniuges maneãt,cũ illis uero adulterium committant,quibus fuerint etiam poſt repudium copulari, nec tamen niſi in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius,talis eſt cauſſa cũ uxore.Hactenus ille.Et alibi:Manet(inquit)inter uiuẽtes quoddã coniugale uinculum, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſſit auferre,ſicut apoſtata anima de coniugio Chriſti recedẽs, etiã fide præſtita ſacramentũ fidei nõ amittit,quod lauacro regenerationis accepit.

Diuortiũ ex cã fornicationis nõ diſſoluit uinculũ coniugii. In ſola eccleſia matrimonii indiſſolubilitas. Auguſtinus.

Cuius interpretationi & ſententiæ,cum Eccleſiæ Catholicæ calculus acceſſerit,idq; non ex Auguſtini,ſed ex Euangelica & Apoſtolica authoritate,per Auguſtinum recte, ut Eccleſia iudicauit, intellecta,fruſtra in diſceptationem reuocatur,quod deciſum eſt ſemel.Nam ſic in Concilio Mileuitano,cui Auguſtinus ipſe interfuit,& quod Eccleſia recepit,conſtitutum legimus, Placuit ut ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam,neq; dimiſſus ab uxore,neq; dimiſſa a marito alteri coniungantur,ſed ita maneant,aut ſibimet reconcilientur : ꝙ ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. Tanto uero ſerio id ab eo Concilio conſtitutum eſt,ut etiam patres operæpretium ducerent petendam eſſe legem imperialem, qua promulgata idem fieri a Cæſare prohiberetur, ne quis quod Concilium ad regulam euangelicam expenſum ſtatuiſſet, temere uiolaret.Et reuera iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ ſynodi,qui ſemel iudicata,ac recte diſpoſita reuoluere ac diſputare contendit.Quod ſi clarius teſtimonium requiris,inſpice decreta Innocentii pontificis coætanei Auguſtini,qui ad Eugubinũ capite ſexto ſic habet. De iis etiam requiſiuit dilectio tua,qui interueniente repudio alii ſe matrimonio copularunt,quos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui uero uel uxore uiuente(quáuis diſſociatum uideatur eſſe coniugium)ad aliam copulam feſtinauerint, neq; poſſunt adulteri non uideri. Intantum ut etiam hæ perſonæ,quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe uideantur ſecundum id quod legimus in euangelio. Qui dimiſerit uxorem ſuam,& duxerit aliam, mœchatur. Similiter & qui dimiſſam duxerit,mœchatur, & ideo tales omnes a communione fidelium abſtinendos Hactenus ille.

Auguſti.ſententiã eccleſiæ calculus approbauit. Concilium. Mileuitanũ. Ibidem. Vide qõo ex ptã ſit inuocari brachiũ ſeculare. Martia.Imperato in cõcilio Chalcedonẽ. Innocentius ad Eugubinum. Matth.10. Lucæ.16.

QVod ſi dixeris,ſi hæc ita ſe habent:nempe, ut ſeparato matrimonio,etiam ob cauſam fornicationis neutri coniugum altero uiuo,alii matrimonio iungi liceat,Certe dura eſt cauſa hominis cũ uxore,& non expedit nubere.Nam aut recipienda & tenenda eſt adultera,quod ſcriptura abominari uidetur,cum ait:Qui tenet adulterã ſtultus & inſipiens eſt:aut perpetuo abſtinendum eſt etiam continere nõ ualenti:quod prohibet Apoſtolus,dicens:Si ſe non continent,nubant. melius eſt enim nubere quam uri.Reſpõdemus nos libenter cõcedere,quod

Obiectio. Deute.24. 1.Corin.7.

Dilutio. Matt.19. 1.Corin.7.

Non eſt res leuis momēti matrimonium contrahere.

Matth.19. 1.Corin.7.

Auguſti.de adulter. coniuga.ad pollentium.

Idem.

Chriſtus ipſe,& Paulus etiam affirmant,non eſſe rem leuis momēti matrimonio iungi, & propterea bonum eſſe homini ſi omnino extra matrimonium uiuere & continere poſſit. Sed quoniam non omnes capiūt uerbum hoc,qui continere non poteſt,ducat,at uideat ut in fide & timore domini talem ducat,ac taliter cum ducta uiuat,ne ſit neceſſe adulterii crimen in ea timere uel expectare. Verum ut res ſecus accidat,durum quidem eſſe fatemur uel adulteram recipere,uel perpetuo continere, ſed tamen hanc conditionem leuiorem facit ius optionis, quod Apoſtolus conceſſit,nimirum ut uir uel contineat ſeſe ſi poſſit,uel ſi continere non poſſit,ſe mulieri per pœnitentiam correctæ reconciliari patiatur. Quid enim(ut Auguſtinus ait)tibi durum uidetur,ut poſt adulterium reconcilietur uxor?Certe ſi fides adſit,durum non erit.Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia eſſe ſanatos? Et iterum. Non erit turpis, nec difficilis etiam poſt patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugii,ubi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum,non ut poſt uiri diuortium adultera reuocetur, ſed ut poſt Chriſti conſortium adultera non uocetur.

Reſpondetur ad locum. Deute.24. Chryſoſtom' Gregorius.

Quod autē ſcriptura ſtultum uocat eum,qui adulteram tenet,de ea intelligendum eſt, quæ cum deliquerit,ne cogitat quidem de reſipiſcendo, ſed magis eligit in fornicatione ſua permanere,quam ſi uir retinere non dubitauerit,patronus turpitudinis & lenocinii reus uidebitur. At eam peccatricem quæ pœnitentiam egerit,recipere non tantum nō turpe,ſed plane pium eſt, & Chriſtiano homine dignum. Atque hic debet Parochorum cura ſolicita eſſe: nempe, ut correctos coniuges reconcilient,non ut ſeparatis ius faciant aliis ſe copulandi quod eccleſia ex Euangelica & Apoſtolica traditione uetuit. Tantum de uerbo huius ſacramenti & efficacia dictum ſuffecerit.

Elementum ſacramenti.

Elementum huius ſacramenti eſt illa exterior uiri ac mulieris coniunctio,ſeu ille exterior geſtus & actus,quo coniuges in nomine domini copulantur, ac inter copulandum profitentur, ſe poſthac duos in una carne futuros,ſibique mutuo coniugalem fidem perpetuo ſeruaturos,

Copula ſigni perfectio.

cui cum ſexuum commiſtio acceſſerit, tum demum perfectum huius ſacramenti elementum efficitur,quo expreſſim eius finis,uirtus,& efficacia deſignantur.

Duæ res ſacramenti matrimonii.

Quod ut clare intelligas: Conſtat in ſacramento coniugii duo ſignari. 1 Primum ſignatum eſt arctiſſima illa coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. 2 Secundum,quod priori ſignato cohæret,eſt indiſſolubile illud & inuiolabile fidei,ſeu fœderis coniugalis uinculum, quod deus per gratiam ſuam,quā ſacramento adhibet, in coniugibus nectit, & per mutuum amorem & affectum, quem animis ipſorum immittit, continet,ac conſeruat.

Signi cōgruitas. Epheſio.5.

Quæ duo,externa illa coniugii carnali copula conſummati facies,expreſſim repræſentat. In primis enim unionem illam Chriſti & eccleſiæ deſignat,qua Chriſtus eccleſiæ non tantum ſpi-

ritu & charitate, ſed etiam natura per carnis ſuſceptionem, ueluti caput membris ſuis cohæret. Secundo, hoc elementum deſignat indiſſolubile illud coniugale fœdus, ſimul & gratiam, quam deus fœderis huius author & conciliator ſacraméto adhibet, qua accepta per fidem coniuges perpetua dilectione animorum & corporum cohærere, hoc eſt, & animos ſuos, & corpora a prohibita concupiſcentia, & illicita fornicatione continere, ac ſancta & immaculata conſeruare poſſint. Quod Paulus apertiſſime ad Epheſi. capite quinto oſtendit, ubi fideles coniuges grauiſſime commonet, ut & in finem & rem ſacramenti reſpicientes, gratiá mutuæ dilectionis (donum illud dei) in ſeipſis reſuſcitent ac colant. Locus ſic habet. Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint, ſicut domino, quoniá uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres, uiris ſuis in omnibus. Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiá, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſam ſibi glorioſam eccleſiam nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Ita, & uiri debét diligere uxores ſuas ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem, diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carné ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, & de carne eius, & oſſibus eius, propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico, in Chriſto & eccleſia Hactenus Paulus.

Viſibilis forma inuiſibilis gratiæ.

Locus. Epheſio. 5. explicatur.

HIc uides ut beatus Apoſtolus matrimonium docet undique ſacramentum eſſe. Docet enim a deo conſecratum eſſe matrimonium, ut eſſet Chriſti cum eccleſia, & ſpiritu, & carne coniuncti ſacramentum, atq; ideo uirum comparat Chriſto, uxoré eccleſiæ, uirum caput eſſe dicit eius corporis, quod unum facit cum fœmina. Chriſtum caput facit eius corporis, quod unú dicit cú eccleſia. Mébra capiti (ueluti a quo uitales ſpiritus mutuant) & mulieres uiris ſuis ſubiectas eſſe oportere, deinde neminem carné ſuam unquá odio habuiſſe, ſed magis nutrire ac fouere pronuntiat, atq; id iuſtú eſſe diffinit, ob id potiſſimú, quod ad eúdé modú Chriſtus eccleſiá ſuá intus uiuificet, ſanctificet, ac múdet lauacro aquæ in uerbo uitæ, ac inſuperfoueat ac nutriat. Rurſus præcipuá cauſam facit, cur uir uxoré ſuá diligat, nõ aliá, ne matrimoniú diſſimile ſignú ſit unionis Chriſti & eccleſiæ, quam repræſentat, ne ue gratiá (quá deus matrimoniú eo quem diximus fine concilians ac nectés diuinitus ſubminiſtrat) contemptim negligat, & hanc potiorem cauſam facit q̃ communem maſculi & fœmellæ naturam, quæ & ipſa potuiſſet incitare ad diligendú. Viciſſim ipſam mulierem ut uirum timeat ac reuereaſ, eodem exemplo prouocat, nempe quod illa referat eccleſiam obedié tem

Aplus docet matrimoniú eſſe ſacrm Primo, quia ſignum Vnionis Chriſti & eccleſiæ.

Secondo, qa ſignú mutuę dilectiõis eſt

Potiſſima cã dilectiõis inter virum & vxorem quę.

Paulus indicat matrimonium inſtitutum eē, ut ſit ſignum unionis Chriſti & eccleſiæ. Epheſi.5.

Chriſto. Quæ cum iterum atque iterum multis uerbis inculcaſſet, ne quis hanc uiri cum Chriſto, & uxoris cum eccleſia collationem putaret ſimilitudinem eſſe quampiam, duntaxat exhortandi cauſa deſumptam, oſtendit matrimonium illius unionis (quæ in Chriſto & eccleſia cõſummatur) ſignificandæ gratia inſtitutum, & a protoplaſto prophetarum omnium primo indicatum eſſe. Nam cum dixiſſet, Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit, ſubiungit Paulus: Nemo enim carnem ſuā odio habuit, ſed nutrit ac fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus (inquit) corporis eius, & de carne eius, & de oſſibus eius. Quæ uerba utique dixit Apoſtolus, ut nos in memoriam duceret eorum uerborum, quæ uerbis iſtis ſimilia dixit Adam, cum in conſpectum eius primū adducta eſt Eua, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.

Gene.3.

Et ut euidentius oſtenderet, ad Chriſti copulam cum eccleſia, pertinere ſacramentum coniunctionis Adæ & Euæ, Adam uerba ſubintulit, propterea relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori ſuæ, & erūt duo in carne una. hoc ſacramentum (inquit Apoſtolus) magnum eſt in Chriſto & eccleſia. Quo quid euidentius dicere potuit pro matrimonii ſacramento? maxime cum ibidem mutuæ dilectionis gratiam inter coniuges magis ad coniunctionē illā dei, quam ad cōmunem maris & fœminæ naturā referat. Quæ diuus Auguſtinus conſiderans, Quod in Chriſto (inqt) & eccleſia eſt magnū, hoc in ſingulis quibuſq; uiris & uxoribus eſt minimū, ſed tamē cõiunctionis inſeparabile ſacramentū.

In ſacro mrī monii magis inſpicitur ſigni ſctitas quā naturæ ſimilitudo.

Obiectio.

SEd dices, ſi externū illud coniugium tum demū haberi debet perfectum ſignū coniūctionis Chriſti & eccleſiæ, cum ſexuū commiſtio acceſſerit, Nunquid ergo coniugia illa perfecta non ſunt, quæ ſexuū cōmiſtionem non experiuntur? quod de coniugio Mariæ & Ioſeph ſentire nefas eſſe uidetur: Reſpondemus, Aliud eſſe cū quæritur, an coniugium perfectum eſſe, deinde an coniugium ſanctitatē ſacramenti habere poſſit abſq; ſexuum commiſtione: deniq; an externum coniugiū perfectum & abſolutum ſignum ſit illius unionis Chriſti & eccleſiæ ſine ſexuū cōmiſtione. Nam quod ad duo priora attinet, certum eſt coniugium eſſe legitimum, quod mutuo conſenſu (qui de præſenti eſt) contrahitur, etſi nulla cōmiſtio, multo minus proles ſequatur aut ſpetetur, quēadmodū in hominibus decrepitis, matrimonia contrahētibus, uidemus. Deinde conſtat eidem coniugio, ſi in domino contrahatur, etiam ſacramēti ſanctitatē non deeſſe, etſi copula non ſequatur, modo tamen carnalis copula diuinæ diſpenſationi relinquatur, nec naturalis cōmiſtionis impotentia (cuius ſibi alter coniugū conſcius eſt) alteri, dū matrimoniū contrahitur, non cæletur. Non enim ideo coniuges eſſe deſinunt, quia pariter tēperāt a cōmiſtione carnali, imo tanto ſanctius coniuges manēt, quanto ſanctiora placita concorditer ſeruare in animum induxerunt. Quamobrem matrimonium inter Mariam & Ioſeph & firmitate uinculi coniugalis

Dilutio.

Mrimonium pōt eē legitimum, etſi nō ſperet ples. Itē matrimonium pōt eē ſctm̄ ſine ple & copula carnali.

Auguſti. ad Ediciam.

iugalis & ſanctitate coniugii perfectum fuit, immo tanto ſanctius, quãto a carnali opere alienius. Siquidẽ Auguſtino teſte: Maria uirgo nupſit, diuinæ diſpenſationi ſeu inſpirationi ſe ſubmittens ac ſubiiciens, gerẽs quidem caſtitatis propoſitum mente, quod tamen non expreſſit ore, at cum poſtea ſpiritu dei obumbrata filium dei concepiſſet, uirginitatẽ intactam cum coniuge perpetuam ſeruare ſtatuit ac decreuit, quo uoto adeo nihil detractum eſt eius coniugii ſanctitati, ut nullum unquã ſanctius fuerit aut futurum ſit. Apud Apoſtolum quoq; 1. Corinth. vii. continentia in coniugio modis omnibus collaudatur, quum eos qui habẽt uxores, uelit eſſe tanquã nõ habentes, ut plane conſequens ſit, continentiam in coniugio ſanctitati ſacramenti nihil adimere. Sed ſi quæratur, ſit ne externum coniugium perfectum ſignum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſi carnalis copula non accedat, Ibi certe patribus uiſum eſt, ut ſignum undique perfectum ſit, commiſtionem ſexuum accedere oportere. Hæc enim coniugium non quod ad ueritatem, ſeu ſanctitatem eius, ſed tantum quod ad ſignificationem attinet, confirmat, perficit ac conſummat. Vnde Recentiores, coniugium, aliud legitimũ, quod legitimo conſenſu intercedente coit, Aliud ratum quod more Chriſtiano contrahitur, Aliud conſummatum quod copula carnali firmatum eſt, appellant. In quam etiam ſententiam intelligẽdus eſt Ambroſius libro de Patriarchis, & Auguſtinus in Soliloquiis: Leo quoq; pontifex, cuius uerba Gratianus in hunc modum recenſet. Cum ſocietas nuptiarũ ita a principio ſit inſtituta, ut præter commiſtionem ſexuũ non habeat in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuiſſe nuptiale myſteriũ, Nõ pertinere inquam ad coniugium, ſic ſcilicet ut undique repræſentet coniunctionem, cuius myſterium eſt matrimoniũ. Verũtamen de ſigni perfectione non eſt admodum curandum nec ob id etiam coniugibus dolendum, quod ſoboles nõ donatur, cum in nuptiis plus ualeat ſanctitas ſacramenti quam ſigni perfectio ſeu fœcunditas uentris. Sanctitas enim ſacramenti magis ex repræſentatione ſpiritalis unionis Chriſti & eccleſiæ, deinde ex repræſentatione ſpiritalis coniunctionis & dilectionis animorũ, qua coniuges copulanť, quam unionis corporalis pendet: Quod diuus Ambroſius in cap. v. ad Epheſios ſentit, qui tamen caute legendus eſt, ne cæteris patribus, ne ue etiam ipſi Paulo, qui Chriſtum & ſpiritaliter & corporaliter eccleſiæ iunctum eſſe aſſeuerant, repugnare uideať, ac tantiſper de huius ſacramenti elemento dixiſſe ſuffecerit. Vides uero (ut ſperamus) nunc quanti momenti ſit, docere matrimonium in eccleſia ſacramentũ eſſe, ac ſuo uerbo & elemento ut cætera conſtare, quo bis dãnanť fanatici Anabaptiſtæ, ac cæteri demẽtati hæretici, qui Chriſtianis coniugibus & Polygamiã, & Diuortia etiã quod ad fœdus coniugale attinet, idq; nõ tantũ ex cauſſa fornicationis, cõtra Chriſti & eccleſiæ inſti

Aug. lib. de uitiis & concupiſcentiis.

Lucæ. 1.

1. Corinth. 7. Cõtinẽtia in cõiugio laudabilis.

Matrimoniũ aliud legitimum. Ratum. Conſummatum.

Amb. lib. de Patriar.

Auguſti. In Soliloquiis.

Leo. 27. q. 2. c. cũ ſocietas

Nõ eſt hinc dolẽdũ cõiugibus, q; ſobole nõ donantur.

Aug. de bono cõiug. capite. 21.

Ambr. in epiſto. Epheſ. cap. 5.

Polygamiæ & Diuortio nõ ſacramẽtũ

omnino repugnat

tutum,permittere nõ uerentur,non uidentes ambo hæc,ex diametro,ut dici ſolet, cum huius ſacramenti ratione(ut interim Chriſti interdictũ ſileamus)pugnare.Nã uis uerbi utrunq; tollit:Elemẽti uero ratio Polygamiã oĩno nõ admittit. Reſtat,ut de ſacramẽti uſu paucis dicamus.

De ritibus huius ſacri. Canon Euariſti quinti, poſt Petrũ.

DE ritibus huic ſacramento in eccleſia dei ab ipſis Apoſtolorũ temporibus ſemper adhibitis,extat pulcherrimus canon Euariſti,qui poſt Petrum Tertius,uel ut alii uolũt, Quintus eccleſiæ Romanæ poſt annos circiter centenos a Chriſto paſſo præfuit,ad uniuerſos Aphricæ regionis Epos in hæc uerba. Similiter cuſtoditum & traditũ habemus ut uxor legitime uiro iungatur. Aliter enim legitimũ(ut a patribus accepimus & a ſanctis apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus traditum inuenimus)nõ fit coniugiũ, niſi ab his,qui ſuper ipſam fœminã dominationẽ uidenť habere,& a quibus cuſtoditur,uxor petatur,& a parentibus propinquioribus ſponſetur,& legibus detur,& ſuo tẽpore ſacerdotaliter(ut mos eſt)cũ precibus & oblationibus a ſacerdote bñdicať,& a paranymphis(ut cõſuetudo docet)cuſtodita & cõſociata a proximis,tpe cõgruo petita,legibus detur,& ſolenniter accipiatur,& biduo uel triduo orationibus uacent,& caſtitatẽ cuſtodiãt,ut bonæ ſoboles generenť,& dño in actibus ſuis placeãt.Taliter enim & dño placebũt,&filios nõ ſpurios,ſed legitimos,atq; hæreditabiles generabũt. Quapropter filii chariſſimi,& merito illuſtres,fide catholica ſuffragãte,ita peracta,legitima ſcitote eſſe cõiugia. Aliter uero præſumpta,nõ coniugia,ſed aut adulteria,aut cõtubernia,aut ſtupra,uel fornicatiões potius q̃ legitima cõiugia eſſe nõ dubitate,niſi uolũtas ppria ſuffragata fuerit,&uota ſuccurrerit legitima. Nã fruct⁹ diuinus eſt præcepta diuina cuſtodire,ea quoq; deſerere,præſumptionẽ fieri nulli dubiũ eſt.Cur ergo indignũ eſt unitatẽ eccleſiæ cuſtodiri?idemq; oẽs pariter & ſentiamus & pronuntiemus. Si enim aliter præſumpta fuerint,perdũt profecto ipſi trãsgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiũt.Hæc cũcta recitanda per omnes eccleſias Aphricanas ſcripta dirigite,& iſtis cõnectite(quas adiunximus)literas Præfectorum,ut de his,quæ inique laudanť(ſi quid tale probari poterit)iudicium fiat,& inhibita coerceanť,& præterita mala,& illicita coniugia ſi doceanť admiſſa,digna ſeueritate corripianť.De cætero uero caueanť talia per oẽs eccleſias,ne eccleſiæ ſanctitas per noſtrã fatigata negligentiã, perdat priuilegia,quæ eſt per uiros uenerabiles cõſecuta.Hactenus Euariſtus.

Vide qd vir ille ſanct⁹ de noſtri temporis clandeſtinis matrimõiis ſẽtiat.

Pium votũ.

HVnc Canonem,plane ſanctiſſimũ,cuperemus in eccleſia Concilio generali renouari, ob clãdeſtina illa matrimonia tollẽda,quæ nũc paſſim nõ palã,ſed furtim inter pueros & puellas,citra parẽtũ ꝯſenſum, per lenones & lenas copulanť,uel inter ſtultos & temulentos, ſola cauſa libidinis,non dei reſpectu,ſed diaboli inſtinctu cõiunguť,Idq; ſæpenumero præter deſtinatum conſenſum.Quis enim conſenſum recte uocarit(præſertim in re tanta,quæ reſcindi nunq̃ poſſit)cuius nõ conſilium,

Clandeſtina matrimonia plurimorũ malorũ cauſa.

ſed uel pueritia,uel temulentia,uel inſidiæ,uel libido cauſa ſint? Quis ue ro neſcit,quot ſtupris,quot periuriis,& id genus aliis criminibus, ac innumeris malis clādeſtina iſta matrimonia anſam præbeant,ut non immerito ſanctus ille pontifex Euariſtus ea non coniugia, ſed aut adulteria,aut contubernia,aut ſtupra,uel fornicationes non ſit ueritus appellare,niſi tamen poſtea uoluntas propria ſuffragata fuerit,& uota ſuccurrerint legitima. Certe ut ſint matrimonia,ſacramēti tamen uel nomen, uel ſanctitatē ſibi uēdicare nō poſſunt,niſi pio accedēte conſenſu in eccleſia dei firmentur. Nam quis id matrimonium ſacramentum recte dixerit,cuius non ſit author,uel coniunctor deus? Scimus eccleſiam hæc matrimonia(,modo teſtibus probari poſſent)multo ex tempore ſuſtinuiſſe,nec facile reſcidiſſe,ne uitiatis puellis ſua ſimplicitas fraudi, ne ue adoleſcentibus impune foret,quod puellis ſtuprū intuliſſent,in hoc uete ris legis æquam cenſuram intuita ac imitās. Nam Deuteronomii uiceſimoſecundo ſcriptū legimus: Si quis puellam nulli deſponſatā uirginē uitiarit,dabit eius puellæ patri centū qnquaginta ſiclos argēti,& habebit eam uxorē,quia humiliauit eam. Non poterit dimittere eam cūctis diebus uitæ ſuæ. Verum cum experiētia doceat hāc eccleſiæ indulgētiā qua ſtultæ puellæ nimium cōfiſæ,libidinoſos adoleſcētes(poſtea fortiter negaturos quicquid præter illatam libidinem inter ipſos actum ſit) paſſim admittūt,innumeris malis abutentiū uitio anſam præbere,quis nō uidet longe ſatius eſſe ut clādeſtina illa matrimonia,quæ oīno ſacramēti rationem nō habēt,ab eccleſia tollanť, ſeu decernatur ſaltem ipſa matrimonii firmitatem apud eccleſiā nō prius habitura,niſi noui cōſenſus robur acceſſerit. tum enim puellæ & cautius agere diſcerēt,& tot ſtupris,adulteriis,periuriis,aliiſq; plurimis incōmodis,iiſq; lōge maximis, quæ ex inuitis & male cōtractis nuptiis oriunť,uia præcluderetť, ſuuſq; honos matrimonio.rei tam ſanctæ ſeruaretur. Deniq; iis qui de diuortio nō tantū ex cauſa fornicationis,atq; etiā quod ad uinculū attinet cōcedendo hoc tēpore largius q̄ cōuenit diſputant,anſa de eccleſiæ rigore quærendi ac cauſandi adimeretur,q; uidelicet ubi locus tantū eſſet matrimoniis legitime contractis,bona ſpes foret,ut ea quæ bono eſſent inchoata principio,bono quoq; terminarenť exitu. Iam & ſi interdum res aliter caderet,nō fuerit tamen propter unum aut alterum infauſtum cōnubium, Apoſtolica illa doctrina, quæ poſt diremptum matrimonium coniuges ſeparatos inuptos manere,aut ſibi inuicē recōciliari requirit) temere laxanda. Sed ad eccleſiæ ritum huic ſacramēto adhiberi ſolitum reuertamur,de quo & Tertullianus libro ſecūdo ad uxorē ſic habet. Vnde ſufficiam ad enarrandā felicitatē eius coniugii,quod eccleſia ꝯciliat, confirmat oblatio,& obſignatū angeli renūtiāt,Pater ratū habet. Nec leue eſt horum rituum myſterium. Nam cōiūctio quam ſacerdos facit, ſignificat matrimoniū nectente deo(cuius legatione ſacerdos fungiť)

Clandeſtinū mřimoniū ir religioſe contractū, nō eſt proprie ſacramentum.

Cur eccleſia hacten' ꝑmiſerit atque adeo nō facile reſciderit clādeſtina coniugia.

Deute.22.

Lex in ſtuprantem puellam.

Clandeſtina matrimonia abrogari cōuenerit ꝑ eccleſiam.

Inuitæ nuptiæ raro lætos ſortiūtur exitus.

C. cum loců. deſponſa & matrimo.

Leo .c. principat' 1.q.1.

Propter vnū vł alterū ifauſtum mřimonii exitū non eſt laxāda regula apłica.

1.Corin.7.

Tertulł.li.2. ad vxorem.

Myſterium rituum.

Conjunctio sacerdotalis. 2 Corin. 5. Matth. 19. Benedictio sacerdotalis. Oblatio.

copulari. quamobrem etiam ſacerdos Chriſti uerbis inter copulandum utitur, népe iis: Quos deus coniunxit, homo non ſeparet. Benedictio uero ſignificat uitam coniugatam, a deo benedictam eſſe. Deniq; oblatio ſignat huiuſmodi uitam hoſtiam boni odoris eſſe corã domino. Teſtat quoq; Tertullianus in primitiua eccleſia nuptias cum laudis ſacrificio & ſacramenti uenerabilis communicatione celebrari ſolitas, quod ea uita, ſanctorum communione non ſit indigna, quos Raphael quoq; angelus ad Tobiam conteſtatur, quem morem per dioceſim noſtram ubique renouari nobis curæ erit. Teſtatur quoq; Carthaginenſe Conciliũ in eccleſia olim conſtitutum fuiſſe, ut ſponſus & ſponſa, cũ benedicẽdi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, uel a paranymphis offerantur, utq; quum benedictionem acceperint pro reuerentia ipſius benedictionis, ſeſe eadẽ nocte contineant, ac in uirginitate permaneãt. Quod ne ridiculũ putes, exemplum Tobiæ tibi intuẽdum, ac omnino rememorandũ eſt. Quod ſi quis hos, quos retulimus ritus, a ueteribus pro huius ſacramẽti elemẽto reputatos fuiſſe dixerit, huic non ualde repugnauerimus. Certe diuus Ambroſius in euangelium Lucæ, libro ſecundo, capite ſecundo: Coniugii teſtificationem, nuptiarum celebritatem dicit declarare. Alios quoq; ritus adhibet eccleſia. Nam nullum peregrinum aut ignotũ & alterius parochiæ hoĩem ad ſacramẽtum coniugii admittit ſine literis, quas dimiſſorias uocamus. Præterea trina declamatio ſponſi & ſpõſæ publice præmittitur, ut eccleſia ſi quod impedimentum coniugii nouerit, ſacerdoti indicet. Quos ritus exacte ſeruari uelimus, quod ſic multis fraudibus & iniuriis occurrat, multiſq; puellis conſulatur, quas alioqui ſæpe uidemus profugis, imo adulteris maritis nuptas, ac deſertas inſelices hymenæos deteſtari. Ad hæc, nedum apud Chriſtianos, ſed & Hebræos nuptias celebratas legimus, conuocatis amicis non ſine conuiuio ac cõmuni lætitia, qui ritus ad matrimonii ſacramentum (quod Chriſti & eccleſiæ nuptias repræſentat) non parum facit. Ad has enim uocatæ ſunt oẽs gentes, ad has uenitur cum inenarrabili lætitia. Quamobrem ut ſignũ rei ſignatæ reſpondeat, ſanctam quoq; non ineptam nuptiarum lætitiã eſſe conuenit. Nam & Ambroſius author eſt, Iuuentutẽ olim in nuptiis ſalſioribus ſermonibus uti ſolitam: & Patrum coniugia declarant quanta cum reuerentia ac honeſtate nuptiæ olim celebrarentur. Hodie ſaltãdi leuitas, ebrietas, & pleræq; ineptiſſimæ geſticulationes in locum ſanctæ congratulationis ſucceſſerunt. Quem abuſum Parochi piis admonitionibus, quoad fieri poteſt, extirpare nitentur. Copioſam monẽdi materiam ueteres, & præſertim Chryſoſtomus ſuppeditabunt. Et in primis exempla patrum, præſertim uero Chriſti, qui non dubium propterea nuptiis in Chana Galilææ intereſſe, eaſdemq; ſuo illo miraculo omnium primo cõmendare ac ueluti cõſecrare uoluit, aqua in uinum cõuerſã ut ſe mrimonii præſidẽ & ſtabilitorẽ demonſtraret, ſeq; piis fideliũ nuptiis

Tobiæ. 6. Cõci. Aphri cañ. 4. ca. 13. Tobiæ. 8. Amb. in Lucam. li. 2. c. 2 Nuptiæ celebritas. ẽ q̃ſi elemẽtũ ſacri coniugii. Alii ritus. Literæ dimiſſoriæ. Trina declamatio. Nuptias conuocatis amicis celebrari ſolitas. Gene. 29. Tobiæ. 7. Matth. 22. Lucæ. 14. Apoc. 19. Ambroſius. Gene. 24. Tobiæ. 6. Saltãdi leuitãs per Parochos uerbo dei extirpanda. Chryſoſtomus in Gen. ... Iohan. ...

ſpiritualiter intereſſe teſtaretur. atqui præſente Ieſu religioſiſſime, quæq; agi, & ab omni ſpecie mala, non tantum re turpi, abſtinere par eſt.

VIrtus, efficacia ſeu effectus huius ſacramenti ſatis ſuperq; ex prædictis colligit. Beatus Auguſtinus mrimoniũ tria bona cõplecti docet: Sacramentũ, fidem, & prolem. In ſacramento hoc dicit attendi, ut cõiugiũ nõ ſeparet, neue dimiſſus ac dimiſſa, etiã plis cauſa, alii coniungat. Ergo ſacramenti uis ꝓprie in fœderis cõiugalis indiſſolubilitate ſita eſt, quæ & principalis finis matrimonii recte dicit. hãc in ſacramento deus operatur, nectit, roborat, ac confirmat, eamq; gratiã ſuppeditat, qua coniuges nõ abuſi hoc fœdꝰ inuiolabile inuicẽ ſeruent, ſe ſeq; mutuo amore cõplectantur, ac ſic diligãt, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã, qua item gratia ſuffulti, quicquid eſt iuris diuini & humani ſibi libenter & ex animo cõmunicent, oẽs deniq; caſus cum triſtes tum iucundos uſq; in extremam mortem æqua lance inter ſe partiantur. Gignit quoq; hoc bonum ſacramenti fiduciam bonæ conſcientiæ, qua coniuges certi efficiuntur, uitã illam cõiugalem honeſte auſpicatã, ſancte quoq; & religioſe obſeruatam, dei gratia non uacare, deo curæ atq; adeo meritoriã eſſe. In quam ſententiam Apoſtolus ad Timotheum ait: Mulier ſalua fiet per liberorum generationem, ſi permanſerint in fide. Itẽ ad Hebræos ultimo: Honorabile connubium in omnibus & torus immaculatus. Et diuus Ambroſius libro ſecundo de Patriarcha Abrahamo, capite nono ait, accedere aliud inſigne caſtimoniæ, ſi credas a domino deo tuo hoc quod ſortitus es, cõiugium tibi datum. Hoc ergo ſacramenti bonum qui recte ſecum reputauerit, & conſcientiam ſuam erga ſeipſum q̃ maxime ædificabit, & caſti amoris ignem erga coniugem concitabit. Secundum bonum matrimonii Auguſtinus fide appellat. Nõ fidem, hoc eſt, fiduciam erga deum, ſed fidem coniugalem, in qua hoc attenditur, ne cum altera uel altero concumbat, cuius boni faciendi uim, niſi deus coniugibus in hoc ſacramento impartiret, quotuſquiſq; coniunx. inter tot carnis, mundi, & ſatanæ inſidias poſitus, eam fidem ſaltem corde ſynceraã ac incontaminatam retineret? nam Chriſtus Mœchiam cordis mœchiæ, quæ carne cõmittit, æquat. Tertium bonum eſt Proles, cuius potiſſimum gratia, matrimoniũ contrahi debet, hoc ſcilicet animo ut liberi amanter ſuſcipiantur, ac religioſe educentur, quod cum fit, matrimonium nõ ſolum omni culpa uacat, ſed & ſuũ meritum habet. Cæterum quod tantum uitandæ fornicationis gratia contrahitur, magis ſecundum indulgentiam cõceditur.

HAec tria bona in coniugio faciũt ut coitus, qui in carne peccati fieri non poteſt ſine pudenda concupiſcentia carnis, omni culpa uacare poſſit, quã inſignẽ eſſe huius ſacramenti gratiã quis nõ uidet? Quod ut magis perſpicuũ fiat, Coitus in coniugio trifariã adhibetur. Primum cauſa prolis, qui culpam nõ habet, & ſolus ipſe proprie nuptialis eſt. Decus enim cõiugale eſt caſtitas procreãdi, & reddẽdi carnalis debiti fides,

Virtus huius ſacramenti. Auguſti. lu Gene lib. 4. Mrimonium cõplectitur tria bona. Principalis finis ſeu uis Chriani matrimonii. Fiducia bonæ conſcientiæ in coniugio. 1. Timoth. 2. Hebræo. ult. Ambro. lib. 2. de patriarcha Abrahã. cap. 9. Secundum Bonum matrimonii. Fides coniugalis. Mechia cordis. Matth. 5. Tertium. Bonũ matrimonii ples Tobiæ. 8. 1. Timo. 2. 1. Corin. 7. Carnalis cõmiſſio trifariã i cõiugio adhibetur. Decus coniugale.

Augu. de bono cõiugali.
1.corin. 4. 7.
2

& hoc eſt opus illud nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apoſtolus, dicens: Non peccat uirgo, ſi nubat. Secundo, concubitus fit, cũ uir cognoſcit uxorem ultra neceſſitatem procreandi liberos, non propaginis uoluntate, ſed libidinis uoluptate, quo concupiſcentiæ ſeruit, nõ hoc agitur ut fœtus quem poſtulant nuptiæ, impleat. Hunc coitum, q ultra neceſſitatem progreditur, non rationi, ſed libidini obſequens, exactũ cõiunx inculpabiliter reddit, quod ad eum ex præcepto pertineat ꝑſpicere, ne fornicet coniunx, ſed nõ oĩno inculpabiliter exigit. Quamobrẽ Auguſtinus in pſal. cxlvi. dicat (inquit) uir, cõtinere iá uolo, uxor, aũt, nolo, nõ poteſt ſcilicet cõtinere, quod enim tu uis, illa nõ uult, nunquid per cõtinentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alteri nupſerit te uiuo, erit adultera. nõ uult deus tale lucrum tali damno cõpenſari, redde debitum, & ſi nõ exigis, pro ſanctitate tibi perfecta cõputabit, ſi nõ quod tibi debetur, exigis, ſed reddis, quod debes uxori. Iam etſi exiges ultra neceſſitatẽ, culpa omnino nõ uacet quod agis. Hanc tñ culpam bonum cõiugii ueníalem facit. Nõ enim quia incõtinentia malum eſt, ideo cõiugium (ubi eſt concubitus præter intentionẽ generationis) nõ eſt bonum, & quia bonum eſt coniugium in genere ſuo, etiá eum concubitum, quem fieri non cogunt, ignoſci impetrant nuptiæ, ſi tamen nõ tam nimius ſit, ut impediat tempora, quæ oratione debentur, nec immutetur in eum uſum, qui eſt contra naturam. Quamobrem ſi ambo coniuges tali cõcupiſcentiæ ſubigantur, rem faciunt, quæ proprie nuptiarum nõ eſt, cuius non ſunt nuptiæ hortatrices, ſed deprecatrices: quod etſi uoluptas non careat culpa, propter nuptias tamen accipiat ueniam. In quam ſententiam dixit Apoſtolus: Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundũ imperium. quid eſt enim quod ſecundum ueniam concedit Apoſtolus? niſi quod coniuges debitum carnis expoſcunt, nõ propaginis uoluntate, ſed libidinis uoluptate. Idem Auguſtinus alibi dixit: Hoc quod coniugati uicti concupiſcentia utuntur inuicem, ultra neceſſitatem liberos procreãdi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus: Dimitte nobis debita noſtra. Atq; hoc ipſum eſt, quod ſupra ex Apoſtolo retulimus: Quod propter fornicationẽ unuſquiſq; propriam ſuam uxorem habere debeat ad remediũ lubricitatis, carnis. nã coniugium, quod ſanis eſt ad officium, id ægrotis eſt ad remedium. Tertius coitus effrenis, quo ardentiores coniuges amatores, ſuis uxoris abutuntur, quemadmodum Fabiola abutebatur maritus, quod Hieronymus referat eam ea coactam pati a marito, quæ nulla ancilla pateretur a domino, quem coitum adeo non excuſant nuptiæ, ut etiam aggrauent, quod quanto ſanctior res connubium eſt, tanto religioſius coli debeat. Non contemnendum eſt, quod in Xyſti Pythagorici ſententiis legitur: Omnis ardentior amator propriæ uxoris, adulter eſt, & quod Hieronymus ait: Sapiens iudicio amat coniugẽ, non affectu, nõ regnat in eo impetus uoluptatis, nec præceps fert ad coitum,

Coitus habẽs culpá ueniałẽ in exigẽte.
1. Corin. 7.
Auguſtiñ. in Pſalmũ. 146.
Alter cõiugũ ſine alterius volũtate cõtinere nõ põt.
Redditio debiti.
Concubitus præter neceſſitatẽ nõ imputat matrimonii ſacramentum.
1. Corin. 7.
1. Corin. 7.
De bono cõiugali.
1. Cor. 7.
Aug. ſup Geneſ. & lib. de nup. & concupiſc.
3
Hier. in epitaphio Fabiolæ
Effrenis coitus in coniugio dãnabil.
Xyſtus Pythagoricus.
Hiero. contra Iouinianum.
cap. ſapiens. 32. q. 4.

nihil eſt fœdiũs q̃ amare uxorẽ tanq̃ adulterã. Qui dicunt ſe cauſſa humani generis uxoribus iungi, imitent ſaltem pecudes, & poſtq̃ ueter uxoris intumuerit, nõ perdant filios, nec amatores ſe uxoris adhibeant, ſed maritos. Idẽ alibi, Liberorũ (inquit) in coniugio conceſſa eſt propagatio & opus: Voluptates aũt, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, dãnandæ. Et Raphael ad Tobiã dixit: Audi me, & oſtendam tibi, qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmoniũ. Hi nanq; qui coniugiũ ita ſuſcipiũt, ut deum a ſe & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Modis ergo omnibus curãdum eſt, ne p matrimonii abuſum, matrimonii bona perdamus; quæ & ſi non pariter oĩa ad matrimonii ſubſtantiam ſeu etiã ſanctitatem requirant (quod & ſine ſpe prolis inter uetulos recte contrahatur matrimonium) ſacramenti tñ ratio & fides, quæ potiſſimũ in matrimonio ſpectant, omnino ſunt obſeruanda. Beatus Auguſtinus omne nuptiarũ bonum impletum etiã eſſe in parẽtibus Chriſti dicit, nempe fidẽ, prolem, & ſacramẽtũ. Prolẽ agnoſcimus, ipſum dominum, fidẽ, quia nullum adulteriũ, Sacramentũ, quia nullum diuortiũ. Solus ibi nuptialis cõcubitus nõ fuit, quia in carne peccati (ut ſupra diximus) ſine pudenda concupiſcentia carnis (quæ ex peccato accidit) fieri non poterat, ſine qua concipi uoluit, qui ſine peccato futurus erat. Nec ob id minus dominus, eius matrimonii bonum dicetur. Nam ut idem Auguſtinus ait: Si primi parentes non peccaſſent, forſan habituri erant filios ex munere omnipotentiſſimi creatoris, quod potuerit etiam ipſos liberos ſine parentibus condere, qui potuit carnem Chriſti in utero uirginis formare, quum tamen hi liberi ad eum modum, nimirum ex munere creatoris capiendi ac habendi bonum nuptiarum cenſendi fuiſſent.

Tobiæ. 6

Abuſus matrimonii ſũmopere cauẽdus.

Inter uetulos recte contrahitur mrĩmonium ob germanã & amicabilẽ ſocietatem.

Auguſti. de bono cõiug.

Om̃e nuptiarũ bonũ impletũ in parẽtibus chriſti.

Auguſti. de bono coniugali. cap. 2.

IAm quo affectu matrimoniũ contrahẽdum ſit dicemus, quanq̃ id ex ſuperioribus liqueat ſatis. Matrimonii itaq; ſacramentũ auſpicãdum eſt in timore dei, amore caſti cõiugii, & dilectione procreãdæ ſobolis, ad augumentũ religionis, ſcortationis quoq; & immunditiei uitandæ gratia. Breuiter eo affectu amplectendũ eſt, quo Sara filia Raguelis matrimoniũ ſuſcepit, quæ ſic orans, ait: Tu ſcis dñe, quia nunquã cõcupiui uirum, & mundã ſeruaui animã meã ab omni cõcubitu. Nunq̃ cum ludentibus miſcui me, neq; cum his q in leuitate ambulant, participẽ me præbui: uirũ aũt cũ timore tuo, nõ cum libidine mea ↄſenſi ſuſcipere, &c. Inprimis aũt aĩo cõcipiendum eſt, quantũ ſacramentũ coniugiũ ſit, nẽpe quod deo authore copuletur, ut proinde matrimonio iungendus nõ aliter affectus eſſe debeat, quã ſi præſentem deum uideat ſibi uxorem copulãtem. Deinde quãta ſit ſigni maieſtas, quod ſimilitudinẽ Chriſti, & Eccleſiæ refert. Hæc qui ſecum recte reputauerit, & cõiugii bonũ propius æſtimauerit, is cũ multa dei gratia, cõiugium inibit, qua ſubinde cõſuſcitata ſeipſum ſaluũ faciet, & eccleſiæ dei decori erit. Qui alio affectu, ni-

De affectu cõtrahentiũ.

Sara filia Raguelis exẽplar coniugalis caſtitatis.

Tobiæ. 8.

Quæ rememoranda.

1

2

Epheſios. 5.

1. Timoth. 2

mirũ prophano uxores ducunt, hi iniuria afficiunt ſacramentum,qđ tũ demum recte coit,cum præcipue cauſæ cõtrahendi ſunt, nempe honeſtiſ ſima ac ſancta ſocietas,amor religioſæ poſteritatis,& odiũ fornicatiõis. Quæ quũ ut principales fines in coniugio intenduntur,nõ moramur,ſi tum inſuper quædã aliæ leuiores(quas cauſas impulſiuas dicimus)acceſ ſerint.Neq̧ eni ſtatim peccat,quem & ſponſæ decor mouet, & honeſtan dos allicit.ſi tamen hæc ſibi primas partes non præripiant.Nam & de Ia cob patriarcha legimus,q̃ Rachel,quæ erat decora facie,& uenuſto aſpe ctu, impenſius dilexerit. Deuteronomii quoq̧.xxi.legimus in hunc mo dum:Si uideris in medio captiuorum mulierem pulchrã,& adamaueris eam uolueriſq̧ uxorem habere,introduces eã in domum tuam,&c. Inte rim admonendi ſunt uiri,ne uxores contemptui, tanq̃ ſeruas, ſed magis tanq̃ omnis uitæ conſortes habeant.Nam coniugium non redigit mu lierem uiro in ſeruitutem,ſed adiicit in adiutorium,ſic tamen, ut uiro ſe reuerenter ſubditam cognoſcat,Eua ſiquidem non de Adæ capite, neq̧ de pedibus eſt facta,& neq̧ domina,neq̧ ſerua illi eſt condita,ſed ſocia & conſors. Recte ergo de medio,nimirum de latere eſt creata.

Deut.xxi.

Viri non contemnant Vxores.

Gene.2.

Ephe.5.

Cur Eua ſit creata de latere.

De miniſtro huius ſacramenti.

DE miniſtro huius ſacramenti poſtremo uidendum eſt. Vt forſan quidã non improbanda ratione dicant,matrimonium certũ mini ſtrum nõ exigere,quod coniuges,in ſeſe caſto amore ac religioſe conſen tientes,deus ipſe coniungat,tamen uidemus & in ueteri lege quoſdã fuiſ ſe,qui dei uice coniuges coniungerẽt:quanto ergo magis putandum eſt, in noua lege ſacerdotes(qui legatione pro deo funguntur)legitimos hu ius ſacramenti miniſtros eſſe.In lege ſiquidem ueteri pater,aut defuncto patre,proximus puellæ agnatus,ſeu tutor, dei loco coniuges iungebat. Sic Tobiæ.vii.legis:Et apprehendens Raguel dexterã filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit,dicens:Deus Abrahã,& deus Iſaac,& deus Iacob uobiſ cum ſit,& ipſe coniungat uos, impleatq̧ benedictionem ſuam in uobis. Ad eundem modum ab Apoſtolorum temporibus,matrimonii ſacramen tum in facie eccleſiæ celebratũ eſt,miniſtris ſacerdotibus Chriſti,Rague lis,atq̧ alia ſcripturæ uerba,& pias admodũ benedictiones ſuper coniu ges pronuntiantibus.Debent aũt presbyteri,dum copulãt coniuges,eos de matrimonii inſtitutione ex Geneſi, de ſacramenti ſanctitate & effica cia ex Euangelio,deq̧ ſacramenti myſterio & officio coniugali ex Pau lo, Ephe.v. deniq̧ de matrimonii moleſtiis,tanq̃ originalis peccati reli quiis æquo animo tolerandis ex Geneſi,commonefacere,ut ſciant,quid apprehenderint,& qua ratione in ea uocatione uiuere debeant.

Sacerdos recte copulat cõiuges in eccleſiæ cõſpectu.

1.Corin.7.

Tobiæ.7.

Euariſtus.

Quorum admoneri debeant, quũ copulantur cõiuges.

Gene.2.

Matth.19.

Marci.10.

Lucæ.16.

1.Corin.7.

Ephe.5.

Gene.3.

SOlent alia multa in hac materia matrimonii diſputari, quæ ad ius poſitiuũ pertinent,ueluti de gradibus,de impedimentis, de reſciſſio nibus.Sed hæc oia in præſentia excutere,nõ eſt inſtituti noſtri.Sufficerit parocho,quem inſtituendũ hoc libro recepimus, docere populũ de ma trimonii inſtitutione ſacramenti, ratione ac ſanctitate. Deniq̧ de recto

Chriſtiani

Chriſtiani coniugii uſu. In primis autem admoneri omnes cõuenerit, ut quicũq; matrimonio iungi uelit, talem conſortem deligat, cui nec iura diuina uel humana prohibeãt copulari, & cũ quo ſperet ſe ſanctam & indiuiduam uitæ conſuetudinem perpetuò habiturum. Vtq; omnis error perſonæ & cõditionis, atq; etiam qualitatis in contrahendo, quoad fieri poteſt, caueatur. Quod ſi nihiloſecius ſcrupus aliquis incidat, de gradibus ſeu aliis, quæ uel contrahendũ uel contractũ matrimonium impedire poſſint: habet parochus Epiſcopum ſuũ: Ad huius iudicium hanc referat quæſtionẽ, ne de re ſibi parum cognita iudicandi prouinciã ſumat, quã non ſine magna ratione uetus eccleſiæ Romanæ mos in cauſis matrimonialibus ſolis epiſcopis reſeruauit. Quanq̃ interim optaremus, ut Cõciliũ generale, quæ in matrimonio iuris diuini ſunt, ab his quæ ſunt iuris humani ac poſitiui diſerte ſecernerẽt, quod leui opera fieri poterit. Scimus enim in hoc ſacramento magis, q̃ in ullo alio ius humanũ iuri diuino ſic permiſtum eſſe, ut alterum ab altero, niſi ab oculatiſſimis, haud facile diſcerni poſſit quod multã peperit in hac re difficultatem.

Cuius admoneri debeat, qui affectant matrimonio iungi.

Soli epiſcopi olim de matrimonio iudicabant.

Pium uotũ.

DE SACRAMENTO VNCTIONIS INFIRMORVM, QVAE EXTREMA APPELLATVR.

DE nomine ſacramenti anxie diſputare non eſt neceſſe. Conſtat ſiquidem ueteres hoc ſacramentum appellaſſe ſacramentum unctionis infirmorum, idq; proprie, ſiue ad uerba Iacobi Apoſtoli, quibus hoc ſacramentum promulgatur, ſiue ad uſum eius reſpicias. Poſtea dici cœpit ſacramentum extremæ unctionis, Non quod hoc agat eccleſia, ut hæc unctio omnino extrema ſit. nam & reiteratur, ſicubi morbus depulſus ſubinde redierit, & per eccleſiam hac potiſſimũ ratione miniſtratur, non ut ægrotus eo percepto ſtatim uita defungatur & indormiſcat, ſed potius ut nedum mente, ſed & corpore (ſi ita deo uiſum erit) conualeſcat: quod precationes illæ, ipſam uetuſtatem ſpirantes, ac plene omnis pietatis, quas in adminiſtratione eiuſdem ſacramenti eccleſia adhibet, apertiſſime demonſtrant. Nec dubiũ, quin primitiua eccleſia pleriq; infirmi, quum ungerentur, priſtinã incolumitatem reciperent, nimirum fide flagrantiori tam ſalutare myſterium accipientes. Quod hoc tempore rariores ſunt, qui huius ſacramenti uirtutem, ſaltẽ quod ad corporis cõualeſcentiam attinet, experiantur, in cauſſa eſt fidei modicitas, quam oportebat in accipientibus ardentem ac flagrantem eſſe. nã per hanc ſolam, dei uirtutem in nobis efficaciter operari conſtat. Vnde Marci quinto legimus: Et nõ poterat (nimirum Chriſtus) ibi uirtutem ullam facere, niſi q; paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. Sed ut ad rationem no-

De ratione nominis.

Iacobi. 5.

Cur dicatur extrema unctio.

Finis extremæ unctiõis.

Cur huius ſacramẽti uirtus hodie nõ ſit tã euidẽs, q̃ fuit olim in eccleſia.

Marci. 6.

4. vnctiones in eccleſia. tionẽ nominis reuertamur, Vnctio hæc infirmoꝝ, uel ob id extrema di
catechumenorum. cta, uideri poteſt, ꝗ extrema ſit e quatuor illis, quæ in eccleſia celebrant̃.
Poſt baptiſmum. Nam (ut ſupra diximus) primum ungimur catechumeni, dein ungimur
In confirmatiõ. baptizati ſtatim poſt baptiſmũ. ungimur quoq; quum cõfirmamur, de-
Aegrotorũ. mum exceſſuri e uita, extremã accipimus unctionẽ. Quod ſi & quintã
Sacerdotum & regum. unctionem addere placeat, qua ſacerdotes & reges inauthorantur, erit
Sup de confirmatione. nihiloſecius & hæc, quæ infirmoꝝ eſt (& ſi interdum non tẽpore) ratio-
ne tamen poſtrema. Qua uero ratiõe Chriſtiana religio, cæteris cærimo
niis ueteris legis euaneſcentibus, unctionis myſterium retinuerit, repete-
re hic non eſt neceſſe. Nam id ſuperius nos docuiſſe meminimus.

De inſtitutione huius ſacramenti. Marci, 5. Apli ægrotos ex chri inſtitutione vngebant. Matth. 10.

VErum de inſtitutione huius ſacramenti uidendum eſt. Marci ſexto legimus, quemadmodũ Chriſtus duodecim illos ad ſe uocarit, eoſ-demq; binos miſerit, certa quadam legationes forma præſcripta, & po-teſtate qua uterentur, data & conceſſa: & ſtatim ſequit̃: Et exeuntes præ dicabant, ut pœnitentiã agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & unge-bant oleo multos ægrotos, & ſanabantur: Vngebant (inquit) oleo mul-tos, ægrotos, non dubium, quin ex Chriſti inſtitutione ac mandato, non ſua præſumptione. Abſit enim ut uel in mentẽ noſtram ueniat, ſanctos Apoſtolos in tanta legatione præter Chriſti præſcriptũ quippiã feciſſe, ꝗ non ſua, ſed tantũ data poteſtate utebantur, ſcientes quia nõ eſt diſcipu-lus ſupra magiſtrum. Nam ꝗ̃ uani ſint, qui ex hac unctione officium ciui le faciunt, quis non uidet̃? neq; enim Chriſtus ſuos diſcipulos chirurgos fecit, ſed Apoſtolos, qui ungerent ægrotos oleo, non quidẽ medicinali, ſed ſacramentali & myſtico. Addit aũt Euangeliſta, ægrotos ab Apoſto lis inunctos, ſanatos fuiſſe uirtutemq; præſentẽ exteriori ſigno non de-fuiſſe. Veteres ergo pio ac recto iudicio ex eo loco aſſerunt eccleſiam hoc ſacramentũ ex ipſius Chriſti inſtitutione accepiſſe, quãuis poſtea diuus Iacobus Apoſtolus modum ac formã adminiſtrationis eiuſdem clarius expreſſerit, ac quod ipſe a Chriſto acceperat, populo tradiderit, ĩ hæc uer ba: Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infir mum, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittent̃ ei. Quæ uerba manifeſte declarant hanc unctionem ſacramentum eſſe, quæ neq; ſigno careat uiſibili, nec promiſſione gratiæ Porro Apoſtolum eiuſdem unctionis meminiſſe, quam Euangelium docet Apoſtolos poteſtate a Chriſto accepta, ægrotis adhibuiſſe, plurimi ex patribus & Græcæ & La tinæ eccleſiæ ſatis idonei teſtes ſunt, æquorum numero primus occurrit diuus Hieronymus, ſeu quiſquis tandem eſt is ſcriptor, certe prius ac ue-tuſtus, in Marcum capite ſexto dicens: Quum ungunt oleo ægrotos, in-firmitatem fidei uirtute corroborant. Corroborant autem interceſſio-ne & oratione fidei, quam dei clementia exaudiet, & ſe exorabilem præ ſtabit, cuius ſacramentum eſt oleum conſecratum. Itidẽ author libri de

Vani qui ex hoc ſacro officiũ ciuile faciunt.

Veteres aſſerũt hoc ſacramentum ex euangelio. Iacobi. 5.

Eadẽ eſt vnctio, de qua narrat euãgeliũ, & quam docet Iacobus. Hieroñ. in Marcũ. ca. 9.

uiſitatione infirmorum,diuo Auguſtino hactenus inſcripti, ſic ait: Nec prætermittendū eſt illud Apoſtoli Iacobi præceptū:Infirmať quis in uobis,inducat presbyteros eccleſiæ,&c.Et ſtatim poſt:Ergo ſic roges de te & pro te fieri,ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imo per Apoſtolum ſuum dominus,Ipſa uidelicet olei ſacri delibutio ſpiritus ſancti typica unctio intelligitur.Hæc ille.Innocentius quoq; eius nominis primus, quē Concilium Aphricanum(cui & beatus Auguſtinus interfuit)uti Papam præcipuo diuinæ gratiæ munere in ſede Apoſtolica præſidentē, cū ſummi honoris delatione uenerari nō dubitauit.Is, inquam,in decretis ſuis ad Eugubinum,cap.viii.aperte pronuntiat, hanc unctionem genus eſſe ſacramenti.Proindeq; quibus reliqua ſacramenta negantur, iis ne hoc quidē concedi poſſe,diuos Ambroſium & Gregorium in teſtes euocare non eſt neceſſe,a quibus etiam inungendi formulas & preces accepimus, ac retinemus.Deniq; Beda(ut Lyranum & cæteros recētiores prætereamus) prædictum locum Marci Euangeliſtæ exponens,pronuntiat hoc ſacramentum unctionis infirmorum,ut cætera omnia a Chriſto inſtitutum, per Apoſtolos eccleſiæ traditum.Ex Græcis(ut omittamus interim uetuſtiſſimum illum Dionyſiū Areopagytam)ſuffecerit attuliſſe diuū Iohannem Chryſoſtomum,ac Theophylactum. Ille lib. iii. de ſacerdotio, huius ſacramenti & eius miniſtri meminit, de ſacerdotibus loquens in hæc uerba.Neq; enim ſolum,quum nos regenerāt, ſed poſtmodū etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent.Infirmať(inquit)inter uos aliquis,accerſat presbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini,& oratio fidei ſaluum reddet laborantem,& eriget eum dominus,& ſi in peccatis erit,remittentur ei.Hactenus ille.Hic uero,nempe Theophylactus, Euangelium Marci ediſſerens cap.vi.ſic ait:Quod unxerant Apoſtoli,ſolus Marcus narrat,quod & frater domini Iacobus in catholica epiſtola dicit:Infirmatur (inquit) quis inter uos aduocet ſeniores eccleſiæ, & orent ſuper illum, ungentes eum oleo,&c Eſt igitur oleum (ut ſubiicit Theophylactus, ſigni myſterium declarans)& ad labores utile & lucis fomentū,& hilaritatis effectiuum,ſignificatq; miſericordiam dei & gratiam ſpiritus, per quam a labore liberamur,& lucem & gaudium, hilaritatemq; ſpiritualem accipimus.Hæc ille.Eſt itaq; hoc ſacramentum,non ex humana,ſed ex Chriſti inſtitutione & Apoſtolica traditione deſcendens, id quod uniuerſalis eccleſiæ,tam ueteris,q̄ noſtræ,Græcæ pariter & Latinæ cōſenſus, ſimul & ipſe ſacramenti uſus,quammaxime comprobant.

August. de viſitatione infirmorum.

Innocēti'.I. ad Eugubinum. cap. 8.

Ambroſius. Gregorius.

Beda. Lirannus.

Dionyſius. Cryſoſt. libro.3.de ſacerdotio.

Theophylactus in Marcum ca.6.

Oleū quid ſignificet i hoc ſacramento.

QVi huius ſacramenti uſum hinc eleuare contendunt,quod epiſtola diui Iacobi Apoſtoli nō ſit certi authoris,noſtra ſentētia plane deſipiūt.Quod eccleſia q̄ hoc(ueluti dei uiui columna & firmamentū ueritatis)peculiare habet,ut poſſit diſcernere uerba dei a uerbis hominum,olim hanc epiſtolam diuo Iacobo tribuerit, & Apoſtolico ſpiritu

Reſpondetur huius ſacramenti contēptoribus, & eorū cauil.

1.Timo.3.

Hieronymi cęſura de epiſta Iacobi.

plenam iudicarit, atque adeo diuus ille Hieronymus, quo nullus unquã in ſcripturis doctior, neq; exactiori cenſura fuit in diſtinguendis certa a dubiis, hanc epiſtolam ipſi Iacobo aperte, idq; non ſine magna epiſtolæ laude aſſcribit. Iacobus (inquit) Petrus, Iudas & Iohannes ſeptem epiſtolas ædiderunt, tam myſticas q̃ ſuccinctas, & breues pariter & longas, breues in uerbis, longas in ſententiis, ut rarus ſit, qui non in earundem cæcutiat lectione. Vides ut beatus Hieronymus idem iudiciũ de Iacobi profert epiſtola, quod de Petri, nec putat indignam Apoſtolico ſpiritu. Iam

Iacob' quod a Chriſto acceperat, promulgat.

quum plane conſtet, Apoſtolum hanc unctionem pro ſacramento tradere, nequaquam dubitandum eſt, uere ſacramentum eſſe, & Apoſtolum non fuiſſe tam impie arrogantem, ut pro ſacramento traderet populo, quod ſacramentum non eſſet. Quare etſi Apoſtolus condendi ſacramẽti poteſtatem non habuit, cõſtat tamen eum uerbis illis tradidiſſe populo, quod ipſe a Chriſto acceperat, qui ut alia mundo uolebat innoteſcere per Matthæum, alia per cæteros Euãgeliſtas, quid prohibet, quominus quædam etiam doceri uoluerit per Apoſtolum Iacobum?

Verbũ hui' ſacramenti.

VErbum, quo hoc ſacramẽtum traditur, eandẽ in omni eccleſia ſententiam habet, etſi ubiq; eiſdem dictionibus ſeu præſcriptis uerbis haud pronuntietur. Vngitur enĩ ægrotus oleo ſanctificato in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, adiectis uerbis precatoriis, nẽpe, ut quicquid illicito uiſu, auditu, ac cæteris ſenſibus ſeu membris ægrotus deliquit, per huius olei unctionem expietur, cum imprecatione patis. Innititur autem hoc uerbum, quo ſacramentum traditur, promiſſioni, quam

Iacobi 5. Promiſſio gratiæ.

Apoſtolus acceptam, idq; nõ dubium, a Chriſto promulgat, dicens: Et oratio fidei ſaluabit infirmũ, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Quæ etiã uerba ſatis indicant, huius ſacramenti uim quammaxime ab oratione fidei dependere. Quamobrem eccleſia miniſtrationi huius ſacramenti plures precationes, q̃ ulli fere alii ſacramento adhibet, eaſque admodum pias, quemadmodum paulo ante meminimus.

Elementum huius ſacramenti.

ELementum huius ſacramenti eſt oleum ſanctificatum, cuius myſterium ſuperius ex Theophylacto retulimus. Oleum enĩ & ſanitatis & hilaritatis effectiuum, & lucis fomentum eſt. Præterea ad labores utile & lenitiuum. Quæ omnia in huius ſacramenti diſpenſatione, diuina uirtute per fidei efficaciam in homine ægroto agi ſignificantur.

Huius ſacramenti uis.

PRopterea enim hoc ſacramentũ potiſſimum adhibetur, & ea eſt huius ſacramenti rite ſuſcepti uis, ut aduerſus terriculamenta & trepidationes inſtantis mortis (quæ ſolẽt menti hominis morbo grauiter decumbentis occurſare) pium ſolatium ſit, ac fiduciæ titubantis fulcimen

Fiduciæ titubantis ſuſtẽtaculum.

tum. Quod tum certe fit, dum qui inungitᵉ, recogitat ſeſe p fidelem illã & piã eccleſiæ (cuius cõſortio ipſe uti uiuum membrum inſitus eſt) precationem, quæ in hoc ſacramento adhibetur, uel cõualiturum ſeſe (ſi tamẽ deo ita uiſum erit, & quod ad animæ ſalutem attinet, ſalutare ei fuerit) uel

rit.)uel ſaltem cum certa fide,bonaq; ſpe hinc emigraturum,atq; in domino obdormiſciturum,idq; maxime,quum ſcit ac intelligit orationẽ fidei.præſertim eam(quæ & ſignum externum & promiſſionem, Apoſtolica traditione cõfirmata ſibi annexa habet)apud deum uanam eſſe non poſſe, ſed ad alleuiationem, cum corporis, tum animi,atque adeo ad remiſſionem peccatorum plurimum ualituram.

Iacobi.5.

Affectus quo ægrotus ſe presbytero ungendum offerre debet, is erit, quo olim ægroti ſe Apoſtolis ungendos præbebant, nimirum ut intus ac foris,ſi ita deo uiſum erit,ſanetur. Cogitare itaq; debet præsbyter,ſe non ſuam,ſed Apoſtoli Chriſti atq; adeo eccleſiæ perſonam gerere, atq; hoc agere ut ægrotus,perinde atq; athleta inuictus,ac uelut in extrema lucta conſtitutus,omnibus ſatanicis tentationibus(quas tum potiſſimũ diabolus cateruatim ſolet ingerere)fortiter reſiſtat, ac ad omnem tentationis impetum conſtanti animo dicat,Chriſti membrum ſum,Chriſti athleta ſum.In cuius ſignum oleo etiam externo, ſecũdum Apoſtoli traditionem,inunctus ſum. Quãobrem tu princeps mũdi huius,tu immũde ſpiritus,diſcede.ille enim te foras eiecit,quamobrem in me non habes quicquã:nihil mihi & tibi cõmune.Nam quæ cõuentio Chriſti(cui inſitus ſum)& Belial?Quis conſenſus templo dei cum Satana? Adhæc,etſi multis ſtipatus ſatellitibus in animæ meæ excidiũ coniuratis appareas, non te timeo tamen,non te metuo.plures enim mecũ ſunt q̃ tecum. tota enim eccleſia ſanctorum pro me curam agit,orat,meq; in ſuam tutelam recipit,aduerſus quã nõ præualebis,Habeo interim adeo certiſſima fiduciæ meæ ſigna ac teſtimonia,nempe ſacramenta pœnitentiæ,euchariſtiæ,& hoc extremæ unctionis, qbus deus me nequaquã fallet,ſed promiſſioni ſuæ aſſiſtens faciet,ac perficiet etiam omnia,quæ in eorundem exhibitione mihi pollicitus eſt.Hæc atq; alia eiuſcemodi pie cogitanti, quis dubitet hoc ſacramentum magnam alleuiationem mentis aduerſus horrorem mortis(in quam inſtantem tum tota defigit oculos)afferre,itidem aduerſus ſatanæ impetus tum ſolito grauiores plurimum ualere?Quod ſi tum,oĩum maxime ac modis oĩbus adlaborandũ eſt,atq; etiam undiq; oĩa pietatis fulcimenta congerenda ſunt,ne ægrotis fiducia excidat,ſed ut q̃ maxime aduerſus ſpiritales inſidias roborentur,non recte faciunt qui hoc ſacramentum in eum uſum peculiariter inſtitutũ, ac tanto cum ſerio per Apoſtolum Iacobum eccleſiæ traditũ,ex eccleſia auferre moliunt.Neq; tamẽ dicimus hoc ſacramentũ abſolute ac oĩno ad ſalutẽ neceſſariũ,modo ne cõtemnatur:ſed magis eſſe ad fulcimentũ pietatis,proindeq; piis uotis ab ægroto,priuſquã hinc excedat, expetendum.Prætera reiterationi eius,quemadmodum pœnitentiæ in eccleſia locus eſt,recurrente ſcilicet ſubinde morbo aliquo grauiore.

Quo affectu eſſe oportet hoc ſacramẽto muniendum.

Qũo tentationibus diabolicis in extremo agone obſiſtendum ſit.

Iohan.14.
Lucæ.11.
Iohan.12.
Iohan.14.
2.Corin.6.
4.Reg.6.
Matth.26.

Sacramenta fiduciæ nſæ certiſſima ſigna.

Nõ recte faciũt, qui hoc ſacramẽtum ex eccl'ia tollere annituntur.

Reiteratur hoc ſacramẽtum.

TOtus ritus,quem eccleſia in miniſtratione huius ſacramenti adhibet,in plurimis illis orationibus longe pientiſſimis(quæ ad ſingu-

Ritus qui adhibẽtur huic ſacramento

las unctiones adhibentur)conſiſtit, quas referre longum fuerit, nec eſt neceſſe, quod omnibus paſſim, maxime parochis, expoſitæ ac obuiæ ſint,& intellectu faciles.

Huius ſacramenti miniſter. Iacobi.ult.

POſtremo huius ſacramenti miniſter ſacerdos eſt, ita docente Apoſtolo Iacobo: Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum &c. Sacerdos uero in eiuſdem ſacramenti miniſtratione,non ſuam,ſed Apoſtoli Chriſti,ac eccleſiæ pſonam,quemadmodum & in cæteris ſacramētis,gerit ac repræſentat. Nam ut Chriſtus eſt,qui baptizat,qui corpus ſuum impertit,qui abſoluit,ſic Chriſtus eſt, qui intrinſecus inungit,ſacerdote externum tantum miniſterium adhibente. Breuiter Chriſtus eſt Samaritanus ille euangelicus,qui homini a latronibus diſpoliato, ac grauiſſimis plagis affecto appropians, cæteris prætereuntibus,ſolus miſericordia mouetur,& totus intentus curationi hominis tam miſere affecti,ſacramentorum ſuorū alligamenta adhibet,quem & alligatum,iumentoque ſuo impoſitum,in ſtabulum eccleſiæ ducit. Sacerdos autem ſtabularii uicem gerit, cui præcipitur,ut curā ægroti agat, ſed pharmacis a Chriſto uero illo Samaritano,hoc eſt, hominum cuſtode præſcriptis,qui ſolus ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Matth.3. Marci.1. Lucæ.3. Lucæ.10. Pſal.146.

DE RATIONE AC MODO ORANDI DEVM.

Ordo cathechizādi eccleſiæ.

ECcleſia catholica,mater noſtra,in qua per baptiſmum renaſcimur Chriſto,eum ordinem tenet,ut ſymbolum Apoſtolicum(quæ eſt fidei noſtræ regula)ante omnia proponat ac tradat. Subinde uero, poſteaq̄ profeſſi ſumus quod credimus,orationem dominicam ſubiūgat, ac reddi etiam iubeat, Idq; ordine non modo decenti, ſed & neceſſario. Siquidem ut precemur deum, neceſſe eſt ut fidem prius teneamus,quæ utiq; niſi data eſſet,orare nō poſſemus. Quomodo enim (uti Paulus Apoſtolus ait)inuocabunt,in quem non crediderunt? Eundem ergo ordinem nos inſequentes, poſt Apoſtolici ſymboli, diuinorumque ſacramentorum (quæ ueluti pars quædam ſymboli eſſe uidentur)expoſitionem, ad breuem dominicæ orationis dilucidationem recte properabimus.

Sine fide nemo orat deū. Roma.10.

SEd priuſquam ad cōtextum eiuſcemodi precationis accedamus, paucis de modo deum orandi præfandum erit. Principio ex his,quæ paſſim,præſertim in expoſitionem ſymboli ac ſacramentorum,maxime pœnitentiæ,attulimus,manifeſtum euadit,fidem,quæ nos Chriſtianos efficit,non eſſe uanā aliquā aut euanidā quandam perſuaſionem, ſed dei donum cordibus noſtris infuſum,uiuū & efficax per charitatem,quam Apoſtolus definiens,ait: Neq; circuncíſio eſt aliquid,neq; præputiū,ſed

Fides Chriſtianorum. Galat.5.

fides,quæ per dilectionem operatur, qua efficimur filii dei,qua deo nos totos cõmittimus,qua omnia ad deum referimus, qua deo per ſpem & charitatem copulamur,nobis penitus diffiſi: quæ niſi deſuper gratuito munere nobis daretur, non ille dixiſſet, Nemo poteſt uenire ad me,niſi pater meus traxerit eum. Quis enim fidem ſe habere glorietur, niſi qui acceperit ſpiritum fidei? de quo Apoſtolus ait,Habentes eundem ſpiritũ fidei,ſecũdum quod ſcriptum eſt: Credidi,propter quod loquutus ſum, & nos credimus,propter quod & loquimur. Hic ergo ſpiritus,qui talem fidem largitur, ſuggerit nobis per fidem quid loquamur, & ut Apoſtolus ait,Ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,Nõ quod ipſe ſpiritus ſanctus,uti indigens alicuius interpellet,ſed quod nos interpellare faciat, nobiſq; interpellandi & gemendi inſpiret affectum. Quod idem Apoſtolus explicatius facit,quum ſubdit:Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram,ut ipſe facere dicatur,quod ut faciamus, facit ac iuuat,de quo ſpiritu alibi apertius ait:Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus, Abba pater. Et iterum:Quoniam filii dei eſtis,miſit deus ſpiritum filii ſui in corda ueſtra clamantem, Abba pater. Vnde conſequens eſt, ut quemadmodum ſine ſpiritu fidei non eſt recte quiſpiam crediturus,Ita nec ſine ſpiritu orationis ſalubriter oraturus, atque adeo nihil boni acturus,niſi eodem ſpiritu adiuuãte. Nemo enim recte ſapit, recte intelligit,recte conſilio ac fortitudine præualet,nemo ſcienter pius eſt,uel pie ſciens,nemo amore caſto deum timet,niſi acceperit ſpiritũ ſapientiæ,& intellectus,conſilii & fortitudinis,ſcientiæ & pietatis,& timoris dei. Nec habet quiſq̃ uirtutẽ uerã,charitatẽ ſyncerã,continentiã religioſam,niſi per ſpiritũ uirtutis,& charitatis & continentiæ, Non q͞a tot ſunt ſpiritus,ſed oĩa hæc operat᷑ unus atq; idẽ ſpiritus,diuidens propria unicuiq; ſicut uult:quanq̃ aliter adiuuat nõdũ inhabitans, aliter inhabitans. Nã nondũ inhabitans,adiuuat,ut ſimus fideles:Inhabitans uero adiuuat iam fideles,ut ſimus in omne opus bonũ propenſi. Siquidem,ut Apoſtolus ait,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum,qui datus eſt nobis,qua præditi nõ ſolum iam in deum credimus, aut ſpe erigimur,ſed & in dñ̃o delectamur,In mandatis eius uoluntarie inambulantes,quemadmodũ Pſaltes ait: Viam mandatorũ tuorũ cucurri,quum dilataſti cor meum,nempe per charitatis diffuſionem.

Fides gratuitum donum. *Iohan.6.* *2.Corin.4.* *Spũs fidei ſuggerit nobis quid loquamur & oremus.* *Roma.8.* *Auguſt.* *Roma.8.* *Ibidem.* *Galat.4.* *Auguſt.* *Sine ſpũ fidei nemo ſalubriter orat, neq; q͞dquã recte facit.* *1.Corin.12.* *Spũs aliter adiuuat non dũ inhabitãs aliter inhabitans.* *Ephe.2.* *Rom.5.* *Pſal.118.*

SEd quorſum hæc? niſi,ut oſtendamus etiã ipſam orationem inter gratiæ munera deputari,uerumq; ac rectũ orandi modum eſſe,ſi in fide, ſpe & charitate ad orandum accedamus. Quomodo enim aliter orabimus,niſi acceperimus ſpiritũ fidei,ſpei & charitatis, ĩ quo clamemus, Abba pater? Alioqui,ſi neque per fidem accedamus,neq; per ſpem erigamur,neque per charitatem accendamur,loqui quidem poſſumus,orare uero nequaquam. Quid enim aliud eſt oratio,niſi pius mentis aſcenſus

Oratio donũ gratiæ. *Nemo recte orat. niſi acceperit ſpũ fidei,ſpei & charitatis.*

Roma.5. Galat.4. Hæc eſt fides generalis. Matth.19. Bernard.

in deum,ſeu piorum uotorum oblatio intenta & ardēs? Quomodo autem eleuabitur in deum mens? quomodo domino uota pia offeret, niſi in primis fide fundata fuerit,qua credat omnia bona a dño petēda eſſe, & deum ipſum,natura bonū,omnibus optime uelle,ac magna & inæſtimabilia bona ſuis fidelibus paraſſe? Dein ſpe erecta ſit,qua ea bona uti ſibi parata ſe capere poſſe indubitato ſperet,quod homo fidelis,id quod credit,ſibi per ſpem quodammodo uendicet. Deniq; etiam charitate inardeſcat qua incitata,dicat:Curram igitur,perā,& accipiā, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Nam(quemadmodū ſæpe diximus)ut fides, qua Chriſtiani & filii dei ſumus,aliud a ſpe & charitate donū ſit,ſpem tamen & charitatē comites ita cōiunctas habet,ut ab eis nequaq̃ ſeparetur, ſeparata uero iam nō fides uiua,ſed mortua ſit & nuncupetur, ad deprecandum deum omnino inepta, q̃ a mortuo pereat confeſſio ac oratio. Rurſus hæc duo poſteriora dona,fidem ſemper uti ſubſterniculum ſpiritualis ædificii neceſſario præſupponunt,atq; etiā ut cōcomitetur, poſtulant. Neq; enim quis in eum ſperat,cui non credit,cui ſe & ſua nō cōmittit. Item nemo ſyncere eum dilexerit, cui fidem non adhibeat, & de quo optime non ſperet. Deniq; fruſtra quis omnia bona ſe a deo ſperare,atque etiam deum diligere ſibi uidebitur,niſi uiuida quoque fides accedat,qua idem ipſe,bona illa, quæcunq; tandē ea ſint uel animi uel corporis,quæ a deo petuntur,ac nobis in hac uita donantur,a deo etiā accipiat,atq; a deo ea ſeſe iam tandem accepiſſe quandoq; ſtatuat ac certo credat. Fruſtra ſiquidem deum aſſidue de pane quotidiano interpellaueris,niſi tandem etiam fide accipias quod petis, nimirum ut mēte ſentias hunc panem quo uictitas,te non aliunde,q̃ a deo ipſo, quem oras,accepiſſe ac indies accipere. Itidem fruſtra de peccatorum remiſſione deum ſolicitaueris,niſi ſimul quoq; credas remiſſionem peccatorum,quā fideliter poſtulaſti,te ab ipſo deo tandem etiam aſſequutū eſſe. Quid enim proderit, ſi perpetuo inclames: Remitte domine iniquitatem ſerui tui, modo nunquam deſinas de dei erga te miſericordia dubitare,aut confidere ſeu ſtatuere nunquam poſſis,deum tibi reconciliatum eſſe? Atque hæc eſt fides illa ſingularis & ſpecialis,quæ non tantum ſpiritualis ædificii initium eſt ſed magis ſpei abſolutio,indiuiduā poſt ſe trahens charitatē,qua nobis dei beneficia applicamus, & quod actioni noſtræ deeſt, ex apprehenſione miſericordiæ per Chriſtum ſupplemus. De qua ſuperius in tractatu pœnitētiæ & iuſtificationis fuſius diximus. Vt ergo neceſſe eſt hæc tria in omni opere bono concurrere,quod finis præcepti ſit charitas,de corde puro,conſciētia bona,& fide nō ficta, Ita maxime orationem(ueluti opus,quo proxime cum deo agimus)antecedere ea oportet,non tempore quidem (quod animus fide, ſpe & charitate imbutus, ſaltem per cœleſtium deſiderium in quo tota orationis uis conſiſtit,nō poſſit non orare)ſed cauſſa magis & ratione.

Fidē ſpem. & charitatē in omni ope bono cōiuncta eſſe oportet.

Bernard. ſermo.4. de annuntiatione.

Iacobi.1.

Vide ſupra fol.163. & ſequentibus.

1.Timoth.1.

Fide, ſpe. & charitate preditus ſemper orat.

Pſal.9.

Iam

IAm cum fides in hominis pectore per uerbum formetur,& promiſſio ni dei plane innitat̃,quod Paulus exẽplo Abrahæ grauiſſimæ aſtruit. In repromiſſione(inquit,dei(qua ſcilicet pollicitus erat deus,illi uetu lo ex Sarra uxore decrepita futurum filium,in cuius ſemine benedicerentur omnes tribus terræ)non hæſitauit Abraham diffidentia,nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, quum iam fere centum eſſet annorũ, & emortuam uuluam Sarræ:ſed confortatus eſt fide,dans gloriam deo, pleniſſime ſciens,quia quæcunq; promiſit deus,potens eſt & facere, Conſequitur certe oraturum in primis oportere reſpicere ad inſtitutionẽ & mandatũ dei,quo nos orare ſe & precari docuit, precantes quoq; exauditurum ſe promiſit. Quod faciens,ac mandato promiſſioniq; dei aſſentiens,fideliter accedit,ſciens deum pro nobis ſolicitum eſſe,& ad dandũ paratum,qui ad petendum ſuo uerbo nos cohortatur & impellit. huc reſpicite eccleſia dei,quum ante orationem dominicã in ſacroſancto miſſæ myſterio in hunc modũ præfat̃. Oremus,præceptis ſalutaribus moniti ac diuina inſtitutione formati, audemus dicere, Pater noſter. Sic alibi hymnũ canẽs,deũ promiſſionis ſuæ per fidem cõmonefacit. Si renuis (inqt)quis tribuet? Indulge,quia potẽs es. ſi corde rogamus mũdo,certe debes ex ꝓmiſſo. Vt ergo Chriſtus nos fideles faceret precatores,nõ tantũ orandi mandatũ dedit & promiſſionẽ addidit,dicẽs: Petite,& accipietis,ſed & modũ orãdi docuit,& formulã præſcripſit,ut citra ullã hæſitationẽ uerbo ſuo cõfirmati fideliter peteremꝰ,quod ille ꝑcari nos iuſſit.

Roma.4. prima ala orationis fides quam precaturus in primis acuere debet.

1.Petri.5.

Matth.9. Chrũs orare iuſſit ac orãdi formulam præſcripſit. & cur.

SEcundo,qui ad precandũ accedit infirmitatẽ & indigentiã ſuã ſentire debet,quibus promoueat̃ ad quærendũ deũ. & potentẽ & uolẽtem infirmis mederi,& indigẽtibus ſubuenire. Nõ enim opus eſt bene habentibus medico,ſed male habẽtibus. Fide ergo opus eſt,quæ(ut ſupra diximus intellectũ illuminat & cor purificat,ut & noſtrã miſeriã,imbecillitatẽ,infirmitatẽ,ac immunditiã,& rurſus dei maieſtatẽ bonitatẽq; uidere poſſimus. Fide enim apprehẽdimus & cernimus deũ eſſe,qui propter bonitatẽ ſuã cuncta creauit,a quo oĩa bona procedũt, ſine quo nihil quicq̃ eſt, Quiq; oĩa in oĩbus operat̃,ſuſtẽtans,cõſeruans,gubernãs, uiuificãs,& uegetãs oĩa, Qui præſtat nobis ut uiuamus,moueamur,& ſimus,qui abunde oĩa ad fruendũ tribuit. Quo dante,oĩa(quæ bonorũ appellatione continent̃)accipimus. Quo ſubtrahente manũ, oĩa rurſus amittimus,iuſtus & miſericors,iuſtus in impios & peccatores,nõ agnoſcentes eũ, Miſericors in timẽtes ipſum. Fide percipimus infirmitatẽ & indigentiã noſtrã, Quod puluis ſimus & cinis,ꝙ oĩs homo fœnũ, & oĩs gloria eius quaſi flos fœni. Quod uana ſalus hoĩs,q̃ uanitati ſimilis factus eſt,cuius dies ſicut umbra prætereũt. Quod in iniquitatibus cõceptiſ,ꝙ in peccatis nati ſimus,ꝙ cõcupiſcentiã(reliquias peccati)hoſtẽ illũ domeſticũ circũferamus,qui nunq̃ ſpiritui noſtro moleſtus eſſe deſinit, quo ſolicitante,ab adoleſcẽtia proni in malũ ſumus,& in omne ruimus

Secundo, ut agnoſcat ſuã infirmitatem & indigentiam.

Matth.9. Fides docet nos de nr̃a infirmitate & inopia. Gene.1. Exodi.3. Pſal.103. Acto.13. 1.Timo.5. Pſal.103. Eſaiæ.40 Pſal.59. Pſal.143 Pſal.50. Roma.7. Gene.6.

peccatū, Quod mūdus a dextera, læuaq́; a frōte pariter atq́; a tergo nos
3. Reg. 17. interdum falſis præſtigiis occupatos detineat, interdū rebus aduerſis ue
Iohan. 3. lut aperto marte ſæuiens oppugnet, ut a deo alienet, Quod aduerſarius
noſter diabolus tanq̄ leo rugiēs circuīre nos nunq̄ ceſſet, quærēs quem
Roma. 5. deuoret. Fide deniq́; percipimus, q̄ deus miſeriæ noſtræ miſertus, cū ad
Lucæ. 1. huc peccatores & mortui eſſemus, filio ſuo unigenito nō pepercerit, ſed
pro omnibus nobis tradiderit illū, ut iuſtificati in ſanguine ipſius, credē
tes in eū qui iuſtificat impiū, per fidē, de cōcupiſcētia, mūdo & diabolo
Iob. 7. triūphemus, ut ſine timore de manu inimicorū noſtrorū liberati, ſeruia
mus illi in ſanctitate & iuſtitia, corā ipſo, oībus diebus uitæ noſtræ, quo
tandē, cōſummata militia noſtra, quæ eſt ſup terrā, ipſo ſummo bono,
Pſal. 108. q̄ eſt deus in æternū, fruamur. Ad quē unū finē oīa referri oportere fides
docet. Qui ergo tali fide inſtructus eſt, hic ſolus recte ad orādū accedit:
Nam cū, qui petere uult aliquid, neceſſe eſt, ut ante omnia ſe diſcutiat, nū
egeat. Secūdo, ut apud ſe ſtatuat, quid petere uelit, & qua nā re opus ha
beat. Tertio quærēdus eſt, qui inopiam leuare & uelit & poſſit, quæ om
nia fides oraturo oſtendit, quā qui non habet, is ſuæ fiduciæ (quæ fidei
Pſal. 33. ex diametro opponit̄) temere innititur, nondum intelligēs ſe dei donis,
beneficiis, & auxiliis egere. Quamobrem etſi ore preces permurmuret, ni
hil tamen minus faciet, q̄ ut oret: imo oratio eius ſibi in peccatū reputa
Eſaiæ. 66. bitur, quia non orat ex fide, nec ſuam infirmitatem, & inopiam, nec dei
Pſal. 103. bonitatem & miſericordiam agnoſcens. hoc enim fide fit, quæ pauperes
ſpiritu, humiles corde, & cōtritos animo facit, ad quos ſolos reſpicit de
us, ſicut ſcriptum eſt. Iuxta eſt dominus his, qui tribulato ſunt corde, &
Pſal. 48. humiles ſpiritu ſaluabit. Et iterum: Super quem reſpiciam, niſi ſuper hu
Apoca. 3. milem & contritum, & trementem ſermones meos? Reſpexit (inquit Da
uid) in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. Superbos au
tem, qui infirmitatem ſuam, præſertim interiorem, non ſentiunt, qui la
Lucæ. 1. tentem mentis impuritatem non percipiunt, qui in fortitudine, uiribus,
& in multitudine diuitiarū ſuarū gloriantur. qui dicunt, quia diuites ſu
Iacobi. 4. mus, & locupletati, & nullius egemus, & neſciunt, quia in oculis dei mi
1. Petri. 5. ſeri ſunt, & miſerabiles, & pauperes, & cæci, & nudi, hos deſpicit deus, ſi
cut illos reſpicit. quemadmodum glorioſiſſima uirgo uirginū cecinit:
Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bo
nis, & diuites dimiſit inanes. Deus enim (ut Apoſtolus Petrus ait) ſuper
bis reſiſtit, & humilibus dat gratiā. Et ideo ſequitur: Humiliamini igit̄
ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tēpore uiſitationis, omnē ſolici
Quo reſpiciant parabolæ de filio p digno, & de phariſæo ac publicano. tudinem ueſtrā proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis.

HAec ut Chriſtus animis noſtris perpetuo retinenda infigeret ac in
culcaret, duas inſignes parabolas adhibuit, Alteram de filio prodi
go, Alterā de phariſæo & publicano. Filius prodigus portione paternæ
ſubſtantiæ, quæ illi obuenerat, abutens, non ante uenit oratum patrē, q̄

in ſe reuerſus & ſuam miſeriā deploraret, & diuitias bonitatis benigniſ- Lucæ.15.
ſimi patris agnoſceret. Itidem publicanus, proculdubio (quod ad mun- Lucæ.18.
dum attinebat) rebus affluens, ſed quod ad animum pertinet, conſciētia
peccatorū perculſus, ſuæq; indigentiæ per fidei lumen certior redditus, Phariſæus.
aſcendit in templum, orans, non eodē, quo phariſæus, affectu. Hic enim
ſibi fidens, & bonorū operū in ſpeciem diues, in ſeipſum non deſcendit,
quominus mentis ſuæ, fœdiſſimis concupiſcentiæ & ambitionis affecti
bus corruptæ, turpitudinem uideret, ſtās apud ſe orabat elatus, ſeipſum Publicanus.
commendans, non accuſans, quaſi a ſe eſſet, ſi quid egiſſet boni, cum dice
ret. Nō ſum ſicut cæteri hominū, ſicut & hic publicanus. At ille in ſe re- Pſal.50.
uerſus, & miſeriam animi ſui per fidem contemplatus, a longe ſtetit, ani-
mo deiecto & humili, nolens uel oculos ad cœlū leuare, ſed percutiēs pe
ctus ſuū, & ad deum (qui cor contritum & humiliatū non deſpicit) con
uerſus dixit: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Quā uero diuerſus fue-
rit utriuſq; orationis fructus, ſequit: Amen (inqt dn̄s) dico uobis, deſcen
dit hic, nempe publicanus, in domū ſuam iuſtificatus ab illo. Qui enim
ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Hūc affectū bea- 1. Timoth. 5.
tiſſimus Apoſtolus in uidua Chriſtiana requirēs, ait: Quæ autē uere ui- Auguſti. ad
dua eſt & deſolata, ſperauit in dn̄o, & perſiſtit in oratione die ac nocte. Probam.
Deſolatā uult eſſe Apoſtolus uiduam, non ꝙ uiduas ſecundum hoc ſecu Matth.5.
lum diuites ab orando repellat, ſed uult uiduā animo pauperem, & pru- Oportet alīē deſolatā.
denter intelligentē, ꝙ in hoc mūdo & in hac uita nulla anima poſſit eſſe
ſecura. In hoc ergo orandi genere in uiduis quid electū eſt, niſi deſtitutio
& deſolatio? Quapropter ſi ſe omnis anima intelligat in hoc ſeculo de-
ſtitutam atq; deſolatā, quādiu peregrinatur a dn̄o, profecto quandā ui-
duitatē ſuā deo defenſori, aſſidua & impenſiſſima precatione cōmēdat. Paupertas ſpi
Neq; enim hæc deſolatio ſeu paupertas a cenſu, ſed a mente metiēda eſt. ritus nō a cē
Chriſtus enim, quū adhuc eſſet in carne, Zachæum diuitē in regnū cœ- ſu, ſed a men
lorum miſit, & reſurrectione atq; aſcenſione glorificatus, multos poſtea te metienda.
diuites, impartito ſpiritu ſancto, fecit huius ſeculi contemptores, & fini- Lucæ.19.
ta diuitiarū cupiditate, diciores. Diuitibus itaq; perinde ac pauperibus
huius ſeculi hæc animi deſolatio ac paupertas cōmunis eſt, modo nō ſu Diuites cenſu poſſunt eē
perbe ſapiant, neq; ſperent in incerto diuitiarū, Sed in deo uiuo, qui præ- pauperes ſpi-
ſtat nobis omnia abundanter ad fruendū, ut diuites ſint in operibus bo ritu.
nis, facile tribuant, cōmunicent, ac theſaurizent ſibi fundamentū bonū 1. Timoth. 6.
in futurū, ut apprehendant uitam æternam, gratias agētes in omnibus.
Quamobrem (ut diximus) in his præſentis uitæ tenebris, in quibus pere-
grinamur a dn̄o, quādiu per fidem ambulamus, non per ſpeciem, deſola- 2. Corin. 5.
tam ſe debet Chriſtiana anima putare, ne deſiſtat orare, & ſcripturarum
diuinarum ſanctarumq; ſermoni diſcat, tanquā lucernæ in obſcuro lo- 2. Petr. 1.
co poſitæ, fidei oculum intendere, donec dies luceſcat, & lucifer oriat in Auguſti. ad Probā. cap.
cordibus noſtris: Immo donec hoc mortale imortalitatē & corruptibi- 45.

1. Corin. 15. le hoc induat incorruptionẽ, quando nulla erit reliqua carnis, mundi, ſeu Satanæ tentatio, quando abſorpta erit mors in uictoria, & uita feliciſſima nunquam deſitura, nullius amodo indigens, ſed dei fruitione ſaturata. Huc enim tanquam in ſcopum quendam omnem orationẽ noſtram reſpicere oportet, Quemadmodũ diuinus Pſaltes precatur: Vnã (inquit) petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Quisquis autem hanc unam petit a domino & requirit, is ſecurus petit, & ſi quæ alia petuntur, quæ eſt una illa uera & ſola beata uita, ut contemplemur domini dilectionem in æternũ, immortales atque incorruptibiles corpore & ſpiritu.

Scopus orationis noſtræ. Pſal. 26. Vna ac ſola beata uita.

POſtquam animus ad orandum acceſſuri, fide roboratus, & (quemadmodum iam diximus) affectus eſt, ſpem etiã ut adhibeat, neceſſe erit, qua quod petitur, cũ fiducia expectetur. Ad ſpem enim in primis requiritur animi firmitas, qua homo ſibi promiſſam dei gratiam quodãmodo uendicet, ac tandem per fidem, hac ſpe confirmatam, etiam applicet, aſſignet, arripiatq;. Vt ergo uere & recte oremus, non oportet nos de promiſſione ueracis & fidelis dei ullatenus addubitare. Propterea enim ſe nos exauditurum promiſit, ac ut ſe precaremur iuſſit, ut certi eſſemus ac fortiter & conſtanter ſperaremus, fore ut nos exaudiret. Sicut Matthæi uigeſimoprimo, & Marci undecimo dixit: Dico autem uobis omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet uobis. Et Lucæ undecimo: Ego (inquit ueritas) dico uobis, petite, & dabitur uobis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur uobis, Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Et ut ſpem noſtram corroboraret, ſimilitudine utitur, quæ uel deſperatiſſimis ſpem ſit præbitura: Quis (inquit) ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? aut piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo uos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis ueſtris, quanto magis pater ueſter cœleſtis (nimirum natura bonus & ſolus bonus) de cœlo dabit ſpiritum bonũ petentibus ſe? Sed hic interim uidendũ ut ſpei noſtræ ſcopus ſit uita beata per Chriſtum, quemadmodum Apoſtolus ait. Expectantes beatam ſpem, de qua Pſaltes dixit: Tu ſpes mea a iuuentute mea. Dominus enim ipſe ſpes noſtra eſt, & Chriſtus ſpes Euangelii & gloriæ, quod per ipſum nos ſperemus lætum Euangelii nuntium conſequuturos, id eſt remiſſionem peccatorum & gloriam ſempiternam. Conſequemur autem quod ſperamus dubio procul, ſi tamen permaneamus in fide fundati, ſtabiles & immobiles ab hac ſpe Euangelii dei. Quod ſi anchoram ſpei noſtræ in Chriſto figimus, non eſt periculum, ſi quæ alia ad hunc finem naneiſcendum accommoda, uti media quædam a deo ſperemus, modo abſit carnalis concupiſcentia, & hoc ſolum attendatur, ut his ſecundum deũ uti, & iiſdem proximis prodeſſe poſſimus.

Secunda ala orationis, ſpes. Bernardus. Fiducia miſericordiæ qua die dona accipimus (quę & fides iuſtificans appellat) fidem generalem, & ſpem complectitur. Matth. 21. Marci. 11. Lucæ. 11. Ibidem. Matth. 19. Spei noſtræ ſcopus qs eẽ debeat. Pſal. 7. Coloſſ. 1. Chrũs ſpes gloriæ. Quo cętera præter uitam beatam petẽda.

PRecaturus ergo deum, omni diffidentia uacare debet, nihil dubitare aut hæſitare de promiſſis dei, alioqui temere petiturus. Proinde diuus Iacobus ait: Si quis autem ueſtrû indiget ſapientia, poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, & nō improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, q a uento mouetur & circumfertur. non ergo exiſtimet homo ille ꝙ aliqd accipiat a domino. Quæ uerba ſic ex ſequentibus intelligēda ſunt. Ideo enim qui hæſitat, nihil accipit, quoniam uir eſt animo duplex corde minime certo & inquieto, in quod ſe gratia domini inſinuare non poteſt, quemadmodum maris fluctus non facile formam ullam recipit, quum uento mouetur & circūfertur. Deinde male de deo ſentit, cuius auxilium implorat, quaſi aut non uelit, aut non poſſit ſuis promiſſis ſatisfacere, quod parum a blaſphemia abeſt. Simplicem ergo & nuſquam uacillantem fiduciam noſtram eſſe oportet, quæ deum ſemper reſpiciat, qui neminem ſibi fidentem deſtituit, ſiue contingat uiuere, ſiue mori, ut dicere poſſimus cum Dauid: Oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Orantē non oportet hæſitare. *Iacobi.1.* *Pſal.24.*

SEcundo, quemadmodum neceſſe eſt, ut ſpes orantis certa & indubitata ſit, ita eandem oportet eſſe patientem, & timori dei innitentem, alioqui non dicenda ſpes ſeu fiducia, ſed arrogans præſumptio, quali afficiebatur ſuperbus ille Phariſæus. Propterea neqꝫ tempus, neque modus deo ſtatuendus eſt, qui nouit, quando, & quomodo noſtris precibus ſatiſfacere uelit, & ſi non eo tempore, uel eo modo, quo nos petimus, ſatiſfaciat. Hoc ergo deuotionis debemus domino deo noſtro, ut non ideo nos ab eo negligi exiſtimemus, ſi non ſtatim ea dederit, quæ petimus, aut abſtulerit, quæ deprecamur: ſed potius pia patientia malorum, bona ſperemus ampliora. Immo ſi aliquid, contra quod oramus, acciderit, patienter ferendo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuiſſe fieri, quod dei, non quod noſtra uoluntas habuit, minime dubitare debemus. Tale exemplum præbuit nobis ille mediator Chriſtus, qui licet deus & homo, tamen ut homo, ſuam ſemper uoluntatem, dei patris uoluntati ſubmiſit. Qui quum humanam in ſe uoluntatem ex hominis ſuſceptione transformans, dixiſſet: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte, continuo ſubiecit. Veruntamen non quod ego uolo, ſed quod tu uis pater, Hunc affectum uidere licet in ſanctis patribus, id quod ipſorum ardentiſſimæ preces ubiqꝫ teſtanť. Expecta (inquit Dauid) dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Et iterum: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis. Memorabile exemplum præſtat nobis inſignis illa ueteris teſtamenti mulier Iudith, quæ quum intelligeret Oziam promiſiſſe, ꝙ tranſacto quinto die, traderet ciuitatem Bethuliam Aſſyriis, ſi interea non ueniſſet adiutorium a domino, graui

Spem orantis patiētem eſſe oportet. *Lucæ.18.* *Auguſt. ad Probam.* *Matth.26.* *Marci.14* *Lucæ.22.* *Philip.2.* *Sancti ſe dei uoluntati penitus ſubmiſerunt.* *Pſal.26.* *Auguſt.* *Pſal.35.* *Iudith exemplum.* *Iudith.8.*

ter reprehendit Oziam & populum, inter alia dicens: Qui eſtis uos, qui tentatis dominum? non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouocet, ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat. poſuiſtis uos tempus miſerationis domini, & in arbitrium ueſtrum diem cõſtituiſtis ei? Et ſtatim poſt: Humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato ſeruientes illi dicamus, ut ſecundum uoluntatem ſuã, ſic faciat nobiſcũ miſericordiam ſuam, expectemuſq; humiles conſolationes eius. Qui enim tentationes non ſuſceperunt cum timore domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra deum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore. & nos ergo non ulciſcamur nos pro his quæ patimur: ſed reputãtes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora, eſſe flagella domini, ea quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus. Nec minori exemplo eſt, Apoſtolus Paulus, cui, ne reuelationum magnitudine extolleret, datus eſt ſtimulus carnis, angelus Satanæ, qui eum colaphizaret, ꝑpter quod ter dominum rogauit, ut eum auferret ab eo. Sed uir tantus reſpõſum dei, quur id non fieret, & quare fieri non expediret, audiuit in hãc ſententiam. Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficit. Quãobrem idem Apoſtolus alibi dixit: Quid enim oremus ſicut oportet, neſcimus, nimirum intelligens nos in tribulationibus, cæteriſq; rebus corporalibus (quæ poſſunt & prodeſſe & nocere) interdum non tamen cum peccato (ſi tamẽ dei uoluntati noſtram ſubiecerimus) petere, quæ ſtatim fieri non expediat, ſed potius proſit, nos petitis ad tempus fruſtrari, uel ad ſanandum tumorem ſuperbiæ, uel ad probandam, exercendamq; patiẽtiam, uel ad punienda & abluenda peccata. In hoc ergo rerũ genere ſpes noſtra dei uoluntati attemperanda, eſt ſic ut indubitati ſimus, nos aut id quod ſperamus, aut aliquid melius ſaltem, magis ſcilicet profuturum ad nanciſcendum finem ſpei noſtræ conſequuturos. Hunc affectum ut inderet nobis Chriſtus, pleriſque parabolis ſupra modum accommodis uſus eſt. Nam ut doceret quod oporteret ſemper orare, & nõ deficere, ſed per patiẽtiam expectare miſericordiam dei, parabolam de iudice iniquo, qui nec deum timebat, nec hominem reuerebatur, propoſuit, quem quũ uidua ſedulo interpellaret, ut uindicaret eam de aduerſario ſuo, atq; ille nollet per multum tempus, tandem tamen mulieris importunitate uictus, uindicauit illam. Quo magis (inquit Chriſtus) deus (cuius uitæ ſunt miſericordiæ & ueritas) faciet uindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte. Aliam nec minus incitantem parabolam, Lucæ undecimo legimus, de eo qui media nocte ad amicũ accedens, tres panes commodato petit, qui etſi non impetret ea ratione quod amicus ſit, tandem tamẽ per importunitatem, ſi perſeuerauerit pulſans, impetrabit tot panes, quot habet neceſſarios. Quanto magis pater cœleſtis (qui dat, & non improperat) ſedulo petentium uota reſpiciet? Huc ſpectant

Ibidem.

Paulus patiẽtiæ exẽplar. 2. Corin. 12.

Ibidem. Roma. 8.

Cur deus interdũ ad tps nos non exaudiat.

Parabola de iudice iniquo explicatur. Lucæ. 18.

Parabola de amico ueniẽte nocte & petentes tres panes. Lucæ. 11.

Iacobi. 1.

illæ ſententiæ,quæ ſedulo & inſtanter orare iubent. Semper(inquit Paulus)gaudete,ſine intermiſſione orate, obſecrationi inſtate, uigilantes in ea. Multum enim (ut diuus Iacobus ait) ualet deprecatio iuſti aſſidua, quod exemplo confirmat,dicens:Elias homo ſimilis erat nobis paſſibilis,& oratione orauit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex:& rurſus orauit:& cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.

1. Theſſ.5. Iacobi.5. 3.Reg.17.

TErtio,hæc ſpes ſynceritatē requirit,ut ſancta, iuſta, ac deo placita petamus ac ſperemus,nō uana, fucata,& falſa,ne dicamus mala ac exoſa deo. Quare qui gloriā ſęculi & diuitias petit, ac ſperat, eo affectu, ut in illis conquieſcat,is non recte petit,quia nō ſequitur mandatū Chriſti,Qui iubet,ut in nomine ſuo petamus patrem. In nomine uero ſaluatoris qui petit,ſalutaria tantū poſtulat. Qui uero uana rogat, nomen Ieſu ludibrio habet,& deum contemnit,quia ſpem non in deo,qui non uidetur,ſed in diuitiis & cæteris huius mūdi trāſitoriis rebus ac uana gloria collocat,quod ueræ Chriſtianæ ſpei repugnat. Quamobrē diuus Iacobus ait:Petitis,& non accipitis,eo φ male petitas, ut in concupiſcētiis ueſtris inſummatis. Et prouerbiorū.x.legimus: Spes impiorum peribit. Itidem Iob.viii. Spes hypocritarum peribit,& ſicut tela aranearum fiducia eius. Proindeq́ Chriſtus orationem hypocriticam damnat, φ hypocritæ ſpem ſuam in uana gloria reclinant,amātes in ſynagogis,& in angulis platearum ſtantes orare,ut uideantur ab hominibus, quos dominus hic recipere mercedem ſuam aſſeuerat. Quo pacto uero uictui neceſſaria petere & poſſimus & debeamus poſt dicemus.

Spes debet eſſe ſyncera, ut ſancta ac iuſta petat. Petere in nomine Chriſti quid ſit. Iohan.15. Iohan.12. Iacobi.4. Prouer.10. Iob.8. Matth.5.

EX prædictis liquet,orationes noſtras,etſi cum fiducia porrectas, tamen duabus potiſſimū de cauſſis non exaudiri,uel quod magis noſtra referat,ut non exaudiamur,deo uota noſtra in melius cōmutaturo, Vel quod male petamus, ſequuti concupiſcentiā noſtram carnalē, quā petendo inſequentes,uel non accipimus,uel ſi interdum accipimus, cum periculo & detrimento accipimus. Legimus enim dominum quibuſdā impatientibus,quod concupiſcentiam ſequuti poſcebant, iratum cōceſſiſſe,qui diuo Paulo,quod petebat,negauit propitius. Nam Iſraelitis cōcupiſcentia carnium inardeſcentibus, deus dedit eis petitionem eorum, & miſit ſaturitatem in animas ipſorum:ſed expleta concupiſcentia, impatientia eſt grauiter caſtigata, quoniā adhuc eſcæ erant in ore eorum, & ira dei aſcendit ſuper eos. Quæ ſcripta ſunt, ne forte quis magni pendat,ſi fuerit exauditus,quū aliquid male aut impatiēter petit, quod non impetrare plus profuerit,aut ſe abiiciat,& de diuina erga ſe miſeratione deſperet,ſi nō exaudiatur,quum forte aliquid petit,quo accipiendo affligatur atrocius,uel a proſperitatis lenocinio corruptus penitus euertat.

Nume.11. Pſal.77. 2.Corin.12. Pſal.77.

POſtremo oratio,ut cœlos penetret,charitatis ardore inflāmāda eſt. Nā ut omnia opera bona citra charitatis donum tepēt,atq́ adeo in

Tertia ala orationis charitas.

Charitas dei unde in nobis excitetur ſpeciem tantũ fiunt, ita maxime friget oratio, niſi alis geminæ charitatis & dei & proximi ſubueatur. Charitatem dei in nobis excitat ſua ineffabilis bonitas, ad quã precaturi in primis reſpicere debent, undiq; certe expoſitam, ne quis cauſſari poſſit, ſe in eius conſpectum ꝓdire nõ auderet, cuius adhuc ſuſpectã habeat bonitatem. Hanc enim in primis, in hoc admirabili mũdi opificio, quocunq; tãdem oculos uertamus, cernimus. Quicquid enim ibi bonum, pulchrum, iucundũ, delectabile, & amabile cernimus, hoc omne ex deo eſſe intelligimus. Quanto magis ergo omnis boni creator amabilis eſſe debet, præſertim homini, quem ad imaginẽ, & ſimilitudinem ſuam fecit, & ſuper oĩa opera manuum ſuaꝝ cõſtituit, quem propriæ uoluntatis arbitrio lapſum nõ deſeruit, ſed per proprium filium de cœlo miſſum & ipſius hominis cauſſa in mortẽ traditum, redimit, uiuificauit, iuſtificauit, & ex inimico ĩ filiũ gratuita bonitate adoptauit, ipſiq; cum Chriſto oĩa bona donauit, impartiens etiã ei per Chriſtũ de ſpiritu ſuo, quo ductore tandem in conſortium cœleſtis regni, (quod piis paratũ eſt a cõſtitutione mundi) perueniat. Qui hæc animo uolutat, & per ſpiritus ſancti gratiã percipit, is deum non poteſt non diligere ex toto corde ſuo, ex tota mente ſua, ex tota anima ſua, & ex totis uiribus ſuis. Quomodo enim non delectabitur ĩ ſummo bono, qui delectatur in creatura? Quomodo nõ ſuſpirabit ſemper ad optimũ ulum parẽtem, a quo quicquid eſt, & tenet, habet? Quomodo nõ ſemper ardebit illius deſiderio, qui ipſi gratis promittit regnũ cœloꝝ, ĩmo ſeipſum. Hæc eſt enim uita æterna, ut cognoſcamus deũ, & cum eo perpetua felicitate fruamur. hunc affectum, qui induit, is ad deum, fide firmus, ac ſpe corroboratus, amanter uadit, ac recte deum precatur. Huic Pſaltes dixit: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et iterum: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus: beatus uir qui ſperat in eo.

Gene.1. Pſal.8. Eccl.17. Iohan.3. Philip.2. Roma 8. Matth.25. Rom.5.8. Iohan.14. Iohan.17. Pſal.36. Pſal 14.

Charitas proximi quõ in naſcatur. Charitatem proximi, in nobis concitabit eiuſdẽ naturæ participatio, ꝙ ſit idem oĩum & ſimilis ortus ex uno parende Adam, par (quod ad naturam attinet) conditio Item ꝙ hic mundus pariter omnibus una domus ſit, Et quod omnium maximum eſt, unus deus, quem omnes uno ore patrem appellamus, unus Chriſtus, in quo omnes renaſcimur, & deo in filios adoptionis aſciſcimur, ut & duplici uinculo tam naturæ ꝗ adoptionis nos fratres eſſe fateamur, Vnus ſpiritus quem habemus e cœlo, una & omnium communis cœleſtis patria, una fides, unum baptiſma, unus panis, & unus calix omnium, qui de uno pane & de uno calice participamus. Breuiter unum corpus ſub uno capite, Chriſto. Quæ poteſt, quæſo, arctior agnatio excogitari? Adeo, ut præceptũ dilectionis proximi, quo iubemur, ut proximũ ſicut noſipſos diligamus, ꝗ maxime naturæ ac rationi cõſentaneum ſit. Qui hoc affectu imbutus eſt (id quod nemo non facile agnoſcet, ſi tantum quiſq; ſe ad ſuum ipſius cor conuertat, & ſeipſum interroget, num reuera erga proximum, perinde atq; erga ſe aſficiatur,

I.Corin.12. Ephe.4. I.Corin.10.

ficiatur)is demum recte ad orandum accedit. Quamobrem Chriſtus Matth. 6.
ubiq; fere,ubi de orando præcepit,ex pacto nobiſcum agit,ut nos nõ ali Marci. 11.
ter ſe exauditúros dicat. ſiq́ proximum ex corde dilexerimus, & ſi quid
in nos peccauerit,remiſerimus.

SEd dicis,Si ſic oportet ad orationem accedere, ut mens neq; fide,ne- Quæſtio.
que ſpe,neq; charitate uacet,nullus uidebitur peccatoribus locus o- Auguſti.in
randi relictus,quos tamen uel maxime orare conuenerit? Dein,ſi hæc Enchirid.
præcedere orationẽ oportet,quid eſt q̃ ſcripturæ clamant, hæc tria nos cap.17.
præcipue a deo poſtulare debere? Sed facilis eſt reſponſio. In donis ſpiri- Dilutio.
tus,uirtutibus Chriſtianis,gradus ſunt quidam. Peccator quum in altiſ- In donis ſpiritus,& uirtutibus ſunt gradus.
ſimis ignorantiæ tenebris uerſatur,ſecundum carnẽ uiuens,ſequens car
nales concupiſcentias,peccat,ſed propemodum ignorant. Deinde quum Roma.7.
reſpicit in legem dei condemnantem peccatum,ſi nundum adiuuet ſpiri
tus,uult quidem ſecundum legem uiuere, ſed uictus concupiſcentia de-
linquit,idq; ſciens,& proinde grauius. Poſtquã autem acceſſerit ſpiritus,
quo donante credimus,nobis ex toto corde ꝯuerſis ab operibꝰ mortuis Roma.8.
ad deum,per Chriſtum remiſſum iri peccata, ac donari gratiam adiutri Galat.5.
cem adimplendi mandatum dei. tum demum incipit homo agi ſpiritu Roma.1.
dei,q ſpiritum noſtrum(iactis in eum ſeminibus fidei, ſpe. & charitatis)
cõcupiſcere facit aduerſus carnem:atq; tum incipit nobis reuelari dei iu
ſtitia ex fide in fidẽ,ut quo magis homo ſibiipſi diffidere, ac deo credere,
in deum ſperare,ac deo per charitatẽ adhærere pergit,eo magis hæc ſpi- 1.Corin.15.
ritus dona in nobis augeſcant,& quanto cupiditas minuitur,tanto ma-
gis charitas creſcat,donec tãdem caro penitus ſubiiciatur ſpiritui, quod Matth.9.
tamen perfecte & conſummate demum in reſurrectione mortuoꝝ im- Peccatoribus
plebitur. Vt ergo unde digreſſi ſumus reuertamur, adeo nõ prohibemus orãdũ & quo
peccatores ab orando,ut illos q̃maxime ad orandum incitemus, quod affectu.
infirmis q̃maxime opus ſit medico:ſed tamen eos fruſtra orare dicemus,
niſi iacta fidei,ſpei,& charitatis ſemente,ideſt,niſi ſaltem odio peccati ad
miſericordiã dei fidenter ac amanter confugere incipiant. Vt autem fi-
des principio modica ſit,ut ſpes uacillans,ut tepida charitas, non tamen
ideo minus,ſed tanto magis orandum eſt, & cum Apoſtolis inclaman-
dus eſt Chriſtus:Domine, adauge nobis fidem. Et cum tota eccleſia pre
candus,ut ſpem corroboret, & ſui ignis amorem in nobis accẽdat. Eos Pſal.110.
uero peccatores tantum ab orando repellimus,qui ſe peccatores eſſe nõ Pſal.51.
ſentiunt,qui quærunt excuſationem in peccatis,qui obſtinati,uenditi,&
traditi ſunt in peccatum,qui gloriant,quum maleſecerint,& exultant in Iohan.9.
rebus peſſimis,quos peccatores,ſcimus,quia deus nõ exaudit, ſed potius Pſal.108.
eorum oratio fit in peccatum,quemadmodum apud Eſaiam cap.1.legi- Eſaiæ.1.
mus:Quum multiplicaueritis orationem,non exaudiã,manus enim ue
ſtræ ſanguine plenæ ſunt. Et Hieremias Threñ.iii. Nos inique egimus, Threno.3.
& ad iracundiam te prouocauimus. Idcirco tu inexorabilis es. At pecca- 2.Corinth.6.

Matth.5. tor,qui in tempore accepto ad ſe redit,pauper ſpiritu,humilis,contritus, ſuſpirans, credens,ſperans, & deſiderans, deum inuocat, is proculdubio uoti ſui non compos fiet, quoniam non fallet ueritas, pientiſſime ad ſe omnes laborantes inuitans. Matth.11. Venite(inquit)ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis,& ego reficiam uos.Tollite iugum meum ſuper uos,& in uenietis requiem animarum ueſtrarum.

Affectus bene uiuendi oranti neceſſarius.

VNde conſequens eſt, ut tametſi oratio noſtra ſoli miſericordiæ ac gratiæ dei(quæ etiam nos ad orandum incitat,& gratis quæ petimus donat)inniti debeat,oportere tamen, ut hanc fiduciam noſtrã affectus bene uiuendi ornet, & bona opera ſubſequantur. Hoc enim uult Apoſtolus,quum iubet ut orantes manus puras extollãt. Et Pſaltes ait: Pſal.14. Innocens manibus,& mundo corde,hic accipiet benedictionem a domino.Innocentium aſcendit oratio,ſi Aegyptium lutum oderint, & opera ti terrena declinent.Phariſæos dominus culpat,ꝗ deuorarent domos uiduarum,ſimulantes longam orationem. Lucæ.20. Hi,inquit,accipient damnationem maiorem.Quid ergo orationis effectui magis obſtabit,q̃ ſi uoluntas aut uita uoci non concordet?Ea uero demum(ut eſt in cantico quodam eccleſiaſtico)dulcis eſt ſymphonia,ſi uox uitam non remordet. Et diuus Iohannes ait: 1.Iohan.3. Chariſſimi ſi cor noſtrũ nõ reprehendit nos, fiduciã habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quando mandata eius cuſtodimus,& ea quæ ſunt placita coram eo,facimus.

Ieiunium & eleemoſyna oratione faciunt alacriorem.

IN primis aũt ſcriptura duo opera cõmendat, quæ nos ad orandum expeditiores & alacriores faciunt, ſi tamen in fide & charitate fiant, nempe ieiuniũ & eleemoſynã. Bona eſt(inquit Tobias) Tobiæ.4. oratio cũ ieiunio & eleemoſyna,magis q̃ theſauros auri recõdere. Nec Chriſtus temere hæc tria,nempe ieiunium,eleemoſynã,& orationẽ,apud Mathæum.ca.vi.cõ Matth.6. iungit.Et Eſaias ca.lviii.ſic copulat,perinde atq; neceſſario cohærentia. Eſaiæ 58. Nec eſt quiſquam tam ſtupidus, qui nõ uideat hæc tria ꝓpemodum indiſſolubili uinculo cohærere oportere, præſertim ſi oratio in deprecãda ira dei efferueſcere debeat. Oratio enim aſcenſus mentis eſt in deum, ſed Lucæ.21. quum crapula,ebrietate & curis huius mundi corda noſtra aggrauant, fit ut nõ poſſint in deum reſpicere,ſeu in oratione (quod neceſſe eſt) uigilare. Vigilare in oratione neceſſe eſt. Vigilate(inquit Chriſtus)& orate. Matth.26. Dein,Si quis habens ſubſtantiã huius mundi,& uiderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit ui- 1.Iohan.3. ſcera ſua ab eo,quõ charitas dei manet in eo? & qua tãdem fronte, is ui- Eſaiæ.58. ſcera miſericordiæ dei noſtri implorabit,q uiſcera clauſerit fratri?Quãobrẽ Eſaias uerã rationẽ ieiunandi(quæ eſt abſtinere a peccato) ac dãdi eleemoſynã & orandi docens, ſic ait:Nonne hoc eſt magis ieiuniũ,quod elegi?Diſſolue colligationes impietatis,ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos(qui confracti ſunt)liberos,& omne onus dirumpe,frange eſurienti panem tuum,& egenos,uagosq; induc in domum tuam. Quum uideris nudum,operi eum,& carnem tuam(hoc eſt proximum tuum)ne

deſpexeris. Tunc inuocabis,& dominus exaudiet,clamabis,& dicet. Ecce adſum,quia miſericors ſum dominus deus tuus.

IAm(ut putamus)ſatis ſuperq; oſtẽdimus,quomodo affectos eſſe oporteat ad orationem acceſſuros. Id autem doceri omnino & ante omnia oportebat,atq; adeo ſemper inculcari,q̃ i affectu ſpiritus ſeu cordis tota orationis uis conſiſtat. Nam ab hoc oratio & incipere,& in eodẽ progredi,& deſinere debet,quamuis affectus orandi,hoc eſt,deſiderium uitæ cœleſtis,quod ad ſe attinet,in Chriſtiano nunquam deſinat, etſi uerba finiãtur. Qui hoc intelligit,facile uidet,quo pacto Chriſtus nõ diuerſum, ſed unum atque idem ubique præceperit, quum alibi iubet, ut orantes non multum loquamur. Alibi uero dicat,oportere ſemper orare, & nunquam deficere. Quo tamen uterq; locus adhuc dilucidior fiat (q̃ hic tota rei uis conſiſtat) In primis diligenter intuendum eſt, quod Chriſtus apud Iohannẽ mulieri Samaritanæ, opinanti orationis uim loco ſeu rebus exterioribus alligatam eſſe,reſpõdit:Mulier,crede mihi,quia ueniet hora,quando neque in monte hoc,neque in Hieroſolymis adorabitis patrem. Venit hora,& nunc eſt,quando ueri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu & ueritate.nam & pater tales quærit,qui adorẽt eum. Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum, oportet in ſpiritu & ueritate adorare. Quibus uerbis hoc admonere uoluit Chriſtus, Deum (qui ſpiritus eſt) in homine,non carnem,ſed eam partem potiſſimum reſpicere, quam ad ſimilitudinem & imaginem ſuam creauit,nempe ſpiritũ & mentem,q̃q; oratio non ſit alligata certo loco, tempori, uerbis præſcriptis, aut aliis externis cerimoniis (quamuis tamen interim externa iſta omnino contẽmnenda nõ ſint,ſi recte adhibeantur)ſed in ſynceritate animi, qua coli uult deus,nobis per coæternam ſibi ſapientiam inclamans: Fili,præbe mihi cor tuum: habe fiduciam in domino ex toto corde tuo: in omnibus uiis tuis cogita illum,& ipſe diriget greſſus tuos. Hic certe eſt uerus dei cultus,quod etiam non latuit eum,qui Catonis nomine pueris prælegitur. is enim ſic orditur: Si deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt, Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus. Homo quidem uidet ea,quæ parent,deus autem intuetur cor:& rurſus,Deus ab homine tantum, qui mundo corde eſt,uidetur. Proinde Dauid orat, ut deus cor mundum in ipſo creet,& ſpiritum rectum innouet in uiſceribus eius.

CHriſtus ergo quum doceret nos orare,ſic ait:Et quum oratis, non eritis ſicut hypocritæ,qui amãt in ſynagogis & in angulis plateaȝ ſtantes orare,ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis,receperunt mercedem ſuã. Tu autem quum oraueris,intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio,ora patrem tuum in abſcondito:& pater tuus, qui uidet in abſcondito,reddet tibi. Orantes autem,nolite multum loqui(ſicut ethnici faciunt)putant enim q̃ in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater ueſter quid opus ſit uobis, antequã petatis

In affectibus piis tota orationis uis cõſiſtit.

Conciliantur loci de orando.

Matth.5.

Verus dei cultus in ſpiritu.

Iohan.4.

1.Regũ.16.

Prouer.3.

Cato.

1.Regũ.16.

Matth.4.

Pſal.50.

In ueritate, hoc eſt ſe poſito omi fuco,oportet orare.

Matth.6.

Incubiculũ cordis chrs iubet itrare orantẽ,idq; clauſum. Auguſti.de ſerm. dñi in monte.

eum. Hactenus dominus apud Matthæũ. Quod uero eſt iſtud cubiculum, in quod nos intrare iubet Chriſtus, niſi cubiculum cordis? qđ tamẽ adhuc nõ ſufficit intrare, niſi claudatur. Nã ſi inter orãdum oſtium cordis noſtri pateat, & ea quæ foris ſunt per carnalem ſenſum incogitatiões noſtras improbe ſe immergant, ſynceritas orationis maculatur, quo minus ſpiritalis oratio dirigatur ad patrem. at quum clauſum eſt oſtium tum pater qui uidet in abſconſo, ideſt qui inſpicit abdita cordis, reddet oranti. Et ut Chriſtus in hac re nos attentioris faciat duos admodum paruos affectus pari cenſura damnat. Alterum, q̃ eſt Iudæorũ, Alterum ethnicorum. Iudæi hippocritæ quærunt apud homines ſpectari, & uideri ſancti, quemadmodum Chriſtus eos increpans, ait: Vos eſtis, qui iuſtificatis uos corã hominibus, qui hunc fructum orationis potiſſimũ quærunt, ut hominibus placeant. Ethnici exercendæ linguæ potius, q̃ mundando aĩo dant operam, toti ſuperſtitioni dediti, putantes ita agi cum deo, perinde atq; cum hoĩe agitur, qui ſæpe multis tandem uerbis ſententiã licet inquã, adducitur. Sed unus ille & uerus magiſter dicit: Nolite aſſimilari illis nimirum; quia deus nouit corda, & qđ hominibus altum eſt, abominatio eſt ante deum, apud quem ſola uerborũ replicatione nõ eſt opus, cum ſciat, quid opus ſit nobis, priuſquã petamus eum. Si enim uerba multa ad id proferunt, ut inſtruatur & doceat ignarus, quid opus uerborũ replicatione apud eum, cui oĩa patent? Sola, inquam, replicatione uerborũ abſq; affectu nihil opus eſt, quam Chriſtus per multiloquiũ uult intelligi, hoc eſt, multum ſermonem abſq; deuotione profuſum, nõ autem prolixas ad diuturnas preces, pie ac ex intimo affectu deprõptas.

Affectus Iudaicus in orãdo. Lucæ. 16. Affectus ethnicus. Matth. 6. Quid chriſtus intelligi uoluerit per multiloquiũ.

Nam & de ipſo domino ſcriptum eſt, q; pernoctauerit in orando, & q; prolixius orauerit, quo nobis ad ſe imitandum exemplum præbere uolebat. Conſtant ergo ſibi, & ut non debeamus orãdo multum loqui, & tamen ſine intermiſſione orare. Is multum loquitur, qui in ſola multorum uerborum prolatione non adhibita mente, cõfidit, tanq̃ eo fiat ut exaudiamur, quo loquaciores ſumus. Is ſine itermiſſione & multum orat, nec tamen multũ loquitur, qui continuato deſiderio ac diuturua & pia cordis excitatione, in fide, ſpe, & charitate deum pulſat, intentus in unum illum, quod Chriſtus dicit neceſſarium. Neq; enim Chriſtus hoc uolebat, ut nullis uerbis orantes uteremur, alioqui nõ docuiſſet nos, q̃bus uerbis pãtrẽ cõpellaremus, ſed uanũ ſine mente ſonũ, multiloquio ſignificauit.

Orõnes chriſtianorum, & breues, & ꝑpetuæ eẽ debent. Lucæ. 6. Et mente & uoce orãdũ. Lucæ. 10.

Quæſtio. Cur deus uelit nos petere q̃ ſcit, quibus egemus anteq̃ orẽ. Dilutio: Auguſti. ad Probam, & libro de magiſtro.

SEd mouere poteſt alicuius mentem, quur deus, qui nouit, quid opus ſit nobis antequam petamus eum, & paratus eſt bona data dare filiis ſuis, petere tamen nos, quærere, & pulſare compellat? Sed facile hæc dubitatio ſubmouebitur, modo intelligamus deum non hoc cupere, ut uoluntas noſtra ſibi per uerba innoteſcat, quam non poteſt ignorare, ſed uult in oratiõibus exerceri deſiderium noſtrum, quo poſſimus accipere, quod ille præparat dare. Ille quidem dare paratus eſt, ſed nos ad accipiendum anguſt

dũ anguſti & inidonei ſumus, niſi aĩum orõne excitemus ac dilatemus.

PRoinde non tantum uerbis,ſed & per certa interualla horarũ & tẽporum rogamus,non quod uis orationis,uerbis & tẽpori ſit alligata,ſed ut illis rerũ ſignis noſipſos admoneamus,quantumq; in hoc deſiderio donorum cœleſtium profecerimus,nobiſipſis innoteſcamus,& ad hoc agendum noſipſos acrius excitemus. Vnde quod Apoſtolus ait: Sine intermiſſione orate,nihil aliud eſt, quam beatam uitam,& quæ huc ſpectant & conducunt,ab illo,qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderare. Semper ergo oramus, quum hanc a dño deo deſideramus.Sed ideo ab aliis curis atq; negotiis,quibus ipſum deſiderium quodammodo tepeſcit,certis horis ad negotiũ orandi mentem reuocamus, ut uerbis orationis noſipſos admoneamus,in id quod deſideramus,intendere,ne quod tepeſcere cœperat,omnino frigeſcat & penitus extinguat, niſi crebrius inflammetur. Vnde & illud,quod idem Apoſtolus ait: Poſtulationes ueſtræ innoteſcant apud deum,non ſic accipiendum eſt,tanquã deo innoteſcãt,qui & anteq̃ eſſent, utiq; nouerat,ſed nobis innoteſcant apud deum per tolerantiã non apud homines per iactantiam.

Cur eccl'ſia oret per interualla temporum.

Sine intermiſſione orare quid.

Roma.12.
Ephe.6.
Coloſſ.4.

Poſtulationes noſtras deo innoteſcere quid.

QVæ cum ita ſint,tum cum diu orare uacat,id eſt,cum alia bonarum & neceſſariarũ actionum nõ impediũt officia(quãuis & in eis,ut diximus,deſiderio illo ſemper orandum ſit)id ut fiat,omnino utile eſt,ſic tamen ne per productiores moras euaneſcat atq; hebeteſcat intentio.Quamobrem pium ac ſanctum inſtitutum eſt,quo ſacerdotes legendis horariis precibus alligantur. Nam ſacerdotes ut a ſecularibus negotiis omnino uacent,& ut pro populo dei in his quæ ad deum ſunt curam agant,ordinantur,perinde atq; uiduæ primitiuæ eccleſiæ,quarũ erat perſiſtere in oratione nocte & die,quemadmodũ de Anna filia Phanuel legimus,quod non diſcedebat de tẽplo,ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte & die.Sacerdotes itaq;(q; ipſis præ aliis negotiis uacet)horarias preces recenſere decet:atq; ignaui illi ſacerdotes reprehẽdẽdi ſunt, qui quod dicunt,uel non intelligunt, uel quod legunt,non attendunt, de quibus dixit Eſaias:Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe eſt a me,qui nondum eo ſcientiæ ſunt prouecti,ut intelligant orationem ex intimis cordis penetralibus proficiſci oportere, quemadmodum Pſaltes ait:Confitebor tibi domine in toto corde meo. Item: Dñe, ante te omne deſiderium meum. Item: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Et iterum:Adhæſit aĩa mea poſt te. Et, Iuxta eſt dñs his,qui tribulato ſunt corde,& his mille ſimilia in Pſalmis obuia.Quos ignauos ac ſtupidos clericos acriter corripere oportet,& docere,quid uelit diuus Apoſtolus,quum iubet nos pſallere ſpiritu,pſallere pariter & mente,orare ſpiritu,orare pariter & mẽte. Alioqui ſi ſcientiam repellũt, repellet eos dñs, ne ſacerdotio fungantur ei. Quod & iuſto dei iudicio quotidie fieri uidemus,puniente deo ſtupiditatem cleri ſui etiamnum ſurdi & obaudiẽtis.

Auguſti.ad Probam.

De horariis precibus.

1.Timoth.5.
Lucæ.2.
Anna filia Phanuel.

Eſaiæ.29.
Matth.15.

Pſal.110.
Pſal.37.
Pſal.75.
Pſal.62.
Pſal.34.

1.Corin.14.

Abſit ergo (ut reuertamur tandem unde paululum digreſſi ſumus) ab oratione multa loquutio, & uerba ſuperflua, ſed non deſit multa precatio. Et intelligant omnes plus quidem gemitibus q̃ ſermonibus hoc negotium agi plus fletu q̃ afflatu. Ponit enim deus lachrymas noſtras in conſpectu ſuo, & gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo: q̃q̃ interim, ut ei uerbis noſtris non ſit opus, nobis tamen neceſſaria ſint, quibus cõmoueamur. & inſpiciamus quid petamus non euorum replicatione, nõ adhibita feruenti intentione, dominum docendum ſeu flectendum eſſe credamus. Fideliter ergo hoc retinendum eſt, ut quemadmodum hæc ĩtentio obtundenda non eſt prolixitate ſermonis, ita ſi perdurauerit, non cito eſſe rumpendam, & tamen interim in omni actione noſtra pio illo deſiderio ſola etiamnum mente orandum & colendum deum per Chriſtum, quod monuit Paulus: Omnia (inquiens) quæcũq; facitis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes patri per ipſum. Certi ꝙ tanto ad gratiam dei capiendam capaciores erimus, quanto dei miſericordiam fidelius credimus, ſperamus firmius, deſideramus ardẽtius.

Nobis uerborum profuſio neceſſaria.

Pſal. 37.

Auguſti. ad Probam.

1. Corin. 10.

Coloſſ. 3.

NEc hoc omittendum eſſe putamus. Non eſſe aſpernenda templa ac alia loca ſacra, quæ ad hoc facta ac conſecrata ſunt, ut conueniatur illuc ad orandum, audiendum uerbum, & communicandum corpori dominico, propterea Oratoria dicta, ꝙ ſint domus orationis, ut ꝑinde in illis nihil aliud agi oporteat, q̃ id, ad quod ſunt facta. Nam & in templum, cubicula illa noſtra nobis portanda ſunt, quæ inter orãdum claudamus, hoc eſt, corda noſtra, quæ ſunt uiua templa dei. Nec ſcriptura fruſtra recitat, ꝙ Apoſtoli ſimul cum omnibus qui credebant, quotidie perdurauerint unanimiter in templo. Et, alibi ſæpe ꝙ uno in loco unanimiter in oratione & obſecratione perſeuerauerint, nõ ꝙ a loco oratio uim recipiat, aut ꝙ ibi ſolum orandum ſit, quum Paulus dicat, Volo autem uiros in omni loco manus puras leuare. Sed ꝙ deus unanimẽ eccleſiæ ſuæ orationem expoſcat, ad quam nos templa inuitant. Quum enim unum corpus ſimus, decet nos conuentus & unanimis oratio. Nã (ut Chriſtus ait) ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Et iterum: Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quácunq; petierint, fiet eis. Idẽ de piis eccleſiæ inter orandum cerimoniis ſentiẽdum eſt, ut nequaq̃ contemnant, quę recte & magno cum fructu adhibentur, ſi uel ad incitandum nos, uel ut omnia ſecundum ordinem fiant, uel ut hæc exterius repræſentent quod intus agitur, adhibeantur, atq; hæc non mentis intentionem præcedant, ſed ſubſequantur. Nam quum mens & ratio in hoc nobiſcum corpore concluſa ſit, ſic ut animus totam hominis molem regere debeat, nequaq̃ a pietate abhorrens eſt, ſi corpus dominam ſuam rationem ſeu ſpiritum tendentem ad deum, & ad illum propius ſe applicare cupientem, ſuis quoq; motionibus, ſuis compoſitionibus & figuris, ſuo habitu ac geſtu ſubſequi

Non ſunt aſpernanda tẽpla orationi dedicata.

Auguſti. de ſerm. dñi in monte.

2. Corin. 6.

Acto. 1.

1. Timo. 2.

Templa inuitant nos ad unanimem orationem.

Ephe. 4.

Matth. 18.

Quid ſentiẽdum de piis eccleſiæ cerimoniis.

1. Corin. 14.

Auguſti. ad Probam.

conetur. Quod ſi in omnibus plane agendis, tractandis, cōſiderandiſq; rebus, corporis conſenſu & miniſterio animus utitur, num in adorando ac uenerando deo, illius tantum reiiciet ſocietatem? Iure itaq; ac pie fit, ut ſiue animus peccati & culpæ conſcius ſe proſternat atq; abiiciat corā deo, corpus quoq; eundem geſtum, eundemq; actum ſubeat, ſiue agēdis pro accepto beneficio gratiis, mentem ad deum, cogitationemq; tollamus, eandem mentis ad deum ſublationem, uultus, oculi, manuſq; ſequātur. Iam illæ pectorum percuſſiones, capitum inclinationes, genuum inflexiones (quæ paſſim in cōmuni eccleſia adhibentur) imitationes ſunt & ſimulachra animi, uarios in ſe affectus erga deum ſuſcipientis. Quæ ſi falſo & per ſimulatiōem uſurparenť, eſſentq; ementita atq; ficta, maximum nimirum hoc crimen & nefaria improbitas ſceleratæ mentis eēt. Sed ſi ita res ſe intus habet, ſi eſt uoluntas rite conuerſa ad deum, ſi aīus, ſi mens, ſi ratio in ipſo deo uere collocata eſt, cur repellamus corpus a pietatis huius & uenerationis erga deum conſortio? quod Paulus non addubitauit uocare templum ſpūs ſancti, & quod in partem immortalitatis & gloriæ apud deum aliqñ futurum eſt. Nam q̧ & detecto capite uiros, uelata coma mulieres in eccleſia orare uult Paulus num non ad externas id pertinet cerimonias? Præterea percuſſio pectoris, necnon deiectus oculorum in terrā, quæ ſunt in publicano illo ſibi ueniā a deo precante per dominum Ieſum Chriſtum expoſita, nonne in corpore ſunt teſtimonia animi cum deo humiliter colloquentis? Atq; adeo, quid eſt q̧ dñs ipſe ad orationem accinctus, uix unq̄ aliter q̄ ſubleuatis in cœlum oculis, ac genibus flexis in terris, totoq; geſtu corporis affectum mentis indicante oraſſe legiť? Sanctæ ergo hæ, ac in uniuerſum ceteræ piæ illæ ac antiquiſſimæ eccleſiæ cerimoniæ, in eccleſia adhibenť, modo tamen ſic (ut diximus) adhibeantur. Abſitq; ut aſſentiamur iis, qui dicunt Chriſtum has cerimonias quæ pietati ſuffragantur damnaſſe. Traditiones & mandata hominum auerſantium ueritatem, quibus irritum fit præceptum dei, & mandata dei relinquuntur ut illa ſtatuanť, dānauit Chriſtus. Non autem damnauit pios ritus ad cultum & obſeruationem præceptorum dei cōducibiles, quos ipſe quoq; obſeruauit. Rectiſſime ergo Auguſtinus unam hanc ſaluberrimam regulam in hiſce ritibus retinendam eſſe docet, nempe ut quæ non ſunt contra fidem, neq; cōtra bonos mores, & habent aliquid admonendum pie animum, aut ad exhortationem uitæ melioris non inutile, ea ubicunq; inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſic tamen, ut ea quæ præcipua ſunt, etiam præcipuas partes teneant, & cerimoniis non aliter quam cerimoniis utamur.

1. Corin. 6. *1. Corin. 11.* *Lucæ. 18.* *Johan. 11. 16.* *Matth. 26.* *Marci. 14.* *Lucæ. 22.* *Marci. 7.* *Titum. 1.* *Auguſt.* *Regula in cerimoniis tenenda.* *Matth. 23.* *Lucæ. 11*

HVcuſq; docuimus, quid ſit oratio, quid de deo qui oratur præſumendum, Quomodo & quo affectu ad oratione accedēdū. Qualem orationem eſſe oporteat, & unde pficiſci, Breuiter q̧ oratione quæ

Epilogus.

deo ſit placitura, cœlumq́ penetratura, non ambitioſam, aut temerariã, ſed fidelem, humilem, & uerecundam, non deſperantem, aut uacillantẽ, ſed certa fiducia de dei miſericordia ſperantem, non deniq́ frigidam aut tepidam, ſed charitate efferueſcentẽ eſſe, & ex intimis ipſis cordis affectibus prodire neceſſe ſit.

EXPOSITIO ORATIONIS DOMINICAE.

Quæ a deo petenda ſint

Matth. 6.

Reſtat nunc, ut ex diuinis ſcripturis doceamus, quænã a deo petenda ſint. hunc ſiquidem ordinem ſeruat Chriſtus, ut primum orandi modum doceat, deinde quid petendum ſit, præſcribat. Supra de orationis ſcopo ac fine, ad quẽ omnis oratio referenda eſt, diximus. Sed quoniam interim dum adhuc in hoc corpore a domino peregrinamur, innumeris tentationibus impetimur, quibus hoc unũ perpetuo agunt ac moliuntur, mũdus, caro, & diabolus, ut nos ab uere unico ille fine (quæ eſt uita beata) modis omnibus auertant, merito oratio in ſpecies quaſdam petitionum diducitur, quibus tot tentationum generibus reſiſtatur. Omnis ergo petitio, aut in appetitione bonorum, aut remiſſione male commiſſorum, aut deprecatione malorum futurorum conſiſtit: Qua de re Chriſtus uita, author, dux, & rector noſter, qui uenit in hunc mundum, ut omnem hominẽ illuminaret, ac uiam ſalutis æternæ monſtraret, ipſe uia, ueritas, & uita, etiam orandi formam dedit, ut certi eſſemus nos recte petere, quum bona, quæ ille iuſſit, peteremus, & mala deprecaremur.

Pſal. 26.

Scopus oïs petitiõis triplex.

Iohan. 14.

Iohan. 1.

Non inutile autem uidetur, ut hic rememoremus Chriſtum tradẽdo orationem dominicam, non tam nos quædam præſcripta uerba docuiſſe, q̃ res quas peteremus: Verba autem orationis dominicæ in hoc tantũ eſſe tradita, ut ipſis memoriæ mandatis, rerũ a deo petendarũ recordaremur. Apud deum enim (quemadmodum ſupra diximus) non agimus uerbis, ut impetremus quod uolumus, ſed rebus, quas animo gerimus, & intentione cogitationis, idq́ per fidem & ſpem, cum dilectione pura & ſimplici affectu. Proinde mens orantis non debet in uerba orationis dominicæ tantum reſpicere, ſed magis dilatari, & quod in ſe eſt, orando q̃plurima complecti, quæ ſub his uerbis longe omnium fœcundiſſimis continentur.

Auguſti. de ſerm. dñi in monte.

Eſt enim oratio dominica multis nominibus aliis quibuſlibet orationibus anteponẽda. Primum, quod non ab hominibus, ſed a filio dei (qui eſt uerbum & ſapientia patris, deus de deo, doctor uitæ, & ſummus ac cœleſtis magiſter) nobis tradita fuerit. Ex quo hunc fructum referimus, q̃ certi ſumus, & nequaquam dubitare debemus, non poſſe hãc precationem ad aures dei nõ aſcendere, quã dei filius deus docuit. Quomodo

Oratio dñica aliis quibuslibet anteponenda.

Chryſoſt.

Auguſt.

modo enim pater filii ſui, imo ſua uerba, quæ per filium ſuũ nos docuit, Cipryanus in
non agnoſcet, qui uoluit, & præcepit, ut nunc unicũ filium ſuum audi- oratione do
remus, imo quomodo non audiet Chriſtum in nobis ſua uerba reſoná- minica.
tem, quem ſemper audit? Non dubium enim Chriſtum in nobis loqui Matth.17.
per ſpiritum ſuum, ſi tamen ipſe intus habitet in pectore, qui eſt in uoce. 2.Petri.1.
Et quum ipſe docuerit, patrem in ſpiritu & ueritate adorandũ, quæ po- Iohan.14.
teſt eſſe magis ſpiritalis oratio, q̃ quæ a Chriſto nobis data eſt, a quo no- Roma.8.
bis & ſpũs ſanctus miſſus eſt? Et quæ efficacior apud patrem oratió eſſe 3
queat, q̃ eius, quem habemus aduocatũ pro peccatis noſtris? qui & polli- Iohan.4.
citus eſt, dicés: Quia quodcunq; petieritis a patre in nomine meo, dabit Iohan.15.
uobis, quanto efficacius ergo impetramus, ſi quod petimus in Chriſti Lucæ.24.
nomine, ex eius etiam inſtituto & præſcripto petamus? 1.Iohan.2.
1 ohan.14.

SEcundo, oratio dominica cæteris iure antefertur, q̃ totum comple-
ctatur, quod recte a deo peti poſſit, atq; adeo nihil inuenies, tametſi Oratio dñica
omnes pias ac ſanctas precationes, quæ tota ſcriptura, maxime uero in totum cóple
Pſalmis continentur, percurras, quod non iſta dominica compendio cõ- ctitur, qcqd
tineat & concludat oratio. Vnde liberum quidem eſt aliis atq; aliis uer- a deo peti po
bis orare, modo tamen eadem, quæ hac oratione cõtinentur, petamus. teſt.
Sed alia orare, liberum non eſt. Quamlibet enim alia uerba dicamus ni- Auguſti. ad
hil aliud dicimus, q̃ quod in iſta dominica oratione poſitum eſt, ſi recte Probã. cap.
& cõgruenter oramus. Qui ſecus orat, is certe carnaliter orat, & neſcio 11.&.12.
cur non illicite oret, q̃ ſpiritu renatos non niſi ſpiritaliter orare ſit ne- Iohan.4.
ceſſe. Porro tãtam eſſe orationis dominicæ amplitudinem, facile poteſt 1.Corin.14.
intelligi, quum ſingulæ eius partes ad alias ſanctorum orationes con- Pſal.66.
feruntur. Qui dicit: Illuminet deus uultum ſuum ſuper nos, & mi. crea-
tur noſtri, ut cognoſcamus in terra uiam tuam, in omnibus gẽtibus ſa-
lutare tuum. Et, clarificare in omnibus gentibus, ſicut clarificatus es in Eccl.36.
nobis, quid aliud dicit, q̃ ſanctificetur nomen tuum? Quid dicit, Deus Pſal.79.
uirtutum conuerte nos, & oſtẽde faciẽ tuam, & ſalui erimus, quid aliud
dicit, q̃ adueniat regnum tuum? Qui ait: Vias meas dirige ſecundũ elo-
quium tuum, quid aliud precatur, q̃ fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & Pſal.118.
in terra? Qui precatur, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tan-
tum uictui meo tribue neceſſaria, nihil fere aliud dicit, quam, Panem no- Prouer.30.
ſtrum quotidianum da nobis hodie, niſi quod hic articulus orationis
dominicæ ſe latius porrigit, quod infra oſtendemus. Quũ Dauid orat, Pſal.131.
ut dominus meminerit manſuetudinis eius (quæ tãto in eo erat, ut corã
deo diceret, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab ini- Pſal.7.
micis meis inanis) quid aliud precatur, q̃ dimitte nobis debita noſtra, ſi-
cut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Rurſus, qui dicit, Et non do-
minetur mei omnis iniuſtitia. Item, aufer a me concupiſcentias uentris, Pſal.118.
& deſiderium concubitus ne appprehendat me, haud aliud dicere uide- Eccle.23.
tur, q̃ ne nos inducas in tẽtationẽ. Denique qui dicit, Libera deus Iſraël

Pſal. 58. ex omnibus tribulationibus ſuis. Item, Erue me de inimicis meis deus meus, & ab inſurgētibus in me libera me, is utiq; nō aliud orat, q̄ libera nos a malo. Quanquam interim animaduertendum eſt, ſingulas orationis dominicæ ſententias perfectionem quandam uirtutis conclude re, quod in aliorum ſanctorum orationibus, quantumlibet piis, uti in hac ipſa dominica precatiōe reperire non eſt, adeo ut beatus ille Cyprianus huius dominicæ orationis ſublimitatem ſatis demirari non potue rit. Qualia (inquiens) ſunt fratres dilectiſſimi orationis dominicæ ſacramenta, q̄ multa, quam magna breuiter in ſermone collecta, ſed in uirtute ſpiritualiter copioſa, ut nihil omnino prætermiſſum ſit, quod non in precibus, atque orationibus noſtris, cœleſtis doctrinæ compendio comprehendatur.

Orationis dominicæ perfectio.

Chryſoſt. in Matthæū hom. 20.

Cyprianus in orationem dominicam.

Cyprianus in orationē dominicam.

TErtio. Oratio dominica cæteris præſtat uel ex ratiōe, q̄ nulla alia oratio ita affectum in deum excitet, aut ad pietatem uitæ & omnem uirtutem nos cohortetur, perinde atque hæc oratio, quod dilucidius fiet, quum particulatim exponetur, id quod nunc facere aggredimur.

PATER NOSTER QVI ES IN COELIS.

PATER. Quis facile animo complectatur, quanta ſit domini circa nos dignationis & bonitatis ubertas, qui nos ſic uoluerit orationem incipere, ut deum, patrē uocatemus, quod non ita obuium eſt in ueteri teſtamēto, quum nuſquam ſit præceptum filiis iſrael, ut deum patris nomine orando compellarent, ſed domini nomen eis inſinuatum eſt, tanquam ſub lege ſeruientibus. Et quum Abraham uir tantus (qui amicus dei appellatus eſt) non abſque multo tremore ad dominum loquutus ſit, Ne indigneris (inquiens) domine, ſi loquar ad dominum meum, quum ſim puluis & cinis, quis noſtrum deum illum conditorem, ſeruatorem, ac moderatorem omnium, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris, patris nomine compellare, & ſibi honorificentiſſimum nomen filii dei, quo nec angelos ſuos dignatus eſt, uendicare auſit, niſi ille iuſſiſſet? Dicimus ergo, Pater non tam, quod pater noſter non ſit ratione creationis, ſecundum id quod dictum eſt, Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, fecit, & creauit te, ſed magis ratione adoptionis, qua gratuita pietate, nos in filio ſuo renatos, in huius nominis honorē adoptauit, ac poteſtatem fecit, quotquot eum receperunt, ut filii dei fierent, qui credunt in nomine eius. Serui peccati eramus, infeliciter geniti ex Adam. Satanæ filii eramus, cuius inſtinctu, ad omne malum ſolicitabamur. Sed ille, quum adhuc inimici eſſemus, noſtri miſertus, per unigenitum filium ſuum Ieſum, nos a ſeruitute peccati exemit, a patre diabolo emancipauit, a morte perpetua & æterni ignis hereditate uindicauit, ac

Chryſoſt. in Matthæū hom. 20.

Auguſt. de ſerm. dñi in monte.

Deut. 5.

Roma. 8.

Gene. 18.

Heb. 1.

Cur deum appellemus patrem.

Deute. 32.

Roma. 8.

Iohan. 1.

Roma. 6.

Ephe. 2.

Roma. 5.

Dei ergā nos benignitas.

per fidem & baptiſmum in filii ſui corpus inſitos, tum in nominis, tum in hæreditatis conſortium adoptare dignatus eſt, hæredes quidem dei, fratres autem & cohæredes Chriſti. Et ne quid diffideremus eius erga nos pietati, pignus quoddam ſuæ erga nos charitatis cœlitus immiſit in animos noſtros, ſpiritum filii ſui, qui propulſato timore ſeruili, nõ ue retur in cordibus noſtris clamare, Abba pater. Roma. 8. Spũs eſt qui clamat in cordibus noſtris pater.

Dicendo ergo, Pater, In primis gratias agimus deo, ꝙ non ex meritis noſtris, ſed gratuita adoptione facti ſimus filii dei, ꝓfitemurꝗ; hoc noíe nos in baptiſmo renũciaſſe patri diabolo, & oíbus opibus ei⁹, iamꝗ; ſolũ noſſe & habere cœpiſſe nos patrẽ, qui ſit in cœlis, cuius potẽtia, conditi ſumus, quum nihil eſſemus, cuius bonitate reſtituti ſumus, quum periſſemus, cuius ſapientia gubernamur & cõſeruamur, ne reuoluamur in exitium. In quam ſententiã dominus dixit: Nolite uocare uobis patrem ſuper terrã. unus eſt enim pater ueſter, qui in cœlis eſt. Secundo, quũ homines dicunt deo, Pater, excitatur in ipſis ſupplex affect⁹, maxime ubi deũ in propheta ſic loquentẽ rememorant. Si ego pater, ubi eſt honor meus? Itidem erga deũ charitas accẽditur & inardeſcit. Quid. n. charius filiis debet eſſe, q̃ pater? Quædam inſuper impetrandi præſumptio ac fiducia cordi innaſcitur. Quid. n. deus non det iam filiis petentibus, quũ hoc ipſum ante dederit ut filii eſſent? Poſtremo, quũ dicim⁹, Pater, non uulgaris cura aíum noſtrum tangere debet, ne tali patre ſimus indigni, ut quomodo nos nobis placemus de deo patre, ſic ſibi placeat et ille de nobis, ut cõuerſemur quaſi dei tẽpla, ut deum in nobis cõſtet habitare. Nec degeneret actus noſter a ſpiritu, ut qui cœleſtes & ſpirituales eſſe cepimus, ut non niſi ſpiritualia & cœleſtia cogitemus & agamus. Nam ut inquit Paulus, Non eſtis ueſtri, Empti eñ eſtis pretio magno, exultate & portate deum in corde & corpore ueſtro. Cauendum ergo nobis eſt a peccatorum ſordibus, ꝙ quamdiu peccamus, deſideria carnis inſequentes ac perficientes in filiorum dei catalogũ aſſcribi nõ poſſimus, ipſo domino dicente: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Cauendum quoꝗ;, ne in digna filiis petamus mobilia cum Iſmahele filio ancillæ, ſed immobilia cum Iſaac filio liberæ. Si filiũ dei te credis, pete quæ te deceant accipere, & illum dare. Si carnalia petis, ut in illis cõquieſcas, qũo illa præſtabit, quæ quũ hẽas, præcepit ut cõtẽnas? Quaſi filii ergo agere dẽmus, ut quod eſſe dicimur, actu, & reipſa, probemus. Iohan. 1. Titum. 2. Roma. 6. 1. Petri. 3. Gene. 1. Iohan. 3. Matth. 23. Malach. 1. Iohan. 1. Lucæ. 11. Auguſt. 2. Corin. 6. 1. Corin. 6. Iohan 8 Gene. 16. Galat. 4. Gregorius

NOSTER. Parum eſt noſſe deum eſſe patrem niſi & eum patrem noſtrum eſſe credamus. in quem omnem curã & ſolicitudinẽ noſtram proiiciamus, ꝙ ipſi ſit cura de nobis, quos natiuitate grãæ ſpiritualis reparauit ac ſanctificauit & ſibi in filios aſſerit, tales etiam nos perpetuo habiturus, niſi tamen noſtra culpa ac malitia ab eo recedẽdo & mãdata eius ſpernendo, filii eſſe ceſſemus, quales erant Iudæi, ad quos dominus dixit, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis fa- Cyprianus in oratione dominicam. 1. Petri. 5. Iohan. 10. Eſaiæ. 1.

2 cere. Et in Eſaia: Filios genui & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt. Secū
Iohan. 1. do dicimus, pater noſter, non meus, quoniam hoc ſoli Chriſto conuenit,
Heb. 1. qui eſt ſolus filius per naturam, nos autem filii ſumus per gratiam & cō
munem adoptionem. Quod diſcrimen ut oſtenderet Chriſtus: Vado
Iohan. 20. inquit) ad patrem meum, & patrem ueſtrum. Non dicit, uado ad pa
trem noſtrum, ſed meum & ueſtrum, quoniam ipſe per naturam, nos per
3 gratiam filii. Tertio, noſter, dicimus, ut fraternæ charitatis, in quam nos
Chriſtus uocauit, meminerimus, & uota concordiæ emittamus. Ante
omnia enim, pacis doctor atq; unitatis magiſter, noluit ſigillatim & pri
uatim precem fieri, ut quis cum precatur, pro ſe tantum precetur. Non
enim dicimus, pater meus, qui es in cœlis, nec panem meum da mihi ho
die, nec dimitte mihi debita mea, nec & ne inducas me in tentationem,
aut libera me a malo, ſed publica nobis & communis eſt oratio. Non er
go ſibi quiſq; peculiariter rogat aliquid, ſed omnes uelut unius corpo
ris membra, eodem animata ſpiritu, quod in commune expediat, poſtu
lamus, & ubiq; non tam propria cōmoda, q̄ proximorū petimus. Quo
quidem pcandi modo Chriſtus diſcordias & inimicitias interimit, & ſu
perbiam reprimit, et humanarum rerum inæqualitatem, quod ad deum
attinet, prorſus expellit. Non enim cōuenit, ut fratres ambitione, odio,
liuore, contentione inter ſe diſſideant. Vnde quum dicimus, noſter, fra
ternæ pietatis, charitatis & hūilitatis admonemur, iuxta illud Malach.
ii. Nunquid nō pater eſt unus omnium noſtrum? nunquid nō deus unus
creauit nos? Quare ergo unuſquiſq; noſtrū deſpicit fratrem ſuum, uio
lans pactum patrum noſtrorum? Superbi phariſæi orationem auerſatus
Lucæ. 18. eſt dominus, quia non tantū nō cōmuni nomine, ſed cum contemptu
etiam proximi orauit, dicens: Non ſum ſicut cæteri homines, aut etiam
hic publicanus. Inuitantur ergo hic diuites, & genere nobiles, & quicūq;
cæteris in ſeculo præſtant, nō ſuperbire aduerſus pauperes & ignobiles,
quia ſimul dicunt deo, Pater noſter, quod nō poſſunt uere ac pie dicere,
niſi ſe fratres eſſe cognoſcant. Nemo ergo alium ſpernat, ſed magis pro
alio precetur, quum cōem patrem ſe in cœlis cum aliis hēre fateatur.

Chriſt. uult communem precationē.

I. Corin. 12.

Chryſoſt. in Mattheū. Apud deum quod ad humana attinet, ſumus æquales.

Malach. 2.

Auguſt. de ſerm. dñi in monte.

QVI ES IN COELIS.

Coeli appellatione quid contineatur.

Cœlum in ſcripturis, uocabulo generaliter accepto, oēm creaturā
dei ſupra nos exiſtentē, ſiue corporeā ſiue incorporeā ſignat, quem
Gene. 1. admodū Gene. i. legimus, deū in principio creaſſe cœlū & terrā, ubi Mo
ſes cœli noie cōplectitur oīa quæ ſurſum ſunt, aerē, ignē, corpa cœleſtia
oīa, cū ſpūalibus creaturis, quæ ſunt in cœlis & ſenſibus noſtris capi nō
pnt. Terræ uero noīe, quicquid deorſum iuxta terrā cōſpicitur, cū aquis
ipſis terræ cohærētibus, quaſi diceret, quicquid in toto mūdo uides uel
non uides, ſurſum ac deorſum initium habuit, aliquādo non fuit, a deo
uno & ſolo de nihilo conditum eſt, dei creatura eſt, atq; hoc eſt ſummū
dei oīpotētis Encomion ſeu Epitheton, quo dicitur ac appellatur ſubin

Terræ nomine quid.

Exordiū Geneſis explicatur.

de in ſcripturis deus, qui fecit cœlũ & terrã. Chriſtus itaq; quum nos ad orationẽ accinctos, hoc prooemio (Pater noſter qui es in cœlis) deũ cõpellare iubet, In primis reuocat nos ad uerã cognitionem creationis, ut intelligamus, quiſnã is ſit, quãtæ quoq; potentiæ, ſapientiæ ac bonitatis, quẽ petimus, nempe deus q eſt in cœlis, hoc eſt, q ut eſt creator cœli & terræ, ita implet, regit, & gubernat cœlos ac oĩa; quæ totius cœli ambitu cõtinentur. Non enim ideo in cœlis eſſe dicit, quaſi ipſe cœli ambitu cõcludat. Nã de eo Salomon dixit: Quem cœli cœlorũ nõ capiunt, ſed magis quia ſua uirtute cœlos continet, ſuamq; poteſtatem ad oĩa extendit, quemadmodum Romañ xi legimus: Per ipſum & cũ ipſo & in ipſo ſunt omnia. Et Epheſ. i. Qui omnia in oĩbus adimplet. Itidem Coloſſ primo Omnia in ipſo conſtant. Nec ideo in cœlis eſſe cõmemoratur, quaſi non etiam ſit in terris, quum ubiq; ſit deus, & maieſtatis ſuæ plenitudine, oĩa quantumlibet etiã abdita & occulta penetret, ſicut ſcriptum eſt: Nonne cœlum & terram ego impleo? Et in Pſalm. cxxxviii. Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, Etenim illuc manus tua deducet me &c. Et eccleſia ex Eſaia canit: Pleni ſunt cœli & terra maieſtate gloriæ tuæ. Sed potiſſimum in cœlis eſſe dicitur, q̃ ſua ineffabilis diuinitatis maieſtas, poteſtas, & gloria magis reluceat in cœleſtibus. Quẽadmodũ Dauid ait: Cœli enarrant gloriã dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentum. Et idcirco etiã precaturi, ad orientem uertimur, unde cœlum ſurgit, non q̃ ibi ſolum ſit deus, aliis mundi partibus relictis, ſed ut animus noſter ad deum tanquam ad omnium excellentiſſimam, maximamq; naturam cœli opificem erigatur. Nec ſine ratione pluraliter dicimus, in cœlis, ut omnes intelligant, quia ipſe in omnibus & ſuper omnia eſt, omnia gubernans ac moderans. Hæc autem contemplatio (quam nobis hiſce uerbis Chriſtus inculcat) cor dilatat, animum eleuat, ac ſummam ingenerat fiduciam. Nam ſi talem habemus patrem, cuius omnia plena ſunt, qui cœlos moderatur ac regit, quare non rogemus omnia ab illo, qui omnia poteſt, & cuius ſunt omnia: ut Apoſtolico certe ſpiritu dixerit Iacobus: Omne datum optimum & omne donum perfectum de ſurſum eſt. Et rurſus: Si quis indiget, poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Confirmamur quoque hiſce uerbis, ne ab ulla creatura, propitio deo, timeamus. Nam quum patrem noſtrum, qui filiis ſuis non poteſt non bene uelle, in cœlis eſſe profiteamur, fruſtra metuimus a ſtellis & ſignis cœli, quæ a benigniſſimo patre noſtro cœleſti ad bonum, proculdubio filiorum reguntur, atque hoc ipſo ſecernimur a gentibus idolatris, quas ne imitemur, dominus apud Hieremiam. x. præcipit, dicens: Iuxta uias gentium nolite diſcere, & a cœli ſignis nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorũ uanæ ſunt. Itaque qui fideli mente patrem qui in cœlis eſt compellat, is ſe totum

- Vis prooemii orationis dominicæ.
- In cœlis.
- 3. Regũ. 8.
- Roma. ii.
- Ephe. i.
- Deus ſicut in cœo, ita & i terra.
- Eſaiæ. 66.
- Prouerb. 15.
- Pſal. 138.
- Eſaiæ. 6.
- Cur deus potiſſimũ in cælis eſſe dicat.
- Pſalm. 18.
- Cyp. in oratione dñicã.
- Aug. de ſermone dñi in monte.
- Cur pluraliter dicimus in cælis.
- Iacobi. i.
- A nulla creatura timẽdũ, ꝓpitio deo.
- Lucæ ii.
- Hiere. io.
- Pſalm. 90.

dei protectioni committit, certus ſibi nullam poſſe nocere creaturam, quem tuetur omnis creaturæ opifex ac moderator, deus.

2 Diſcernend' pater cœleſtis a patre terreno.

Secundo, his uerbis docemur, diſcernere patrem cœleſtem a terreno, quem hic in mundo habemus. Terrenus enim (a quo hoc fragile corpus, non tamen ſine formatore deo accepimus) multis rationibus egens eſt, infirmus, ac imbecillis, qui ſi quid aduerſi accidat, mutare id non poteſt, nec certum habemus q̃diu maneat is pater, nimirũ mortis ĩperio ſubditus, Sic ut in talem fiduciam noſtram collocare neq; poſſimus neque debeamus. In quam ſententiam dixit Chriſtus: Nolite uocare uobis patrẽ ſuper terram. At quum patrem cœleſtem appellamus, patrem agnoſcimus longe meliorem & præſtantiorem, omnipotentem, fortiſſimum, beneficentiſſimum, & immortalem. Atque hoc ipſo profitemur iuſtum ac æquum eſſe, ut præ eo patrem, matrem, cognatos, neceſſarios, carnẽ quoque & ſanguinem contemnamus.

Matth. 23 · Matth. 10. · Lucæ. 14.

3 Cœleſtis pater, cœleſtes filios requirit. Chryſoſt. in Matthæũ · Matth. 6.

Tertio, his uerbis incitamur ad recolendum unde ſimus delapſi, nẽpe e cœlo, & quo rurſus tanquam ad deſtinatum locum felicitatis noſtræ, patre noſtro authore, redituri ſimus. Deinde, ut ſedulo cogitemus ac optemus, ut cœleſtis patris, cœleſtes quoque filii eſſe poſſimus, ab omni re mundana alieni, hoc eſt, ne quid præter animæ ſalutem & cœleſtem illã hæreditatẽ ſpectemus, ne huius mũdi concupiſcentiis decepti, ac irretiti in carnales filios degeneremus, ut plane erubeſcere debeat, qui his uerbis patrem cœleſtem compellans, nondum definit ſeſe terrenis immiſcere rebus.

4 Ambro. in Lucam. Auguſt. de ſerm. dñi in monte. Gene. 3. Roma. 10. Pſal. 18. 1. Corin. 3. 6. 2. Corin. 6.

PRoinde & ille intellectus allegoricus, quem diui, Ambroſius & Auguſtinus recenſent, nobis plurimũ probat, nẽpe, Pater, qui es ĩ cœlis idest, in angelis, ac ſanctorum, iuſtorumq; cordibus. Nam quemadmodũ peccator appellatus eſt terra, quum ei dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. Sic iuſti aptiſſima metaphora, & cœli dicuntur, & cœlis comparantur. Quemadmodum Paulus Apoſtolus Pſalmum illum decimumoctauum (qui incipit, Cœli enarrant gloriam dei) de Apoſtolis intelligit. In iuſtis enim deus eſſe dicitur, quia eorum conuerſatio in cœlis eſt. Et in alibi ait Apoſtolus: Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Et accommodatiſſima iſta ſimilitudo eſt, ut hinc omnes intelligant tantũ intereſſe inter iuſtos & peccatores, quantum corporaliter inter cœlum & terram. Et recte orat, qui hoc intellectu orat, nimirum qui toto affectu cupiat, in ſe quoq; ipſo deum habitare, quem inuocat. Quem affectum qui ad orationem affert, hunc non dubium eſt, eo ipſo inuitare deum, ut animum eius inhabitet.

Septem petitiones orationis dñicæ, & cur.

HActenus dominicæ orationis procemium recenſuimus, quo mens fiducia, deuotione, ac ardenti affectu erga deũ (qui oratur) imbuitur. Nunc ad ipſas preces, quæ ſeptem numero ſunt, deſcendimus. Multæ autem a piis rationes afferuntur, quur ſeptenario numero Chriſtus

orationem quam tradidit, abſoluerit, ac incluſerit. Hoc certe conſtat, ut eſt ſeptenarius numerus perfectus, & multi in ſcripturis myſterii, ita hanc orationem dominicam ſeptem petitionibus comprehenſam longe perfectiſſimam (quod & ſuperius oſtendimus) & maxime myſticam ac ſpiritualem eſſe. Nihil enim eſt (ut diximus) quod a deo recte peti poſſit, quin hac orationis ſerie abunde exprimatur ac contineatur. Dein, ſic uidetur diſtributa, ut ſatis appareat, ſeptem dona ſpiritus ſancti (quibus innouamur, ſanctificamur ac conſummamur) ordine quodam decentiſſimo a deo poſtulari, quemadmodũ ſuperius nos indicaſſe meminimus. Quin tanta eſt huius orationis amplitudo, ut ea mediante, quicquid eſt, ſeu cogitari poteſt, bonorum ſpiritualium & corporalium, præſentium & futurorum a deo precemur (quod ſcilicet quatuor prioribus petitionibus fit) Rurſus, quicquid eſt malorum tam ſpiritualium q̃ corporaliũ præſentium & futurorum deprecemur, id quod tribus poſterioribus poſtulationibus peragitur, idq; non ſine decentiſſimo ordine, ſed ad rẽ ipſam. Vt autem intelligas, quid prima iſta petitio ſibi uelit, de ratione uocabulorum paucis præfandum erit.

z Super fol. 88. fa. 1.

Oia bona precamur omia mala deprecamur in oratione dñica.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

NOmen dei ſeu domini in ſcripturis, deum ipſum, ſeu dei potentiã, uirtutem, maieſtatem gloriam, ſapientiã, prouidentiam & bonitatem, & quicquid de deo recte dicitur, deſignat. Vnde quum ſcriptura dei nomen omnipotens, admirabile, bonum, ſuaue ac ſaluificum facit, deũ a potentia, ſapientia, & bonitate celebrat. Rurſus, quum iubet, ut nomen dñi ſit ſpes ac fiducia noſtra, utq; in nomine domini oĩa faciamus, ac geramus, uult ut totum dei potentiæ, ſapientiæ, ac bonitati tribuamus, & ut omnia quæ facimus, in gloriã dei faciamus, deoq; accepta referamus. Nec ineptus eſt ſcripturæ tropus, quo nomen domini dicitur inuocatũ eſſe ſuper fideles. Hoc enim ſignificatur, deum nos in ſuã tutelam & protectionem recepiſſe, & in filios adoptaſſe, quo ſumma erga nos dei bonitas ac charitas demonſtratur ac prædicatur, quemadmodum. i. Iohannis. iii. legimus: Videte qualem charitatem dedit nobis deus, ut filii dei nominemur & ſimus. In filios enim dei aſciſcimur, quum in nomen eius credimus, & fide uiua ad deum accedimus, ſicut ſcriptum eſt: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quamdiu in infidelitate cæci perſiſtimus, Adæ ueteris nomen retinemus. Sed ubi per fidem deo inſerimur, nouum nomen (quo filii dei appellamur) adipiſcimur, ut cum propheta dicere poſſimus: Nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos, hoc eſt, ſecundum nomen tuum uocati ſumus.

Nomen dei qd ſignificet.

Exodi. 15. Pſal. 8.

1. Corin. 10. Coloſſ. 3.

Dei nomen inuocari ſup nos, quid ſit.

Eſaiæ. 66.

1. Iohan. 3. Iohan. 1.

SAnctificare in ſcripturis ſæpe ſignificat, ad ſacros uſus ſeparare, ſegregare, ſeu nuncupare. Quod enim ſegregatur dño, non amplius pro

Sanctificare quid.

Gene. 1. Ezech. 36.

Vis primæ petitionis. Cyprianus In orationem dominicam.

phanum manet, ſed ſanctum fit. Hic proprie tantum ualet, quantũ laudare, glorificare, illuſtrare, præconiis euehere, honore proſequi, tam uerbis q̃ factis. Sed dices, Quid eſt igitur ꝙ oramus, Sanctificetur nomen tuum? Nunquid hoc optamus, ut aliquid ſanctificationis deo a nobis accedat, uel ut nomen dei ſanctificetur orationibus noſtris, quod in ſe perpetuo ſanctum, glorioſum admirabile, & maieſtate plenũ eſt, quod noſtra laude non indiget, quod potius omnia ſanctificat, q̃ ſanctificatur cui angeli ſemper acclamant, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth? Nequaquam. Sed hoc petimus, ut nomen dei, quod in ſe ſanctiſſimum eſt, ſanctificetur quoq; & glorificetur, ac ſanctum & celebre in nobis & omnibus gentibus fiat ac habeatur. Quod ut magis perſpicuum fiat, a contrario ratio ducenda eſt. Nã & ſcriptura phraſi non diſſimili aſſerit nomen dei pollui, non quod nomen tam ſanctum, quod ad ſe attinet, a nobis, ullo modo contaminari, aut tantæ gloriæ ſplendor ullo probro inquinari poſſit, ſed quod, quantum in nobis eſt, illuc cõtumelia ac ignominia in noſtram perniciem ſæpenumero afficiamus. Quod qua ratione fiat, quum oſtẽderimus, mox manifeſtum euadet, quid prima iſta particula (quæ merito in omni oratione noſtra ac uoto prima eſſe debet) petamus. Nomen itaq; dei ſecundum hãc rationem, multifariã afficitur cõtumelia. In primis a gentibus ethnicis, quæ uel ignorato uel contempto rerum omnium conditore, uenerãtur & adorant contemptiſſimas etiã creaturas, muta idola ac ſtatuas, de quibus dixit Apoſtolus, Quia, quũ cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerũt: quin potius mutarũt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedũ & ſerpẽtium, coluerunt que, & ſeruierunt potius creaturæ q̃ creatori, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Secundo, Iudæi, etſi externa abominentur idola, nomen tamen dei probris afficere non deſinũt, quum Chriſtum, qui eſt unicum dei uerbum, atq; adeo proprie dei nomen, per quem ſolum deus nobis cõgnobilis fit, in ſynagogis ſuis aſpernantur, ac reiiciunt. Tertio, Chriſtiani quoq; duplici ratione dei nomen ignominioſius tractant. Primum, quum fiduciã ſuam a deo uiuo in creaturas transferunt, diffidẽtia ac ſuperſtitione laborant, magicis artibus aut incãtationibus dant operam, hæreſes ſeu impias doctrinas ſectantur, uel etiã quum ex titulis (qui ſoli deo debentur) ueluti ſunt, potentia, ſapientia, ac bonitas, ſibi quicquam, tanq̃ proprium decerpunt, ſuo, nõ dei nomini gloriã tribuentes. Quod faciunt, quicunq; in diuitiis ſuis, terrenis honoribus, ſeu etiã benefactis, ueluti a ſe perfectis glorientur, laudemq; ab hoĩbus captant, ſibi fidentes, Deũ uero (a quo, quicquid eſt uirtutis ac boni, proficiſcit) ueluti unicũ authorẽ non agnoſcentes, aut etiam qui uel in proſperis uel aduerſis, ab alio q̃ a deo pendẽt, aut aliũde q̃ a dño ſalutis præſidia quærũt. Deinde Chriſtiani iniuriã inferunt dei nomini, cum noĩe filiorũ (quod adoptiõe

Margin notes: Eſaiæ. 6. — Eſaiæ. 52. Ezech. 36. — Nomen dei pollui, qd ſit — Nomen dei multifariam afficitur contumelia. — 1 Apud gentes Roma. 1. — 2 Apud Iudæos. Iohan. 1. — 3 Apud Chriſtianos. — 1 1. Corin. 1. 2. Corin. 1. Matth. 5. 6. — 2 Abuti nomine filiorum dei quid ſit.

gratuita

gratuita ſunt adepti) in dedecus diuinæ gloriæ abutunſ, Nimirū, quum non imitantur patris ſui cœleſtis mores ac uoluntatem, ſed ueluti degeres filii omnia contraria faciunt, uti quum peierant per adorandum nomen dei, quū & blaſphemiis idē nomē inceſſunt, quū Māmonæ ſeruiūt, aut uentrem pro deo habent, quum ulciſcunſ, furan tur, mœchanſ, fraudant, & id genus alia ſcelera effrontes cōmittunt. Nā quum hominū uulgus deū ex ipſius cultoribus æſtimet, fieri non poteſt, quin dei noſtri nomen apud infideles male audiat, quū uident eius nominis ꝓfeſſorem impie agentē. Quos Apoſtolus grauiter increpās, ait: Qui in lege gloriaris, per præuaricationē legis deum inhonoras. nomen enī dei p uos blaſphemaſ inter gentes, ſicut ſcriptū eſt, nimirum Eſaiæ. lii. & Malachiæ cap. i. Roma. 8. Chryſoſto. Matth. 9. Pſal. 14. Roma. 2. Eſaiæ. 52. Malach. 10.

COgnito igitur, quibuſnam rationibus nomen dei inhonoretur, facile a cōtrario uidere eſt, quibus modis honoretur ac ſanctificetur. Poſtulanſ itaq; hac prima particula potiſſimum tria. Primum, ut nomē dei excelſiſſimum, quod per ſe ſanctiſſimum eſt & benedictū in oīa ſecula, toti etiā mundo inclareſcat, ut gentes relicto idolorum cultu, ſolum uerum deum uenerentur ac adorent, ut Iudæi, impia ſuperſtitione relicta, diuino ſpiritu edocti, non ſolum patrem deum, ex quo oīa, ſed & dei filium, per quem omnia, & ſpiritum ſanctum, in quo omnia, agnoſcant, & in tribus perſonis eandem maieſtatem, & ī ſimplici eſſentia triplicem perſonarum proprietatē adorent. Atq; in hunc modum oēs ſancti, quot quot ab origine mundi fuerunt, non ſine ardentiſſimo affectu oraſſe leguntur: & frequentiſſimus eſt talis orandi modus in Pſalmis. Et in hanc ſententiam orat Ieſus filius Sirach, Eccleſiaſtici xxvi. Alleua (inquit) manum tuam o pater, ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant, quia non eſt deus, niſi tu, ut enarrent magnalia tua, alleua manum tuam ſuper gentes, ut uideant potentiam tuam. Sicut enim (ut ſubdit) in cōſpectu illorum es ſanctificatus in nobis, ſic in conſpecto noſtro magnificaberis in eis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus te. Si autem orantes, nos ad doctrinam & exemplum Chriſti (qui in terris agens, nihil ardentioribus uotis exoptauit, q̄ ut nomen patris ſui per uniuerſum orbē inclareſceret) ueluti morigeri filii comparamus, ac pro noſtro modo ſimilibus deſideriis optamus, ut adorandi diuini nominis gloria cœlū ac terram impleat, ut omnis creatura eius ineuitabilem potentiam metuat, æternam ſapientiam ueneretur, amet ineffabilem bonitatem. Non q̄ id ut fiat, dei referat, ſed q̄ humani generis omnino interſit, ut dei gloria ex ſe ſemper immenſa, ac in ſeſe ſemper florens, cunctis etiā innoteſcat. Hæc enim eſt uita æterna (ut ueritas ait) noſſe te uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ac digna prorſus hæc oratio eſt eo, qui quum patrem appellauit, nihil omnino prius habet, q̄ pro illius gloria ſupplicare, Oīa uero reliqua ſecundo loco ducere, quod & Chriſtus, ut facerēmus, iuſſit, quum ſuos inſtituens, ait: Primum quærite regnum dei, &c. Secundo, in Prima petitione tria poſtulantur. 1 Roma. 11. Pſal. 66. Eccl. 26. Modis omnibus annitendum, ut nomen dei illuſtremus. Lucæ. 2. Iohan. 17. Nomē dei illuſtrari non ſua, ſed noſtra refert. Iohan. 16. Chryſoſt. in Matth. Matth. 6.

hac particula petimus, ut non tantũ craſſa illa idololatria, ſed et omnis ſpiritualis infidelitas, qua gloria & honor diuini nominis imminuitur a nobis tollatur, ut omnes magicæ artes aboleantur, ut dæmonum aliarumue creaturarum incantationes omnino ceſſent, ut omnis diffidẽtia ac ſuperſtitio e mentibus noſtris eliminẽt, ut omnes hæreſes & impiæ doctrinæ redigantur in nihilum & perdanẽ, ut uerbum dei ſyncere curat ac prædicetur. Rurſus precamur, ne nobis aut ulli creaturæ, ſed ſoli deo fidamus, ut omnem ſalutis ſpem in deum inclinemus, utq; ab eo ſolo toti pẽdeamus. Deniq;, ut quicquid eſt uirtutis a nobis profectum, id ne nobis (qui ne cogitare quidẽ ex nobis aliquid, tanq̃ ex nobis ſufficientes ſumus) ſed dei benignitati acceptum feramus, utq; omnia quæcunq; facimus aut gerimus, nõ noſtro, ſed in dei nomine, nec noſtræ, ſed dei uirtutis fiducia, nec in noſtram, ſed in dei gloriam faciamus, dicentes cum Dauid: Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Tertio oramus, ut quemadmodum nomẽ filiorum dei gerimus, ita & caſtis & inculpatis moribus gloriam tanti nominis ſanctificemus ac illuſtremus, quod facimus, cum pro uiribus ac ſedulo conamur ueſtigia Chriſti inſequi, deum ſuper omnia, proximum perinde ut noſipſos diligentes, atque adeo bene uolentes iis, qui nobis uolunt male, & benefacientes, iis, qui nobis male faciunt. Sic enim nos docuit Chriſtus, prouocans ad imitationem patris cœleſtis, qui ſolem ſuum iubet oriri ſuper bonos & malos. Tum enim pro modulo imbecillitatis noſtræ deus ſanctificatur, & glorificatur in nobis, ſicut perfectiſſime glorificatus eſt in filio ſuo, ſi mũdus nos conſpiciat iuxta eiuſdem filii ſui doctrinam uiuentes, quemadmodum & is alibi inculcauit, dicens: Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Petimus deniq;, ne in ea crimina a quibus abluti, iuſtificati, & ſanctificati ſumus in nomine domini Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri rurſus incidamus, ſed ut hæc ſanctificatio & uiuificatio, quæ de dei gratia ſumitur, in nobis perpetuo maneat. hoc diebus ac noctibus poſtulamus, nec unq̃ deprecari ceſſamus, ꝙ nobis continua ſanctificatione fit opus, ut qui quotidie delinquimus, delicta noſtra aſſidua ſanctificatiõe purgemus, quod quum a deo orando conſequimur, fit ut per noſtrã bonam conuerſationem cogantur etiã impii & infideles procidere in faciẽ ſuam, & renuntiare ꝙ deus reuera iuſtus & bonus in nobis ſit.

Spiritualis Idololatria. 2.Corin.1. 2.Corin.3. 1.Corin.10. Pſal.113. 3 Cyprianus. Ambroſius. Auguſt. Chryſoſt. Nomen dei ſanctificatur in nobis per bona opera. Matth.5. Lucæ.6. Matth.5. 4 1.Corin.6. Auguſt. de ſerm. dñi in monte.

ADVENIAT REGNVM TVVM.

QVid (inquis) eſt, ꝙ petimus aduenire regnũ dei? Nunquid non deus ab æterno regnauit, aut quando nõ regnat? aut nunquid regnum apud deũ incipit, quod & ſemper fuit, & eſſe nõ definit? Sicut Pſaltes ait: Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum. Et dominatio tua in omni generatione & generationem? Immo non hoc petimus, ut aduenniat regnum dei in terram, quaſi uero etiã ipſe nunc non regnet in terra,

Quæſtio. Auguſti. de ſerm. dñi in monte. Exodi.15. Pſal 144. Dilutio.

ſemperq; in ea regnauerit a conſtitutione mundi,ſed hoc petimus,ut adueniat nobis,ideſt,ut in primis mundo id ignoranti manifeſtū fiat,Sicuti & nomen eius ut in nobis ſanctificetur poſtulamus. Nam ueluti lux, licet præſens,ſit cæcis tamen eſt abſens, q̄ nihil luminis eis afferat, Ita & regnum dei,tametſi ubique præſens,mundo tamen id ignoranti deeſt,cui ut adueniat,petimus. Sed ut penitius intelligas,quanta bona ac petitione poſtulemus,ſcies in uniuerſum duo eſſe regna,dei ſcilicet, & diaboli. Nam regnum terrenum,quod gerunt principes,quicquid eſt, habet, aut gerit,totum id uel a deo accipit, uel a diabolo mutuatur. Regnum dei duplex eſt,gratiæ & gloriæ.Gratiæ rurſus duplex, publicum & priuatū. De regno gratiæ ſeu miſericordiæ ſcriptum eſt Lucæ. xii. Regnum dei intra uos eſt.Item Apocal.x.Feciſti nos regnum deo noſtro. Hoc itaque regnum gratiæ nihil aliud eſt,q̄ ſpiritualis liberatio cordium a peccato, ac gubernatio animorum ac conſcientiarum noſtrarum. Nam quum omnes nati ſimus ſerui peccati,& filii tenebrarum,non prius aſciſcimur in regnum gratiæ dei,q̄ deus per filium ſuum nos a peccati uinculis liberauerit,ac(ut Paulus ait)de poteſtate tenebrarum eripuerit ac tranſtulerit in regnum filii dilectionis ſuæ in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum.Regnum ergo gratiæ priuatum, nihil aliud eſt, quam iuſtitia conſcientiæ,quod Chriſtus obtinet in quoſlibet,quos per fidem regenerauit & iuſtificauit,de quo dictum eſt Romañ.xiiii.Regnū dei eſt gaudium,iuſtitia,& pax in ſpiritu ſancto. Conſtat enim iuſtificatum ex fide pacem habere erga deum,quæ dulciſſimam animi tranquillitatem,& ineffabile gaudium conſcientiæ parit, ac ſecuritatem aduerſus carnis,mundi ac diaboli tyrannidē præbet,De quo gaudio dictū eſt in pſalmis:Lætentur in te omnes qui ſperant in te:in æternū exultabunt, & habitabis in eis.Regnum uero gratiæ publicum,militans eccleſia ſanctorum eſt,de quo ſcriptum legimus:Mittet angelos ſuos, & colligēt de regno eius omnia ſcandala.Quod &Chriſtus ſimile facit ſagenæ miſſæ in mare,& decem uirginibus ac aliis terrenis rebus ad humanum captū expoſitis.De regno gloriæ habes Matthæi.xxv. Venite benedicti patris mei,percipite regnum,quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Item Matthæi ſeptimo. Qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, hic intrabit in regnum cœlorum.Itidem primo Corinth.ſexto.An neſcitis,quia iniqui regnum dei non poſſidebunt.Et Epheſ.v. Hoc (inquit) ſcitote,intelligētes,q̄ omnis fornicator,aut imundus,aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. De regno diaboli habes Epheſ.cap.ii.Vos(inquit)cōuiuificauit,cum eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris,in q̄bus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius,ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus,qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in q̄bus & nos aliquādo cōuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ,faciētes uoluntatē carnis

Iohan.1. Auguſti. In Iohannem. Duo regna. Dei. Diaboli. Terrenū. Regnum dei duplex. Regnū grā. Lucæ.17. Apoca.10. Pſalm.40. Romañ.5. Coloſſ.1. Regnū grā priuatū obtinet Chrs in omnes regeneratos. Roma.14. Rom.5. Pſal.5. Matth.13. Matth.25. Regnū gl'æ. Matth.25. Matth.7. 1.Corin.6. Ephe.5. Regnum diaboli. Ephe.2.

1.Iohan.2. & cogitationum &c. In hoc ergo regno tenet imperium omnis peccati caput & fons malus ſpiritus, qui regnum dei diſſipare, ac nos in ſuam tyrannidem triplici retiaculo, nimirum per concupiſcentiā carnis & oculorum ac ſuperbiam uitæ nunquam non pertrahere nititur. Deniq; regnum terrenum (quod terreni principes gerunt) & ſi cum regno Chriſti (quod mere ſpirituale eſt) nihil propemodum cōmune habeat, in quo fanatici Anabaptiſtæ impudentiſſime hallucinati ſunt, tamen ſi ſecundum eſſentiam ſuam, (qua nihil aliud eſt, q̄ legitima quædam poteſtas, externæ pacis conſeruandæ, ac retinendæ politiæ) conſideretur, optima certe dei ordinatio eſt, quemadmodum Paulus ait: Nō eſt poteſtas niſi a deo: Quæ aūt ſunt, a deo ordinata ſunt itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Placet ergo etiā hoc regnum etſi terrenum, deo, tanquā ſua creatura (ipſe eſt enim, qui conſtituit & transfert regna) ſed nō aliter niſi ſic geratur, tanquam à deo acceptum, ac iuſtitia firmetur, Quemadmodum Prouerbiorum. xxv. legimus: Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Et Pſalm̄. ii. Dauid ait: Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: ſeruite domino in timore. Nā & tales reges diuinitus dari & iuuari conſtat, quemadmodum ſcriptum eſt: Per me reges regnant. Et iterum, Qui dat ſalutem regibus. At ſi principes hac poteſtate a deo accepta, abuti incipiant, exercentes non dei iudicium ſed ſuam tyrānidem, ac regnum, quod acceptum deo referre oportuerit, faſtu, uiolentiaq; gerentes, aut etiam in ſua uirtute, potentia, opibus, famulitio, copiis, & armis cōfidentes, certe tales regnum, alioqui ſua natura rem bonam, abuſu malam faciunt, ut iam magis regnum mundi, q̄ dei ordinatio dicatur. Nihiloſecius tamen (quod obiter dictum uelimus) dei uoluntas eſt, ut propter poteſtatem, quæ a deo eſt, etiam regibus, ac dominis dyſcolis obediamus.

Regnū terrenū ſeu corpale, etſi nihil habeat cōe cum Chri regno, ordinatio tñ dei eſt

Iohan.6.18. Matth.14. Marci.6. Roma.13. Danie.2.

Prouerb.25. Pſalm̄.2. Boni reges diuinitus dātur & iuuantur. Pſal.144. 1.Petri.2.

Ordo petitionum.

QVibus ſic expoſitis, facile uidere eſt, quanta hæc petitio complectatur, q̄ pulchre etiam ac decenti ordine primā particulam ſubſequatur. Priore enim petitione precati ſumus, ut nomen patris noſtri cœleſtis toto terrarū orbe inclareſcat, ut ubiq; gentium laudet & glorificetur quod fit per agnitionem & apprehenſionem redemptionis, quæ eſt in Chriſto in quo ſanctificamur ac regeneramur in nouam creaturā. Sed quoniam tanta eſt Satanæ malitia, ut ne uictus quidem & expulſus ſemel, ceſſet: quin potius e ſua tyrānide liberatos, ac etiamnum filios dei effectos, oppugnare nūquam deſinat, quādiu hoc mortali corpore ſunt onuſti. Solicitat enim ueteris peccati reliquias ac humanas ingerit cupiditates, quibus carnis rebellionem aduerſus ſpiritū molitur. Idcirco poſt poſtulatam illuſtrationem & agnitionem nominis dei, iuſto ordine dicimus, Aduenlat regnum tuum: Quo hoc in primis petimus, ut deus quos ſemel a Satanæ tyrannide liberatos eſſe uoluit, regere etiam ac gubernare dignetur, ne in eādem tyrannidem reuoluantur: Neue deinceps regnet

Roma.3. Galat.5. Ephe.2. Lucæ.11. 1.Iohan.2. Galat.5. Vis petitiōis. Roma.6.

peccatum

peccatũ in noſtro mortali corpore,ut obediamus concupiſcentiis eius,
aut exhibeamus membra noſtra, membra peccati,ſed magis liberati a
peccato,ſerui autem facti deo,& in regnum eius aſciti,exhibeamus mẽ-
bra noſtra ſeruire iuſtitiæ,ut eiecto ſemel,idq; in Chriſto rege noſtro,Sa- Lucæ.1.
tana huius mundi principe,amodo obtẽperemus deo,ut obrutis ac op-
preſſis peccatis,in ſanctitate ac iuſtitia ſeruiamus ei omnibus diebus ui- Iohan.12.14
tæ noſtræ,ut quemadmodum Chriſtus ſpiritu cœleſti impium huius
mundi ſpiritum ac principem uicit,ac innocentia peccatum ſuperauit,
Ita nos quoq; per eundem feliciter uincamus,& in deo regemus, ac uiciſ- 2.Corin.6.
ſim deus in ſui nominis gloriam regnet in nobis Sic enim deus mirabi-
liter uicit,triumphauit ac regnauit per filium ſuum Ieſum in ſanctis ſu- Sãti in Chri-
is martyribus,incorruptis ſuis confeſſoribus,ac caſtiſſimis uirginibus, ſto uicerunt
qui ſemel in Chriſto ſanctificati & regenerati,carnis laſciuiã, mũdi ma- carnẽ: mũdũ
litiam ac ſæuitiam,& Satanæ inſultus ac molitiones fortiter feliciterq; & diabolum.
uicerunt:Quibus etſi fidei conſtantia impares ſimus,rogare tamen nũq; Heb.11.
ceſſamus,ut eadem fide donemur, nimirum ut ſpreto huius mundi re-
gno,breuiter,contemptis omnibus(quæ ſpecioſa,pulchra ac dulcia no- Matth.6.
bis uidentur)ſequamur promiſſa regni cœleſtis,ut reiecto iniquo mam Matth.13.
mona,unicum illud margaritum euangelicum amplectamur, ut cõpri-
mentes omnes carnales æſtus & affectus, regnum Satanæ debellemus, Rom.14.
utq; hac graui ppetuaq; colluctatiõe,e prælio ſemper firmiores diſceda- 2
mus,quo deus indies magis ac magis regnet in nobis,regno quidẽ ſpũa- Auguſti.de
li,quod,(ut iam diximus)eſt pax,iuſtitia & gaudium in ſpũ ſancto.Secũ- ſerm.dñi in
do,quum nondũ totus mundus deo ceruicem ſubmiſerit,ſed plurimas monte.
etiam nationes,gentes ac populos,tyrannus ille ſatanas adhuc occupet, Orandũ pro
quales ſunt impiæ gentes,Iudæi & Turcæ,Rogamus ut eis regnum dei impiis genti-
(cuius libertatem,dignitatem & felicitatem penitus ignorãt)innoteſcat, bus.
ut ex mancipiis diaboli fiant ſerui dei,cohæredes Chriſti, cõſortes regni Roma.8.
cœleſtis,utq; tandem fiat unum ouile & unus paſtor. Tertio, quum ple- Iohan.10.
riq; etiam ſint,qui etſi regni Chriſtiani inſigne præ ſe ferant,ac Chri mi- 3
lites dici uelint,nihilo ſecius tamen cum Satana conſpirent,iactiſq; hæ- Orãdum pro
reſum ac ſchiſmatum ſeminibus,regni diuini gloriam(quod in ipſis eſt) hæreticis.
dedecorant.Optamus ut pater ille cœleſtis aream eccleſiæ ſuæ purget, Matth.13.
de regno ſuo omnia ſcandala tollat,ut ſublatis hæreſibus ac ſchiſmati-
bus uniuerſis,eccleſia tranquilla gaudeat libertate.Quarto,quũ terrena 4
imperia ac magiſtratus,quod ad concreditam poteſtatem attinet,a deo Oramus pro
ſint ac conſtituantur,quibus tamẽ plurimi in regni cœleſtis ignominiã mgſtratibus.
& eccleſiæ dei ſuppreſſionem miſere abutuntur,Optamus ut tales prin- Roma.13.
cipes ac magiſtratus ſuum munus & in primis regnum illud ſpiritus dei 1.Timoth.2.
agnoſcant,ac ſanctæ eccleſiæ dei moleſti eſſe deſinant,quin etiam in ui-
ua eccleſiæ mẽbra cũ uocatis ſanctis coaleſcãt. Certe nõ temere Paulus
iuſſit,ut omnium primũ fierent obſecrationes, orationes, poſtulatiões,

gratiarum actiones pro omnibus hominibus & regibus, & omnibus
qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietã ac tranquillã uitã agamus,
in omni pietate & caſtitate. Quod precandi genus putandum nõ eſt, do-
minicæ orationi (quã quicquid pie poſtulari poteſt, comprehenditur)
incluſum non eſſe. Quinto, præcipuus finis huius petitionis eſt, ut rece-
Aug. de ſer. dñi in mõte.
pti in regnum gratiæ & miſericordiæ dei, tandem quoque regnum glo-
Regnũ gl[illegible]iæ poſtulandũ.
riæ & perpetuæ pacis, poſt huius temporalis uitæ curriculum adipiſca-
mur, ingrediamurq;. Hoc eſt enim ſummum illud deſiderium, quod de
Chryſ. in Mat thæũ hom. 20.
optima conſcientia & mente rebus fluxis & terrenis exuta oritur, quo
omnes ſancti mirum in modum æſtuarunt, quod uidere eſt in Apoſto-
lo Paulo, qui illius ſumma expectatione tenebat, quũ ait: Infelix ego ho
Roma. 7.
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei p Ieſum Chri-
ſtum dñm noſtrũ. Et iterum: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Rur-
Philip. 1.
ſus alibi, Sed & ipſi (inquit) qui primitias ſpiritus habemus, & noſipſi in
Roma. 8.
nobiſipſis gemimus adoptionem filiorum, expectantes redemptioné cor
poris noſtri. Certe, modo ſapiamus. hoc domini regnum (quod gloriæ
Secundus ad uẽtus dñi ar dẽter deſide randus.
appellamus) atque adeo ſecundus ille domini aduentus, qui proxime ta-
le regnũ præcedet, quod deus ſuis fidelibus perfectiſſime tam in corpore
q̃ animo beandis largietur, aſſidue optanda ac expectanda ſunt, idq; ad
exemplum ſanctorum patrum, qui diem ſupremi aduentus die noctuq;
Patres die no ctuq; ſupre mũ aduentũ dñi uidere cu piebant.
ſummo ſtudio, ieiuniis, uigiliis, lachrymis & precationibus uacantes, ui-
dere cupiebant, ac ſecure coronam iuſtitiæ expectabant, in quam ſenten
tiam ſumma fiducia dixit Apoſtolus: Nõ ſolum mihi reddet coronam
iuſtitiæ, ſed & his qui diligunt aduentum eius, Aduentum inquam ma-
2. Timot. 4.
gni dei & beatam ſpem. Et Chriſtus monet, ut ſimiles ſimus hominibus
expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptiis, utq; ad
Lucæ. 12.
hanc diem redemptionis noſtræ leuemus capita noſtra, quando ſcilicet
Chriſtus regnum ſuum plenum & integrum, ſubiectis ſibi omnibus,
1. Corin. 15.
quos æterna dei uoluntas ſuo regno deſtinauit, patri tradet ac reſigna-
1. Theſſ. 4.
bit, & electis ſuis ea bona quæ neque oculus uidit, neque auris audiuit,
Eſaiæ. 64.
1. Corin. 2.
nunquam auferenda donabit, taliq; regno aſciſcet, ubi nõ erit amplius
Apoca. 7. 21.
ullus luctus aut dolor, ubi non eſurient neque ſitient amodo, neque ca-
Lucæ. 20.
det ſuper illos ſol, neq; ullus æſtus, ubi erit uita æterna, quies perpetua,
Apoca. 14.
ſempiterna lux & claritas, pax & tranquillitas nunquã finienda, inenar-
Apoca. 21.
rabile gaudium & lætitia, certiſſima ſempiternæ felicitatis ſecuritas, co
Matth. 13.
Pſal. 1.
pioſiſſimaq; exanclatorũ laborũ merces. Quod ſi quiſquam eo pietatis
Eſaiæ. 51. 35.
nõdum promouit, ut eius diei accelerationẽ ex animo petere necdũ poſ
Matth. 5.
ſit, ſaltẽ is ardẽtiſſimis uotis exoptet, ut in ſe, gratiæ & miſericordiæ dei
regnũ adueniat, ut fide, ſpe & charitate (quæ ſunt huius regni præcipuæ
Pſal. 12.
partes) de diabolo, mundo & carne feliciter triumphet, ut hoc ſpirituale
dei regnum in eo ſubinde creſcat & augeatur, ut conſtãter perduret, nec
unquam obdormiat in morte, ne ue in Satanæ poteſtatẽ ueniat, ut poſt

exutũ exteriorẽ hominẽ, cœptum in ſe regnũ dei, in illa cœleſti uita perficiatur. Deniq; is ſaltẽ expetet ſibi eum affectũ a deo donari, quo hanc uitam peccatis & periculis plenã contemnat, ac odiſſe incipiat, illam uero alteram uitam, atq; adeo ſupremũ aduentũ dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, uel expetere incipiat, etſi nondum ex animo impediente infirmitate exoptet, ut non tantũ ſpũs & animus eius integer in illũ diẽ conſeruetur, ſed & corpus humilitatis ſuæ, corpori claritatis Chriſti cõformet, utq; demũ ipſe ſanctorũ cœtui cõiunctus, ſimul cum illis obuiam Chriſto in aera rapiatur, poſt hac in æternũ cum dño uicturus. I. Theſſ. 5. I. Theſſ. 4.

FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO ET IN TERRA.

ROges forſan principio, quidnã id ſit quod petimus, dei fieri uoluntate, nũ ut deus faciat quod uult? Non quidem. Volũtas enim dei ſemper fit, & ſi nos, ut fiat nunquã, poſcamus, queadmodũ ſcriptum eſt, Oĩa quæcunq; uoluit dñs, fecit in cœlo & in terra, in mari & in oĩbus abyſſis. Et rurſus, Deus aũt noſter in cœlo, oĩa quæcunq; uoluit fecit, In eius ſiquidẽ ditione cũcta ſunt poſita, nec eſt qui poſſit reſiſtere uolũtati ſuæ. Et ipſe eſt, qui operatur oĩa ſecundũ conſiliũ uoluntatis ſuæ. Quid ergo eſt quod petimus, niſi ut deus non quod uult faciat, ſed ut nos facere poſſimus quod uult deus? Sed ut penitius intelligas, quid & quanta petantur, ad duplicẽ uoluntatẽ reſpicere oportet, nempe diuinã & humanã. Diuina nunquã non poteſt eſſe optima, noſtra uero nũquã eſt bona, ſed aut mala, aut ſaltẽ ad malum prona, nihilo ſecius tamẽ etſi mala & deprauata ſit, tamẽ uolũtas eſt, quã deus inuitã ac renitentẽ nõ immutat, ſed naturali ac innatæ uolendi libertati relinqt. uerũ quũ ipſa ſibi relicta ad peccãdũ tantũ ualeat, ac perpetuo in malũ prona ſit, ſicut ſcriptũ eſt: Senſus & cogitatio humani cordis in malũ pna ſunt, ab adoleſcẽtia ſua, recte poſtulamus ut poſt cõcupiſcentias noſtras nõ eamus, ut a uoluntate noſtra auertamur, ut non noſtra, nimirũ mala, ſed dei uoluntas (quæ ſemper optima eſt) in nobis fiat ac peragať. Subnectiť autẽ ordine quodã elegãtiſſimo hæc particula ſuperioribus. Nã primũ poſtulamus, ut nomẽ dei nobis ac toti orbi ĩnoteſcat ac inclareſcat. Deinde, quia non ſufficit nouiſſe deũ, aut in nos etiã nomẽ dei in baptiſmo inuocatũ eſſe, niſi ſtatim etiam deus a baptiſmo poſt deſtructam Satanæ tyrannidem, incipiat regnare in nobis, idcirco petẽdo ſubiũgimus, ut adueniat ac indies proferatur regnũ eius in nobis. At quoniam in renatis ac regeneratis nõ ſtatim etiã extinguitur fomes ille peccati, quæ eſt lex membrorum, carnalis utiq; concupiſcentia aduerſus ſpiritum perpetuo pugnans, ac faciens, ut non quæcunq; uoluerimus, eadem etiam faciamus. q; tametſi Chriſtiano iam in dei regnum tranſlato, uoluntas bene

Quæſtio. Cyp. in oratione dñicã. Augu. de ſermo. dñi in monte. Pſal. 113. Pſal. 115. Heſter. 13. Dilutio. Duplex uolũtas. Diuina. Humana. Gene. 6. Augu. Gene. 8. Quo differat & priores petitiones. 1 2 3 Vis tertiæ petitionis. Roma. 7. Galat.

1 agendi adiaceat, repugnante tamen natura uitiata, eam perficere nō poſſit, niſi ſpiritu adiuuante. Proinde neceſſe eſt nos ſedulo poſtulare, ut deus quod in nobis cœpit etiam perficiat, hoc eſt carnalis concupiſcentiæ uim in nobis compeſcat, coerceat, ac mortificet, naturam corruptam ſanet, carnem reluctantem ſpiritui ſubiiciat, utq; poſt uocationem ſuā in nobis etiam uoluntatem ſuam impleat, & opus fidei in uirtute perficiat, ut quemadmodum ſpiritus iam non reſiſtit deo, ſequens & faciens uolūtatem eius, ita & corpus non reſiſtat ſpiritui, qui non corporis infirmitate uexatur, ſed ſimul cum ſpiritu ad perficiendam dei uoluntatem feratur, ut tandem & carne & ſpiritu deo ſeruire, & cum Dauid dicere poſſimus: Cor meum & caro mea exultarunt in deum uiuum. Sic orat Paulus. ii. Theſſaloñ. i. Hebræos. xiii. Idem orat Epaphras pro Coloſſenſibus, Coloſſeñ. iiii. Rurſus, quum non ſufficiat nos a Satanæ tyrannide ereptos, ac in regnum dei trāſlatos eſſe, niſi etiam ad eiuſcemodi regni leges, uitam, omneſq; actiones noſtras componere modis omnibus ſtudeamus, ac deum nos regentem ac ducentem, uolūtarie ſequamur, quēadmodum ſcriptum eſt: Qui dicit ſe noſſe deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Præterea quum non ſit ſatis declinare a malo, niſi etiam quod bonum eſt faciamus, nos uero nec uelle nec facere efficaciter poſſimus quod uult deus, niſi uoluntas diuina nos attraxerit, ac libertatē noſtri arbitrii ſuæ uoluntati ſociauerit, atq; adeo ea, bona quæ præparauit, ut in illis ambulemus, in nobis operatas fuerit, Idcirco iuſto ordine petimus, ut deus poſt gratiam iuſtificantem ſeu operātem, etiam gratiam ſubſequentem, cooperantem, ac coadiuuantem donet, cuiꝰ ope uoluntatem eius & mandata facere poſſimus. Deniq;, qui modo popoſceramus aduenire nobis regnum illud gloriæ eccleſiæ triumphantis, ſcientes interim hoc regno tantum nos potituros, ſi uoluntatem dei feceri mus, dicente domino Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit uoluntatem patris mei, Et iterū: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata, congruo nimirum ordine poſtulamus, ut uoluntatem dei facere poſſimus, quam non facientes, in regnum cœlorum ingredi nequeamus.

Margin: Cyprian' in orationē dominicam. — Auguſti. de ſerm. dñi in monte. — Pſal. 83. — 2. Theſſ. 1. — Heb. 13. — Coloſſ. 4. — 2 — 1 Iohan. 4. — Pſal. 33. — 2. Corin. 3. — Auguſt. — Ephe. 2. — 3 — Matth. 7.

PORro, ut explicatior fiat huius particulæ uis, e ſcripturis docemur aliam uoluntatem dei adorandam, aliam agnoſcendam, aliam faciendā & ſequendā. Voluntas prouidentiæ, præſcientiæ, ſeu prædeſtinationis dei potius a nobis adoranda, q̄ curioſius inquirenda eſt, quēadmodum Paulus Roma. ix. docet. Ad hanc uoluntatē hæc orationis dominicæ particula eatenus pertinet, ut ardentibus uotis petere debeamꝰ, quo deus nos quos ſecundum uolūtatis ſuæ ꝓpoſitum prædeſtinauit, ſibi adoptare in filios per Chriſtum (uocans ſcilicet ac iuſtificans) tandē etiā iuſtificatos ac cōſeruatos glorificet. Nec debet Chrianus hic ulteriꝰ progredi ad inquirendū ſcrupuloſius de hac dei uolūtate, multo minus

Margin: Volūtas dei alia atq; alia. — Volūtas præſcientiæ dei non eſt ingrēda, ſed adoranda. — Rom 9. — Ephe. 1.

num ipſe ex prædeſtinatis ſit, temere dubitare ac ambigere. Nam creden tes, de hac uoluntate Chriſtus certos fecit. Hæc eſt (inquit) uoluntas patris mei, ut omnis qui uidet (hoc eſt, agnoſcit) filium, & credit in eũ (hoc eſt, dictis illius fidit, ipſiq; ſyncera fiducia, quã comitatur charitas, adhæret) habeat uitam æternam. Item, Hæc eſt uoluntas eius qui miſit me patris, ut omne quod dedit mihi pater (nimirum per fidem) non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc ſecum meditãti ac piis deſideriis ruminanti dulciſſima ſunt. Non glorificantur, niſi iuſtificati: nõ iuſtificantur, niſi uocati: non uocantur, niſi prædeſtinati. Rurſus, prædeſtinati ad uitã certiſſime uiuent, nec poſſunt perire contra uoluntatem ac decretum dei. Ergo qui fidem (gratuitum dei donum) in ſe agnoſcit, huic prædeſtinationis dei uolũtas, non ignauiam parit, ſed mirabilem potius amorem dei intus accendit, & ad omne bonum excitat, faciẽs ut pia mens orare ac dicere nunquam deſinat, Fiat uoluntas tua &c.

Non debet quis ambigere an ex numero prædeſtinatorũ ſit. Iohan. 6. Ibidem. Roma. 8.

SEcundo, eſt uoluntas dei, quam ſcrutari & agnoſcere oportet, ea ſcilicet, qua erga nos affectus eſt deus, quam ut notã nobis faceret, miſit filium ſuum, qui redimeret nos, & ſanguinem ſuũ funderet in remiſſionem peccatorum noſtrorum, Epheſ. i. Qua ei ab æterno placuit, ut per Chriſtum ſanctificaremur & purgeremur a peccatis, Hebræ. x. quo ſancti eſſemus & mundi, ac ad omne opus bonũ inſtructi. i. Theſſaloñ. iiii. & v. cap. Quã uoluntatem ut faceret Chriſtus, deſcendit de cœlis, Iohannis. vi. quam etiam adimplere miro deſiderio optauit, Iohannis. iiii. Iam etſi omnes ſancti de hac uoluntate edocti ſunt, non ceſſant tamen orare & poſtulare, ut impleantur agnitione uoluntatis dei, gratias agentes deo patri, qui dignos eos fecit in partem ſanctorum in lumine, qui eripuit eos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. In quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum, qui eſt caput corporis eccleſiæ, primogenitus ex mortuis, in quo placuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt, Coloſſeñ primo. Eatenus ergo hæc petitio ad eam uoluntatem referri poteſt, ut petamus fieri uoluntatem dei, ut magis ac magis agnoſcamus tantum myſterium, quod abſconditum fuit a ſeculis & generationibus, ut innoteſcat nobis diuitiæ gloriæ ſacramẽti huius, quod eſt Chriſtus, ut deniq; huius ſacramẽti uis & Chriſti beneficium ſeu uoluntas patris in Chriſto in nobis adimpleatur. Quo deſiderio quid poteſt eſſe ſuauius? quo Dauid de lõginquo in Chriſtũ reſpiciens imbutus clamat: Memor eſto uerbi tui, ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquiũ tuũ uiuificauit me.

Volũtas dei ſcrutanda & agnoſcenda quæ. Ephe. 1. Hebr. 10. 1. Theſſ. 4. 5. Iohan. 6. Iohan. 4. Coloſſ. 1. Coloſſ. 1. Coloſſ. 1. Pſal. 118.

TErtio, eſt uoluntas dei bona, quæ & cognoſcenda & facienda eſt Romañ. xii. Epheſ. v. Hæc eſt illa uoluntas, in lege dei comprehenſa, ac ſita in mandatorum diuinorum cuſtodia, In quam reſpiciens Da-

Voluntas dei cognoſcenda & facienda.

Roma.12. uid Pſalm.cxviii. hoc unum orat, ut eum deus iuſtificationes ſuas do-
Ephe.5. ceat, ut eum in ſemita mandatorum ſuorum deducat. Tu (inquit) man
Pſalm.118. daſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtiná ergo dirigant uiæ meæ ad cu
ſtodiendas iuſtificationes tuas. Hanc uolútatem dei nos Chriſtiani nõ
Philip.3. iam in mortua litera quærimus, ſed in Chriſto, ueluti in uiuo exemplari
Cyprianus expreſſam cernimus. Voluntas enim dei eſt, quam Chriſtus & docuit &
In orationem fecit. Siquidem ipſe eſt, de quo pater cœleſtis de cœlo intonás, dixit: Hic
dominicam. eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Docuit au
Doctrina & tem Chriſtus ſoli deo conſtantiſſime fidere, deum toto corde diligere,
uita Chriſti, amare in eo ꝙ pater eſt, timere, ꝙ deus eſt, deo omnino nihil præponere
eſt uoluntas (quod nec ille nobis quicquam præpoſuerit, etiam filium ſuum unigeni
dei. tum pro nobis in mortem ignominioſiſſimam tradens) charitati eius
Matth.17. inſeparabiliter adhærere, proximos ſicut noſipſos atque adeo ſuper nos
Iohan.1.14. diligere. iniuriam facere non noſſe, factam tolerare poſſe, cum fratribus
Matth.22. pacem ſeruare, cordis munditiam amplecti, uerecundiam in uerbis, iu-
Marci.12. ſtitiam in factis, humilitatem in conuerſatione, in moribus diſciplinam,
Lucæ.10.11. & in operibus miſericordiam tenere ac exhibere. Hoc ſiquidem eſt præ-
Matth.10. ceptum dei, hoc eſt, uoluntatem patris facere, quam tamé ſolus Chriſtus
Iohan.2. omnium perfectiſſime adimpleuit, & ut nos eam pro noſtro modulo
Matth.22. adimplere poſſimus, facit. Hæc eſt illa uoluntas dei, de qua dictum eſt:
Matth.5. Qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in æternum, quomodo & de-
Roma.12. us manet in æternum, de qua & Apoſtolus dixit: Hæc eſt uoluntas dei,
Ephe.5. ſanctificatio ueſtra. Ergo quum dicimus, Fiat uoluntas tua, hæc omnia
Matth.5. in nobis deo authore agi petimus, ſine quo nihil boni facere poſſumus.
Ephe.4. Rurſus, uoluntas noſtra ad ea, quæ in múdo ſunt, prona eſt, ea diligit, ea
Coloſſ.3. ſectatur, quæ nihil aliud ſunt q̃ concupiſcentia carnis, cõcupiſcétia ocu
Matth.5. lorum, & ſuperbia uitæ, quæ non ſunt ex patre, ſed ex cõcupiſcentia mũ-
Lucæ.18. di, qui tranſibit & concupiſcentia eius. Habet etiam in piis caro uolun-
Matth.9. tatem ſuã, quæ quádiu corpus hoc terrenũ circúferunt, ſubinde negociũ
1.Iohan.2. faceſſit uoluntati ſpiritus. Oramus ergo, ut deus uoluntatem noſtram
1.Theſſ.4. cum fructibus ſuis (qui Galat.v. recenſentur) mortificet, ſuamq; uolunta
Iohan.15. tem cum fructibus ſpiritus (qui ſunt charitas, gaudium, pax, longanimi
1.Iohan.2. tas, fides, manſuetudo, continentia, caſtitas) in nobis operetur. Atq; hæc
Caro habet eſt oratio, quam in pſalmis nuſquam non obuiam reperias, Dirige (in-
ſuã etiam uo quit Dauid) greſſus meos ſecundum eloquium tuum, ut non domine-
luntatem. tur mei omnis iniuſtitia. Item, Dirige greſſus meos in ſemitis tuis, ut nõ
Galat.5. moueantur ueſtigia mea. Item, Deduc me domine in uia tua, ut ingre-
Pſalm.118. diar in ueritate tua, Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Et reue
Pſal.15. rá, mirandus eſt in hac meditatione Pſaltes toto illo celeberrimo pſal-
mo. cxviii. Quin hæc demum eſt beatitudo noſtra in hac uita corpora-
Pſal.119. li, ut uolútas noſtra ſit in lege dei, ut meditemur in ea die ac nocte, quod
Pſal.1. demum faciemus, docente & cooperante deo, alioqui nequaquam, ut

beatus Auguſtinus, in huius petitionis uim reſpiciens, deum pulchre appellet, dicens: Fac quod iubes, & iube quod uis. Auguſtini dictum.

Denique, eſt uoluntas dei, quæ ſequenda eſt. Hæc eſt ea uolũtas dei, qua omnia in omnibus operatur ſecundum beneplacitum ſuum. De qua quum ſæpe, tum in primum ſymboli articulũ multa diximus. Certe q fidei myſteriis initiari uelint, in primis eos ſic imbutos eſſe oportet, ut credant & agnoſcant, unũ uerum deũ, rerum omnium cõditorẽ, moderatorẽ ac ſeruatorẽ, omnipotẽtẽ, ſumme ſapiẽtẽ ac bonum. Cæterum, qui deum omnipotẽtẽ agnoſcit, is ſtatim colligit nihil fortuito, ſed omnia dei nutu ac potentia fieri. Qui ſumme ſapientem, is iudicat omnes uias dei eſſe iudicia, hoc eſt, deum omnia certo conſilio ac rectiſſime facere. Qui ſumme bonũ, is intelligit omnia opera dei optima eſſe oportere, tametſi homo animalis hæc non percipiat, quin potius ſæpiſſime contrarium iudicet, quo fit ut interdum deum blaſphemo ore accuſare, & inſectari non formidet. Non capit enim ratio quomodo deus curet humana, præſertim cum uidet bonos affligi, iniuriis affici ac opprimi: Impios uero ac improbos omnium rerum affluentia florere. Horũ impia conſilia, cõcupitos ſequi ſucceſſus. Illorum pios conatus ſæpe impediri. At homo ſpiritualis, qui de omnibus recte iudicat, is intelligit uoluntatem dei in omnibus, quæ fiunt ac contingũnt, longe, optimã ac iuſtiſſimam eſſe, ueluti pios ſemper a deo conſeruari ac defendi, piis ſuam eſſe a deo conſtitutam mercedem, etſi nunc ipſorum opera ab impiis ueluti uana contemnantur, piis ſuas tentationes ac tribulationes nõ in iacturam, ſed in maiorem ſalutis profectum ac gloriam cedere, & ſi nunc ſecus appareat. Rurſus nouit, deum ipſos impios ſæpe multis beneficiis temporalibus afficere, uel ut eos beneficentia ſua ad ſe alliciat, ne habeat ullam contra deum cauſſandi materiam, uel ut inuictam ac glorioſam iuſtitiam ſuam, in obſtinatos contemptores diuitiarum bonitatis ſuæ poſtea declaret. Quin hoc etiam ſentit ſpiritualis, ab impiis nihil mali patrari poſſe, niſi permittente deo, atq; adeo quicquid improbi mali perpetrant, hoc deum mirabili conſilio contra malorũ cõſilium ac propoſitum in cumulum gloriæ ſuæ piorumq; utilitatem & profectum uertere, quod uidere eſt in Pharaone & Iuda, & reliqs Chriſti pſequutoribus, quorum impii conatus dei gloriam q̃maxime illuſtrarunt. atq; interim tamen cernit ſpiritualis Deum, deprauatum illum impiorũ affectum (in quo ſolo peccati uis cõſiſtit, & cuius author eſt diabolus) oĩno non probare, & ſi naturæ opus in improbis nõ prohibeat, quod niſi mala uoluntas accederet, ex ſe malũ non eſſet. In ſumma, hoc habet ſpiritualis perſuaſum, dei uolũtatẽ ſemper & ubiq; fieri, ac deum nihil uelle, niſi quod eſt optimũ: proindeq; iuſtũ ac ſanctũ eſſe, ut nos totos dei uolũtati ſubmittamus, ut deo nunq̃ obmurmuremus, ſed potius tã in aduerſis q̃ in proſperis gratias ipſi agamus. Atq; hoc ipſum eſt, quod petimus, dicentes

Voluntas dei ſequẽda qua.
Fidei exordium ſeu primum elementum.
Roma. 9.
Deute. 32.
Gene. 1.
1. Corin. 3.
Pſal. 72.
1. Corin. 2.
Pſal. 33.
Pſal. 36.
Sap. 5.
Roma. 8.
Roma. 2. Cur impii dei beneficiis afficiantur
Spirituales ab impiis nihil mali pati poſſunt.
Sap. 5.
Deus malorum conatus in ſuã uertit gloriam.
Iuſtũ eſt, ut nos totos dei uoluntati ſubmittam.

1 tes,Fiat uoluntas tua. Quo quid aliud poſtulamus? niſi ut deus eũ affe
ctum nobis inſpiret,ne pro noſtro iudicio & ratione,ſed ex dei uolunta
te,uiuendi agendiq; rationem ineamus,ne noſtris conſiliis dei uolunta
tem anteuertamus , utq; quicquid agendum ſuſcipimus , dei uoluntati
cõmittamus,ut nihil faciamus,niſi quod deo probari confidimus:& ut
in iudicando fallamur,hoc tamen ſemper potius ducamus , ut uel deus
conatus noſtros impediat,q̃ ut ſuæ uoluntati quicq̃ contrarium opere

Iacobi.4.

mur.breuiter,ut potius dei uoluntas de nobis fiat q̃ noſtra. Sic nos do
cet Iacobus,non ut dicamus,Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuita
tem,& faciemus ibi quidẽ annum,& mercabimur, & lucrum faciemus,

Volũtas dei non eſt anteuertenda,ſed uocanti deo obſequẽdũ.

qui ignoramus,quid erit in craſtino . Sed potius dicamus, Si dominus
uoluerit,etſi uixerimus,faciemus hoc aut illud. Sic Paulus non proficiſci
tur ad Macedones,niſi uocatus:rurſus in ſpiritu iuſſus reuerti Hieroſo
lymam,non audit Agabum prophetam prædicẽtem ipſi uincula & car

Acto.16.

ceres,Non audit diſcipulos profectionem deprecantes,ſed dei uoluntati

Acto.21.

ſe committit. Ioſiæ(alioqui pio regi)male ſucceſſit,q; bellum ſuſcipiens,

Acto.20.

dei uolũtatem præuerterit. Secundo,quũ dei uoluntas ſit,ut unuſquiſq;

4.Reg.23.

in qua uocatione uocatus eſt,in ea permaneat apud deum,hoc eſt,ut ſor

1.Corinth.7.

2 tem ſuam æquo animo ferat,non contendat ſtatum ſuum temere muta

Vnuſqſq; in qua uocatiõe uocatus eſt: in ea permaneat.

re(niſi aliqua cõmoda a dño det occaſio,melioris conditionis,citra ullã
rerũ perturbationẽ amplectendæ)ſed magis ut cuiq; ſua ſors contingit
a deo,in ea Chriſto quieto ac tranquillo animo ſeruiat. Alligatus es(in
quit Apoſtolus)uxori,noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore,no
li quærere uxorẽ. Si autem acceperis uxorẽ,nõ peccaſti. Seruus uocatus
es,non ſit tibi curæ,ſed & ſi potes fieri liber,magis utere. Vnumquemq;
ergo ſicut uocauit deus,ita ambulare oportet. Sed quũ uix reperias ullũ
hominem(niſi renouatũ)qui eiuſcemodi dei uoluntati libens obſequa

Horatius ſatyra.I.

tur,quod gentilis poeta non tacuit,quũ inquit: Qui fit Mæcenas,ut ne
mo quã ſibi ſortem, Seu ratio dederit,ſeu ſors obiecerit,illã, Contentus
uiuat,laudet diuerſa ſequentes. Idcirco nobis a deo poſtulandum eſt,ut

1.Corin.7.

uocationẽ noſtrã æquo animo feramus,ut in ea tranquilla mente perſe
ueremus , ut ſancte pieq;(quod in omni ſtatu fieri poteſt)uiuamus. Vt
quicquid affert ſtatus temporariæ ſolicitudinis,negligamus, Vt qui ha
bent uxores,tanq̃ non habentes ſint,& qui flent,tanq̃ non flentes,& qui

Cyprianus in oratione dominicam.

gaudent,tanq̃ non gaudentes,& qui utuntur hoc mundo,tanq̃ nõ utan
tur. præterit eñi figura huius mũdi. Breuiter,ut tãtũ ſoliciti ſimus quæ
dñi ſunt,& quomodo dño placeamus. Tertio, hac particula a deo peti

Petimus ut in aduerſis perinde atq; in proſperis æqua mente

3 mus,ut æqua mente tam in proſperis,q̃ in aduerſis ſimus,ut dei uolun
tas fiat,ſiue nos uiuere,ſiue mori uelit,ſiue affligi ut corrigamur,ſiue ſub
leuari,ut ſuæ benignitati gratias agamus. Petimus,inquã,ut iniuriã no
bis illatã patienter feramus,ut uindictæ cupiditate careamus,ut p cõtu
meliã,uim,uel calamitatẽ nobis immiſſam,diuinã fieri uolũtatẽ agnoſ

camus,q̄ hæc omnia ſic adminiſtret deus,ut noſtra uoluntas impediat, quo magis ſua uoluntas in nobis dominari poſſit. ſimus,ſemper deo gratias agentes.

RVrſus,hoc petimus, ut ſi quis aliter q̄ nos uolumus, faciat quid, aut omittat,loquatur aut ſileat,ne ea re ad iram & impatientiam commoueamur,ne queramur,uociferemur, iudicemus, condemnemus aut alios calumniemur. Vt iis qui noſtræ uoluntati aduerſantur, placide cedamus,atq; etiam pro rei qualitate gratias agamus,ueluti qui optimam dei uoluntatem cōtra noſtrā(quæ mala eſt)promoueriit. Petimus quoq; eum affectum nobis donari,ut ſentiamus nobis neminem incommodare poſſe,niſi idem multo magis ſibipſi coram deo noceat, ut proinde magis ad miſericordiam, q̄ ad uindictam contra proximum de nobis male merentem incitemur,nec ob id gaudeamus, ſi illi qui nobis minime patentes fuerint,in calamitatem inciderint,uel etiam ipſis,bonum rerum ſucceſſum inuideamus:ſed potius ut bona pro malis rependere ſtudeamus,& ſimiles patri noſtro eſſe pergamus,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Præterea petimus, ut omnis fortunæ, dolorum, cruciatuū, ægritudinum,morborum,breuiter,omnium aduerſitatum uictores ſimus,ut hæc,ſimul & inopiam,ignominiā, tyrannides, uim potentiorum,crucem,& omnia incommoda, quin & ipſam mortem patienter feramus,ſentientes in hoc dei fieri uoluntatem,ut caro noſtra mortificetur. Deniq; petimus, ut patienter & læto animo hinc emigremus ac obdormiamus,ne impatientia aut deſperatione uicti,dei uoluntati repugnaſſe uideamur. Hæc omnia uides Chriſtum Ieſum exactiſſime, perfectiſſimeq; exoptaſſe,& feciſſe,& docuiſſe. Ille carnis,mundi, ac Satanæ uoluntatem & tentationes fortiſſime ſuperauit. Ille non tantum turbæ uolenti eum,ut regem faceret,rapere,ſed & electis diſcipulis, atq; adeo amantiſſimæ uirgini matri(alio,q̄ quo,patris uoluntas) uocantibus reſtitit,ubiq; teſtatus ſe ueniſſe de cœlo,non ut faceret uoluntatem ſuam,ſed eius qui miſit eum patris. Ille deniq; agnus omnium innocentiſſimus, q peccatum non fecit,& in cuius ore dolus inuentus non eſt factus eſt obediens patri uſq; ad morte͂ morte͂ aute͂ crucis,& infirmitate͂ hominis,quē portabat,oſtenderet,dixit: Pater,ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Vt autem exemplum nobis tribueret, quod dei uoluntatem noſtræ omnino anteponeremus,ſubiecit: Veruntamen,nō quod ego uolo,ſed quod tu uis,ut pudere debeat hominem,ſeruum, ſuam dei uoluntati præferre, ubi unigenitus dei filius,in mortem uſque a deo patri obediens eſſe uoluit,atq; adeo omnes iniurias,contumelias,conuitia,cruciatus, & cætera,quæ crucifixores eius ipſi intulerunt,patienter tulit,ut etiam pro illis patrem exorauerit, dicens: Dimitte illis,quia neſciunt quid faciunt. Hinc Chriſti ſpiritum omnes pii, quotquot ab origine mundi fuerunt, aſſequuti,ſimiles egerunt de ſua uoluntate triumphos, dei uoluntati in omnibus obtemperantes, quemadmodum uidere eſt in Abel, Enoch, Noe,Abraham,Iſaac,Iacob,Iob,Dauid,ac cæteris patriarchis & prophe

Matth.5. Matth.7. Matth.5. Roma.8. Matth.5. Lucæ.6. Roma.8. Matth.4. Iohan.6. Lucæ.2. Matth.16. Iohan.4.6. Eſaiæ 53. Iohan.1. 1.Petri.2. Philip.2. Matth.26. Cyprianus in oratione dominicam. Lucæ.23. Sancti ueſtigia Chriſti ſecuti ſunt.

tis,in ſanctis Apoſtolis,glorioſis martyribus,piis coſeſſoribus,ac ſacratis deo uirginibus. Eundem ergo affectum, ut nobis deus ingeneret, oramus,dicentes,Fiat uoluntas tua.

Chryſoſto. in Matthæum hom.20. Auguſt.ad probam. Sententia particulæ.

SICVT IN COELO ET IN TERRA. Germanus ac principalis intellectus particulæ eſt.Quemadmodum(o pater cœleſtis)uolūtas tua perfecte fit in angelis & cœleſtibus ciuibus,qui tibi unanimes ſeruiunt, tuæq; diuinæ uoluntati ſummo ſtudio adhærent, teq; fruuntur, nullo errore obnubilante ſapientiam eorum, nulla item miſeria eorum beatitudinem impediente: Et quemadmodum in cœlo omnia libere fiunt,& nō alia quidem audiunt angeli,alia uero contemnunt,ſed uoluntati cedunt diuinæ,& ī omnibus obſequūtur,quemadmodū Pſaltes ait: Benedicite dño omnes angeli eius,potētes uirtute,qui facitis uerbū eius, ad audiendā uocem ſermonū eius. Item: Benedicite dño omnes uirtutes eius,miniſtri eius,qui facitis uoluntatem eius: Ita o pater, præſta,ut tua quoq; uoluntas in hominibus,qui in terra ſunt,& de terra(quod ad corpus attinet)facti ſunt,ſine ulla remora inculpate &ex integro fiat,ut quēadmodū in cœlis ſumma pax &concordia eſt(unde eiectus eſt diabolus) ita &in terris per filium tuū,per cuius ſanguinem pacificata ſunt omnia, uel ī cœlo uel in terra, pax bonæ uoluntatis redundet,ut quemadmodū angeli,ita homines tuis diuinis iuſſionibus,deuictis carne,mundo ac Satana,unanimes ac tranquille pareant ac obediant. Ad hoc certe reſpicit angelica illa prædicatio,gloria in excelſis deo,& in terris pax hominib⁹ bonæ uoluntatis,quam alibi explicauimus. Secundo,ſic poteſt intelligi particula,ut quemadmodum in cœlo, hoc eſt in iuſtis, qui cœlis comparantur,ita quoque in peccatoribus & iniuſtis(qui in ſcripturis terra appellantur) dei uoluntas fiat, ut ſcilicet peccatis exploſis & immundis ſpiritibus eiectis,deum agnoſcere incipiant,& ad animi tranquillitatem per pœnitentiam redeuntes,una cum iuſtis dei uoluntatem faciāt,& exequantur. Tertio,non eſt abſurdus intellectus (quem & ſuperius attigimus)ut pro cœlo & terra accipiamus ſpiritum & carnem, ut ſit ſenſus, quemadmodum ſpiritus in renouatis non reſiſtit deo,ſequens & faciens uoluntatem eius,ita & corpus non reſiſtat ſpiritui. Et quemadmodum ſpiritu ſeruimus legi dei,ita etiam carne ſeruiamus, quod tandem perfecte fiat in uita illa æterna,ubi erit ſumma pax, ubi non ſolū uelle bonū adiacebit nobis,ſed etiam perficere.Interim tamen orandum eſt,ut quēadmodum corde ſecundum interiorē hominem cōdelectamur legi dei, ita etiam corpus ſenſim mortificetur, mortificatumq; huic delectationi accedat,ut tandem integer ſpiritus noſter,& anima, & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu conſeruetur. Certe,ſi fideliter hoc oramus,Fidelis eſt qui uocauit nos,qui etiam faciet.

Pſal.102. Gene.1. Apoca.12. Ephe.1. Lucæ.1. Supra fo.159. fa.2. Cyprianus in orationem dominicam. Auguſt. de ſerm.dñi in monte. Auguſt. ibidem. Iohan.5. Roma.7.8. 1.Theſſ.5. Ibidem. 1.Corinth.1.

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

SVperiores petitiones ſummam ſalutis noſtræ continent, quibus ea poſtulamus, quæ ad perfectam & abſolutam beatitudinem, quam olim cum angelis communem habebimus, poſtulamus. Sed quoniá interim carnales ac mortales ſumus, multa & ſpiritus & animi ſuſtétatióne egentes, donec ad ultimam illam immutationem, per quam mortale hoc induet immortalitatem, perueniamus, Idcirco eas etiam petitiones annectimus, quibus omnia tam ſpiritualia q̄ temporalia bona ad hanc uitam traducendam neceſſaria nobis donari poſtulamus: Mala item oïa (quæ nos ab inſtituto curſu ad regnum cœleſte nobis per Chriſtum promiſſum remorari poſſunt) deprecamur, iuſtiſſimo ordine ab hac particula ordientes, PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Quæ particula, ut cæteræ omnes, quot dictiones habet, tot habet & myſteria. Panis (ut ſuperius in ſacramentum Euchariſtiæ diximus) in ſcripturis uarie accipitur. Nam quandoq; deſignat omnia ad præſentis uitæ ſubſidium neceſſaria, & præſertim ea, quæ ad uictum & amictum ſpectant: In quam ſententiam dixit Iacob Geneſ. xxviii. Si dominus dederit mihi panem ad ueſcendum, & ueſtimentum ad induendum, erit mihi dominus in deum: & lapis iſte, quem erexi in titulum, uocabitur domus dei. Vnde hoc uocabulo panis ſic accepto, ueniunt omnia, quæ ſunt ad hanc uitam corporalem neceſſaria, quæ Chriſtus his uerbis, Matth. vi. deſignare uoluit) hæc omnia adiicientur uobis.) Interdum uero panis ſpiritualiter accipitur, idq; triſariam. Primum pro uerbo dei, quo fidelis anima ſubinde reficitur ac ſuſtentatur, quemadmodum Deuteronomii octauo, & Matthæi quarto legimus: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed de omni uerbo, quod procedit de ore dei. Secundo, panis proprie Chriſtum deum & hominem ſignificat, quatenus ſcilicet pro nobis de cœlis deſcendit, carnem induit ac immolatus eſt, nam quum eatenus fide percipitur, fit ueriſſimus ac efficaciſſimus animæ cibus, dum ſcilicet fide in carnis ſuæ immolationé nos certos reddit de parta ſalute, ac, ſupra quam dici poteſt, delectabiliter ad uitam æternam reficit. Quid enim iucundius, q̄ cum tali fiducia freti, non dubitamus nos propitium habere deum & patrem, atque hinc fore, ut olim omnibus peccatis exuti, & uera iuſtitia pleni, æternam & beatam uitam cum ipſo Chriſto & patre uiuamus? In quam ſententiam dixit Iohannis cap. vi. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æterná, quem filius hominis dabit uobis. Et ſtatim poſt: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlis deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Tertio deniq; panem pro ſacroſancta Euchariſtia accipi conſtat,

Chryſoſt. in Matthæũ hom. 20.
Sequentes petitiones reſpiciunt uitam præſentem.
Vis petitiõis.
Panis appellatione quid ueniat.
1 Panis corporalis.
Gene. 28.
Matth. 6.
2 Panis ſpiritualis.
1 Verbũ dei.
Gene. 8.
Matth. 4.
2 Chriſt. deus & hõ panis.
Locus Ioh. 6 explicatus.
3

Euchariſtia. panis. In qua nobis non tãtum caro & ſanguis Chriſti ſpiritualiter, ſed etiã naturaliter & corporaliter porrigit. Quemadmodũ Paulus teſtatur, quũ ait: Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt?

I. Corin. 10.

Auguſt. de ſerm. dñi. in monte. IAm conſtat, omnia hæc, quæ appellatione panis continentur, hac precationis dominicæ particula recte peti. In primis enim hac ipſa particula petimus, quæcunque ad præſentis uitæ ſubſidium neceſſaria ſunt, ueluti ſunt cibus, potus, ueſtes, certæ ſedes, ac alia omnia, ſine quibus cõmode uiuere non poſſumus. Sed roges? Qui fit, ut nos dñs orare iubeat pro his adipiſcendis, quæ huic uitæ neceſſaria ſunt, quum ipſe dicat, Nolite ſoliciti eſſe, dicentes; Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater ueſter cœleſtis, quia is omnibus indigetis. Nam ſi pro his ſoliciti eſſe nõ debemus, ne orandum quidem pro eis uidetur, quum oratio non niſi cũ ſumma animi intentione ac ſolicitudine dirigenda ſit. Itidem quũ Chriſtus dicat: Quærite primum regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis, uidentur hæc non quærenda, proindeq; nec petenda, ſed tantum regnum dei & iuſtitia eius. Præterea, etiam non oremus, nihilo ſecius nõ tantum piis, ſed & malis hominibus panem quotidianũ largitur deus, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos? Quid ergo eſt quod Chriſtus nos orare iubet in hunc modum, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie? niſi ut doceat hæc nos, non aliunde q̃ a deo petere, & expectare oportere, ut ſcilicet nos a mundanis hominibus diſcernat, ac alio affectu q̃ uulgari non præditos eſſe debere declaret.

Auguſti. de ſerm. dñi in monte. Quæſtio. Matth. 6. Ibidem. Matth. 5. Dilutio.

Mundus ſuæ ſolicitudini non deo tribuit bona corporalia. Mundi enim iudicio ſtulta propemodũ hæc uidetur petitio, quod mundus, quicquid ad ſuſtentandum corpus pertinet, magis labori ac ſolicitudini humanæ tribuat, q̃ a deo expetat aut expectet, Sed pii, quicquid id eſt quo uitam traducimus, inter dona dei cõputandum eſſe ſciunt. Rurſus, hoc eſt impiis cum piis commune, ut habeant panem ad manducandum, nec raro longe abundantius piis. Sed hoc intereſt, quod piorum eſt panem de manu dei, ideſt benigna illius gratia cum gratiarũ actione percipere, cum impiis per iniuſtitiam diabolus præparet. Ergo petitionis huius hic eſt ſenſus, Quemadmodum filii huius mundi quamdiu non ſunt abdicati uel emancipati, ſed in parentum poteſtate conſtituti, de uictu ſoliciti non ſunt, ſed tantum quum opus eſt, cibum a parentibus poſtulant, certi ſe quod petunt accepturos, Sic multo minus deceat nos de uictu ſolitos eſſe, qui edocti ſumus omnem craſtini ſolicitudinem abiicere, ac agnoſcere patrem noſtrum cœleſtem tam diuitem, tam benignum, tam amantem, cui tantopere curæ ſumus, non commiſſurum, ut quum paſſerculis etiam de uictu proſpiciat, quum lilia campi tanto decore ueſtiat, nobis in filios cooptatis uictus aut amictus a ſe petitus & expectatus

Pſal. 48. 72. Iohan. 14. I. Corin. 10. Coloſſ. 3. Vis petitionis Matth 6. Ibidem.

pectatus unquam deſit. In quam ſententiam Pſaltes dixit: Iunior fui, ete nim ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panẽ Et Salomon Prouerbiorum decimo ait, Deum non occidere fame animam iuſti, Id quod & inſignibus exemplis Heliæ, Heliſæi, & Danielis prophetarum manifeſtum euadit. Nec tamen hoc putandum eſt, Chriſtum noluiſſe ut laboremus, quum ad laborandum cõditi ſimus, quemadmodum aues ad uolandum, & Geneſis teſtatur, iuſſiſſe & ordinaſſe deum, ut Adam poſt lapſum, uictum in ſudore uultus ſui quæreret: ſed hoc uoluit Chriſtus, ne laboribus noſtris, ueluti cauſſæ, rei euentum tribueremus, ut uictum ſolicitudini noſtræ acceptum feramus, ſed magis deo, qui ſi laboribus noſtris ſuam benedictionem non addat, terra præter ſpinas ac tribulos nihil nobis germinabit, atque adeo labores noſtri, ſi dei benedictio non accedat, etiam quod ad corporalem ſuſtẽtationem attinet, parum aut nihil proderunt, quod & res ipſa declarat, quum deus permittit fruges clade interire. tum enim uidemus q̃ non ſit in nobis ſitum, ut terra laboribus noſtris reſpondeat, ſed plane experimur, totum a deo pendere. Laborandum eſt itaque, ſed auium more, quæ officium quidem ſuum cantando expediunt, ſed interim de uictu ſolicitæ non ſunt, ex dei prouidentia reperientes quod edant. Laborãdum inquã eſt, ne deum tentare uideamur, ſi contra eius ordinationem foueri cupiamus, ſed ſine ſolicitudine, nimirum labores noſtros dei benedictioni permittentes, ac ab eo ſolo pendentes, qui aperit manum ſuã, & implet omne animal bñdictione. Qui ſic in timore dei laborant, hi ſoli labores manuum ſuarum manducabunt, ideſt dona dei cum gaudio cordis & gratiarum actione percipient. Quum interim impiis ſeſe labore enecãtibus, uanum ſit ante lucem ſurgere, qui etſi coram mundo locupletiſſimi appareant, non alium tamen, q̃ panem doloris manducant.

Pſal. 33. Prouerb. 10. 4. Regũ. 17. 4. Reg. 4. Daniel. 14. Gene. 3. Ibidem. Laborandũ nobis auium more. 1. Theſſ. 3. Pſal. 144. Pſal. 127. Pſal. 126.

Vt ergo Chriſtus tam uanam ſolicitudinem, & præter benedictionem dei prorſus inutilem nobis eximeret, & ut quicquid eſt ſuperfluæ uoluptatis magis q̃ neceſſariæ frugalitatis reſecaret, in primis ſimplici uerbo, panis, utitur, ut intelligamus, nos nec delicata nec ſuperflua, ſed tantum neceſſaria petere debere, ac habentes alimenta & quibus tegamur, his contentos eſſe oportere. In quem modum Solomonem quoque poſtulaſſe legimus, Prouerbiorum triceſimo: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum tribue uictui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt dominus? aut egeſtate cõpulſus, furer, & periurem nomen dei mei. Et idcirco nõ fruſtra in hac petitione addimus, NOSTRVM. Noſter enim panis eſt, quem deus nobis ad uſum tantum humanæ uitæ ſuppeditat, quo cõmode & neceſſario ad pie uiuendum, & fratribus inſeruiendum alimur, non quo ad laſciuiendum præter neceſſitatem luxuriamur. Noſter eſt, quem dominus iuſtis rationibus partum nobis ſuppeditat, nõ quem fraude, dolo, calũnia,

Cyprianus in oratione dominicam. Chryſoſto. in Matthæum. 1. Timoth. 6. Prouer. 30. Emphaſis uerbi noſtrum. Chryſoſto. in Matth.

ui conquirimus, & ex proximi ſubſtantia ac ſanguine exugimus. Nec
Chryſoſt. ibidem. hoc contentus, addidit Chriſtus, Quotidianum, Item, Hodie, ut omnino quid uellet, intelligeremus. Per (quotidianum) enim, uictum parabilem intelligi uoluit, adimens ſtudium ſumptus & deliciarum. Per (hodie) denique ſuſtulit curã craſtini. Quemadmodum paulo poſt apud Matthæum ait: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolici-
Matth.6. tus erit ſibiipſi: ſufficit diei malitia ſua. Perinde atque ſi ſingulis noſtrum diceret, Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet: Non eſt
Pſal.54. quur anxia ſolicitudine & cura te emaceres, pro uictu in annos & dies plurimos congregando, quod hanc irrideat deus, quemadmodum parabola de homine diuite (cuius uberes fructus ager attulit) declarat. Is
Lucæ.12. enim cum multa ſolicitudine ſibi diuitias paraſſet, horræa priora deſtruxiſſet, maiora feciſſet, & illuc omnia, quæ nata ipſi erant, congregaſſet, Et iam animæ ſuæ diceret, Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe & epulare, en ex inſperato audiuit ſibi deum dicentem: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quæ aũt paraſti, cuius erunt? ubi ut parabole uim explicaret, cõtinuo ſubiungit, Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & nõ eſt in deum diues, Nimirum omnes qui eodem ſunt affectu, eadem damnationis cenſura percellens.

Vis uerborũ da nobis. NEc grandi myſterio carent hæc uerba DA NOBIS. Quo in primis ſignificamus noſtram indigentiam & inopiam, Deinde cõuincimur etiã, quod ex nobiſipſis hunc panem habere non poſſimus, ſed ſolum deum, eum eſſe, qui cum & dare poſſit & uelit. Quo etiam hoc
Pſal.103. ſimul oramus, ut deus nobis eam cognitionem donet, qua certo ſentiamus eum panem quo alimur, ac cætera omnia quibus ſuſtẽtamur, diuinitus nobis donari, utq; pro tanto beneficio ipſi grati ſimus, iuxta illud.
Mos bñdicẽdi dño & ante, & poſt cibũ retinendus. Pſaltis: Omnia a te expectant, ut des illis eſcam in tempore. Dãte te illis, colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Itẽ Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno, Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Quamobrem parochi ſummo ſtudio plebem admonere debent, ne morem illum omnium pientiſſimum benedicendi domino ante cibũ ſumptum, & gratias agendi deo poſt ſumptum (quem a Chriſto profectum & ab omnibus piis in hæc uſq; tempora uſitatum conſtat) intermittãt, aut negligant, quod uel hoc ipſo more, quæcunque in hanc particulam diximus, in memoriam nobis reuocentur, fiducia ergã deum alatur, & debitæ gratiæ ipſi pro collatis beneficiis reddantur.

POrro quod dicit NOBIS pluraliter, non mihi hoc ipſo Chriſtus indicat, deum, quæcunque dat, non nobis ſolis dare, ſed & aliis per
I.Cor.5. nos, & proinde partem illorũ cedere debere ſibi parare non ualentibus, atque eo ipſo tenacitatem tollit, rerum cõmunionem (quum neceſſitas proximi poſtulant) largitatemq; & liberalitatem commẽdat. Ergo fru-

ſtra in hunc modum orabunt impii, qui non tantum pauperibus, quæ acceperunt, a deo communicare renuunt, ſed & inſuper pauperes diri- piunt, ſpoliant, ac fraude, doliſq;, ſeu etiam iuris uerſutia circumueniunt ut ſe ſolos locupletent, quos ſummopere odit, & q̃ maxime in prophetis deteſtatur deus. Certe Chriſtianus iudicare debet ſe nihil tanquam pro- prium tenere, ſed omnia in uſus proximi, quum res poſtulat, lubenti animo communicanda eſſe. Recte dictum eſt in tenaces & ſordidos, Pa- ſce fame morientem: ſi non paueris, occidiſti. Et alibi: Eſurientium panis eſt, quem tu detines, nudorum ueſtimentum eſt, quod tu recludis, miſe- rorum redemptio eſt pecunia, quam tu in terram recondis.

Impietas huius ſeculi diuitum.

Cyrillus.

47. diſtin. c. ſicut.

SECVNDO, hac particula petimus, ut pater ille cœleſtis non ſo- lum corporalem, ſed & cœleſtem & ſpiritualem alimoniam, qua ani mus & ſpiritus noſter uegetatur, nobis impertiat. Et in primis, ut intelle ctum diuini uerbi, & diuinorum mandatorum ſuorum dare dignetur. Verbum enim dei uere ſpiritualis panis eſt, qui animum paſcit & reficit, quemadmodum locus ille Matthæi capite quarto ſupra citatus, atque adeo res ipſa teſtatur. Rurſus meditatio & operatio diuinorum præce- ptorum panis eſt, quem Pſaltes dulciorem eſſe pronuntiat ſupra mel & fauum. Petimus itaque, ut deus hunc panem nobis dilargiatur, ut ipſe eum nobis frangat ac impertiat, utque eodem pane & intellectum & uo luntatem noſtrã reficiat ac corroboret. Præterea ut quotidie nos eum panem operari (hoc eſt, ut nos ſedulo in lege dei meditari ac ambulare) faciat, quo ſcilicet eiuſcemodi ſpirituali alimonia aliti & confortati, tan dem ad illam perfectionem, abſolutamq; uitæ beatæ ſaturitatem per- uenire mereamur. Vocatur quoque & iſte cibus Quotidianus, quod q̃ diu iſta uita temporalis per dies decedentes ſuccedenteſq; peragitur, ani- mi noſtri affectus, nunc in ſpiritualia, nunc in carnalia alternet: quo fit, ut quotidie panis iſte nobis neceſſarius ſit, quo animus ſubinde relabens & eſuriens erigatur, reficiaturq;. Petitur autem & hic panis, nobis a deo dari, quod uerbum dei non aliter ſalutare ſit, nec in animæ uiſcera traii- ciatur, fructum ſe dignum pariens, niſi deus ipſe intus docuerit. Fruſtra, ſi quidem concionatoris uox aures foris pulſabit, niſi & unctio (id eſt, gratia ſpiritus) ſancti uerbi uim in animi receſſus inſerat, ac faciat nos Theodidactos, id eſt, a deo doctos. Certe qui quotidie, in intellectu uer- bi dei promouet, adoleſcitq;, & grandeſcit quotidianis uirtutum aucti- bus, is ſolus uere ſentit, quam dulcis animæ cibus ſit, uerbum dei, ut iam libeat exclamare cum Dauid, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Et iterum, Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & to- pazion. Hoc cibo iuxta naturæ noſtræ modulum, donec hanc tempora- lem uitam gerimus (quod, hodie, denotat) ali nos oportet, donec ad per- fectum robur plenitudinis, quæ eſt in Chriſto Ieſu, nunquam non profi- cientes perueniamus.

Augu. de ſermo. dñi in monte.

Verbũ dei panis animæ.

Matth. 4.

Pſal. 18.

Augu. ibidẽ.

Quotidianus.

Verbũ dei nõ aliter ſalutare, niſi deus ipſe doceat.

1. Iohan. 2.

Theodidacti.

Pſal. 118.

Hodie.

Philip. 3.

Chrſs panis uerus qui de cœlo deſcendit.

TERTIO, & magis peculiatiter panis quem petimus, ipſe Chriſtus eſt uitæ largitor, & author, quem nobis fame pereuntibus de cœlo mittere deus dignatus eſt. Non enim explebat animum noſtrũ panis philoſophorum, aut fermentum Phariſæorum, ſed panis ille cœleſtis, q dat uitam mundo. Petimus ergo, ut deus hunc panẽ nobis quotidie det, ideſt, ut per ſpiritum ſuũ nos doceat incarnationis Chriſti myſteria, idq; per fidem, qua ſciamus & cognoſcamus Chriſtum carnem ſuam dediſſe pro mundi uita, hoc eſt, pro noſtra redemptione, deoq; patri pro noſtris peccatis ſatisfeciſſe: Deinde in hac carne reſurrexiſſe, ut certi ſimus, eum regnare nunc immortalem, in hoc, ut nos in mẽbra ſua coagmentatos, plane iuſtificet, & reddat etiam poſt hanc exactam uitam immortales & beatos. Sic enim ſpiritualiter paſcit animus noſter ſuauiter, fide recolẽs, quod Ieſus Chriſtus traditus eſt pro delictis noſtris, & reſurrexit ꝑpter iuſtificationem noſtrã. Petimus autem hunc panem nobis quotidie dari, hoc eſt hanc fidem in nobis indies augeri, quo tãdem eo perducamur, ut & ipſo deo, ideſt, diuinitate Chriſti, qua idem eſt cum patre, paſcamur, lætiq; ac alacres uitam ſanctam in deo agamus, certi ac ſecuri, ꝙ hũc panem manducantes, hoc eſt, in Chriſtum pro nobis crucifixum & mortuum credentes, non moriamur in æternum, ſed tranſeamus a morte in uitam. Quoniam uero hæc perfruitio deitatis hic nondum plena eſt, tũ uero plena erit, quando extincto in nobis per ſpiritum Chriſti omni peccato, deus in nobis erit omnia in omnibus, Idcirco poſtulamus hunc panem hodie, hoc eſt, quantiſper nos hanc mortalem uitam uiuimus, nobis dari. Petimus etiam, ut hunc panem ipſe det, qui dixit: Et panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Nam hæc fides non aliunde quã ex mero dei beneficio, animis noſtris infunditur, neque aliter quam promouente ſpiritu dei augeſcit. Sicut ſcriptum eſt: Quia non caro aut ſanguis reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Hæc eſt illa fides, qua regeneramur, renaſcimur, ac in Chriſto adoleſcimus, quemadmodum ſcriptum eſt, Et dedit eis poteſtatem filios dei fieri his, qui credunt in nomine eius, Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt.

Pſal. 106. Iohan. 6. Roma. 6. Roma. 4. 1. Corin. 3. Iohan. 14. Iohan. 6. I. Corin. 13. I. Corin. 15. Iohan. 6. Fides donũ dei. Matth. 16. Iohan. 1.

QVARTO, Quoniam neceſſarium erat, ut Chriſtus hanc fidem in nobis ſacramento aliquo inſigni ac uiſibili roboraret, ac certos etiam efficeret, ubi tale ſacramentum non indigne participaremus, Chriſti beneficium ad nos omnino pertinere, Idcirco recte etiã petimus, ut pater cœleſtis det nobis panem illum ſuperſubſtantialem in ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento tectum & uelatum, quem recte noſtrum dicimus, quia ſicut deus intelligentium & credentium pater eſt, ſic & Chriſtus, quum corpus & ſanguinem eius in Euchariſtia per fidem cõtingimus & edimus, noſter panis eſt. Petimus autem hunc panem nobis quotidie dari, quod ſic nobis uiuẽdum ſit, ut eum quotidie accipere mereamur.

Cyprianus in orationem dominicam. Auguſt. de ſerm. dñi in monte. Matth. 5.

reamur. Atque utinam omnes Chriſtiani ſic uitam ſuam inſtituerent, ut quemadmodum olim in primitiua eccleſia occidentali, non tantum ſpiritualiter, ſed etiam ſacramentaliter communicabant corpori dominico, ſic & hodie omnes ad Euchariſtiæ perceptionem debita pietate accurrerēt, quod id infirmitas noſtra plurimum requirere uideatur. Nam ſi quotidie peccamus, ac peccatum peccato cumulamus, quotidie etiam hic panis myſticus neceſſarius uidetur, qui animæ laboranti & peccatis obrutæ certiſſima eſt medicina, & præſentiſſimum remedium. At ſi ea eſt temporum horum conditio, ut hic mos non facile in uſum reuocetur, uiderint fideles ſacris aſtantes, ut ſaltem ſpiritu ac mente communicent cum deſiderio, quum opportunum erit, etiam ſacramentaliter communicandi Sed de hoc alias latius diximus Datur autem hic ſacroſanctæ Euchariſtiæ panis, non ab alio, quam a deo & Chriſto filio eius. Ipſe eſt enim non miniſter ſacerdos qui reuera baptizat, & qui carnem & ſanguinem ſuum nobis præbet in remiſſionem peccatorum. Et quamuis hic panis ſempiternus ſit, quotidianus tamen dicitur, & ad hoc tempus pertinet, inquantum ſcilicet miniſtratur animæ, quibuſdam ſignis ac dictis, & quatenus ad quotidianam peccatorum, in quæ indies incidimus, remiſſionem proficit.

Auguſti. de ſerm. dñi in monte.

Auguſt. ad Ianuarium.

Supra de administratiōe ſacramētorũ, itē in ſacramentis Euchariſtiæ.

Chrũs dat nobis corpus & ſanguinem ſuum.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA.

HIc debitorum nomine peccata ſignificari manifeſtum eſt ex Luca, qui eandem petitionem in hæc uerba renarrat, Et dimitte nobis peccata noſtra. ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Porro peccata debita dicuntur, ac debitis aſſimilantur, Matthæi decimooctauo, quod non ſecus atque debitor obligationis uinculis obſtrictus ſoluere, quod debet, tenetur, Ita peccator funibus peccatorum obligatus, pœnæ luendæ obnoxius eſt. Sic Chriſtus de hominibus illis decem & octo, ſuper quos cecidit turris in Siloe, reſpondens: Putatis (inquit) quia hi præter omnes homines habitantes in Hieruſalem fuerunt debitores, id eſt, peccatores ac pœnæ obnoxii. nam continuo adiecit: Non, dico uobis. ſed ſi pœnitētiam nō habueritis, omnes ſimiliter perhibitis. Chriſtus itaque hac orationis particula nō hoc iubet, ut pecuniam mutuo datā debitoribus remittamus, ſed tantum ut ueniam demus in nos peccantibus Chriſtiana enim philoſophia ſeu Euangelium docet nos de quadā ſpirituali & æterna iuſtitia in corde, quæ inter alia poſtulat, ut uolentes nobis a deo dimitti peccata, Fratribus ſimiliter in nos peccātibus offenſam ex corde remittamus, quod alioqui cor aut ira aut uindictæ cupiditate æſtuans, iuſtitiæ ſpiritualis capax omnino non ſit. Interim (ut iā diximus nō uetat Chriſtus, quo minus repetamus pecuniā mutuo datā,

Auguſti. de ſerm. dñi in monte.

Lucæ. 7.

Matth. 18.

Lucæ. 13.

Auguſt.

Chriſtus non uetat pecuniam mutuo datam repetere.

Roma. 1.

Matth. 5.

Marci. 11.

Explicatur locus, Matth. 5 aut quod noſtrum eſt, qui ne uetat quidem, ob id legitimo iure experiri. Nam quod apud Matthæum legimus, dominum dixiſſe, Ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū, eoq; quemadmodum id genus alia, dictum eſt, ut Chriſtus animum formaret, non ut imperia ſeu iudicia terrena, quæ ſunt ordinationes dei aboleret, ſeu illicita iudicaret. Vult Chriſtus in ſuis ante omnia uigere charitatem, uult, ut alieni ſint ab omni ira amaroq; affectu, maxime uero a uindicandi cupiditate. Vult, ut ſtudeant, quantum in eis eſt, etiam cum rerum ſuarum temporariarum iactura pacem habere cum omnibus hominibus. Is itaque eſt ſenſus CHRISTI uerborum; Si incideris in hominem cōtentioſum, qui malit ad iudicium prouocare, q̄ tibi, quod tuum eſt, uel dare uel relinquere, & periculum ſit te eiuſcemodi aduerſarii tui malitia (ut fere fit) detrimentum dilectionis proximi facturum, aut amaritudinem quandam, ſeu uindicandi affectum animo inde concepturum, potius eſt ut iacturam rei familiaris quam animi facias. Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Quin & ethnicis litigandi ſtudium tam inuiſum fuit, ut quoad poſſent, omnem litigandi materiam abſcinderent, ac ſubmouerent, iudicantes eum, qui pacem emeret adeo non facere iacturam, ut etiam plurimum lucraretur. At ſi quis eſt, qui animum Chriſtiano homine dignum gerit, a tranquillitate non facile dimobilem, nec temere amaris affectibus, ab his quæ extrinſecus acciderint, corrumpendum, is ſalua conſcientia, ac licite, quod ſuum eſt, iure repetierit, ſi tamen modeſte ac leniter egerit, hoc eſt, ad eam regulam, ut in animo ſemper paratus ſit, magis amittere quod ſibi debetur, quam Chriſtianam lædere charitatem, ac iure experiundo, non tam intendat fructum pecuniæ, quam ut proximum malitioſum debitorem ſuum corrigat. is enim ſi habet, unde tibi quod debetur reddat, & reddere per calumniam denegat, tum non ſolum nō peccabis in eum, ſed etiam proderis ei plurimū, ſi iure repetas quod tuum eſt, ne ille dum alienam pecuniam lucrum facere uult, damnum fidei patiatur, quod tanto eſt grauius, ut nulla ſit cōparatio Paulus certe non damnat uſum iudiciorum ad uitam corporalem traducendam apprime neceſſarium, ſed damnat, quod Corinthii mallent apud iniquos nimirum ethnicos iudices, q̄ apud ſanctos iudicari, perinde atque non fuerit inter eos ſapiens quiſquam, qui poſſet iudicare inter fratrem ſuum, qui poſſet controuerſiolas inter fratres ſubortas, citra tumultum, aut gentilium ſcandalum componere, aut etiam diiudicare. Damnat itaque hoc litigandi indecorum, procliuitatem ſcilicet ac temeritatem, maxime uero uindicandi (qui raro a litigando deeſt) affectum, uerum iudiciorum uſum integritate animorū (quæ Chriſtianos docet) ſalua permanēte, adeo nō damnat, ut alibi ualde celebret. Itidē, non uetat Chriſtus, quum iubet dimitti debitoribus noſtris, pu-

Chriſti doctrina non abolet imperia ſeu iudicia terrena. Lucæ. 12.

Auguſt. de ſerm. dñi in monte

Locus Pauli. i. Corin. 6. explicatur.

Paulus damnat litigandi perulcatiā ac indecorā nō iudicia. Roma. 13.

Chriſtus non

blicos latrones,homicidas,adulteros,& id genus reipublicæ peſtes iure publico accuſari,ac etiam puniri:Multo minus iubet,ut temere ipſis cō miſſum ignoſcamus,aut ad ipſorum ſcelera conniueamus. Nec prohibet etiam,quo minus magiſtratus auxilium ad propellendam uim priuatam imploremus,tametſi dicat,Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam,præbe ei & alteram,quod alioqui fruſtra Euangelium plurimis aliis in locis doceret,imperia ac magiſtratus,eſſe ordinationes dei bonas,præſentes item poteſtates obedientia ac honore colendas: Poteſtatem quoq; non fruſtra gladium portare, ſed in hoc a deo conſtitutā eſſe,ut gladio utatur in laudem bonorum,& uindictam male factorū. Neque Chriſtus ipſe Cæſaris imperium ſuis uer bis firmaret, quum ait: Reddite,quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ ſunt dei,deo. Quo quidem reſponſo,cum ſuum regnum, quod ſpirituale eſt, a corporali regno diſerte diſcreuerit,ſuum tamen cuiq; tribuendum eſſe indicauit, Deo perpetuā animi iuſtitiam ac innocentiam,Cæſari uero,quod leges ciuiles ac publici mores ei præſtari uolunt,ac iubent. Hic ergo dominicæ orationis locus,& ſimiles in Euangelio,qui uindictam prohibent,intelligēdi ſunt de priuata uindicta non de publica quam exercet magiſtratus quem & Paulus miniſtrum dei appellat,ac uariis encomiis illuſtrat. Itaque neq; accuſator ſeu delator publici criminis peccat in Euangelium,modo tamen ceſſet priuata uindicandi libido,ac deſit priuatus animi dolor,ſeſe, ſi liceret,ulciſci paratus,& hoc tantum quæratur, ut publica ſcelera iuxta leges,quæ dei ordinationes ſunt,puniantur,utq; reipublicæ trāquillitas ſeruetur. Neque peccat,qui uidens ſibi uim intentari, uel ad Cæſarem,uel præſentem prouocat magiſtratum. Id quod & Paulus feciſſe legitur apud Feſti præſidis tribunal. Sed de hoc obiter dictum ſit ſatis hic admonuiſſe ſuffecerit,uerbo debiti hoc loco peccatum uenire, non pecuniam,quod alioqui nobis iure ciuili debetur.

uetat maleficos puniri.
Locus explicatur.
Matth.5.
Roma.13.
i.petri.2.
Matth.22.
Matth.5.
Roma.12.
Roma.13.
Accuſare publicū latronem non eſt peccatum.
Num.35.
Paulus appellauit Cæſarem.
Acto.25.

SEd iam ad expoſitionē dominicæ orationis reuertamur. Superius itaque a deo precati ſumus,omnia ea bona,quæ a deo peti poſſunt. In primis æterna ac ſpiritualia, Deinde etiam corporalia ac temporalia.hic docet nos CHRISTVS deprecari omnia mala tam corporis quam animi,ſiue huius temporis, ſiue æterna. Principio itaque iubet, nos a deo petere remiſſionem peccatorum noſtrorum, quibus tanquā funibus conſtringimur, quo principio hoc oſtendit, locum etiam eſſe pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum. Fidelibus enim hæc aptatur oratio, quod q initiatus baptiſmatis ſacramēto nō fuerit,deū uocare patrē nō poſſit. Itaq; cogent(uelint,nolint)Nouatiani,ſimul & Anabaptiſtæ nobiſcum cōfiteri,uel remiſſioni peccatorū poſt baptiſmū locū eſſe, uel ſaltem orationem dominicā ad ſe nō pertinere,quorū ſi hoc conceſſerint, iam ſe plane hæreticos declarāt,qui ſe a Chriſto & eccleſia(cui hāc orandi formulā ille præſcripſit)ſeparāt. Secūdo,reuocat nos Chriſtus ad no

Ratio ordinis dñicæ pcationis.
Vis huius particulæ.
Nouatiani.
Anabaptiſtæ.

Omnes in conſpectu dei peccatores ſumus.
Pſalm.113.
3.Regū.8.
2.Para.6.
1.Iohan.1.
Prouerb.20.
Roma.7.8.

ſtræ infirmitatis cõſideratioẽ.bonumq; humilitatis inſinuat,ut ſcilicet agnoſcamus,nos oẽs in conſpectu dei eſſe peccatores & reos,ne ſcilicet quis ſibi quaſi innocẽs placeat,ſed quiſq; cõſcientiæ ſuæ recordetur. Quod & Iohãnes in epiſtola ſua monet,dicens:Si dixerimus,qa peccatū nõ habemus,noſipſos ſeducimus,& ueritas in nobis nõ eſt. Et Salomon Prouerb cap.xx.Quis poteſt(inquit)dicere?Mundum eſt cor meum,& purus ſum a peccato.Et rurſum:Nõ eſt homo qui nõ peccet.Alio quoq; in loco:Septies in die cadet iuſtus,& reſurget.Nã etſi a conſenſu(qui nos reos æternæ mortis fecit)tẽperemus,quis tamen non ſentit ſe circũferre carnẽ peccati?qua impellẽte,fit,ut quiſq; cogatur multa adhuc in ſeipſo deſiderare,& ſentire ſe multa,perpetuaq; condonatione egere,ac ſibi

Pſal.113.

ſemper orandum eſſe,Ne intres domine in iudiciū cum ſeruo tuo,quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Hæc certe humilis

Humilis confeſſio ſummũ præſidium ad obtinẽdam ueniam.
Lucæ.18.

confeſſio,quæ ex limpido fidei fonte emanat,ſummũ eſt præſidium ad impetrandam ueniam,qua ſubnixus Publicanus,repulſo ſuperbo Phariſæo,deſcendit iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Nam(ut ibi ueritas ſubiungit)qui ſe humiliat,exaltabitur,& qui ſe exaltat,humiliabitur. Ac ut Petrus & Iacobus teſtantur:Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Tertio,docet Chriſtus hanc peccatorū remiſſionẽ nõ

1.Petri.5.
Iacobi.4.
3
A ſolo deo petenda pctõrũ remiſſio.
Marci.2.
Eſaiæ 43.
4

aliunde q̃ a patre cœleſti peti oportere. Nemo enim poteſt peccata dimittere,niſi ſolus deus,Marc.ii.Et ut ipſe ait Eſaiæ.xliii. Ego ſum,ego ſum ipſe,qui deleo iniquitates ueſtras.Nam quatenus homines peccata remittant,diximus ſuperius in pœnitẽtiæ ſacramento. Quarto,docet Chriſtus pronam ac facilem eſſe uiam,remiſſionem peccatorum conſequendi,q; hanc iubet poſtulare a deo,tanquã patre noſtro,cuius propriũ eſt,filiorum ad ſe reuertẽtium miſereri,ac parcere,quod & alibi Chriſtus ipſe inſigni parabola de filio prodigo declarauit.Et Pſaltes in laudis cõ

I
Facilis uia cõſequendi remiſſiõem peccatorum.
Lucæ.15.
Pſal.102.
8

feſſionem prorumpens,teſtatur,quũ ait:Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,qui ſanat omnes infirmitates tuas,qui redimit de interitu uitam tuã,qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Deinde,eo ipſo oſtendit,patrem ſuũ cœleſtẽ facilem eſſe ad condonandũ nobis delicta noſtra,q; nos idipſum ab eo petere & orare docuerit,ac etiam iuſſerit.Hoc enim ſolo,paternã miſericordiam & ueniam preces noſtras ſequuturã ſatis promiſit.Qui enim nos ſic iuſſit orare,neq; ſemel cõfirmauit nos exoraturos,quicquid abs deo in ipſius nomine peteremus,ille certe præbuit petendi fiduciam,q; fidelis ſit & mentiri nõ poſſit pater,qui per filiũ ſuũ ſic nos orare docuit ac iuſſit.Si(inqt Apoſtolus)confeſſi fuerimus peccata noſtra,fidelis eſt dominus,qui nobis peccata dimittit. Fidelẽ certe dominũ ad dimittenda peccata aſſerit apoſtolus,ſignificãs deum pollicitationis & fidei ſuæ ſeruantem,quod & Dauid Pſal.l.teſtatur,cum cõmiſſorũ ueniã deprecans ait:Tibi ſoli peccaui,& malũ corã te feci,ut iuſtificeris in ſermonibus tuis & uincas cũ iudicaris:quaſi di-

Pſalm.50.
Roma.3.

cat,

cat, Mundus ſibi uere perſuadere non poteſt, te deum grauiter contra te delinquentibus uere & ſerio ignoſcere. Sed quando tu deus pollicitus es peccatoribus ad te reuertentibus ac confitentibus delictorũ indulgẽtiã, Idcirco plane cõfiteor me tibi ſoli deo deliquiſſe, certus ac ſecurus de uenia, ueritati promiſſionis tuæ innixus, qua te ipſa uinces omnes ſecus de te iudicantes. Deniq; facilitatẽ remiſſionis confirmat adiecta cõditio, qua tanq̃ ſigno nos certos de ſua uoluntate facit deus, noſtramq; imbecillitatem ac diffidentiam confirmat ac corrigit, hoc inquam ſigno, Remittenti remittetur. Ne enim uel irrationalis quiſpiã, aut in magno aliquo aut in exiguo delicto de iudicio dei conqueri poſſit, aſſerit in noſtra eſſe poteſtate iudiciũ de nobis futurũ, perinde atq; ſi dicat, quẽadmodũ tu tibi ipſe iudicabis, ita etiã tibi iudicabo. Si enim (inquit Chriſtus) dimiſeritis hominibus errata ſua, remittet & uobis pater cœleſtis errata ueſtra. Ex pacto ergo dominum conuenire poſſumus, ut peccatorũ remiſſionem concedat. Si tamen aliis a nobis erratorum ſuorum prius facta ſit uenia. Certe pater agnoſcet a filio præſcriptam cõditionẽ, modo, quod ad nos attinet, conditioni ſatisfacere non detrectemus.

5 Chrũs per adiectã cõditionẽ, ueluti ſigno quodã nos certos facit de remiſſione pctõrũ. Matth. 5. Chryſoſt. in Matthæum hom. 20. Matth. 7. Matth. 5.

CAeterum uerbo dimittendi uſus eſt Chriſtus, ut ſignificaret remiſſionem peccatorũ, e ſola gratia dei pendere, id quod latius in materia iuſtificationis explicauimus. Quod autẽ rogamus (Dimitte nobis) admonemur in hoc fraternæ charitatis, ut nõ minori mentis ardore ac deuotione petamus proximis noſtris ſua delicta ignoſci, qua nobis noſtra condonari poſtulamus. Quin Chriſtianæ charitatis ardor, latius etiam progreditur. Vt ſancti uideantur maiorẽ habuiſſe in orando pro ximorum curam, q̃ ſuæ propriæ ſalutis, quẽadmodũ Paulus teſtatur: Veritatem (inquit) dico in Chriſto Ieſu, non mentior, teſtimonium mihi perhibẽte conſciẽtia mea in ſpiritu ſancto, quoniã triſtitia mihi magna eſt & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, q ſunt cognati mei ſecũdũ carnẽ, qui ſunt Iſraelitæ, &c. Et Moſes eodem ſpiritu percitus orauit dicens: Obſecro (inquit) domine, peccauit populus iſte peccatũ maximũ: aut dimitte eis hanc noxã, aut ſi nõ facis, dele me de libro quẽ ſcripſiſti, Amen. Dicimus autẽ. Debita noſtra, non quẽadmodũ panẽ quotidianum, noſtrũ appellamus, ueluti nobis impartitũ ac donatum a deo, a quo omne, quod bonum eſt, proficiſcitur & ſuo dono noſtrum fit. Sed noſtra ſunt peccata, ueluti quæ ex nobiſipſis, & non a deo ſunt, quẽadmodũ apud Oſee dñs cõteſtat: Perditio (inquit) tua ex te Iſrael tantũmodo, ex me eſt auxilium tuũ, nã neq; in deo, neq; a deo eſt malũ, & nemo deo authore fit deterior.

Cur Chrũs uſus ſit uerbo dimittendi. Nobis. Roma. 9. Exodi. 32. Noſtra.

QVi hac petitione deprecari etiam peccati pœnã nos affirmãt, ueluti indiuiduam peccati comitem ac ſtipendiũ, quẽadmodũ Paulus ait: Stipendiũ peccati mors, hi in eccleſiæ ſupplicationẽ reſpexiſſe uidentur, quæ hanc petitionẽ, ueluti paraphraſi quadã explicare uoluiſſe

Pœna indiuidua comes peccati. Roma. 6.

oratio eccleſiæ. uidetur, cum orat: Ineffabilem nobis domine miſericordiam tuā clementer oſtēde, ut ſimul, nos & a peccatis exuas, & a pœnis, quas pro his meremur eripias, atq; eo tendit pſalmus ſeptuageſimusoctauus. Pſal. 78.

SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS.

Affectus hominū carnalium. SVnt plerique ſolo nomine Chriſtiani, quibus uidetur fieri uix poſſe, ut homo ex perfecto corde, capitali hoſti & malefactori dimittat, ſed hi incipiant fieri Chriſtiani, diſcentes & hunc affectū remittendi proximo non ex nobis eſſe, ſed a deo peti etiam oportere. Deinde intelligant nullum plane laborē eſſe, petenti fratri cōdonare errata, ſiquidē inuidia liberari, liuoris, iracūdiæq; ſolicitudine leuari, magnam reddit mēti noſtræ quietem. Odium uero aſſidue in corde gerere, inuidia torqueri, tormentum eſt, quo non facile reperias maius, ut teſtes nobis ſunt inimicitiarum appetentes & odii amantes. Ad hæc, & ſi præceptū de diligendis inimicis magnū ualde eſſe uideatur, tamen ſi præmium hoc enauātibus cogitaueris, nihil omnino uidebitur. Præmium quidē, q; a te dimittenti proximo, nullius a te exigetur ratio peccati, atq; etiā merces ampla in futuro tribuetur. Rurſus ſi cogitaueris q̄ non paria dn̄o facias, in conditione propoſita adimplenda, te profecto pudebit ullam hic difficultatē cauſſari, Deus cum nullius unquam indigeat, a te grauiter offenſus, tibi gratis ignoſcit, ab omni peccato prorſus extraneus. Tu uero qui proximo dimittis, ipſe quoq; remiſſione indiges, nimirū multorū etiā peccatorū erga deū reus, & forte maiorū q̄ proximus tuus, cui dimittere iuberis. Sed fac, te iniuſta aliqua a proximo eſſe ꝑpeſſum, ea tamen talia proculdubio ſunt, qualia etiam tibi a deo remitti poſcis, multoq; interdum tua commiſſa maiora. Deniq; ſi deum uis habere patrem, neceſſe eſt, ut exemplo eius non tantū amicos, ſed & hoſtes & inimicos diligas & cōplectaris. Quemadmodum Chriſtus Matthæi. v. ait: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filii patris ueſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. Si enim (ut ſubdit) diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habetis? nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tātum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo & uos perfecti, ſicut & pater ueſter perfectus eſt. Atq; hic ne doctrinā euangelicam uti impoſſibilem auerſemur, Chriſti & ſanctorū fratrū noſtrorum exempla nobis intuenda ac imitanda ſunt, qui pro perſecutoribus & occiſoribus ſuis, inter ipſa etiam uerbera ac mortes ardētiſſime oraſſe leguntur quin & Dauidis, uiri ueteris teſtamenti affectus intuendus eſt. Domine (inquit) deus meus ſi feci iſtud, ſi reddidi retribuentibus mihi

Facile eſt remittere proximo.

Chryſoſt. in Matth. ho. 20.

Ibidem.

Hoſtes noſtri diligendi.

Matth. 5.

Lucæ. 23.

Acto. 7.

Pſal. 10.

Iob. 31.

mala decidam merito ab inimicis meis inanis. Iob quoq; (memorabile illud patientiæ exemplum) nobis rememorandus eſt. Si gauiſus, inquit, ſum in delicto inimici mei, ſi dixi in corde meo, benefactum eſt, audiat auris mea maledictionem. A quo multū abhorrent, hi qui cū aduerſarium ſuum malitioſum in ius uocauerit, nec ab eo confeſſionem elicere poſſunt, gaudent tamen, ſi ſaltem eum ad periurii reatum adigant, ut uel ſic etiam eum perdant.

SEd dices, quid. Si quiſpiam, eam adhuc imperfectionē in animo ſuo ſentiat, ut proximo noxam ſtatim remittere poſſe ſibi nō uideatur, nūquid is penitus ab orādo deſiſtet, aut ſaltem orationis dominicæ formulam euitabit? Reſpondemus, Multum differre, an quis affectum eum nondum habeat, cum tamen a deo ſibi dari affectet. An uero quū eum necdum habeat, ne optet etiam habere ac a deo nanciſci, ſed magis odio ac liuore intabeſcat eligens magis mori, q̄ uindictæ libidinē ponere. Siquidem prior rite ad orationem accedit, atq; adeo magis oratione indiget, quo corruptiorem gerit affectum. Is itaq; pie & dominicam orationem totam recenſebit, ſi hanc particulam, quam tractamus, animo permurmurās, a deo expetat ſibi hunc affectum dimittendi proximo, ac ſpiritum dulcem largiri. Quod faciens, adeo nō orabit contra ſe, ut etiā quod fideliter petit, ſit impetraturus, quemadmodū Chriſtus Lucæ. xi. pollicitus eſt dicens. Pater ueſter dabit ſpiritum bonū petentibus ſe. At poſterior, qui obfirmauit animum contra proximum ſuum, is certe fruſtra orat ſibi dimitti peccata. Chriſto exerte dicēte: Si non dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra, quod & memorabili parabola declarauit de ſeruo, qui noluit miſereri cōſerui ſui, qui & propterea iuſſus eſt tradi tortoribus, quoaduſq; redderet uniuerſum debitum, ubi in calce, parabolæ uim explicans, ſubiunxit, ſic (inquit) & pater ueſter cœleſtis faciet uobis, ſi nō remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris. Quod & ſæpe alibi, ueluti cuius ſummam geſſerit curam requirit, dicens: Dimittite & dimittetur uobis, Item, qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. Item, cum ſtabitis ad orādum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē, ut & pater ueſter, qui in cœlis eſt, dimittat uobis peccata ueſtra. Rurſus Matth. v. Cum offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuū ad altare & uade prius reconciliare fratri tuo. Ecce quantā curā Chriſtus huius rei geſſerit, quam tam ſæpe, idq; non generatim tantū, ſed ſpecialiter & exerte inculcat, atq; etiā maximū præmium facienti pollicetur, interim etiam mille tibi occaſiones manſuetudinis ac pietatis miniſtrat, uti hoc quod in te eſt belluinū, depellat & irā (qua flagras) extinguat, teq; undiq; tuis mēbris reiungat. Quin & Ieſus filius Sirach ueteris teſtamēti ſapiens pulchre monet: Qui uindicare (inquit) uult, a domino inueniet uindictā, & peccata illius ſeruans ſer-

Quæſtio.
Dilutio.
Conſolit imperfectis.
Imperfectus
Lucæ. 11.
Odio tabeſcens.
Matth. 5.
Matth. 18.
Matth. 6.
Marci. 11.
Matth. 5.
Chryſoſto. in Matth æum.
Eccle. 28.

uabit:relinque proximo tuo nocenti te,& tūc deprecāti tibi peccata ſoluentur:homo homini reſeruat iram,& a domino quærit medelā:in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam.& de peccatis ſuis deprecatur:ipſe cum caro ſit,reſeruat iram,& propitiationē petit a deo :quis exorabit pro delictis illius?quo quid aliud ſignificat,q̄,quod talis hominis oratio(iuxta pſalmiſtæ uerbum)ei fiat in peccatū? Nam quid aliud eſt dicere,dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimns debitoribus noſtris,ſi non dimittamus?q̄ ſicut nos nō dimittimus debitoribus noſtris,ita nec tu deus dimittas nobis,quæ horrida profecto eſt imprecatio piis auribus ac mentibus inuiſa.

Pſalm.108.

Quæſtio.

AT inquies,ſi talis eſt cauſſa orantis,qui necdū ex corde remiſit proximo,multi erūt,qui dū orationē dominicā recēſuerint huiuſmodi particulā inter orandū omittent.Sed quis hos ſtultos non uidet?Primū quia non orant,ut Chriſtus uoluit & docuit,nec ſunt Chriſti diſcipuli.Secundo,quia nec pater libenter exaudit orationē,quā filius nō dictauit. cognoſcit enim pater filii ſui ſenſus & uerba, non ſuſcipit quæ uſurpatio humana excogitauit,ſed quæ ſapiētia Chriſti expoſuit.Ergo orationem quidē dicere poſſunt,circūuenire deum & fallere nō poſſunt, nec accipiunt indulgentiā,niſi ipſi indulſerint prius.In ſumma,ut huius particulæ finem faciamus.Nobis qui filii dei & Chriſti diſcipuli,cum dici,tum eſſe uolumus,orandum eſt,ut pater noſter cœleſtis nobis donet gratiam.ex corde remittendi proximo debita,in nos commiſſa, ut eandem remiſſionis gratiam uiciſſim ab eo conſequamus.

Dilutio.
Stulti. qui aliter orāt quā Chriſtus docuit.
Iohan.ii.

ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

TEntare in ſcripturis cū generatim accipitur,ſignificat periculū facere,ſeu experimentū de aliquo ſumere.At tētare deum, nihil aliud eſt q̄ dei uerbis ſeu promiſſis nolle ſimpliciter credere aut fidere, ſed uelle facere periculū aut experiri,nū uerū ſit,quod deus uerbo ſuo propoſuit, aut futurū pollicitus eſt,uel econtrario uelle aliquid experiri contra legē naturæ inditā,ubi nec deus id ut fiat,præceperit, nec extrema neceſſitas huc coegerit,quod eſt deū irritare,exaſperare ac contēnere. Quēadmodum legimus Gene.xvii.Quid(inquit Moſes ad populū)iurgamini cōtra me,cur tentatis dn̄m?Itē,Deute.vi.Non tentabis dn̄m deū tuū, quē locū Chriſtus cōtra diabolū tentatorē citat,Matth.iiii.Et in Actis,cur tētatis dn̄m,ut imponatis iugū ſup ceruices diſcipulorū? quaſi diceret, Nōdum creditis nos iuſtificari per fidē in Chriſtū Ieſum,quēadmodum ipſe docuit,ſed magis cerimoniis Iudaicis?Dicitur aūt & deus tētare,& diabolus,ſed diuerſa ratione ac fine. Deus tentat ut probet ſeu exploret fidē noſtrā,non quaſi neſcius mentium humanarū,ſed ut nos nobiſipſis

Tētare quid ſignificet in ſcripturis.

Gene.17.
Deute.6.
Matth.4.
Acto.15.
Deus tentat.
Diabolus tentat.
Auguſt.de ſerm. dn̄i in monte.

oſtēdat,ac mundo reddat manifeſtos. Sūt enim plurimi,qui ſibi probe ī Chriſtianiſmo profeciſſe uidenť,ſibi pſuadentes,quaſi toto corde deo fidant ac adhæreāt,idq; prius q̄ ſui periculū fecerint,at cū aduerſitatis procellæ inciderint,tū demū reipſa cōperiunt q̄ lōge abſint a pfectione iuſtitiæ. Qui ob id tentanť,ut ſibi cogniti fiant, utq; erudianť, inſtruanť ac probenť. Qui uero iā reuera pii ſunt,hi ut manifeſtenť glorificenturq;,a dño tentari phibentur,ſicut ſcriptum eſt: Vaſa figuli pbat fornax,hoīes aūt iuſtos tētatio tribulatiōis. Sic deus Abrahā multa gentiū patrē in filio tētauit & honorauit,ſic ſanctos Apoſtolos,ſic inuictiſſimos martyres,igni & ferro,infinitiſq; tormento gñribus coronauit. Diabolus uero tentat,nō ut inſtruat,ſed ut ſubruat,non ut erudiat,ſed ut euertat. Nā cum ſciat carnē fragilē eſſe,& ad malum pcliuem,mundi amantē, mentemq; noſtrā ueluti captiuā in corpe mortis huius detineri,ſuggerit carni,corporeæ uoluptatis cupidinem ac illecebras,obiicit oculis mūdi ornatū,faſtū & gloriā. Aut ſi hoc nō ſuccedit,ſolicitat mundū, ut intentet bono direptiōes,exilia,& mortes. Deniq; puocat mentē ad uitæ ſuperbiā,uel triſtitia & amarulētia obſcurat,faciēs undiq; piculū,num poſſit hoīem ſubuertere. Dei ergo tentatio, pbatio. Diaboli uero tentatio deceptio,ſeu praua ſuggeſtio eſt. Abſit ergo, ut qs putet deum ad hūc modū, nēpe ſubuertendi grā, quempiā tentare. quāobrē diuus Iacobus ait: Nemo cum tentať,dicat ſe a deo tētari. Deus enī intētator malo ē,hoc ē, deus nō eſt mali ſuggeſtor,q eſt author oīs boni. Quod aūt hic oramus, ne deus nos ī tentationem inducat,ſimili phraſi dictū eſt, qua dñs diciť induraſſe cor Pharaonis,aut cōuertiſſe cor Aegyptio,ut odirent populum eius,ſeu cōcluſiſſe oīa ſub pctō,ideſt,pmiſiſſe,ut hæc fierent. Nā frequens hæc phraſis eſt in ſcripturis,qua deus diciť ea agere ſiue faceř,quæ fieri pmittit,ut ſit ſenſus: Et ne nos inducas in tentationem,ideſt, ne permittat nos induci. Tentatio enī hic pro mali ſuggeſtiōe accipiť. Nec hoc omittendū eſt,tentationē aliā humanā dici,ueluti quæ a carne ſeu a mūdo pficiſciť,qualis eſt tentatio ad fornicationē,furtū,& id genus ſimilia uitia,de qua dictū eſt: Tentatio uos nō apprehēdat niſi humana. Alia uero eſt diabolica,qua ſatā triſtitia,æternæ dānatiōis timore, blaſphemia, & deſperatione mentem hominis occupat,qua interdū etiā oculis corporalibus uiſibilium re ſpectra offert,& aperto marte hoīem aggreditur, quæ tentatio maxima quidem eſt & periculoſiſſima, ſed tamen eodem ſcuto(quo humana illa)propellitur,quemadmodum infra dicemus.

Induci aūt in tentationē,ſignificat nō tantū tentari,ſed tentatione penitus īmergi,aſſentiri,ac a tentatione ſuperari,quēadmodū Pharaoni impiiſſimo tyrāno cōtigit,ac paſſim oībus cōtingit, q a cōcupiſcentia ſua illecti & abſtracti,peccati uinculis collū ſubmittunt,tentationiq; ſuccumbunt. Quod ne fiat deprecandū eſt nō aūt hoc orandum eſt, ne omnino tentemur, Tum,qđ uita noſtra ſic cōparata ſit,ut aſſidue cum hoſti

Eccle.17.
Gene.22.
Diabolus tentat vt ſubuertat.
Roma.6.
Duplex diaboli machina,
Illecebræ.
Sæuitia.
Ambr.lib.I. de Abrahā patriarcha.
Iacobi.1.
Exodi.9.
Roma.9.
Auguſt.de ſerm.dñi in monte.
1.corin.10.
Auguſt.de ſerm. dñi in monte.
Pharao.
1
Iob.7.

2 bus aiæ pugnā gerere debeamus. Quēadmodū Iob ca. vii. legimus: Militia eſt uita hoīs ſup terrā. Tum, qđ ſaluti nr̄æ, ut tentemur, ſæpe nō parū cōducat. Nēpe, ut infirmitatis nr̄æ nobis cōſcii facti, neq; ſuperbiamus, neq; ueluti ſecuri in utrāq; aurem obdormiamus, ſed magis in humilitatis ac uirtutum ꝓfectu cōſeruemur, ac in timore dei noſtrā ſalutem uigiles operaur. Quod in beato apoſtolo Paulo relucet, qui. ii. Cor. xii. de ſe ipſo loquens: Ne (inqt) magnitudo reuelationum me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, q me colaphizet. Propter qđ ter dn̄m rogaui ut diſcederet a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, Nā uirtus ī infirmitate perficit̄: Atq; ī hāc ſentētiā alibi legis: Beatus hō, qui ſemper eſt pauidus. Tum deniq; utilis eſt tentatio, qđ præparet ad uictoriā & coronā. Si enim nullus eſſet hoſtis, nulla eſſet pugna: ſi nulla pugna, nulla eſſet uictoria: ſi nulla uictoria, nulla eēt corona. Quemadmodum Paulus ait: Nēmo coronabit̄, niſi q legitime certauerit. Nimirum, quod ſoli uincenti promiſſa ſit a deo corona uitæ. Apoca. ii. Et ut Iacobus teſtatur: Beatus uir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe.

Cyprianus in orationē dominicam. I. petri. 5. 2. Corin. 12. Prouer. 28. 2. Timoth. 2. Apoca. 2. Iacobi. 1.

QVæ cum ita ſint nemo ob id deiecto aut puſillo aīo eſſe debet, qđ tentatione agitet̄, nec putare ſe ꝓpterea deo exoſum, multo minus a deo derelictum eſſe, quinpotius hinc ſtatuere ac iudicare debet, ſe deo curæ eſſe. quē enim diligit filiū, pater caſtigat. Et manifeſtum ſane eſt argumentum, nondum eſſe in hoſtis ptāte, quem is adhuc acriter īpugnat. At q nullis tentatiōibus impetit̄, magis habet cur formidet, quod quem hoſtis iā captiuum occupat ac uinctum tenet, minus infeſtet. quāobrē diuus Iacobus nos dulciter cōſolans, ait: Omne gaudiū exiſtimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, ſcientes, qđ probatio fidei ueſtræ patientiā operat̄. Patientia aūt opus perfectum habeat, ut ſitis ꝑfecti & integri in nullo deficientes. Et quis tandē Chriſtianus eſt, q tentari oīno recuſet, aut pugnā, cum ingeritur, detrectet, cum Chriſtus ipſe deus & hō caput noſtrum ſe a diabolo tentari paſſus ſit? Idq; eiſdē oīno tentationum gn̄ribus, qbus nos aggredi ille ſolet tentator nempe ſuggeſtione ac incitatione cōcupiſcentiæ carnis, cōcupiſcentiæ oculorum & ſupbiæ uitæ. Quin caput noſtrum nobis imitandum eſt, ne ſcilicet in tentationis certamen audacius inſiliamus, aut idipſum nobis accerſamus: ſed demum quum ducimur cum Ieſu in deſertum, ut tentemur, ut tum eius exēplo certamina nō recuſemus, ac tentati, diabolo fortiter reſiſtamus.

Auguſt. de ſerm. dn̄i in monte. Iacobi. 1. Matth. 4. I. Iohan. 2. Chryſoſt. in Matthæum.

IAm ad particulæ expoſitionē ueniamus. Non ſemel antea docuimus, quāta ſit naturæ nr̄æ imbecillitas, rurſus q̄ potentes hoſtes habeam⁹, q nobis nunq̄ nō immineāt, nēpe caro, mund⁹ & diabolus. Primus hoſtis domeſticus eſt, intra tecta parieteſq; domus nr̄æ cōcluſus, q nec totus, q̄diu in hoc mortis tabernaculo ſumus, excludi pōt, tanto periculoſior, q̄to intimior, nimirum caro. Alter familiaris admodum eſt, ac uicin⁹

Cyprian⁹ in orationē dominicam Chryſoſto. in Matth. Roma. 7. I. Iohan. 2.

nos undiq; circũſtás, interim ut fallat, bládiens, ĩterim ut euertat minitás ac ferocies, Mund⁹ ſcilicet. Poſtremo, oĩs malitiæ author diabol⁹, nunq̃ nõ circuit tanq̃ leo rugiẽs, quęrens quẽ deuoret, tãto formidabilior, q̃to occultior, uerſutia ac malitia inſignis, tãtæ ĩ ſegnes & oſcitátes potẽtiæ, ut nõ ſit ſup terrã poteſtas, q̃ ei cõparet: De qua ptáte operæpretium, duxit apius nos admonere, cũ ait: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores tenebrarũ harũ, cõtra ſpiritalia neq̃tiæ in cœleſtibus. Ergo ne tãti ac tã ꝑpe ſemꝑ imminentes ac fortiter inſtãtes hoſtes, nos plane ĩbecilles euertãt, iubet Chriſtus, ut cœleſtẽ patrẽ oremus, ne nos ꝑmittat induci in tentationẽ. Quo imprimis nos humilitatis rurſus admonuit, & ut ĩdomitæ mentis tumorẽ reprimeret, noſtrã nobis infirmitatẽ, oñdit, q; ſcilicet oĩno ſufficientes nõ ſimus nr̃is uiribus, tot & tã infeſtis hoſtibus reſiſtere, ſed cœleſtis p̃ris egeamus auxilio, q nos etiã ſua uirtute in tã difficili pugna faciet tãdẽ uictores. Quod & Dauid nõ tacuit, Pſal xvii. Qm̃ in te (inquit) eripiar a tentatione. Et iterum pſal. lix. In deo faciemus uirtutẽ, & ipſe ad nihilũ deducet oẽs tribulantes nos. Quis quæſo de ſe ſecurus eſſe poterit, quis ſuæ uirtuti fidere, q intelligat, q̃ tota hæc uita undiq; diaboli laqueis plena ſit? q̃ nõ ceſſet, tentator ille, q nec ueritus eſt, & filiũ dei Ieſum technis ſuis aggredi? Dein q ſecum reputet, quot ſatanæ machinis impetitus ſit, ſeruus dei Iob? q recordetur Saulum prius electum, poſt eiectum a conſpectu dei, q meminerit Dauid, appellatum in ſcripturis uirum ſecundũ cor dei, eo turpitudinis ꝑtractũ, ut adulterium homicidio copularet, q uideat Salomonem, cui deus in principio regni ſapientiã dederat ultra oẽs hoĩes, eo dementiæ ꝑductum, ut peregrinis ſimulachris immolaret? cui ueniat ĩ mentẽ, qd acciderit apoſtolorũ principi Petro, q fortem uſq; ad mortis diſcrimẽ animum ꝓfeſſus, ter dñm ſuum abiurauit. Hæc atq; hmõi multa q cõſiderat, is certe nõ poteſt nõ inhorreſcere, ac formidare tentationis periculum, & humiliare ſe ſub potenti manu dei, qđ hic, ut faciamus iubet Chriſtus. Secundo, eoipſo qđ Chriſtus iubet, ut patrem cœleſtem oremus, ne tentatione ſuperemur, nobis certã fiduciã facit oĩs tentatiõis dei auxilio filialiter uincendæ. quin eoipſo teſtat̃, deum ſemꝑ paratum eſſe ut nos a tentatione (ubi opem eius ĩplorauerimus) eripiat. Quod & Aplus Paulus. i. ad Corinth. x. nõ tacuit, cum ait: Fidelis eſt deus, q nõ patiet̃ nos tentari ſupra hic qđ poſſumus, ſed faciet etiã cum tentatione ꝓuentum. Tertio, oſtendit hoc ipſo Chr̃us nullum eſſe remedium ſalutarius ac efficacius ad ſuperãdas tentatiões, uiuida ac uigilanti orõne, quemadmodum & alibi monens, ait: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Fide enim diabolus uincitur. Fidei uero primus fructus, fidelis ac uigilans oratio eſt quamobrem Apoſtolus Petrus nos cõmonet, ut ſobrii ſimus & uigilemus, utq; aduerſario noſtro diabolo reſiſtamus fortes ĩ fide. Et q̃ ualeat oratio ad ſuperandos hoſtes, ſatis oſtendit Amelech tantiſper ſupe-

I. Petri. 5.
Ephe. 6.
Vis petitiõis I
Cyprianus in orationẽ dominicam.
Chryſoſt. in Matth.
Pſal 17.
Pſal. 59.
Matth. 4.
I. Regũ. 9. 10
I. Reg. 15. 16.
2. Reg. 11.
3. Reg. 3.
3. Regũ. 11.
Matth. 26.
Marci. 14.
Lucæ. 22.
Iohan. 18.
I. Petri. 5.
2
Deus ſemper paratus nos eripere a tentatione.
I. Corin. 10.
3
Matth. 26.
I. Petri. 5.
I. Iohan. 5.

ratus,quãdiu oraret Moyſes manibus in cœlũ leuatis.Certe,ſi hoc reme
Ambro.de parad. ca. 12.
dium adhibueris,nõ eſt cur diabolũ quãtumuis potentẽ,formides, quod
iam te in longe potentiores præſidiũ acceperis. Accepit quidẽ diabolus
tentandi licentiã,ſed nõ accepit copiã ſubruendi,niſi ſua ſpõte labatur in
firmus affectus,qui ſibi conſiliũ nõ nouit accerſere.Adeo diaboli inuidẽ
tia & oẽs eius machinæ nihil ſunt,niſi euanida ac phãtaſtica apparitio,
Gregorius.
ſibilus & ſuſurrus,quem hoc ſolo uiceris,quod reſtiteris. Debilis(inquit
quidã)eſt hoſtis,nõ poteſt uincere,niſi uolentem: uinci aũt uult q negli-
Quo pacto tẽtationibus reſiſtendum.
git reſiſtere,quoniã ſuperſedet ſe humiliare & orare. Ergo cum tentator
uana & praua ſuggerit,timeamus,recolẽtes noſtrã infirmitatẽ, oremus
Iacobi.1.
deum,ut ſenſus nr̃os cuſtodiat,ne ſuggeſtio pariat delectationẽ,delecta-
tio ꝯſenſum,cõſenſus peccatum,peccatũ aũt mortẽ. Quod ſi ita ad deũ
Tametſi diabolus execrãda ſuggerat, Propterea tamen nõ conturbabimur.
humiles cõfugimus,iam hoſtis ſuperatus eſt. Quod ſi etiã hoſtis ea ſug-
gerat,quæ nec aĩa uellet proferre,nec hominis lingua nominare, ueluti
plane execrabilia & nefaria,ne ſic quidẽ cõturbabere, quod nõ raro ten-
tator,præſertim ĩ oratione(qua maxime deo appropinquamus) plerũq;
nobis ea,quæ ſunt plena opprobrii alicuius,aut ſceleris offundat, uel ſic
nos a ſtudio precationis auertere cupiens.In hoc ergo ꝯgreſſu nõ referas
pedẽ,tametſi tentatio fuerit diuturnior,ſed in oratione pſeuerato,&ſedu
Athan.in quæſtionibus, q. 15.
lo uerbis dñi tui Chriſti Ieſu,diabolũ tentatorẽ retunde, quod & Atha-
naſius faciendum monet:Dic(inquit)blaſphemia ſit in caput tuũ diabo
le.Ego enim dñm deum meum adorabo,& illi ſoli ſeruiã. Dic cum Da-
Pſal.67.
uid:Exurgat deus,& diſſipentur inimici eius,& fugiant qui oderũt eum
a facie eius, nã & Athanaſius teſtatur, Plures ſanctos expertos eſſe hunc
pſalmum,ſummo terrori diabolis eſſe.hoc ergo faciens in tentatione nõ
timebis,quod tum non ruinæ,ſed magis meriti occaſio tibi futura ſit.

Caro.
IN ſumma itaq; hac petitione poſtulamus a patre cœleſti eam gratiã
nobis donari, qua ſuffulti carnalẽ libidinẽ,& quæcũq; ſunt,a quibus
Mundus.
accendi ſolet caro, domemus, ac totis uiribus curemus, ut oĩa incitamẽ
Pſal.91.103.
ta uoluptatis,cruci Chriſti affigere & mortificare poſſimus. Adhæc ne
Roma.1.
nos ulla mundi creatura, ſua fucata uenuſtate ac dulcedine ſolicitet ad
1.Petri.5.
peccandum,ſed magis prouocet ad dei laudem & gloriã. Rurſus, ne nos
mundi malitia,perſecutiones,ac tribulationes ad impatientiã, uindictã,
iram,aliaq; uitia incitent, ſed ut conſtantes in mortem uſq;, fidẽ in deũ
firmam teneamus.Itidem ſi flagellis caſtigemur, ac delicta noſtra plagis
1.Corin.1.
iuſtiſſime,immiſſis puniantur,tum ad hanc petitiones formulã recte po
ſtulauerimus,ut deus huius tentatiõis felicem exitum faciat,quo ſcilicet
Diabolus.
patienter ferentes quod immittitur hic leuem uindictã experti, poſthac
non cum hoc mundo dãnemur.Deniq; petimus,ne nos ſatanæ tentatio
obruat qua nos quo uel in ſuperbiã,uel in odiũ & inuidiã,uel in alia ſpi-
nos.
ritualia crimina,atq; adeo tandẽ in deſperationẽ protrudat,ſubinde im
petit.Rogamus autẽ non ſinguli pro nobis, ſed pluraliter, hoc ſenſu,ut

cœleſtis

cœleſtis pater omnium illorum agat curam, qui cum grauibus & ma-
gnis tentationibus conflictantur, ut nos omnes defendat, confirmet, & 2.Timoth.3.
erigat in hac calamitoſa uita, ut ſicut decet Chriſtianos milites, uera fide 1.Corin.9.
dimicemus, quo æternæ uitæ coronam poſt legitime geſta ac finita cer-
tamina in domino ſimul conſequamur.

SED LIBERA NOS A MALO.

HAec eſt dominicæ orationis clauſula, uniuerſas petitiones ac pre-
ces noſtras, collecta breuitate, concludens. Nã cum dicimus, Sed li- Cyprianus in oratione dominicam.
bera nos a malo, cõprehendimus aduerſa cuncta, quæ cõtra nos in hoc
mundo molit̃ hoſtis diabolus, quo petito, nihil remanet quod ultra ad- Chryſoſt. in Matth.
huc debeat poſtulari. Impetrata enim ꝓtectione dei, aduerſus quæcunq;
mala ſecuri ſtamus & tuti, contra oĩa, quæ diabolus & mundus in perni
ciem noſtram operantur, machinanturq;. Quis enim ei de ſeculo metus
eſt, cui in ſeculo deus tutor eſt? & quis a diabolo metuat ſi deus liberet,
cuius fida & firma tutela eſt. Recte etiã ueteres noſtra quidẽ ſentẽtia hic Chryſ. ibidẽ
per malum diabolum intellexere, quod ille omnis mali (quatenus nobis
damno & exitio eſt) unicus author ſit. Deinde, quod cum nihil ſit læſus
a nobis, inconciliabili tamẽ aduerſus nos certamine, ac odio pluſq̃ capi-
tali præliet̃. Sic ut ſi ipſi in fide noſtra infirmanda aut in obruendo nos,
peccati ſarcina nõ ſuccedat, gaudeat tamen, uel externis malis nos uexa-
re & excruciare, ut uel hinc periculum faciat euerſionis, quemadmodum Iob.1.
cõtra Iob & alios ſanctos feciſſe legitur: Quaobrem Chriſtus hanc clau Vis petitiõis.
ſulam cæteris ſubiecit, dicens: Libera nos a malo. Vbi imprimis dicere Chryſoſt.
nos maluit a malo q̃ a malis. Nos uidelicet erudiens, quod aduerſus pro
ximos, ob mala ea, quæ ab illis patimur, amarius commoueri nunquam
debeamus, ſed magis ab eis in ſatanam oĩs mali cauſam & inimicitias
(ueluti in cunctorum malorum caput) transferre. Sic ut ſi te lædat proxi
mus, hoc affectu orare debeas cœleſtem patrem, ut liberet non ſolum te,
ſed & proximum tuum tibi incõmodantem, a malo, hoc eſt, a diaboli la
queis, quibus ille captiuus detentus tibi incõmodat, alioqui non incom- Auguſt.
modaturus, quod natura a deo bonus creatus ſit. Nõ negamus interim
hic mali etiã appellatione uenire, quicquid eſt periculorum ac aduerſita-
tis, quod corpori & animæ fortunis & famæ uel iam imminet, uel futu-
rum eſt, ac inſtat. ſi tamen intelligas (uti diximus) quo cauſa mali referen
da ſit, nempe ad diabolum, quod tamen ut caute accipias, neceſſe eſt. Nã Malũ duplex.
aliud eſt malum culpæ, aliud pœnæ. Mali (quod culpæ eſt) ſolus diabo- Culpæ.
lus eſt author, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Malum Pœnæ.
pœnæ hoc ipſum eſt, quod homini accidit in peccati uindictã, id quod 1.Corin.11.
ſcriptura deo tribuere non ueretur, ueluti quod & bonum & iuſtum eſt
De quo propheta Amos cap. iii. dixit: Non eſt malum in ciuitate, quod Amos.3.

Eſa.45. dominus non fecerit. Et rurſus dominus per Eſaiam, cap. xlv. Ego dominus & non eſt alter, formans lucem & creant tenebras, faciens pacem & creans malum: quamuis interim hoc malum pœnæ, eatenus diabolo tribuatur, quatenus ipſe deo iuſtiſſime permittente, eo in incredulorum & obduratorum perpetuam perniciem abutitur.

Quo diferat hæc particula pri ori. HOc autem differt hæc particula a priori, quod ibi poſtulauerimus ut pater cœleſtis, nos a malo (quod culpæ uocant) immaculatos ſeruet, hic uero ut a malo pœnæ præſentis & futuræ liberet: ibi rogauimus, ne tentationibus ſuccumbere ſinat, hic petimus, ne nos tribulationibus, afflictionibus & calamitatibus præſentibus, aut futuris deprimi, aut euerti permittat, hoc eſt, petimus, ut a ui aquarum & ignis, a fulgure & grandine, a fame & annonæ charitate, ſeditionibus, bellis, factionibus, tumultibus, ſchiſmatis, malis mortibus, peſtilentiis, ægritudinibus, uinculis carceribus, exilio, mundi terriculamentis, & blandimentis, & reliquis id genus malis, quibus miſeri in hoc mundo premimur & irretimur. Deinde etiam a malis futuris, ueluti a ſubitanea & improuiſa morte & perpetua ira dei, & pœnis, quæ impios poſt hanc mortem expectare certum eſt, nos liberet. Sic eccleſia hanc clauſulam, & in miſſæ ſacro, & in litaniis (ubi & præterita & præſentia & futura mala deprecatur) explicat & exponit. Magna eſt auté conſolatio fidelibus, quod Chriſtus iubet ut patrem petamus, quo nos ab his malis liberet. nam eo ipſo nobis, fiduciam tribuit impetrandi quod poſtulauerimus. Neque enim quid petere iuberet, niſi nos certos eſſe uellet patrem petentibus, id etiam daturum quod alibi pollicitus ſit, dicens: Petite, & dabitur uobis, & quæcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et rurſus: Amen dico uobis: Omnia quæcunque orantes, petitis, credite, & accipietis, & euenient uobis. Item, Omnia quæcunque in deprecatione ueſtra credentes petieritis, accipietis. Quæ uerba toties iterat Chriſtus, idque non aliter quam ſi iureiurando ſe nobis obſtringat, quo uel ſic nos precantes certa in fide conſtituat. Et hanc ſententiam Iacobus teſtatur: Multum ualere deprecationem iuſti aſſiduam, quod & inſigni exemplo cõfirmat. Helias (inquit) homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, ut non plueret ſuper terram, & nõ pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Quod tamen Iacobi dictum de oratione iuſti, ſic intelligi non debet, ut qui adhuc peccatorum pondere premimur (modo tamen impiam ſegnitatem & mentis tumorem depoſuerimus & in cõſpectu dei humiliati ſimus) præſentia mala & aduerſitates deprecari non debeamus. Nam ut Pſaltes de Iſraelitis præuaricantibus ait: Ipſi (inquit) exacerbauerunt eum in conſiliis ſuis, & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. Et uidit cum tribularentur, & exaudiuit orationem eorum, & memor fuit teſtamenti ſui, & pœnituit eum ſecũdum multitudinem miſericordiæ ſuæ, & dedit eos in miſericordias

Litania. Matth. 7. Iohan. 14. 16 Marci. 11 Lucæ. 11. Iacobi. 5. Helias. 3. Reg. 17. Lucæ. 4. Pctõribus orandũ, ſed pie affectis. Pſal. 106. Pſal. 105

in conſpectu omnium qui cœperant eos. Nec mirum.nam quomodo miſeretur pater filiorum,miſeretur dominus eorum,qui timēt eum.Ipſe eſt enim pater miſericordiarum & deus totius conſolationis. Deus noſter,refugium,& uirtus,adiutor in tribulationibus,cuius oculi ſuper n e tuentes eum,& in eis qui ſperāt ſuper miſericordia eius, ut eruat a morte animas eorum,& alat eos in fame.Exemplū habes inſigne in Niniuitis. I.Petri.I. Pſal.45.

DEniq; Chriſtus iubens ut precemur a malo liberari,inſinuat nobis aduerſa mundi huius,quæcunq; tandem ea ſint, nos patienter ferre,oportere,nec ob id debere aduerſus deum indignari,aut obmurmurare,ſed magis(ut Paulus docet)eſſe in tribulatione patientis,&a ſolo deo, humili & æquo animo remedium petere. Sic tamen ne deo certam legē præſcribamus,ſed ut ſemper committamus eius uoluntati, quid de nobis fieri uelit.Porro,ſi Apoſtolo credimus, Omnes qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur. Quod per multas tribulationes nos oporteat intrare in regnum dei. Quamobrem patientia nobis ſummopere neceſſaria eſt,quam ſubminiſtrat uiuida fides,qua intelligimus,quod ſicut oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriam ſuam, ita & nos multo magis compati oporteat,ut ſimul etiam cum illo glorificemur,Atq; hoc eſt,quod diſcipulis ſuis inculcans,ait Chriſtus: In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Hæc eſt enim quæ ſerenat ac pacat animos, quæ nullis aduerſitatibus cædit quæ(ut Apoſtolus Iacobus ait)bonum perfectum habet. Aduerſa huius mūdi patienter ferenda. Roma.12. 2. Timoth. 3 Lucæ. 24. Roma.8. Iacobi.I.

TAmetſi autem,quod hac petitione poſtulamus,quamdiu iſtā mortalitatem circumferimus, nō ſit ſperandum perfecte in nobis adimpletum iri,tamen cum aliquando futurū ſit,recte ut fiat, poſtulamus,nimirum ut mortalitatis huius onere depoſitio, ac morte etiā ipſa per bonam fiduciam futuræ capeſcendæ ac obtinendæ uitæ ſuperata ex omni noſtri parte,opportuno tempore,beatitudo perficiatur. Quam in hac uita quidem inchoamus,ſed demum poſt hanc uitā a deo Optimo Maximoq;(ſi tamen fideles permanſerimus)perfectam accipiemus. Auguſt.de ſerm.dñi in monte.

AMEN.

HAec dictio, ut ſupra diximus, uox eſt ſermonem confirmantis, & ratum fore precantis,perinde atq; dicatur. Ita certo fiat,hoc eſt, o pater cœleſtis, ſi hac uota filiorum tuorum pia ſunt, ſi iuxta formam a filio tuo Ieſu præſcriptam,concepta,certa nos habet fiducia tuam bonitatem præſtituram quod petimus. Amen quid.

Cuius eſt regnum & poteſtas & gloria in ſecula, Amen.

DE NATVRA DISTINCTIONE, VI, AC VSV LEGIS, CVM ſubiuncta explicatione Decalogi.

Cur poſtremus locus datus ſit explicationi Decalogi.

NON temere in hac inſtitutione doctrinæ Chriſtianæ, poſtremum locum explicationi Decalogi dedimus, nõ tantum ordinem, quem res ipſa requirebat, ſed & eccleſiæ mẽtem ac præſcriptum ſequuti. Explicationi enim ſymboli Apoſtolici, quod fidem complectitur, primus locus debebatur, ꝙ fides ianua ſit, qua ad deum acceditur,

Hebræ. 11.
Roma. 5.

Proximum, eccleſiæ ſacramenta, quæ ueluti quædã ſymboli pars eſſe uidentur, atque adeo fidei noſtræ certiſſima ſymbola ſunt, poſtulabant. Tertium uero locũ, dominicæ orationis expoſitio merito tenuit,

Roma. 8. 10.

ꝙ oratio primum ac præcipuum fidei opus & exercitium ſit. Fidem enim in deum ſtatim ſequitur inuocatio.

Decalogus uitæ regula.

Quartum itaque ac poſtremũ locum iure ſibi Decalogus uendicat, qui regulam plane diuinam præſcribit, ad quam credentibus ac ſperantibus in deum, tota uita deinceps exigenda ſit.

1. Corin. 2.

Homini enim necdum fidem in deum aſſequuto ſeu nondum renato, fruſtra præſcripſeris Decalogum obſeruandum.

Ordo Catechiſmi Eccleſiæ ſub baptiſmum.

Porro eundem ordinem eccleſia in catechizando ac baptizãdo obſeruat. Primum enim deum precatur, ut a baptizando, quem ad fidei rudimenta uocare dignatus eſt, omnem cecitatem cordis (quod per fidem fit) expellat, ut omnes laqueos ſatanæ, quibus is per incredulitatem fuerat colligatus, diſrumpat, ut ianuam pietatis aperiat, Denicꝫ ut baptizatus ſapientia dei imbutus iniquitatum fætoribus careat, ac ad ſuauem odorẽ præceptorum dei lætus in eccleſia eius ipſi deſeruiat. Deinde ſtatim ſub baptiſmũ eccleſia ſymbolum & orationem dominicã reddi & recitari iubet. Quo facto baptiſmum ĩ nomine trinitatis peragit.

Veſtis cãdida

At mox poſt baptiſmum baptizato (quem iam ex aqua & ſpiritu ſancto regeneratum, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum adeptum eſſe conſtanti fide pronuntiat) ueſtem candidam tradit, dicens: Accipe ueſtem candidam & immaculatam, quã perferas ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, quo nihil aliud ſignificat, q̃ baptizatum eam innocentiam, quam per ſpiritum ſanctum in baptiſmo accepit,

Matth. 25.
Decalogus traditur Baptizato ueluti quoddam uitæ ſpeculũ.
Rom. 7. & 8.

per cuſtodiam mandatorum dei tota uita ſeruare oportere, ut tandem ad gloriam regeneratis, & in nouitate uitæ ambulantibus paratam perueniat. Decalogus ergo baptizato traditur, non ꝙ iuſtificato iam per ſpiritum ſanctum in baptiſmo, deinceps opus ſit lege, ſi tamen eundem fidei ſpiritum (qui datur in baptiſmo) per uitæ innocentiam retineat illiuſcꝫ ductibus perpetuo obſequatur. Sed propterea ut habeat iam factus Chriſtianus Decalogum ueluti ſpeculũ quoddam, quod ſemper ob oculos poſitum inſpiciens, uidere poſſit quãtum in fide ſuſcepta per uitæ nouitatem promouerit. Ad hæc, ut ſubinde poſſit diſpicere, num a ductibus ſpiritus alicubi & quantum deflexerit,

xerit,

xerit, num ſpiritum domini ab innocentia innouata rurſus labendo cōtriſtarit, num ueſtem illam candidam undequaque immaculatam ſeruarit. Porro ſi in baptiſmo, cōuentis, ac pactis minus ſteterit, tum profecto cernet admodū exerte in hoc Decalogi ſpeculo maculas illas ſuas, quibus rurſus poſt baptiſmum, eius quam acceperat tunicæ candorem incaute deturpauit, Idq; non ſine fructu. Fit enim, ut poſtquā uiderit fœditatem ac morbū ſuum in ipſo ſpeculo demonſtratū, indoleſcat, pœnitentiæq; dolore intrinſecus ductus ad eum medicū (qui ægrotum, quālibet ſæpe in eundem uel grauiorem etiam morbum collapſum non aſpernatur) certa ſalutis concepta fiducia recurrat, & dicat: Erraui ſicut ouis quæ periit, require ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. Fructus qui ex Decalogi meditatione naſcitur. Mat. 9. & 11. Pſal. 118.

SEd priuſquā ad Decalogum ueniamus, dicendum nobis erit de ſignificatione & natura legis, q; nullus locus in ſcripturis frequentius occurrat, quo non utcunq; intellecto, in ſcripturarum ſenſu cæcutire omnino neceſſe ſit. Iam (ut hic plurima repetamus) quæ ſparſim dicta ſunt prius, id tamen lectori moleſtum eſſe non debet, quod ſatis tradi non poſſit id, quod omnino intelligendum ac noſcendum eſt ſemel. Lex itaq; generale nomen eſt, dictum a delectu. Omnis ergo inſtitutio, quā ſequuti, eligimus quod faciamus, & contrariū uitamus, cōmuni appellatione lex dici poteſt. Sic accepto uocabulo, lex diuiditur in diuinam, humanam, & diabolicam, Diuina rurſus diuiditur in legem naturæ, & latam, Lata iterum in ueterem, & nouam, Vetus in moralem, iudicialē, & cerimonialem, quæ breui declaratione indigere uidentur. Lex unde dicta. Cicero. Legis diuiſio

LEx diuina eſt, per quam accepta pro captu noſtro dei notitia de dei uoluntate docemur, requirens in nobis plenam ac perfectam obedientiam erga deum, qua nos totos ſubmittamus diuinæ uoluntati, ac damnans eos, qui non præſtant hanc perfectam obedientiam. Hæc eſt enim propria uis legis diuinæ, ſiue ſcripta ſit, ſiue non ſcripta. De nō ſcripta legimus, Cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legē non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente conſcīetia ipſorū, & inter ſe inuicē cogitationum accuſantium, aut etiā defendentium. De ſcripta uero, Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua, &c. Rurſus: Maledictus qui non permanſerit in omnibus his, quæ ſcripta ſunt in libro legis. Et iterum: Quicunq; totam legem ſeruauerit, offendat autē in uno, factus eſt omniū reus. Hac diuina lege, ut eſt ab optimo, maximo deo data, nihil iuſtius, nihil ſanctius, nihil ſalubrius eſt, quæ in dilectione dei & proximi tota conſiſtit. Quum enim homo conditus ſit, potiſſimum ad deum agnoſcendum & colendum, idq; per lumen quoddam menti humanæ inditum, quo homo ante lapſum in peccatum certam de deo notitiam habuit, nempe deum eſſe creatorem & gubernatorem omnis creaturæ, iuſtum & bo- Lex diuina, quæ ſit: & quid requirat. Propria uis legis diuinæ Roma. 2. Deutero. 6. Matth. 22. Marci. 12. Lucæ 10. Deute. 27. Galat. 3. Iaco. 2. Lege diuina nihil ſanctiꝰ. Roma. 13. Lumen naturæ menti inditum.

Auguſt. li.3. Confeſſio.ca. 7.& libro.1. De libero arbitrio cap.56 & ſeq.
Prior legis diuinæ pars omnium iuſtiſſima.
Secunda æquiſſima
Geneſis.1.
Diſcrimen legis diuinę & humanæ.
Lex diuina reqrit mentē conſentientē legi dei.
1.Petri.5.
Exodi.20.
Deute.5.
Rom.7.
Lex diuina ſemper eadē eſt.

num, qui hominem ad effigiem & imaginem ſuam in ipſa hominis mente condidiſſet, Conſequens eſt, ut priori legis diuinæ parte, quæ dei amorem reſpicit ac complectitur, nihil iuſtius eſſe poſſit. ſiquidem perfectam obedientiam hominis ex gratuita dei bonitate conditi erga creatorem ſuum (cuius imaginem ex gratuita beneficentia gerit) poſtulat ac requirit Cæterum, quum per idem lumen intelligamus, nos in uno & ex uno homine omnes eſſe creatos, Idque non ob aliud, quam ad deum ipſum in quadam uitæ ſocietate collaudandum & glorificandum. Quid, quæſo, ſanctius ac ſalubrius altera parte legis diuinæ, uel dici, uel excogitari poteſt, quæ iubet proximum propter deum, ſine concupiſcentia diligi? Hæc uero diuina lex hoc maxime ab humana lege differt, quod humana externam, ſed diuina magis internam iuſtitiam requirat, id eſt, mentem & uoluntatem conſentientem legi dei, qua deum uere & ex animo timeamus, & ex toto corde, omni fiducia in eum coniecta, diligamus, proximum uero noſtrum perinde ac noſipſos ſyncero dilectionis affectu complectamur. Proindeque damnat hæc lex omnem concupiſcentiam malam, omneſque uitioſos affectus, qui ipſi ſeu obedientiæ perfectæ erga deum repugnant. Hæc ergo diuina lex, quæ iuſtum decernit, ut omnia ſint ordinatiſſima, ſemper eadem eſt & æterna, quemadmodum dei uoluntas eſt immutabilis, quamuis uarie exhibita ſit pro ratione temporum & perſonarum, quo fit, ut in tot ſpecies diducatur, eadem tamen re ipſa ſemper exiſtens, quemadmodum inferius latius dicemus.

Lex humana, quæ.
Legis humanæ uis.
1.Reg.15.
Roma.13.
1.Petri.2.
Summa iuris ciuilis.
Lex anima ciuitatis.
Auguſti. de Geneſi. ad literā ca. 9. ui.
Lex ciuil. dei ordinatio.
Roma.13.

LEx humana, quæ & ius ciuile appellatur, ueluti media eſt inter legē diuinam & diabolicam, quæ quanto ad diuinam magis accedit, tanto ſanctior ac melior eſt, quāto rurſus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauatior. Eſt autem lex humana ordinatio publica, non præcipiens de interiori mentis iuſtitia, nec iudicans de occultis, quod homo non intueatur cor, ſed tantum de factis externis, honorem deferens operibus extrinſecus bonis, & pœnam irrogās externis malefactis, in hoc conſtituta, ut obedientia ac honor præſentibus magiſtratibus deferatur, & ciuilis quædam & externa pax conſeruetur. Hæc enim ſtatuit de iure perſonarum, de rerum diuiſione, & poſſeſſione, de contractibus, de teſtamentis, de pœnis delictorum, & cæteris ſimilibus, ſine qua lege impoſſibile eſt, retineri uitam corporalem, ut non iniuria anima ciuitatis appellata ſit. Et quanquā de iuſtitia interiori, quam deus requirit, fere nihil præcipiat, attamen quatenus ad ſuum finem refertur, ordinatio & donum dei eſt, deo placens. Et quis tam cæcus eſt mente, qui non uideat, quanto terris ornamento ſit, & quantum ualeat ordo ille reipublicæ. in cuiuſdam pacis terrenæ uinculum coercens etiam peccatores, ut tantum donum non poſſit non eſſe a deo. Quamobrem diuus Paulus ait, Oportere omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ob id

ſubditam eſſe,quod non ſit poteſtas niſi a deo,ſed poteſtates quæ ſunt,a deo ſunt,Ideoque ſubdit: Qui poteſtati reſiſtit,dei ordinationi reſiſtit. Item:Dei miniſter eſt,ei qui bene facit in bonum,ei uero,qui male facit, uindex in iram. Et aperte pronuntiat Paulus,neceſſarium eſſe:ut huic legi obediatur,non tantum propter iram,ſed & propter conſcientiam,ut qui ſecus ſecerit,non tantum pœnæ ciuili ſubiaceat,ſed & peccatum incurrat. Leges ergo ciuiles,quatenus non pugnant cum lege diuina, per legem diuinam abrogatæ non ſunt, ſed potius lege diuina firmantur. Et ut non faciant, ut rebus externis homo bene & ſecundum deum utatur(quod nemo niſi fidelis hoc faciat,dicente ſcriptura: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt,infidelis autem nec obolus)faciunt tamen, ut male utentes rebus corporalibus minus moleſti ſint, donec fideles & pii inter eos uiuentes,perueniant ad illam ciuitatem,ubi hæreditas æternitatis eſt, ubi non habet, niſi iuſtus locum, non niſi ſapiens principatum,ubi poſſidebunt quicunq; ibi erunt,uere ſua. Et propterea Paulus pro magiſtratibus etiam Ethnicis orare iubet, ut tranquillam & quietam uitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hic eſt enim finis legis humanæ, a quo ſi aberrauerit. (aberrat autem, quum quid contra deum, aut dei mandatum aperte iubet,)tum demum audienda non eſt,ſed fortiter illi obſiſtendum cum Apoſtolis,quod oporteat plus obedire deo,quam hominibus,maxime,q; tum potius diabolica, q̃ humana lex cenſenda ſit.

Legi ciuili obediēdum ſub pœna peccati.

Quaten' Lex ciuilis abrogata ſit per legem diuinā.

Aug.ad.Macedoniū epſa 54.circa finē.

1.Timoth.2

Actor.5.

LEx deniq; diabolica ea eſt,cuius author eſt Satanas, princeps & author omnium malorum,non quod ſit ulla ſubſtātia per ſe mala, ſed quod ſicut ipſe Satanas bene conditus a deo,ſua peruerſa uoluntate degenerauit in malum,ita res alias a deo bene conditas, quantū poteſt, uitiat & corrumpit, maxime uero homines, quos lege ſua,legi diuinæ ex diametro contraria,ad peccandum ſolicitat. Quemadmodum enim deus lege ſua fidem & obedientiam erga ſe requirit,ita diabolus ſua lege per diffidentiam & rebellionem hominum mentem inquinat:& quemadmodum lex diuina,omnia uult eſſe ordinatiſſima,ita lex diaboli tendit ad omnem ordinem turbandum. Hanc Satanicam legem ſcriptura uocat legem carnis,legem membrorum,legem peccati,quod illius ſateIles peccatum ſit,ſtipendium mors,cuius origo & uis ſuperius non ſemel oſtēſa eſt. Porro,primi parentes noſtri,quamdiu libero arbitrio & lumine illo diuinitus indito(quo deus legem ſuam initio tradidit & hominis menti inſeuit)bene uſi ſunt,ſub lege diuina tantū fuerunt,qua duce, etiam potuiſſent per ſuperadditam gratiam perfecte obedire deo, quod ſcilicet nullam in ſe diſſenſionis materiam aut pugnam ſentirēt, ſed magis experirentur,carnem menti omnino conſentientem. At poſtquā diabolus in paradiſo legem aliam diuinæ illi legi(quæ erat de non edendo ex ligno ſcientiæ boni & mali)oīno contrariā,ipſis propoſuiſſet ac ſug-

Lex Diabolica.

Auguſtinus.

Chryſoſto.

Gene.1.

Eſaiæ.14.

Iohan.8.

Lex diaboli legi dei contraria.

Ephe.2.

1.Petri.5.

Gene.2.

Eccl.15 & 17.

Aug.de corrup.& gratia

Gene.3.

geſſiſſet, quum diceret, Comedite, ſi comederitis, non moriemini, ſed eritis ſicut dii, ipſiq; male creduli ac miſere ſeducti, magis elegiſſent aſſentiri diabolo mendaci, q̄ deo uero, & magis obtemperare legi Satanæ corruptoris, q̄ legi dei creatoris ac ſeruatoris, protinus in eis obſcuratum eſt, lumen illud notitiæ dei diuinitus infuſum, illo ſcilicet offundente infidelitatis tenebras, quem Chriſtus poteſtatem tenebrarum appellat, proindeque mox ubi præceptum dei transgreſſi ſunt, peccatum uelut ægritudo quædam lethalis eos inuaſit, & mors ipſa protinus concepta, ac illa uis (qua ante peccatum mens corpori dominabatur repente uitiata eſt, ſuccedente lege concupiſcentiæ carnalis deinceps per Adam in omnes homines ex mortis propagine deriuata, quæ eſt omnium peccatorum, omniſq; rebellionis contra deum amariſſima radix. In hac peccati lege, quum concipiamur & naſcamur, afferimus nobiſcum dei ignorantiam, ſeu ſaltem obſcuriſſimam notitiam, diffidentiam, & rebellionem contra deum. Vacamus enim dum naſcimur, ac tantiſper etiam, donec renouemur, uero timore dei (nam ſi quis eſt in nobis dei timor, is eſt cum odio coniunctus) non tangimur uera fide, dubitantes ſubinde de prouidentia, iuſtitia & miſericordia dei, non afficimur uera charitate, ad amorem rerum fluxarum magis procliues, tametſi adhuc ſentiamus in nobis illam dei legem nō eſſe penitus extinctam, ſed oppreſſam, quo fit, ut nemo non cum Paulo lamentari ac dicere cogatur: Inuenio legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem: Video autē aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Per hanc legem factus eſt diabolus princeps mundi huius, quem Chriſtus ueniens eiecit, delens chirographum decreti, quo nos huic diabolicæ legi obſtrinximus, quod erat contrarium nobis, auferens illud de medio, & affigens cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Ergo qui in Chriſto baptizantur, ab huius quidem legis ui ac dominatione, hoc eſt, a peccati reatu & damnatione, liberātur. Lex enim ſpūs uitæ in Chriſto Ieſu liberat nos a lege peccati & mortis: ſed tamen interim manet concupiſcentia, materia ac fomes peccati, non ut dominetur, ſed ut per ſpiritum nobis in baptiſmo datum ſenſim eradicetur. Quo fit, ut Apoſtolus dicat, nihil damnationis eſſe his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, quo ſignificat ac docet, diabolum in regeneratis, per concupiſcentiam efficacem non eſſe, niſi tamen legem ſpiritus uitæ deſerant, & facti deſertores, relictis Chriſti uexillis, ſua uoluntate carnem iterum inſequendo, ſe diaboli legi rurſus alligent, & ex filiis fidei, fiant filii diffidentiæ, in quibus ſolis, efficax eſt ſpiritus ille erroris, quemadmodum in expoſitione ſacramenti baptiſmatis latius diximus.

Diabolus poteſtas tenebrarum. Lucæ. 22. Bernard' in ſerm. de cœna domini. Lex diaboli ſeu concupiſcentiæ. in q̄ naſcimur, q̄ ſecū afferat. Roma. 7. Diabol' princeps mundi huius. Iohan. Coloſſ. 2. Iohan. Romañ. 7. Auguſtinus. Bernardus in ſer. in cœna dñi de baptiſmo. Ephe. 2.

Sed

Sed ad legem diuinam redeamus. Hæc licet (ut diximus) ſemper eadem ſit & immutabilis, aliter tamen atq; aliter ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarum exhibita eſt. Quo fit, ut in legem naturæ & legem ſcriptam, ſcripta rurſus in ueterem ac nouam diuidatur. Tria ſiquidem tempora ſpectanda ſunt, quod ad hominem pertinet, conditi, lapſi, & reſtituti. Condito data eſt lex naturæ, Lapſo uero, quum hæc naturæ lex nedum per originale peccatum obſcurata, ſed increſcente etiam hominum malitia propemodum obliterata fuiſſet, data eſt lex uetus per Moſen in tabulis lapideis, dei digito conſcripta. Poſtquam uero & hoc dei donum, hominum impietas ſibi uerterat in occaſionem grauioris damnationis, data eſt lex Euangelica per Chriſtum, quæ digito dei in cordibus fidelium exaratur.

Legis diuinæ diuiſio. Tria tẽpora quod ad legẽ diuinam attinet ſpectãda. Lex naturæ. Lex Moyſi. Lex Euangelica. Hiere. 31. 2. Corin. 3.

Lex naturæ ſi generatim accipiatur, non tantum indita eſt menti hominis: quin uiget quoq; in omnibus rebus creatis, etiam in his quæ ſenſu carent ac ratione, ueluti corpora cœleſtia, maria flumina, fontes, plantæ, & omne animantium genus, ſuæ quodque naturæ legibus obtemperant: quod tamen ſic accipi uolumus, non quod natura, ſed quod deus naturæ conditor, harum legum ſit author, etſi leges naturæ dicantur. Quicquid enim natura dat aut facit, deus facit ac generat, quemadmodum ſuperius in ſymbolum diximus. Cæterum, quidnam ſit naturæ lex, quatenus ad hominem tantum refertur, & quatenus ea a communi lege naturæ, qua cæteræ creaturæ reguntur, differat, ex ſuperioribus ſatis intelligi poteſt. Cæteræ creaturæ ſuam legem a condito orbe perpetuo quodam tenore obſeruant, quia libero carent arbitrio. Soli angeli, ac deinde etiam homo (quod ipſis data fuerit libera uoluntas) hanc legem præuaricati ſunt. Lex ergo naturæ in hominibus eſt illa notitia de deo, & de dei uoluntate, quæ, conditis nobis, menti noſtræ per deum eſt indita. Hæc (ut iam diximus) ante præuaricationem diuini præcepti, per lumen illud diuinitus inſitum, tam certa erat ac dilucida ut ſi uoluiſſet homo, potuiſſet deo per gratiã ſibi in hoc ſuppeditatã obedire. Verum, poſt præuaricationem, hoc lumen cum diaboli ſuggeſtione, tum noſtro uitio non aliter obrutum eſt, & obſcuratũ, q̃ fieri uidemus in oculo ſaucio. Purus enim & ſyncerus oculus, lumine quodam diuinitus inſito illuſtratur, quo ſuo munere rite perfungitur. Quod ſi in eum puluis irruat, aut uehemens fumus, uel pituita immigret, ſtatim ſordidus fit ac ſaucius, purgandus prius, antequam uidere aut recte intueri lumen rurſus poſſit. Non ſecus lumẽ illud naturæ menti primi hominis infuſum, etſi peccato ſuccedente non penitus extinctum, mirum tamen in modum obtenebratũ fuit. Remanſit adhuc effigies quædã & imago diuinæ ſapientiæ, quam ipſe animis noſtris impreſſit ac inſculpſit, ſed tenuis, qua tamẽ nullũ eſt in rerũ natura certius dei ueſtigium. Certe hoc conſtat nullam eſſe rationalẽ animã quãuis peruerſam (quæ tamẽ ullũ

Lex naturæ ſi generatim accipiatur in omnibus rebus creatis uiget. Pſal. 103. Auguſtinus. Lex naturæ homini indita. quo differat a lege naturæ cõi. Pſalm. 103. Lex naturæ i hoie quid. Añ lapſum. Augu. de corrept. & gra. cap. 10. 11. Augu. in Iohan. Tracta. 1. Auguſt. de ſpũ & litera, cap. 27. Nullũ certius dei ueſtigiũ in rerũ natura, quam lex naturæ. Augu. de ſer

poſtea in Abraham ac Dauid renouatam agnoſcebāt, cæteri huius pro- Gene.12.
miſſionis, & eiuſcemodi ſpiritalis liberationis ignari, lege naturæ male 2.Reg.7.
ſint abuſi. Quidam enim eo dementiæ ſunt prolapſi, ut deum eſſe nega- 1.Para.17.
rent. Siquidē hi, quum hominē in tantam miſeriam per peccatum illud Pſal.55.
primorum parentum lapſum eſſe non agnoſcerent, nec modū uiderent, 1
quo ſe e peccati uinculis extricarent, ac etiam cernerent temporariā ſcele Propter excuſſam pro-
rum impunitatem, cæco plane ac impio iudicio prouidētiam dei ſuſtu- miſſionē de
lerunt, deſideria ſua peſſima inſequētes, ac dicentes in cordibus ſuis, Non Chr̄o & abu
eſt deus: quos tamen non dubium eſt grauem mentis lanienam ex deli- ſum legis na
ctorum conſcientia ſemper circūtuliſſe, qua tamen uel ſola cōmonſtran turæ neceſſa-
te ſatis intelligere potuiſſent ſcelerum aliquē ultorē aliquādo fore. Qui- rio erat ueni
dam uero etſi deum eſſe naturali iudicio, utcunq; cognouiſſent, non ta- endum ad le
men ſicut deum glorificauerunt, ſed ſuperſtitionibus dediti uanos deos gem ſcriptā.
opera manuum ſuarū ac uanos ritus (in quibus omnē ſuā fiduciā cōſti- Pſal.13.
tuebant) ſibi finxerūt. Quidam deniq;, licet unū deū agnoſcerent, cui & 2
obediētiam deberi, cenſerent, & quæ lex naturæ, ueluti bona ſuggereret Roma.2.
ſequēda, quæ uiciſſim mala reſpuenda eſſe putarēt, tamē cū in proprias Deute.32.
uires & opera, & non in dei uirtutem ac bonitatem reſpicerēt, ſeipſos mi- Rom.1.
ſere deceperunt. Nā etſi manus a publicis criminibus abſtinerēt, animū 3
tamē praua concupiſcentia imbutū mūdare non potuerūt. Hoc enim
ſolius dei & promiſſi mediatoris munus erat, quem illi, uel ignorabant,
uel agnoſcere ſaltem nō uolebāt. Quid aūt magni eſt, ſi manus retinean Auguſtinus.
tur a ſcelere, cum animus legi dei, interiori cōcupiſcētia, repugnante, nō-
dum conſentit? Vbi adhuc uitioſi affectus ex concupiſcentia pullulātes, Deute.6.
ac perfectā erga deum charitatē (quæ ex toto corde, & ex oībus uiribus Matth.22.
proficiſci debet) uitiantes reliqui ſunt, qui (etſi externū opus peccati non
patretur) conſcientiam tamē coram deo in non renouatis accuſare non Roman.1
deſinūt. Nā ut Apoſtolus ait, Nō ſolum digni ſunt morte, qui ea faciūt, Qui dicātur
ſed & qui facientibus conſentiūt. conſentiūt autē, qui in ſimilia ſcelera cōſentire fa-
cum facientibus oīno ruerent, niſi deum ut ultorem timerent. Certe pla cientibus.
ne aliud eſt, quempiam uoluntate benefaciendi benefacere, aliud uero ad Augu. ad Bo
malefaciendū ſic inclinari, ut & malū faceret quis, ſi hoc poſſet impune nifaciū. lib.1.
permitti. Nā profecto is in ipſa intus uolūtate peccat, qui nō uolūtate, contra 2. epi
ſed timore non peccat, quales ſumus omnes, in quibus nōdū uiuit Chri ſtolā Pela-
ſtus, ꝙ omnes prorſus, quotquot ſumus, ſic nos affectos deprehēdimus, gianorum.
ut ſi nulla lex urgeret, ac abeſſet tam pœnæ metus, q̄ ſpes præmii, eſſetq;
plane liberum nobis facere quiduis, oīno quæ peſſima ſunt, faceremus, Gene.22.
præſertim uel impellente tentatione, uel prouocante occaſione. Galat.3.

CVm ergo naturalis lex per lapſum Adæ in hominū mentibus intā
tum obtenebrata fuiſſet, ut citra fiduciā promiſſionis uenturi ſemi
nis, in quo benedicerentur omnes gentes, ad iuſtificandum hominē ipſa
non ſufficeret, Inſuper etiam per increſcentem hominū malitiā prope-

Lex uetus p Moyſen data tres potiſſimum ob cauſas.

modū eſſet obliterata,factū eſt ſingulari dei prouidentia,ut lex per Moſen data(quæ & uetus ad differētiam nouæ legis per Chriſtū latæ appellatur)ſuccederet:Idq; tribus potiſſimū de cauſis. Primo,ut coerceret homines quadam diſciplina,pœnarū metu a flagitiis deterrēs,quod ut ita fieret,erat neceſſe, modo ſocietas humani generis, aliquo ſaltem modo conſtare deberet.Nam cum lex naturæ ita eſſet obſcurata,ut etiam maniſeſta ſcelera,perinde ac ſi ſcelera non eſſent, diſſimularentur, fiebat ut ſtupra,inceſtus adulteria,rapinæ,cædes,& his ſimilia facinora,non tantum impune admitterentur,ſed & ſcelerati ſeſe laudem inde referre putarent quare poſt naturæ legem,ſcripta lex ob id imprimis diuina authoritate ac beneficio lata eſt,ut hæc externa & manifeſta ſcelera comprimerentur. Quod ſignificās Apoſtolus ait:Lex iuſto nō eſt poſita,ſed iniuſtis,& non ſubditis,impiis,& peccatoribus, ſceleratis & cōtaminatis, patricidis & matricidis,homicidis.fornicariis,maſculorum concubitoribus,plagiariis,mendacibus & periuris.Hūc uſum diuinæ legis(qui ciuilis eſt)lex humana eſt imitata,& eatenus dei donum eſt,ex lege diuina ſuā originē trahens,quēadmodum ſupradiximus. Secundo,lex diuina lata eſt,ut oſtēderet peccatū,ut accuſaret,terreret,conturbaret ac cōfunderet conſcientiam,quem legis uſum lex humana(quæ tantum externa reſpicit)ignorat,lex uero diuina ſibi ut proprium uendicat. Quē legis finem Paulus frequēter indicat,ut cum ait Roma.iii.Per legem agnitio peccati.Et iterū Roma.vii.Peccatum nō cognoui,niſi per legē. Nā concupiſcentiā neſciebam,niſi lex diceret,non concupiſces. Non quod ante legē concupiſcentia non eſſet peccatū,ſed quod lateret.Sine lege(inquit Apoſtolus)peccatū mortuū erat, Ego autē uiuebā ſine lege aliquando, Sed cum ueniſſet mandatum, reuixit. Transfigurat enim Apoſtolus in ſe hominem,qui eſt ante legem & ſub lege poſitus. Sine lege peccatum mortuum eſt,id eſt,occultatum,quod uelut mortuum putatur. Et ego uiuebam ſine lege,id eſt,nullo ex peccato metu terrebar,quia non apparebat peccatū,cum lex non eſſet. Adueniente autem mandato, peccatū reuixit,id eſt,peccatum,quod latebat ante prohibitionē,notum factum eſt,ſeu apparuit per præuaricationem.Fuit enim ante legem peccatum, ſed ut Apoſtolus ait, Non imputabatur,intellige apud homines, quod lex naturalis propemodum eſſet abolita. Lex ergo neq; peccatum proprie operat r aut inſerit,quia iuſta & ſancta eſt, ſi quis ea legitime utatur,neque peccatum,uel extirpat,uel uiuificat,ſed tantum oſtendit peccatum,idq; non eo fine,ut per peccatum occidat,aut per incuſſos nobis terrores perimat,ſed ut animam humanam,quaſi de innocentia ſecurā, ipſa peccati demonſtratione ream faciat, quo tandem illa intelligēs peccatum ſine gratia dei uinci non poſſe, reatus ſolicitudine ad percipiendam gratiam promiſſi mediatoris conuertatur quod uix clariori exemplo q̄ ſpeculi indicari poteſt.Speculum nobis turpitudinem ſeu maculā

Marginal notes:

1 Lex diſciplina coercens hominū cupiditates.

1.Timot.1.

Lex humana imitatrix legis diuinæ.

2 Lex lata ut indicaret peccatum.

Lex humana non iudicat de occultis.

Roma.3.

Roma.7.

Ante legem qūo peccatū mortuum.

Lex proprie nō eſt cauſa peccati.

Roma.7.

1.Timoth.1.

Auguſti.de ſpiritu & litera ad Marcellinum.

Quo,ſine lex oſtdat pc̄t̄m.

Speculum legis ſymbolū.

nullam, uel affingit, uel inſerit, uel adimit, ſed tantum oſtendit, ut de fœditate noſtra (quam ipſi nobis adimere non poſſumus) commoniti ac conturbati, ad eum qui eiuſcemodi deformitati mederi poſſit, confugiamus. Sic deus per legem oſtendit homini infirmitatem ſuam, eo ſcilicet fine, ut iam ſuæ ſibi infirmitatis conſcius ad eius miſericordiam per fidē confugiens, ſanetur. In quam ſententiam Paulus dixit: Concluſit deus omnes ſub peccato, ut omnium miſereatur. Neque enim quiſpiam concupiſcentiæ reſiſtere poterit, niſi adiutus gratia: Nemo naturale uitium deponit, niſi ope conditoris naturæ: Nemo incredulitatem, diffidētiam, odium, & contemptum dei exuit: Nemo cum uoluntatis delectatione bonum operatur, niſi deus fidem, ſpem & charitatem per ſpiritum ſuum menti prius immittat. Tertio, lex data eſt, ut iuſtificatis per fidem regula ſit bene uiuendi, in qua cernant opera quæ deo placent ac imitentur, ut faciant quæ requirit deus, & eatenus præſtat ſapientiam paruulis, lætificat cor, illuminat oculos. In quam ſententiam Dauid ille diuinus Pſaltes ait: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Nā quamuis iuſtificati ab onere legis liberi ſint, quia iam per legem non terrentur, conturbantur aut damnantur, tamen ab obedientia legis liberi non ſunt, immo gratia iuſtificationis in ipſis iam facit & operatur, ut legem uoluntarie impleant, non conſtituti amodo ſub legis imperio, ſed ſponte ſua facientes, quod lex præſcribit. In ſumma lex data eſt per Moyſen, ad reuelandam legem naturalem pene obliteratam, ad diſciplinam corrigendam, ad indicandam infirmitatem noſtram, Denique fidem in deum reformandam.

Roma.3.

Nemo cōcupiſcentiā uincit, niſi per gratiam.

Lex regula bñ uiuēdi incitās ad operandū bonū.

Pſal.18.

Pſal.118.

Rom.4.&.7.

Aug.li. q̄ſtionū ueteris teſtamēti q̄ſtione.4.

Diuiſio legis Moſaicæ.

Diuiditur autem hæc lex, in moralem, cerimonialem & iudicialem. Iudicialis reſpondet primo fini legis, qui eſt in coercendo per diſciplinam ad retinendam ſocietatem humani generis, ſed per Moyſen potiſſimum tradita ac inſtituta ad gubernationem illius populi Chriſtum expectantis, de ritibus cōiugiorū, ſucceſſionibus, pœnis delictorum & ſimilibus rebus forenſibus præcipiens. Moralis, ſecundo fini reſpondet, qd̄ ſit expoſitio legis naturæ, ac doctrina uirtutum carnis fragilitatem oſtēdens, & ad gratiam præparans. Cerimonialis uero inſtituta fuit ad præfiguranda uenturi Chriſti myſteria & ueros fidei cultus deo acceptos, nimirum ultimo fini legis reſpondens. Sunt autem iudiciales ac cerimoniales leges abolitæ non pertinentes amodo ad nos. Iudicialis enim data erat ad moderandum populum illum, utentem cerimoniis Chriſtum præfigurantibus. Statu ergo illius populi mutato, neceſſe erat, ut & hæc lex, ceſſaret. Vnde nos nūc recte eius loco iure ciuili Imperatorio utimur, quemadmodum ſupra diximus & oſtendimus. Itidem cerimonialis obſoleta eſt; quoniā per Chriſtum adimpleta eſt, ſicut Chriſtus ipſe teſtatur: Lex, inquiens, & prophetæ uſq; ad Iohannē, ideſt, cerimoniæ & typi ueteris legis uſq; ad Iohannē. Nā poſt Iohannem conſummatis omnibus,

Iudicialis.

Lex iudicialis tātum tradita Iudæis.

Moralis.

Cerimōalis.

Iudicialis & cerimonialis leges abolitæ.

Hebræ.7.

Auguſt. in epiſt. ad Hebræos.

Matth.11.

Lucæ.16.

Ihoan.1. quæ lex figurabat, & ſublatis typis, gratia & ueritas p Ieſum Chriſtum facta eſt. At ſola lex moralis(cum interpretatio ſit legis naturæ abrogata non eſt, ſed manet, quam Chriſtus non uenit ſoluere, ſed adimplere, eamq; gratiã conferre, qua & nos adiuti eandem adimplere poſſimus. Id quod ſæpiſſime in hac inſtitutione replicatum meminimus.

Matth. 5.

Romano. 2. 3. & 8. 2. Corin. 3.

QVibus ſemel recte perceptis, q̃plurima in ſcripturis ſubobſcura ſtatim manifeſtiora fiũt. Veluti ſunt, cur lex Moyſi, lex literæ, lex operum & timoris, cur item miniſtratio mortis appellet, cur occidere, peccatum augere, irã operari, & impoſſibilis eſſe dicatur. Cur pædagogo & ſpeculo cõparetur. Lex enim literæ dicitur(ut quod antea ſemel diximus, maioris perſpicuitatis gratia iterum repetamus)quatenus doctrina eſt literis deformata, docens, quid agendum, quid uitandũ, cui ſi ſpiritus uiuificans ſeu gratia adiuuans(quam ipſa non præſtat) deſit, ideſt, ſi non uiuat in corde per ſpiritum, quid aliud ex q̃ mortua litera? quã certe non ſufficit ſcire, ſed opus eſt, ut id quod iubet, etiã fiat in nobis, quod nõ fit uirtute legis, ſed ope gratiæ. quamobrem grauiter errarunt Pelagiani etiã antea per nos notati, aſſerentes hominem ſuis uiribus legẽ adimplere poſſe, eoipſo euacuantes & irritam facientes crucẽ & redemptionem p Chriſtum. Si em̃ poſſibilitas naturalis p liberum arbitrium & doctrinam legis(qua tantum cognoſcit, quomodo uiuere debeat) ad bene uiuendum ſufficit ſibi, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, qui certe propterea mortuus eſt, ut peccati imperium in membris noſtris deſtrueret, & gratiã promereret apud patrem, qua adiuti legem alioqui nobis factu impoſſibilem facere poſſemus. Lex factorũ ſeu operum dicitur, quia opera imperat, quæ facere debeamus, licet non addat poſſibilitatem, qua faciamus, neceſſitatem aliunde petenti remedii & auxilii indicans, & ad medicum prouocans. Lex uero timoris appellaẽ, quod timore pœnæ a peccato coerceat, quodq; quãdiu non accedit ſpiritus coadiuuans, timore nõ amore fiat, im̃o oĩno nõ fiat, quod lex ſine dilectione adimpleri nequaquã poſſit. Quod aũt aculeus & uirtus peccati, miniſtratioq; mortis appellaẽ, quod occidere, qđ peccatum augere, quod irã operari, quod oẽs ſub peccatum includere diciẽ, ſic intelligendum eſt, Non q̃ hæc operetur lex diuina ſua natura(nã eatenus differt a lege diabolica, quæ proprie lex peccati dicitur)ſed tantum per occaſionem. Idq; in hominibus lege diuina abutentibus, & eandem ad uerum ac ultimum finem, quem ipſa intendit, non accõmodantibus, quẽadmodum aperte apoſtolus ait: Concupiſcentiã neſciebam, niſi lex diceret: Nõ cõcupiſces. Et paulo poſt: Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiã: & poſt pauca. Inuentum eſt mihi mandatũ, quod erat ad uitã, hoc eſſe ad mortem. nam peccatum occaſione accepta p mandatum ſeduxit me & per illud occidit. Itaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Sed peccatum, ut appa

Galat. 3.
Lex literæ.
Sup. fol. 158.

Non ſufficit ſcire literam legis.
Augu. de natura & gratia cap. 40.

Galat. 2.

Lex factorũ ſeu operum quare dicaẽ.

Lex timoris.

Rom. 13.

Quomodo lex operetur peccatum & iram.

Roman. 7.

reat peccatum,per bonum operatum eſt mihi mortem,ut fiat ſupra mo dum peccans pctm̄ per mandatum. Elegit apoſtolus generale quoddam legis,ab omni peccato phibentis,ut una uoce cuncta cōplexus legis infirmitatem indicaret,utcꝙ q̄ nō prodeſſet,ſed obeſſet magis lex non recte utenti,doceret. Proinde ait: Nō concupiſces. Necꝙ enim ullum peccatū, niſi concupiſcendo contra legem dei committitur. Eſt ergo ea lex,quæ hoc præcipit,admodum laudabilis,optima etiam ac ſaluberrima,quā ſi quis impleuerit,nullum habebit omnino peccatum. Sed tamen niſi adiu uet ſpiritus ſanctus inſpirans pro concupiſcentia mala, concupiſcentiā (ut ita dicamus)bonam hoc eſt,niſi ſpiritus charitatem diffūdat in cordibus noſtris,lex ipſa quamtumuis bona,prohibendo auget deſiderium malum,ſicut aquæ impetus,oppoſito obice,fit uehementior, ſi in eā partem,qua obex poſitus eſt,impetu influere non deſinat. euicta enim mole maiori cumulo præcipitatus uiolentus p prona prouoluitur. Neſcio enim quo hoc ipſum,quod concupiſcitur,fit iucundius dum uetatur: quod & poeta nō tacuit,cū ait: Nitimur in uetitū ſemp,cupimuſcꝙ negata. Hoc ergo eſt,qđ pctm̄(ut apoſtolus ait) fallit per mandatum, quodcꝙ p illud occidit,cum ſcilicet accedit pctō legis præuaricatio,& fit pctm̄ (qđ ante legem,uel latebat,uel nō ita angebat)magis peccans pctm̄,ideſt,grauius. Vnde alibi ait apoſtolus: Lex ſubintrauit,ut abundaret delictum,ut ſcilicet eo modo conuictus atcꝙ cōfuſus peccator,uideret non tantum doctorem ſibi eſſe neceſſarium,quo docente legem percipiat, uerum etiam adiutorem deum,a quo ſua itinera ſecundum legis præſcriptum dirigātur,ut cōfugiendo ad opem diuinæ miſericordiæ ſanetur, atcꝙ ita fit, ut ubi abundauit delictū,ſuperabundet & gratia, nō quidem peccantis merito,ſed ſubuenientis auxilio. Ex quo manifeſte ſequitur(quod ſæpe etiā docuimus prius) Bene uiuere donum eſſe diuinum,nō tantum,quia homini deus dedit liberum arbitrium(ſine quo nec male nec bene uiuitur) nec ob id tantum,quia præceptum dedit, quo doceat,quēadmodum ſit uiuendum,ſed quia ipſe ſolus eſt, qui charitatem per ſpiritum ſanctum diffundit in cordibus eorum,quos iuſtificat. Ergo,qui lege ſecus utunt, ideſt,qui literæ tantum inhærent, & qui ſuis propriis uiribus putant ſe legi ſatisfacere uelle,abſque gratia & dono charitatis,iis lex,quæ erat ad uitam,per occaſionem fit mortis miniſtratio,peccatum augens,iram efficiens & occidens,quæ admodum ſalubris ipſis fuiſſet,ſi in finem præcepti,ideſt,liberatorem(cuius gratiæ participatione mandatum demum impletur)reſpexiſſent,& illius opem impetraſſent. Ex quibus quocꝙ perſpicuum euadit,quatenus lex impoſſibilis factu dicatur. Ex ſe enim (qđ extra hominem ſit)lex non iuſtificat,etſi liberum accedat arbitrium. Nā quamdiu latet ueritatis uia,liberum arbitrium ex ſe non ualet quicquā, niſi ad peccandum. Quinetiam ueritate iam per legem patefacta, lex ad bene agendum non ſufficit,niſi enim quod agendum eſt, delectet etiam,

Augu. de ſpiritu & litera, capite. 4.

Roma. 7. 1. Timo. 1.

Auguſt. de ſpiritu & litera.

Ouidius.

Auguſt. ibidē. ca. 6. & 7.

Roma. 7.

Pctōri,ut reſipiſcat,nō tm̄ doctor, ſed & adiutor deus neceſſari⁹

Pſalm. 118.

Bene uiuere donū diuinū.

Aug. ibidem cap. 5.

Eccle. 15.

Roma. 5.

Finis precepti Chrs ad ſalutem omni credenti.

Auguſt. de ſpū & litera cap. 2.

& ametur,nō agitur,non ſuſcipitur,nō bene uiuitur. Vt aūt quod agen-
Roma.5. dum eſt,diligatur, neceſſe eſt,ut charitas dei diffundatur in cordibus no
ſtris,nō per liberum arbitrium(quod ſurgit ex nobis)ſed ꝑ ſpiritum ſan-
ctum,qui datus eſt nobis Impoſſibilis ergo lex eſt,ſi tantū liberi arbitrii
uires reſpicias,poſſibilis autem factu eſt per gratiam. Quamobrem au-
diendi non ſunt,ſolo nomine Chriſtiani,q legem ſimpliciter factu impoſ
ſibilem eſſe dicunt,atqꝫ hinc & interdum etiā ex uerbis Apoſtoli male de
tortis ſuam malitiam excuſare nituntur. Nā cum per Chriſtum redem-
pti,ſpiritum quoqꝫ ſanctum ī baptiſmo(rite ſaltem præbito & accepto)
ſint adepti,ipſiſqꝫ quantumuis peccatoꝝ mole obrutis per eundem Chri
Iohan.6. ſtum ſi tamen uere pœniteant)reditus pateat ad patrem,& ſpiritus emiſ
Hiero. cōtra Pelagianos. ſi participationem,conſequens eſt,ut cōtumeliam Chriſto inferant, ſi le-
Auguſt. gem ſibi ſimpliciter adimpletu impoſſibilem eſſe cauillentur. Certe quā-
Lex ſpūalis. diu carnales eſſe pergunt,lex ipſis impoſſibilis factu eſt,quia lex ſpiritalis
eſt,ideſt,exigit ſpiritum,requirit affectum,non fit ſolo opere externo, ſed
Roma.7. qui ſpiritalis eſt(quales facit ſpiritus gratiæ)is iam dei ſimilis factus, le-
Spūalis non eſt ſub lege. gem facile implet,nec erit ſub illa,ſed cum illa.Talis autem is eſt, qui nec
ſed cum lege capitur temporalibus bonis,nec terretur temporalibus malis.

Lex pædagogus. EX prædictis etiā facile uidere eſt,cur lex dicatur pædagogus in Chri-
ſtum,nimirum,ꝙ quemadmodum pædagogus per ferulam & diſci
plinam correctionis,pueros ad ſcientiæ perfectionē adducit,ſic lex a ma
Galat.4. lo coercendo,& noſtram infirmitatem nobis demonſtrādo,nos ad Chri
ſtum mittit.Item, ſub pædagogo eſſe dicimur, quamdiu ſumus ſub le-
Legi uiuere quid ſit. ge,ideſt,quamdiu nos lex occulta cenſura damnat, quod ſcilicet ex toto
corde legem non faciamus.tamdiu legi uiuere,ideſt ſub dominatione &
imperio legis eſſe dicimur. At poſtquam legis uinculis amodo non con
Legi mori,a lege mortis. ſtringimur,quia ſcilicet ultro & ex animo, idqꝫ dei amore, non quidem
liberari quid ex nobis,ſed per gratiam legem implemus, quia tum nō habet lex quod
ſit. in nobis damnet,pulchra certe periphraſi,legi mori,& per legem ſpiritus
uitæ a lege mortis liberari dicimur.

Lex noua. Euāgeliū eſt. LEx noua quæ ſit,ſatis ex iis,quæ de lege ueteri diximꝰ,colligi poteſt.
Nomina legis nouæ. Lex noua,Euangelium eſt,quæ & nouum teſtamentum,& lex ſpiri-
tus,ſeu lex ſpiritus uitæ,miniſtratio ſpiritus uitæ,& iuſtitiæ, lex pfectæ
Euangelii uocabulum. libertatis, lex gratiæ & circuncifio cordis appellatur, Euangelii uoca-
bulū Apoſtoli uſurparunt pro læto nuncio ſeu annuntiatione aduentus
ac beneficii Chriſti.Quid enim eo nuncio lætius, quo annunciatur per
Euangelii ſumma. fidem in Chriſtum gratis peccata nobis condonari,ſolui inimicitiam in
ter deū & hominē,donari nobis ſpiritum ſanctū nos innouantē,Deniqꝫ
uitam æternam?Habet autem Euangelium ſuam quoqꝫ literam, ideſt,
Euangelii litera. hiſtoriam & doctrinam,quæ in quatuor Euangeliis & Apoſtolicis lite-
Supra fo.159 ris continentur, ſed eatenus (quod & ſuperius nos dixiſſe meminimus)
Matth.7. non ſumitur differentia legis nouæ a lege ueteri.Nam multi ſunt, qui &
hiſtoriam

historiam & doctrinam Euangelicam legunt & audiunt,quibus tamen Euangelium nō eſt miniſtratio ſpiritus uitæ ſeu iuſtitiæ.Præterea,quod ad doctrinam attinet,noua lex ueteris legis, tum explanatio, tum epitome eſt.Legem enim moralem(quæ una eſt omnium temporum ac ætatum) non ſuſtulit Euangelium, ſed clariorem reddidit, apertius docens quid illa requirat, nimirum non ſolum opus externum, ſed & animum & affectum. Vnde quod ad literam attinet,ita poſſit occidere litera Euāgelii, ſicut litera legis, ſi non progrediamur ultra ad euangelii gratiam, quæ auditu percipitur,fide apprehenditur,& charitate,quæ per ſpiritum ſanctum datur,in fidelium corda diffunditur. Hæc igitur gratia,corda fidelium per fidem & charitatem innouans, & uiuens in nobis, proprie noua lex,nouum teſtamentum & Euangelium eſt.

Lucæ.6.
Doctrina euāgelica ueteris legis explanatio.
Matth.5.
Euangelii gratia.
Roma.10.
Rom.5.
Noua lex uiuens gratia in cordibus.

NEc alia ratione Paulus legē ab Euangelio diſcernit,cū Corinthios ſuos appellans,ait: Quoniā eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata ꝑ nos, ſcripta nō atramento,ſed ſpiritu dei uiui,nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Hoc ergo ſolo differunt,qđ lex uetus extra hominem ſcripta eſt in tabulis lapideis,ut eum perterrefaciat. Lex uero ſpiritus in ipſo hoīe, ut eum interius iuſtificet. Cum in tabulis ſcribunt opera charitatis,lex eſt operū,& litera occidens præuaricatorem. Cum aūt ipſa charitas diffundit in corde credentium,lex eſt fidei & ſpiritus uiuificans dilectorem,quæ hoc intus ſcripta facit diligi,qđ foris ſcripta lex faciebat timeri. Hæc diſcretio legis nouæ & ueteris ꝑ Hieremiā prophetā pulcherrimo & præclariſſimo teſtimonio(quod & ſuperius iuſtificationis materiā pertractātes attulimꝰ ac explicauimus)plane aſſerit.Id quod hic repetere uanum nō putamus,quod ad ea quæ in Decalogum afferemus,plurimum lucis ſit allaturū. Ecce (inquit) dies uenient, dicit dn̄s,& cōſummabo ſuper domum Iſrael teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorū in die qua apprehendi manum eorum,ut educerem eos de terra Aegypti,qa ipſi nō ꝑſeuerauerunt in teſtamento meo,&ego neglexi eos,dicit dn̄s,quia hoc teſtamentum eſt,quod ordinabo domui Iſrael. Poſt illos dies dicit dominus, dabo leges meas ī cor illorū,& in mente eorum ſcribam eas:& ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum,& nō docebit unuſquiſq; ciuem ſuum,& unuſquiſque fratrem ſuum,dicens cognoſce dominum,quia omnes cognoſcent me,a minore uſq; ad maiorem eorum,quia propitius ero iniquitati eorum,& peccata eorū non memorabor ultra. Diligenter intuenda eſt prophetia, quæ ueteris & noui teſtamenti differentiā explicatiſſime tradit, in cuius uerba reſpiciens Apoſtolus dixit: Nō quia idonei ſumus cogitare aliqđ a nobis,quaſi ex nobiſipſis, ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti,non literæ, ſed ſpiritus. litera enim occidit, ſpiritus autem uiuificat. Quid enim apertius ad diſcernendum uetus à nouo dicere potuit Propheta, q̃, Conſummabo ſuper domum

Quo differat lex uetus ab Euangelio.
2.Corin.3.
Auguſt.de ſpū & litera. cap.17.
Supra fo.159
Hiere.31.
2.Corin.1.
Auguſt.de ſpū & litera.

Iſrael,& Iuda teſtamentum nouum?quaſi ſi dicat, Nõ ſic condam nouã legem,ut ſim legem, quam ante tuli,abrogaturus, cum lex mea ſemper fuerit,& perpetuo futura ſit eadem,ſed conſummabo (ideſt implebo) teſtamẽtum nouum.Quod ideo nouum uoco, quia cõſummatum & impletum.Lex enim, quã patribus dedi merito uetus nuncupatur,quod ex die qua ducti ſunt ex Aegypto lata quidẽ,ſed non impleta ſit. Hoc enim eſt quod ſubdiť,quia ipſi nõ perſeuerauerunt in teſtamento meo, nõ quidem ipſius legis uitio,quæ bona eſt,ſed uitio ſuo,qui per legem ſuæ infirmitatis admoniti gratiam futuri mediatoris non apprehenderunt. Cõſummabo ergo teſtamentum nouum,ideo ſcilicet nouum,quia dabo leges meas in cor illoꝝ, ideſt, ſpiritum innouantem mentes, quo demum idonei ac habiles efficimur ad perficiendã legem. Lex itaꝗ dei,quæ diu ſcripta erat in tabulis lapideis,quæ diu terruit,nec tamẽ impleta fuit, ea tum,cum digito dei(ideſt,ſpiritu ſancto)ſcribiť in corde noſtro, uere noua lex efficitur, quia tunc primum fieri incipit, quod enim recens ſit,nouum eſt.Subiicit aũt propheta,Et non docebit unuſquiſꝗ ciuem ſuum, & unuſquiſꝗ fratrem ſuum,dicens,cognoſce dominum, non ꝙ non ſit opus Euangelium prædicare.Quomodo enim credẽt in eum,quem nõ audierunt,quomodo aũt credent ſine prædicante? ſed quod in uoce prædicationis exterioris Euangelium nullius ſit efficatiæ,niſi ſpiritus, quẽ dominus per Euangelii fidem impartitur,intus doceat.nam,ut Apoſtolus ait:Ego quidem plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit.Et alibi ſcriptum eſt:Et erunt omnes Theodidacti, ideſt,a deo docti.Lex uero uetus data eſt,ut infirmitatẽ oſtẽderet, ut gratia quæreref. Gratia data eſt,ut infirmitatẽ adiuuaret, & lex impleretur. Quod enim impoſſibile erat legi per carnem, ideſt, cum obſiſtente carnali concupiſcentia lex non impleretur,& eatenus in nobis eſſet imbecillis& infirma, miſit deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato dãnauit peccatum in carne,ut iuſtitia legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum.Concluſit itaque ſcriptura omnia ſub peccato,non ſimpliciter, ſed in eum uſum, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Ex hac enim promiſſione,hoc eſt,ex dei beneficio ipſa lex impletur, ſine qua promiſſione præuaricatores facit. nam poſtquam territi per legem confugimus ad mediatorem,& credimus Chriſtum,qui peccatum non fecit, pro nobis in mortem traditũ ſuſtuliſſe peccata mundi,& in ipſius ſanguine & meritis nos iuſtificari,ſtatim in ea fide(quæ tamen ſine charitate ueraciter non contingit)incipimus condelectari legi dei ſecundum interiorem hominem, quæ delectatio non literæ,ſed ſpiritus donum eſt.Et licet alia lex in mẽbris adhuc repugnet legi mentis,tamen hæc lex ſpiritus ubi ſemel dominari cœperit,concupiſcentiam indies magis ac magis mortificat, donec in nouitate ſpiritus(quæ de die in diem in interiori,hoc eſt, ſpirituali ho

Lex Moyſi cur dicta uetus.

Lex in corde.

Opus eſt in Eccleſia uerbi miniſterio.

Roma.10.

1.Corin.1.

Auguſtinus ibidem.

Cur lex data.

Cur gratia Euangelii.

Roman.8.

Galat.3.

Roma.3.

1.Pet.2.

Roman.7

mine augetur) tota uetuſtas mutata pertranſeat, liberante nos de corpore mortis huius gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Ibidem

ATq; hæc contemplanti liquet nouum teſtamentum ſeu Euangelium a ueteri teſtamento ſeu lege hinc proprie non diſtingui, quod uetus ſit, teſtamentum illud quod in libris Moyſi & prophetarum, Nouum uero quod in quatuor Euangeliis & literis Apoſtolicis cõtinetur. Nam in libris ueteris teſtamenti, non tantum lex, ſed & Euangelium reperitur in promiſſionibus de uenturo Chriſto & futura in Chriſto gratia factis, quæ frequentiſſime ſunt in prophetis. Quo fit, ut Euangelium non tantum in noui, ſed & in ueteris teſtamenti libris, & uiciſſim lex nõ tantum in legalibus, ſed & euangelicis ſcripturis reperiatur. Eſtq; unum & idem Euangelium, in quo omnes ſancti & pii ab initio mundi ſunt ſaluati. habuerunt enim patres eundem ſpiritũ fidei nobiſcum, per quẽ ſunt ſeruati, quemadmodum Apoſtolus ait: Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut & illi, ſecundum quod ſcriptum eſt, credidi, propter quod loquutus ſum, & nos credimus, propter quod & loquimur, quod & Chriſtus teſtatur, cum ait: Abraham pater ueſter concupiuit uidere diem meum, uidit & gauiſus eſt. Sed hoc intereſt, quod gratia, quæ in ueteri teſtamento uelata latitabat, in Chriſti Euangelio reuelata eſt, quemadmodũ Apoſtolus ait: Nũc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata per legem & prophetas. Quod ſi manifeſtata, ergo erat prius, licet tecta. Rurſus, ſi teſtificata per legem & prophetas, ergo lex & prophetæ euangelium obrumbratum continent.

Nõ libris ſed efficacia ad impletiõnis lex noua a ueteri diſtinguitur.

Aug. epiſt. 95. de Pelagio ad Innocentium.

2. Corin. 4

Iohan. 8.

Auguſtinus ibidem.

Roma. 3.

QVare ut beneficium ſeu gratia Chriſti cognoſcatur, Lex ab Euangelio reipſa potius, q̃ ſcriptura diſtinguenda eſt. Lex oſtendens infirmitatẽ prouocabat ad gratiã, Neq; gratia futuri Chriſti, ad quã a lege cõfugeretur, in legis litera omnino præterita erat, ſed typis obumbrata. idcirco pauci ad eam tunc latentem confugiebant, non quærentes in lege promiſſiones dei, in quibus gratia conſiſtebat, ſed inhærentes literæ legis, ſe per legem iuſtificari, & ad iuſtificationem ſibi ſufficere liberũ arbitrium arbitrabantur, iuſtitiam ſibi ex natura humana, non ex donata gratia, aſſcribẽtes, ſicut de ipſis dictum eſt, Ignorantes dei iuſtitiam & ſuã uolentes conſtituere, legi dei non ſunt ſubiecti. Sed reuelato euangelio per Chriſtum, cum ille iuſſiſſet doceri pœnitentiam & remiſſionẽ peccatorum in nomine ipſius, gratia ſaluatoris per totũ orbem illuxit. & nõ tantum uerbo prædicata, ſed & ĩ cordibus fideliũ digito dei inſcripta eſt. Datus eſt ergo patribus ante Chriſti aduentum (exceptis paucis, iis ſcilicet, qui ſpiritu illuſtrati in promiſſiones reſpiciebãt) ſpiritus timoris. Nobis aũt datus eſt ꝑ reuelationem Euãgelii, & ꝑ Chriſtũ iam exhibitũ, & pro nobis paſſum, ſpiritus amoris. In ſumma breuis eſt differẽtia legis & euãgelii, duobus nimiꝝ uerbis cõprehenſa. quæ ſunt, amor & timor, Nõ qđ charitas nõ fuerit ad legis ad impletionẽ in lege reqſita; imo

Auguſtinus ibidem.

Iudæorum cæcitas.

Ad iuſtificationẽ uires liberi arbitrii non ſufficiẽt

Roma. 9. 10

Lucæ. 24.

Iudæis datus ſpiritus timoris.

Nobis amoris.

Amor.

Timor.

Roma.13. in ea cõſtitit oĩs lex, ſed nõ præſtabaẽ ab illis, q tantum legẽ reſpiciebãt:
Roma.8. & proinde Iſrael in terroribus legẽ accepit, nimirum ſpiritũ ſeruitutis in
Malach.4. timore. Nos uero ſpiritũ libertatis in gaudio cordis & animi, Data ſcili-
Per arrã gratiæ certificamur nos eſſe filios dei. cet p ſpiritum ſanctum ĩ cordibus noſtris arra gratiæ, qua certificamur nos eſſe filios dei & cohæredes Chriſti, in qua clamamus, Abba pater.

Quo differat lex naturæ & Euãgelium. EX præcedentibus etiam ſatis liquet, quod ſit diſcrimen legis naturæ & euangelii. Hoc quidem cõuenit legi naturæ cum euangelio, quod ambo in corde ſcripta dicuntur. Sed interim Euangelium lõge aliud eſt,
Roma.1. q̃ lex naturæ, ſeu etiam legis naturæ explicatio. Lex enim naturæ, eſt illa
Lex naturæ. notitia naturalis, quæ animis noſtris indita ac concreata eſt, gentibus
Roma.2. etiam & ſapientibus huius ſeculi non incognita; ſed Euangelium non
1.Corin.2. eſt notitia naturaliter nobis indita, nec huius mundi, aut huius mundi principum ſapientia, ſed myſterium abſconditum a ſeculis, reuelatum
Iohan.1. autem & euulgatum per Chriſtũ, ſicut ſcriptum eſt: Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Per
Euangelii miniſterium. Euangelium enim annuntiatur & exponitur nobis bona dei uoluntas,
Coloſſ.1. qua illi uiſum eſt nos perditos per filium ſuum redimere, gratis per fidem
Rom.3. & 5. iuſtificare, ac ſimul ſpiritum ſanctum cordibus noſtris infundere, qui &
Ephe.2. certo perſuadeat nos eſſe filios dei, & in nobis dei uoluntatem, hoc eſt, fru
Romano.8. ctus ſpiritus operetur. Oſtendit quidem ratio, cui lex naturæ indita eſt,
Galat.5. quædã, quæ ſunt uoluntati dei conſentanea. Sed non oſtendit, an & quo
Lex naturæ non ſatis docet nos dei erga nos miſericordia. modo peccatis noſtris ignoſcat deus, an nobis propitius, & quemadmodum erga nos affectus ſit. Et cum oẽs naturæ corruptionem ſentiamus, ac experiamur etiam nos a perfectione boni (quod uel ipſa ratio nedum dei ſpiritus ſuggerit) longe abeſſe, conſtat hanc legem nullas omnino ui
Auguſtinus. res præbere perficiendi boni. Quod & poeta ille non tacuit: Video (in-
Lumen naturæ nõ præbet uires perficiẽdi boni. quit) meliora proboq́ (nimirũ per lumen naturæ) at deteriora ſequor. Verum Euangelii gratia corda noſtra de remiſſione peccatorum per Chriſtum, deq́ ſumma dei erga nos dilectione, benignitate & clementia certi-
Grã Euangelii corda noſtra tranquillat ac innouat. ficat, ac inſuper emundat ac innouat, ut iam non deteriora, ſed meliora ſponte ac uoluntarie ſequamur. Et ut quandam adhuc imperfectionem in nobis ſentiamus (qua fit, ut nemo in hac uita legi dei perfecte ſatisfaciat,) Hinc tamen nos (quaſi ſcilicet ob id maledicto legis obnoxii, pro-
Iohan.3. indeq́ deo inuiſi ſimus) conturbari non oportere docet, nimirum oſten-
Imperfectionẽ noſtram ſupplet gratia p chriſtũ. dens, quo pacto in Chriſto manentes, legem etſi non perfecte (quod ad noſtram obedientiam attinet) imputatiue tamen impleamus, hoc eſt, a Chriſto, cui per fidem inſiti ſumus, mutuata iuſtitia legis maledictum euadamus. Quæ omnia lex naturæ, tanto Euangelio inferior non do-
Ephe.3. cet. Quamobrem Paulus Euangelium uirtutem ſeu potentiam dei ap-
Roma.8. pellat ad ſalutem omni credenti, quod ſcilicet per Euangelii gratiã cor-
Galat.3. dibus noſtris inſitam, ſalutem ac certiſſimam æternæ uitæ ſpem conſe-
Romano.1. quamur. In ſumma, Euangelium, & legem naturæ, & ſcriptã multis ra-
Euangeliũ le

tionibus

tionibus antecellit, quamuis interim eadem, quæ lex naturalis & moralis præcipiat ac doceat, quin potius ad perfectionem adducat, atq; adeo quod illæ faciendum ſuadent, hoc Euangelium faciat & adimpleat.

gē naturæ & ſcriptam cōſummat.

VNde etiam conſequẽs eſt, non leuiter eos deſipere, qui legẽ ſpiritus, ob id ſpiritalem uocari putant, perinde atq; officio corporali non ſit opus, & quaſi iuſtitia noſtra tantum in corde & in quadam præſumptione fidei conſiſtat, non ſolicita interim quid operum agamus. immo Euangelica lex q̃maxime operoſa eſt. Nam quũ propterea ſpiritalis appelletur, quod requirat in primis ſpiritum, quin proprie ſit uiua illa charitas diffuſa in cordibus noſtris, ſequitur, quod otioſa eſſe nõ poſſit, quæ cordibus noſtris inſcripta plane uiuit Spiritus enim propterea datur, ut mente uiuificati, legem adimplere poſſimus, atq; adeo pro modulo noſtro adimpleamus. Vnde qui Euangelium profitẽtur, hos maxime oportet eſſe factores uerbi, & non auditores tantum. alioqui fruſtra glorian tur de lege ſpiritus, in quibus nullus eſt ſpiritus bonorum operum effector. Siquidem ut Apoſtolus teſtatur, Qui dicit ſe noſſe deum, & mãdata eius non cuſtodit, mẽdax eſt. Et iterum: Filioli, nemo uos ſeducat: qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt: qui facit peccatũ, ex diabolo eſt. Et paulo poſt: Filioli mei, nõ diligamus uerbo, neq; lingua, ſed opere & ueritate. In hoc cognoſcimus, quoniam ex ueritate ſumus. Et poſt pauca: Et hoc eſt mãdatum eius, ut credamus in nomine filii eius Ieſu Chriſt i, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis; Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo, & in hoc ſcimus, quia manet in nobis, e ſpiritu, quem dedit nobis. Ecce uides Euangelium duo complecti, In primis annuntiationem gratiæ & remiſſionis peccatorum, Deinde uiuam charitatem, indiuiduam ueræ fidei comitem, ac mandatorum dei effectricem, quam qui nondum in ſe experiuntur, hi ſe Euangelicos eſſe deſinãt gloriari. Necdum enim in eis lætum illud angelorum nuntium Chriſto recens nato allatum, adimpletur, Nempe, Et in terra pax, & in hominibus bona uoluntas. Sed de hoc alibi latius.

Cur. Euãgeliũ dicatur lex ſpiritus.

Euangelica lex operoſa.

Roma. 5.

Euãgelii profeſſores debent eſſe uerbi factores.

1. Ioh. 2. & 3.

Euãgelium duo cõplectitur.

Lucæ. 2. ſupra fo. 159. facie. 2.

HIs, de legis natura, diſtinctione, uſu, ac poteſtate prælibatis, ad expoſitionem Decalogi (hoc eſt, decẽ uerborum) quæ duabus lapideis tabulis inſcripta, deus populo ſuo promulganda Moſi tradidit, ueniendum nobis eſt. Hæc Decalogi lex, etſi olim peculiariter populo Iſraelitico data ſit propter transgreſſionem uitandam, donec ueniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris, hoc eſt, Moyſis, qui erat inter deũ & populum, ueluti quidam medius ſequeſter, Iam tamen ad omnes gẽtes ex æquo pertinere putãda eſt, q; (ut ſupra diximus) explicatio quædam ſit legis naturæ, uitio primorum parentum, in hominum mentibus obſcuratæ. Et ut poſt Chriſti aduentum leges iudiciales ac cerimoniales partim abolitæ ſint, partim ĩmutatæ, & ad Euangelicam pietatem accommodatæ, ab hoc tamen Decalogo qui moralẽ

Decalogus ꝑtinet ad omnes gentes.

Galat. 3.

Moyſes mediator.

Euangelii gratia, quare nõ liberet ab imperio legis moralis.

legem compendio cōplectitur, non aliter liberat Euāgeliū, niſi q aucta in nobis charitate, ea ſponte facimus & lubētes, quæ Iudæorū populus faciebat metu pœnæ, ut eatenus, qui ſpiritu ambulāmus, a legis imperio & terrore p Chriſtū liberati ſimus, quatenus ſcilicet lex nolentem cogit, nō quatenus faciēda eſt. Alioqui diabolica, non Chriſtiana libertas eſt, qua mœchari, furari, aut pierare licet. Nō enim eo Chriſtus uenit in mūdū, ut nobis a ſe redemptis permitteret impune peccare, ſed ne oīno peccemus, renati in eum, qui nō nouit peccatum, & qui pro peccatis noſtris mortuus eſt, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Sunt nōnulli qui decem præcepta in Decalogum contracta, rudi ac intractabili populo Iſraelitico tradita eſſe putant, tanquam prima rudimenta pietatis, potiſſimū ob id, ne in oīa paſſim facinora plaberet, utq ab his elemētis ad alia præcepta, quæ ꝯſummatiora uidenť, proficeret, donec ueniret ad perfectionem Euangelicam, Proindeq dominū dixiſſe: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mādata, quaſi dominus hiſce uerbis indicare uoluerit, Decalogum limen eſſe & ingreſſum ad pietatē, non autē cōſummatā pietatem continere, putantq eos, qui in hoc laborant, ut uniuerſa præcepta ſiue iubentia, ſiue uetantia, ad hæc decē redigant, ſedulam uerius diligentiam, q̄ ſeriam adhibere. Qui etiā duo illa poſtrema, quæ non tantū malum facinus, ſed & malam prohibent cōcupiſcentiam, ſic intelligunt, ut concupiſcentia eo loco, non tam qualēcunq uxoris aut rei alienæ cupiditatem, q̄ conatū maleficii ſignificare uideať. quē admodū dicimur inſidiis appetere aliquē, nō q illum læſerimus, ſed q ſtructis inſidiis conati ſimus eū lædere. Sed nobis magis aliorū ſententia placet, qui aſſerūt, Decalogum conſummatā cōplecti iuſtitiā, hoc eſt, iuſtitiā reqrentem, nō tātum externā, ſed & ſpiritualem, uerā & pfectam obedientiā erga deum. Quodq in Decalogū tanquā in aptiſſimā methodū, quicqd eſt legum naturæ, & moraliū præceptorū (ubicunq tandē eæ, ſiue in pphetis, ſiue in Euangelicis ac Apoſtolicis literis extēt) referri ac includi poſſint. Certe fons oīum præceptorū eſt primū illud, hoc eſt, oīum maximum, Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, ex tota aīa tua, ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Deinde, diliges pximum tuū ſicut teipſum. Qui ſane ſermo ipſiſſimā medullā ac genuinū ſenſum oīum præceptorū complectiť, quē qui nō præſtat, etſi uerbis legis ſatiſfacere uideať, legem tamē nō obſeruat, ueluti ſiqs inimicū nō occidat, nō q illi minus male uelit, ſed q minas legis metuat, is apud deum homicida eſt, uel ipſo Moſe teſte, qui iubet deū ex toto corde diligi, & proximū ſicut ſeipſum. Ad hæc Moſes, ut doceret deum p Decalogum non ſola externa opera uel cultus requirere, ſed & internos cordis affectus, ſtatim poſt promulgatā legem ad populum ſic ait: Ponite hæc uerba mea in cordibus & animis ueſtris. Rurſus Apoſtolo teſte, Quod lex dicit, Nō cōcupiſces, non in eā ſententiā accipiendum eſt, ut cauere tantū debeamus, ne affectus noſter

Diabolica libertas, qua licet facere qd uis.

1. Pet. 2.
Romañ. 4.

Quorūdam ſententia excutitur.

Matth. 19.

Verbum cō. cupiſcientię.

Decalog' cōplectitur conſummatam iuſtitiam.

Deuter. 6.
Matth. 22.
Marci 12.
Lucæ 10.

Homicida apud deum animō occidendi habēs niſi uetaret lex.

Deutero. 6.

Matth. 5.

Romañ. 7.

in conatum ſe protendat.ſed ut plane ab omni malo affectu intrinſecus temperemus.Nec dubium eſt,legem propterea ſpiritualem dici, ꝙ ſpirituales motus requirat.Et Chriſtus ſic ubiq; legem interpretatur,& Phariſæos uerba quidem legis ſectantes,& opera, quamuis in ſpeciem eximia ædentes,propter internos tamen affectus malos,irritum feciſſe mãdatum dei pronuntiat,ac ſepulchra foris dealbata appellat.

Roman.7. Matth.5. Matth 15. Matth.23.

CAeterum,quum oĩno referat,ut in omni doctrina res latæ ac ſparſim traditæ in ſummas quaſdam ac methodos cõtrahantur,ut ordine quodam rerum capita ac fontes uideri ac complecti poſſint, quod diuino certe beneficio factũ uidemus in doctrina Chriſtiana, ubi quicquid ad fidem pertinet,diuinis uoluminibus late traditum,contractum uidemus in ſymbolum Apoſtolicum.Rurſus,quicquid a deo recte peti poteſt,aut unquã a piis hominibus petitum eſt,uidemus in oratione dominica compendio cõprehenſum eſſe. Sic nobis placet,ut & quicqd ad mores pertinet,in Decalogum,ueluti in ἐπιτομήν quandam,nõ humana,ſed diuina ſapientia compoſitam contrahatur,qua ne poteſt quidem ulla aptior excogitari.Iurecõſulti atq; alii uiri præſtãtes, acute uiderũt, ius etiam illud,quod ciuile appellamus, nõ humana ꝓditum ſapientia, ſed magis inuentũ ac munus eſſe deoꝝ,quod ſcilicet a iure naturali omnibus indito initium ſumat,ab eo nũquam in totum recedens. Iam illi ut qcquid iure imperãtur, ſummatim cõprehenderẽt(non dubiũ,qn naturale iudiciũ ſequuti)tria iuris præcepta fecerũt,quæ ſunt,honeſte uiuere,alterũ nõ lædere,ius ſuũ unicuiq; tribuere:quæ rurſus in plurimos titulos diſtribuunt,In qbus de his quæ deo,quæ parentibus,quæ liberis, quæ patriæ debemus.Itẽ,de ꝓpulſandis iniuriis,de uitæ honeſtate,ueluti de coniugiorũ iure ac ritibus,de reꝝ ac dñioꝝ ꝓprietate,ac diſtinctione,de cõtractibus,ſucceſſionibus,de iudiciis publicis ac priuatis præcipiunt, Sed ita,ut de externa quadã ac ciuili iuſtitia hoĩem inſtruant,de corrigendis affectibus nihil ſoliciti,ꝙ ueræ religionis, hoc eſt,iuris deo debiti,unde omne reliquũ ius fluit,ignari & expertes fuerint. Verũ Decalogus a ſummo legiſlatore Moſi exhibitus, quicqd eſt iuris naturalis ac moralis aptiſſimo ac pulcherrimo ordine,cõpendio quodam tradit, atq; etiã explicat eadẽ illa tria nos edocẽs,nẽpe ius ſuũ unicuiq; tribuere,alteꝝ nõ lædere,& quod ad nos attinet,honeſte uiuere,at lõge pfectiꝰ q̃ ulla lex ciuilis,ꝙ præcipiat nõ tãtum de externa iuſtitia, quãuis &. de hac,ſed magis de interna,quæ in animi mũditie cõſiſtit, quæ ſola corã deo ualet,& ſola recte iuſtitia nũcupať. Vide uero q̃ pulchre Decalogus ad naturæ leges reſpõdeat:Lex naturæ iubet deũ agnoſcere & glorificare,quẽadmodum Pau.Rom̃.i.teſtatur, Religionem colendam ac ceremonias conſeruandas iudicat.Deinde docet parentibus ac aliis,qui parentum loco ſunt,& nobis imperant obediendum eſſe, quod aliter humana ſocietas retineri non poſſit,Iniurias ac priuatas uindictas deteſta-

Methodi. doctrinæ Chriſtianæ. Symbolum Oratio dñica. Decalogus. Martianus in.l.Nã & De moſth.ff. de legibus. Vlpianus in .l.ius ciuil.ff. de iſtit.& iu. Iuſtinia. inſtit. de iuſti. & iuſ. paragrapho. iuris præcepta. Decalogꝰ oẽ ius ciuile longe ſuperat. Collatio Decalogi ad leges naturæ. Roman.I. Leges naturæ.

tur, abhorret uagos concubitus, uerecundiam & caſtitatē amplectitur. Ad hæc, tametſi quod ad ipſarum rerū naturam attinet, iudicet omnia eſſe communia, tamen ſecundum eam naturam hominis, qualis nunc eſt (nimirum prauis cupiditatibus corrupta) intelligit neceſſariam eſſe ad conſeruandam humani generis ſocietatem, rerū diuiſionem, quæ tamen rerum communionem in totum nō abolet, ſed magis ſancit ac cōfirmat, ꝙ natura quoque doceat, quo pacto per honeſtos contractus, res omnes inter nos communes fiant, Idq; decenti quadam æqualitate. Nā quæ tandem ea foret rerum communio, ſi qui cæteris potentiores ſunt, cupiditate æſtuantes, quantum poſſent rerum ui occuparent, reliquis a communi rerum uſu depulſis? Deniq;, quid magis ſecundum naturam eſt, q̄ ueritas in pactis, teſtimoniis, ac iudiciis? Iam ſi Decalogum inſpicias, uidebis hanc totam naturæ legem, haud abſq; decenti ordine in eo comprehendi, ut in primis id nos facere iubeat, quod natura deo tribuēdum intelligit. Deinde quod parentibus ac magiſtratibus exhibendum eſſe iudicat. Denique quod de iniuriarum prohibitione, coniugiis, domi niorum diſtinctione, ac pactorum, & teſtimoniorum fide conſeruandis ſentit. Ex hac itaq; lege naturæ in Decalogo expoſita, omnes leges ciuiles ortas eſſe, dubium non eſt, quas conſtat tanto meliores eſſe, quo minus ab illo naturali iudicio diſcedunt. Sed ad Decalogum.

Iure naturæ q̄tenus omnia communia ſint.

Rerū diuiſio rerū cōionem cōfirmat.

Decalogi ſeries.

Oīs lex ciuilis ex lege naturæ, i. decalogo explicata ortā ſumpſit.

PRincipio Decalogus ob id ab ipſo deo tradi debuit, ut uere ſciremus quæ nam opera deo placerent. Gentes uarios cultus cōmentæ ſunt, uaria item operum genera ſibi finxerunt, in quibus ſibi placebant, Sed ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ dei ſubiecti non fuerunt, euaneſcentes in cogitationibus ſuis, & uolentes ſapientes uideri, ſtulti facti ſunt. Quibus Iſraelitæ longe feliciores fuerūt, ꝙ per Decalogum edocti fuerint de cultu & operibus, quæ ſcirent deo placere, ut uel hinc copioſam haberent gloriandi materiam. Qui annūtiat (inquit Pſaltes) uerbum ſuum Iacob, & iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et Paulus teſtatur Iudæis, hoc nomine iure gloriari licuiſſe, ꝙ credita fuerint illis eloquia dei, quæ gloriandi materia poſtea Iudæis carnalibus adempta, in nos ſpirituales Abrahæ filios, qui legis ſpiritualis, ſpirituales ſectatores ſumus) tranſlata eſt. Ex hoc autem capimus hūc fructum, ut non ſit neceſſe, nos eſſe ſolicitos, quibus nam operibus deo placere poſſimus. Nam Decalogus ipſe ea præſcribit, quæ certo ſcimus deo placere, nimirum ab eo præcepta, laudata, celebrata, & ingenti benedictionis mercede facientibus ea cumulata.

Cur decalogus a deo traditus.

Roma. 10.
Roma. 1.
1. Corin. 1.
Augu. de ſpiritu & litera.
Pſalm. 147.

Roma. 3.

Gloria Iſrael in nos tranſlata.

DEinde deus Decalogū duabus tabulis lapideis, quas ſuo opere fecerat, digito ſuo inſcripſit, ac in monte, quē populus etiam attingere prohibebatur, Moſi tradidit, ubi ignis terribilis, fumus, incendium, fulgura ac tonitrua uiſebantur, idq; ob hāc cauſam, ut indicaret legis onus

Aliter atque aliter lex uetus & lex euāgelica ꝓbitæ.

& grauitatem

& grauitatem, in lapideis Iſraelitarum cordibus, quæ etſi ſua uirtute, abſque adiutrice gratia non iuſtificaret, terreret tamen animos ac conſcientias, incitaretq; ad quærendum adimplendæ legis auxilium a deo. Nec aliam ob cauſam Moſes haſce tabulas de cœlo portans, fregiſſe uidetur, q̃ ut oſtenderet, legem eſſe, quæ corda ſcinderet ac frageret. Diuerſa ſane ratione prodita eſt, ipſo ſancto die Pentecoſtes lex Euangelica. Tantum hoc conuenit, q; utrobique loci ſublimitas & ignis fuerit: Sed illic nihil aliud erat, q̃ mons Sinai craſſus & terrenus, quem populus diſcors & obmurmurans attingere prohibebatur, a præcepto Sina dictus, q; Decalogus in hoc daretur, ut præceptis coerceret rebellem populum. Hic mons Sion, qui ſpeculam ſonat, unde deſpiciuntur omnia terrena, unde per fidem uelut e propinquo proſpectantur cœleſtia, Et in ipſo mõte domus eſt, in qua etiam conclaue, ubi Apoſtoli quieti unanimeſq; deprecantur, expectantes cœleſte donum a Chriſto promiſſum. Illic ignis, fulgura, & tonitrua, & cætera omnia terribilia, ut intelligas legis uim in terrendo ſitam eſſe, uti Paulus inquit, lex iram operatur. Hic ſpiritus uehemens, ſed alacritatem afferens, non terrorem, & ignis, qui non exurat corpora, ſed mentem cæcã illuminet, uoluntatemq; torpentem accẽdat, ut iam non terrore, ueluti coacta, legi collum ſubmittat, ſed amore incitata ac dilatata in uia mandatorum dei currat, eorum quæ retro ſunt obliuiſcens, & in anteriora ſe extendens. Vides q̃ pulchre hiſce externis ſignis, legis & Euangelii diſcrimen adumbratum, deliniatumq; ſit.

Legis grauitas. *Cur Moſes fregerit tabulas priores.* *Exodi.10.* *Sina mons unde dict⁹.* *Acto.1. & 2.* *Roma.4.* *Pſalm.118.* *Philip.3.*

SVnt autem duæ tabulæ Decalogi, Quarum prima cõplectitur ea, quæ deo debemus, & quibus proprie cũ deo agimus, hoc eſt, uerum cultum, tam internum, q̃ externũ. Secunda docet, quales eſſe debeamus erga proximũ. Quanquã hoc ſciendum ac retinendũ eſt, ſecundam tabulam e priore manare, ſic ut opera ſecundæ tabulæ ſine prioris operibus uere fieri nequaquã poſſint. Nam tum demũ proximus recte diligitur, ſi nõ propriæ utilitatis aut alterius cuiuſcunq; rei contemplatione, ſed tantũ propter deũ diligatur, hoc eſt propterea, quia deus, cui credimus, & toto corde adhæremus, præcepit ac uoluit, ut proximũ tanquã fratrẽ ac uiſcera noſtra cõplectamur. Origenes, quẽ Hieronymus ſequitur, primæ tabulæ quatuor præcepta tribuit, ex primo duo faciens, in quorũ primo ſpiritalẽ, in altero craſſam illã & externam idololatriã prohiberi dicit, ut primũ ſit, Nõ habebis deos alienos corã me, Alterũ, Nõ facies tibi ſculptile. In ſecundã tabulã ſex retulit, duo ultima præcepta, de non cõcupiſcendo uxorẽ & res proximi cõnectens. At Auguſtinus, & ferẽ quotquot Auguſtinum ſequuti ſunt, primæ tabulæ tria præcepta, ſecundæ ſeptem tribuerunt, qui primum mandatum de uitanda idololatria ſiue ſpirituali, ſiue corporali unum faciũt. Poſtrema uero præcepta, quæ ſunt de non concupiſcendo uel uxorẽ uel res proximi, in duo ſecãt, quorum ſententiam eccleſiæ magis placuiſſe cõſtat, uel ob id, quod ma-

Duæ tabulæ Decalogi. *1* *2* *Q̃uo proximus diligendus.* *Origenes.* *Hieronym⁹.* *Augu.lib.2.q̃ſt. ſuper Exodum.*

Auguſt. ibidem. gis ad myſterium ſanctæ trinitatis reſpiciat, ut primum mandatum ad patrem referatur, ſecundum ad filium (qui proprie nomẽ & uerbum dei non creatura eſt) tertium ad ſpiritum ſanctum, quo in nobis operante, ſabbatizamus, & ab omnibus ſeruilibus, hoc eſt, noſtris operibus, quæ caro ſine ſpiritu gignit, quieſcimus, ac nos continemus. Orditur autem deus Decalogum, hoc procemio præmiſſo.

EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS. QVI eduxi te de terra Aegypti, & de domo ſeruitutis.

Modus cognoſcẽdi deum pſcribit. Maieſtas. Bonitas. HOc procemio, ſeu (ſi malis) primi præcepti exordio, deus formam ſui cognoſcendi præſcribit, ac pleraq; inſinuat, quæ ad ferendæ legis reuerentiam & obſeruationem plurimum faciunt. In primis cũ maieſtatem, tum bonitatem ſuam proponit, quæ in legiſlatore coniuncta eſſe oportet, ut maieſtas legibus authoritatem, bonitas amorem faciendæ legis apud ſubiectos conciliet, qui tum facile obtemperant, quum perſuaſum habent, leges in ſuum commodum & commune bonum latas eſſe, quamuis interim hoc procemio deus in primis fidẽ in nobis formet ſeu excitet. Dominus. Deus. Ego. Dominum ergo & deum ſe nuncupat, ut priori nomine maieſtatẽ ſuam inſinuet, altero bonitatem ſuam proponat, idq; nõ ſine emphaſi pronominis, Ego, inquit, & non alius. Ego inquã, ſolus ſum dominus, hoc eſt, non ut cæteri, qui uulgari more domini dicuntur, ſed uere ſum dominus, a quo ſunt omnia, per quem omnia, in quo omnia, cuius eſt orbis terræ & plenitudo eius, quem omnia obſeruant, timent ac uenerantur, omniſcius & omnipotens, ac faciens omnia ſecũdum beneplacitum uoluntatis meæ. Ego, inquam, ſum ſolus rex regum & dominus dominantium, & non eſt alius præter me. In cuius manu eſt mors & uita, ſalus & interitus. Huc reſpicit nomen illud apud Hebræos ineffabile Tetragrãmaton, quod quatuor literis ſcribitur, quæ ſonari non poſſint. Deductum tamen nomen ab eſſendo, ſeu á quo nomen, eſſe deriuatur. Et profecto, non eſt alia uox, quæ propius accedat ad exprimẽdam naturam diuinam. Nam ſolus deus uere eſt, qui incommutabiliter eſt ſine tempore, qui eſt ipſum eſſe, & a quo uenit omnibus rebus conditis, ut ſint aliquo modo. Sic Exodi. iii. legimus: Ego ſum, qui ſum, &, qui eſt, miſit me ad uos. Ex quo id nobis diſcendũ eſt, hoc primum eſſe in cognitione dei, ut ſciamus ſiue cognoſcamus eum eſſe, qui natura eſt, qui ipſe eſt, & a nullo accipit ut ſit, atq; perpetuo eſt. Vnde liquido colligimus, oĩa quæcunq; uidemus, & non uidemus, a ſe, ſed a deo eſſe & conſtare, qui omnibus eſſe tribuit, atq; ita tribuit, ut nulla ratione eſſe, nulloq; momento conſiſtere poſſint, niſi deus ſeruaret, ſuſtineret, ac regeret. Quis (inquit Eſaias) menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ? Atq; hæc contemplantibus

Marginalia: Roma. 11 — Pſalm. 23. — Deut. 32. — Nomen tetragrammaton ineffabile — Solus deus uere eſt. — Exodi. 3. — In cognitione dei primũ — Gene. 1. — Actorũ, 17. — Eſaiæ. 40.

ſatis perſpicuum euadit,quid ſibi uelint hæc uerba, Ego ſum dominus, Ego ſum do
quæ piæ intellecta,iuſtum dei timorem ac metum nobis ingenerat, quē minus.
nos mortales ſeruos atq; adeo miſellas creaturas erga æternum domi-
num,omnipotentiſſimumq; creatorem ac ſeruatorem omnium rerum Qualiter de
habere oportet,ut ſupra hunc dñm excelſiſſimū nihil timeamus,metua us timendus
mus,adoremus ac colamus,quemadmodū ſcriptū eſt in Deuter. Domi- Deutero.6
num deum tuum timebis & illi ſoli ſerùies. Dominus relatiuum eſt. Di Dominus.
citur enim dominus ſerui dominus. Domino ergo dominorum ſum-
ma ſeruitus debetur. atq; eo etiam ſpectat, quod in Euangelio dicitur:
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Item, Non poteſtis deo ſeruire &
mammonæ. Vnde facile colligis,quod omnino deo magis obediēdum
ſit.q̄ hominibus,tum ſcilicet,quum diuerſa a dei inſtituto præcipiunt.
Siquidem non habent homines poteſtatem, qua domini dicuntur,niſi
deſuper conceſſam,qua ſi in domini dominorum contumeliam abutan Matth.6.
tur,quis non uidet eos audiendos non eſſe, ſed fortiter contemnendos? Actorū.5.
quemadmodum Chriſtus docet: Nolite(inquit)timere eos,qui occidūt Deo oportet
corpus,animam autem occidere non poſſunt: ſed potius timete eū(ni- plus obedire
mirum dominū illum dominorū)qui & corpus,& animam mittere po- q̄. hominib.
teſt in gehēnā, Hunc,inquit,ac repetit,timete. Ergo ſi in quodcunq; di- Johan.19.
ſcrimen uenerimus, ac Satanas ueluti nactus occaſionē uel ipſe uel per Homines q̄
ſuos miniſtros titulo dominationis id agere incipiat, ut nos a præſcri- tenus dñi.
pto diuinæ legis dimoueat,tū protinus exēplo Chriſti gladius ſpūs no- Matth.10.
bis accipiēdus eſt,hoc eſt uerbū dei,quo retūdamus hoſtē,dicētes: Vade Matth.4.
poſt me Satana,dominum deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.

HEbræi ad obumbrandam ineffabilem hanc dei maieſtatē,ac ſum- Plurima dei
mam,æternamq; dominationem uariis nominibus uſi ſunt, qui- nomia apud
bus latine redditis,nos Deum appellamus,Deum uirtutum, dominum Hæbræos.
exercituum, omnipotentem,conditorem cœli & terræ,regem gloriæ,re Deus.
gem regum,dominum dominātium, cuius maieſtate pleni ſunt cœli &
terra. Atq; hactenus de domini nomine dixiſſe ſuffecerit.

IAm quum legiſlator noſter maieſtatē ſuā hiſce uerbis(Ego ſum domi alii dicūt dei
nus)inſinuaſſet,quæ nobis dei timorē incutit,ſtatim & deum ſe appel uari α᾽ πὸ
lat,ut ad amorē quoq; ſui nos prouocet. Nā dei nomē ad beneficen- τοῦ θεᾶ-
tiam refert, quod nos a Græcis mutuauimus. Apud Græcos enim θεὸς σθαι q; ſpe-
dicit,α᾽ πὸ τοῦ θεῖν hoc eſt,a currēdo,quod ubiq; dū opus eſt accurrat, ctet omnia &
adſit,opēq; ferat,quā uocabuli proprietatē nos Germani ſequuti, Deū, timeat a cun
Got,appellamus,nimirū a bonitate. Ergo quū audis, Ego ſum deus,ni ctis uide Am
hil aliud dici exiſtimabis, q̄ ego(ut ſum oīpotens rerū oīum cōditor ac broſium lib.1
dn̄s)ita ſum omnibonus,omnis boni fons ac largitor,rerū tenax uigor, de fide.
uita,lux,robur,& firmamentū. Breuiter,ſaluator & deus totius cōſola- Ambro.
tionis undiq; expoſit⁹,beneuolus,mitis,largus,liberalis,exorabilis,ac ſu in hymno.
pra q̄ dici aut excogitari pōt,miſericors, ac clemens,bn̄ficus,cuius boni 1.Pet.2.
Roma.1.

Acto.17. tas in omniũ creaturarum cõditione & conſeruatione relucet. Deniq; is ſum, qui potiſſimum gaudeam homines huius bonitatis meæ undique expoſitæ, quoad fieri poteſt, effici participes, ſemper ad opitulandum accinctus, ad ſuccurrendum promptus, cuius delitiæ ſunt, eſſe cum filiis hominum, hoc eſt, q̃ cupiã ab oĩbus apprehendi, teneri & poſſideri, qui uelim ut oẽs me fruantur, in me æternam uitã ac felicitatem habituri, atq; hoc eſt quod pronomen, Tuus, hic ſubiectum denotat. Quam autẽ ſeſe exercuerint patres ac ſancti dei homines in diuinæ bonitatis cõtẽplatione, uaria illa nomina, quæ ex interna fide ab effectu, operatione & uirtute ei impoſuerunt, ſatis declarant, appellantes ſcilicet deum, robur, petram, rupem, ſcutum, clypeum, cornu ſalutis, propugnatorẽ, ereptorem, exaltationẽ, breuiter, deum ſuum, deum noſtrum, gloriam & laudem, ſuam, quod ſic apud ſe de deo ſentirent, imo q intra ſe reipſa per fidẽ iam experti eſſent, Deum ipſum reuera eis hæc omnia eſſe.

Tuus. Patrũ pietas. Suus. Noſter. Gloria. laus noſtra.

QVamobrem ut eadem fides omnium mentibus inſeratur, Parochi diligentes eſſe debent, in erudiendo populum, quid deus ſibi hiſce uerbis uelit, Ego ſum dominus deus tuus, nempe ego ſum, qui oĩa condidi, in cuius manu ſunt omnia, Creator, ſeruator & gubernator tuus, qui ut te condidi, ita te guberno, a malis, a peccatis, a damnatione libero ac redimo, ac infinitis beneficiis cumulo, ne ſcilicet tuæ prudentiæ, tuis uiribus, tuæ iuſtitiæ hæc accepta feras, ſed tantũ mihi. Tuus inquã dñs ac deus ſum, totus in tuam felicitatẽ profuſus, qui tecũ in omni curſu uitæ uerſor, qui de te ſolicitus ſum, qui & poſſim & uelim te feliciſſime regere. Hac doctrina prouocatur animus ad fidem, quæ ut eſt initiũ ſalutis noſtræ, Ita in oĩbus cogitationibus, uerbis & factis primas partes tenere debet, quæ cor purificat, ac facit ut omnia munda mũdis ſint, qua ſine, quicquid fit, Apoſtolus peccatum eſſe pronuntiat. Hanc caſtus timor & ſuauis de amor comitatur, quæ omnia primum præceptũ docet ac complectitur, Nempe ut agnoſcamus unum deum, illi fidamus, illum timeamus ac amemus, Vnde cætera omnia plane dependent.

Parachorum munus. Roma.11. Tuus. Fides in deũ debet tenere primas partes in omni opere. Titum.1. Roma.14. Caſtus timor Amor.

QVI EDVXI TE DE TERRA AEGYPTI, ET DE DOMO SERVITVTIS.

MOdum ſe cognoſcendi addit deus. Nam quũ deus, quod ad eſſentiam ſuam attinet, incomprehenſibilis ac inuiſibilis ſit, ſicut ſcriptum eſt: Non uidebit me homo, & uiuet. Et iterum: Deum nemo uidit unquam, neceſſe erat ut certum opus ac teſtimoniũ adderet, quo ueluti a poſteriori apprehendi poſſet, ne quis hæſitaret, quisnam is deus eſſet, qui ſe mandatis iſtis colẽdum præcepiſſet, quaſi dicat: Is ego ſum uerus ille deus, qui hoc ſpectatiſſimum opus peregi, qui te populum meum ex Aegypto mirabiliter eduxi, idq; tam manifeſtis uerbis & ſignis, quæ uidiſti, ut negare non poſſis hæc me authore facta fuiſſe, & hunc qui fecit

Modus cognoſcẽdi dei ab effectib⁹. Exodi.33. Iohan.1.

uerum deum eſſe. Eatenus enim, nempe per euidētia uerba ac ſigna, deus alioqui inuiſibilis agnoſcitur, atq; ita conciliantur ſcripturæ, quæ alibi deum uideri negant, alibi Iacob & Moſi facie ad faciem uiſum eſſe perhibent. Ergo quum Moſes Deuteronomii.v. dixiſſet: Nullam ſpeciem die uidiſtis, citra ullam repugnātiam, addidit, facie ad faciem loquutus eſt uobiſcum in monte de medio ignis. Deinde deus hoc opus & teſtimonium adiecit, ut intelligeres id uerum eſſe, quod dixerat, nempe ſe eſſe dominum deum tuum, ideſt, te regentem, gubernantē, aſſerentem, redimentem, reſpicientem, curantem & ſaluantem. Inſignis enim dei potentia ſimul & bonitas declarata ſunt ab nunquam ſatis admirando opere eductiōis filiorum Iſrael de Aegypto, In quo Moſes & prophetæ oēs dei maieſtatem, magnificentiam & bonitatem erga populum ſuum illuſtratā ubiq; deprædicant ac collaudant. Atq; interim hinc etiam diſcimus nō tantum iuſtum ac æquum eſſe, ſed noſtra etiam q̄plurimum referre, ut legibus tam potentis domini ac clementis dei (qui non ſibi, ſed nobis cōſulere uoluerit) ex animo obtemperemus, mente complectentes, quātam ſemper populo ſuo benignitatem exhibuerit, contra, quantam ſeueritatem in aduerſarios, ſuis præceptis ac iuſſis repugnantes oſtēderit.

Verbis ac ſignis agnoſcitur d us. Iohan. 1. Gene. 32. Exodi. 33. Deuter. 5. Exodi. 15. Pſal. 104. iij. Noſtra plurimum refert, ut legib' dei obtemperemus.

PRIMVM PRAECEPTVM.

NON HABEBIS DEOS ALIENOS CORAM ME:
Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem, quæ eſt
ī cœlo deſuper, ac quæ eſt ī terra deorſum, nec eoꝝ, quæ
ſunt in aquis, ſub terra, non adorabis ea neq; coles.

HIc in primis animaduertēdum eſt, præcepta maxima ex parte negatiue eſſe tradita. Quod qua ratione factū ſit, nemo nō uidet. Siquidem quū deus hominē rectū ac bonū condiderit, ac lumen illud naturæ menti diuinitus inſeuerit, ſua quidem natura malum abhorrēs, ac bonū ueluti cognatum ſibi agnoſcens ac amplectens, Id uero lumen non multo poſt fuerit obtenebratum, ob id ſcilicet, q; homo diabolū ac ſeipſum magis ſequi maluiſſet, q̄ deum, quem tamen ſolum merito in ſe operari permiſiſſet, a ſuis adinuentionibus abſtinens, Conſequens erat, ut homo ignorantiæ tenebris obtectus prohibendo ac uetādo doceretur, inquātum a lege illa in corde diuinitus ſcripta receſſiſſet, utq; uel ſic inſtrueretur ac doceretur ſeſe rurſus a ſuis adinuentionibus abſtinere, Dei uero inſtinctum, uocationem ac uoluntatem omnino ſequi oportere. Et tamē in hoc etiam natura ſermonis conſideranda eſt. Nam oratio negatiua e regione affirmatiuam requirit, Sic ut qui prohibet, contrarium eius præcepiſſe uideatur. Debet itaq; in ſingulis iſtis præceptis non ſolum id attēdi, quid prohibeatur, ſed etiam quid a contrario, deus (etſi non expreſſis uerbis) requirat. Hoc autem tradendi ac docendi ordine utemur, ut im-

Precepta negatiue tradita & cur. Præcepta prōhibent q̄cq; ex nobis tanquam ex nobis facimus. Negatiua e regiōe requirit affirmatiuam.

primis uerborum uim, & quid ſingula præcepta a nobis requirant, explicemus. Deinde, quibus nam modis in ſingula peccetur, q̃ poterimus breuiter ac dilucide, tradamus.

Quid ſit prohiberi deos alienos.

AVdis itaq; in hoc primo præcepto prohiberi deos alienos. Ex quo intelligis præter unum ac uerum deum, alios quoq; eſſe, ſiue in cœlo, ſiue in terra, q dicanť dii, longe tñ alia ratione, q̃ ille unus uiuus & uerus deus, q de ſeipſo dixit: Videte q; ego ſum ſolus, & non ſit alius præter me. In Exodo legis, Dei nomen tralatum ad Moſen. Sic em̃ ad Moſen legiť deus dixiſſe: Ecce cōſtitui te deum Pharaoni. Et ſcriptura deos, homines publica dignitate præcellentes appellat, quemadmodum Exodi. xxii ſcribitur: Diis non detrahes, & principi populi non maledices. Rurſus Pſalm̃. lxxxi. ſcribitur: Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi oẽs, quem locum in Euangelio dominus aperuit in prophetas cōpetere, dum depellit blaſphemiæ crimen, quod deum, patrem appellans, ſignificaſſet ſe eſſe filium dei. Similiter & angeli dicuntur dii, ut in Pſalmo. viii. Minuiſti eum paulo minus ab angelis, quod ibi hebraice ſit Elohim, unum ex cognomentis dei, etſi uox numeri ſit ancipitis. Quin Paulus Satanam deum appellat huius ſeculi. Et idola quoq; hoc nomine intelligũtur Geneſeos xxxi. Vbi narratur, Rachel furata deos patris ſui, haud dubium, quin idola.

Deuter. 32. Dei nomen tranſlatũ ad Moyſen. Exo. 7. Principes. Exodi. 22. Prophetæ dii. Iohan. 10. Angeli dii. Pſalm. 8. Elohim. Satanas deus huius ſeculi. Idola diligẽtium. Gene. 31.

Quæſtio. Quid ergo inquis? Num hoc præcepto deus, ne dii nominentur, aut habeantur, prohibet, quos ſcriptura deos nominat? Dilutio. Nō quidem, Sed ſic prohibet deus, ne (coram ſe) dii habeanť, ideſt ne ſibi æquentur, neue quæ ſibi peculiaria ſunt, ueluti omnipotentia, ſapientia ac bonitas, aliis q̃ ſibi ſoli, ueluti authori tribuanť. Coram. Me. Rurſus, ne honos ſibi debitus aliis reddať. Alioqui nihil uetat alios, Deos quoq; uocari, non ſuapte quidem natura, ſed clementia dei. Dii, Domini. Origenes. Dii (ut Origenes ait) dicti ſunt, quaſi a deo dati: domini, quaſi a domino poteſtatem ſortiti, non autem in propriam gloriã, ſed dei, & ſubiectorum uſum & commoditatẽ. Deus noſter Deus deorũ. Dominus dominorum. Atq; hinc deſcendit, q; deum noſtrum, deum deorum, ac dominum dominorum uocamus, quẽ nō appellaremus hoc nomine, niſi eſſent & alii dicti dii. Dii multi 1. corin. 8. Verum (ut diuus Paulus ait) etſi ſunt qui dicantur dii, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiquidem ſunt dii multi, & domini multi, Nobis deus unus. nobis tamen Chriſtianis unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia, & nos per ipſum. hunc enim ſolum nos agnoſcimus, cui ſoli, quæ dei propria ſunt, tribuimus, ſcientes q; nihil eſt idolum in mundo, & nullus eſt deus, niſi unus, cui ſoli nos fidere, in quem ſperare, quem deniq; ſuper omnia amare oportet. Ad ſolũ deũ omni tempore recurrendum. Cæterum & aliud inſinuant hæc uerba, Coram me, nimirum deum ubique eſſe præſentem. hoc itaque dicens admonet, ut in omni loco atque omni tempore, eius ſolius gloriæ ſtudeamus, & ab eo toti pendeamus, nobis perſuaſum habentes, eum ubiq; eſſe præſentem, & opitulantem, ne quis putet ad alios quoque deos (quaſi nō ubique ille præſens ſit) recurrendum eſſe. Vis præcepti. Vis ergo huius præcepti eſt, ut

in unum uerum deum credamus, i cum omni fiducia nos proripiamus, eum ſuper omnia timeam⁹ ac diligamus. Vt ſummatim dicamus, Hæc lex fidem, ſpem, & charitatem requirit, quemadmodum innumeræ ſententiæ in ſcripturis, quæ ſunt primi præcepti enarrationes, abunde declarant. Et imprimis eæ, quæ in Deuteronomio recenſentur, ueluti: Deũ tuum timebis, & illi ſoli ſeruies: ubi timorẽ ac fiduciam erga deum ſummã poſtulat. Rurſus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus uiribus tuis, uel ut alibi legimus, ex tota fortitudine & uirtute tua, hoc eſt, ut quantum animo, intellectu, uoluntate conſequi poſſumus, deum diligamus: breuiter, ut omnem affectum, ac omnes tam animi q̃ corporis uires, ad amãdum, honorandum, colendum deum, ad obtemperandum, obſequendum, ac obediendum ei conuertamus. Atque hoc eſt illud primum ac magnum mandatum in lege, quod quum perfectam obedientiam erga deum requirat, ac omnes carnales affectus ac motus ei repugnantes damnet, tantum ac tam magnum eſt, ut quamdiu ſumus in hac carne peccati, nemo dicere poſſit, ſe hoc præceptum perfecte adimpleuiſſe, adimplendum tandem in cœlſti patria, quum charitas noſtra perficietur, & quod ex parte eſt euacuabitur. i. Corinth. xiii.

Hoc, pręceptũ requirit fidẽ, ſpem & charitatẽ.
Deute. 6.
Ibidem.
Matth. 22.
Marci. 12.
Lucæ. 10.
Primũ & magnũ mandatum in lege.
Auguſtinus de ſpũ & litera cap. 36.
i. Corin. 13.

DIximus autem ſuperius primam huius præcepti particulam idololatriam ſpiritualem prohibere, & ad effectus internos, proprie referri, ne ſcilicet, quid amemus aut formidemus, aut cuius etiam creaturæ fidamus ſupra deum, Quemadmodum & Salomon in Prouerbiis hãc legem interpretatur. Ergo peccant in hanc legem, qui in potentia ſua, in curribus & equis gloriãtur, Qualis erat princeps Tyri, cui per prophetã Ezechielem dñs ait: Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi in corde maris, quum ſis homo & non deus, & dediſti cor tuum, quaſi cor dei. Tales notat Pſaltes quum ait: Hi i curribus, & hi in equis, nos autem in nomine dei noſtri inuocabimus.

Primã præcepti pticula ſpiritualẽ idololatriam ꝓhibet.
1
Peccantes in hoc ꝓceptũ.
Ezech. 28
Pſalm. 19.

RVrſus i hoc præceptũ peccãt, q principũ fauorẽ dei amori præponũt, ad deũ, hui⁹ ſeculi magnatibus poſthabẽt, de qbus ſcriptũ eſt: Maledictus oĩs, q cõfidit in hoĩe, Atq; huc reſpicit tã acris ſcripturæ cõminatio, quum inquit: Nolite cõfidere in principibus, in filiis hoĩum in qbus nõ eſt ſalus. Adhæc q ſibi in ſua ſapientia ſeu prudentia placent, hic impingunt, de qbus dictum eſt: Perdã ſapiẽtiã ſapientum, & prudẽtiã prudentum reprobabo. Qui in fortitudine & uirtute ſua cõfidunt, & in multitudine diuitiarum ſuaꝝ gloriant. De quibus ſcriptus eſt Pſalmus quadrageſimuſoctauus. Et Paulus auaritiã ſimulachroꝝ ſeruitutem appellat, Coloſſ. iii. Qui uoluptatibus plus q̃ pietati ſtudent, De quibus ſcriptura ait, q tanq̃ iumenta in ſuo ſtercore peribunt. De quibus & Paulus ad Philip. iii. dixit, Quoꝝ deus uẽter eſt, & gloria in cõfuſione eorum, Qui ita liberũ iactant arbitrium, ut obliuiſcant oĩa ſe grãæ debere,

2
Pſalm. 145.
3
Eſaiæ. 29.
I. Corin. I.
4
Pſalm. 48. 151
Coloſ. 3.
6
Philip. 3.
Auguſt. de ſpũ & litera.

Iudæi. hoc eſt,q citra Chriſti meritũ & gratiã ,ppriis opibus iuſtos ſe ac ſaluos
Romano.10. futuros putant: Quales ſunt Iudæi,de qbus dictũ eſt, q uolentes ſuã iu/
Oĩe crimen ptinet ad idololatriam ſpiritualem. ſtitiã cõſtituere,iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Atq; adeo omne crimen ad
idololatriã ſpiritualem ptinere poteſt,qđ qui criminaliter peccat, magis
in creaturã,q̃ in deum affectus ſit. Sic qui ĩ gratiã uxoris offendit deum,
Matth.10. deum abnegauit,& uxorẽ pro deo coluit. Qui in gratiã regis ſpoliat po
Lucæ.14. pulos ĩmeritos,aut aliud ſimile crimen admittit,principem pro deo co/
lit. Blandiantur enim tales ſibi,quantum uelint, recitent hoc præceptũ
Titum.1. millies,ore ,pfitentes deum,Paulus illis reclamat,dicens: Factis negant.

Inter oẽs cõuenit ſctõrũ memoriã colẽdã ob tres cauſas. Hic incidit locus de inuocatiõe ſanctoꝝ. Iãdudum inter oẽs ꝯuenit ſanctoꝝ memoriã reuerenter colendã,idq; triplici potiſſimũ rõne.
Primum,ut eximia dei opa in illis exhibita celebremus, Quẽadmodũ
ſcriptura ubiq; facit,ac deum ĩ ſanctis ſuis laudari uult. Deinde,ut fidẽ
1. etiã ſanctoꝝ(qua uicerunt regna,opati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt repro
miſſiones) inſpiciamus, Ipſoſq; ueluti iam ppetuos filios dei,fratres & co
Eccl.44. hæredes Chriſti,ac tẽpla ſpũs ſancti honoremus. Nã plane ſuperbus atq;
Heb.11.2. etiã impius eſt,q quos honorificat pater cœleſtis,ſecundum Chriſti teſti/
Ibidem. monium,Iohan.xii. honorare recuſet,atq; adeo uilipendat. Deniq;,ut
Roma.8. imitatione ſanctioris uitæ,ſanctos colamus, quæ honoris ſpecies nõ eſt
2.Corin.6. minima,ut ſcilicet ſimus imitatores illoꝝ,ſicut & ipſi Chriſti. Adaugent
Iohan.12. certe ſanctoꝝ uitæ nobis fiduciã aſſequendi brauii,qđ currendo appete/
3 mus, Addunt opandi alacritatẽ, qđ quæ illos p Chriſtum iam aſſecutos
1.Corin.11. intelligimus,eodẽ authore nos aſſecuturos nõ dubitemus, huc ſpectant
Bernardus in ſermone de omnibus ſanctis. egregiæ illæ ſanctoꝝ ueteris legis laudes, apud Ieſum filiũ Sirach, apud
Paulum quoq; in epiſtola ad Hebræos. Nã is ubi ſanctos ex fide admo/
Eccle.44. dum cõmendaſſet,ſubiecit: Ideoq; & nos tantã habentes impoſitã nubẽ
Hebræ.11. teſtium,deponentes omne põdus,& circunſtans nos peccatũ, p patientiã
Sanctorũ fides & opera noſtrã fiduciam corroborant. curramus ad ,ppoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorẽ fidei, &
cõſummatorẽ Ieſum. At hoc uertunt nouatores in dubium, Num in
uocatio ſanctoꝝ hoc præcepto prohibeat, & ut nõ uetetur, num pia ac
utilis ſit. Hic multis uerbis nõ eſt opus, qđ piis & nõ contentioſis in hac
re paucis ſatisfieri poſſit. Verbum,inuocare, ſi ,pprie & ſecundum magis
An ſit licita ſanctorũ inuocatio, an etiam ſit pia. cõmunem ſcripturæ intellectum accipias,nimiꝝ pro eo,qđ eſt aliquem,
tanq̃ ſuæ ſalutis primum ac ſolũ authorẽ appellare,& pro ope aut auxi/
lio,ſua uirtute impartiendo interpellare, Si inquã ſic accipias uocabulũ,
Sãcti nõ ſunt inuocandi, Vti principales authores ſalutis. cõſtat ſanctos inuocandos nõ eſſe,ne qđ ſolius dei eſt, ſanctis tribuam⁹,
qui ſane hoc inuocandi genus nequaq̃ agnoſcunt, ueluti noſtri cõſerui,
unum eundemq; deum nobiſcũ adorãtes,illius bonitati qcquid eſt boni
operis,auxilii,ſalutis,felicitatis ueluti ſummo authori nobiſcum tribuẽ
tes. Quãobrẽ in Apoc.legimus, Iohannẽ ab eiuſcemodi inuocatione &
Apoc.19,22. adoratione ab angelo ,phibitum eſſe. Sic Petrus in Actis Cornelium ,pci
Acto.10. dentem ad pedes eius increpauit & eleuauit,dicens: Surge, & ego ipſe ho/

mo ſum,& Iudæos ſtupẽtes de ſanato & erecto claudo iſtruens: Viri in- Acto.3.
quid) Iſraelitæ, qd miramini in hoc, aut nos qd intuemini, quaſi noſtra
uirtute aut poteſtate, fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham & deus
Iſaac, & deus Iacob, & deus patrum noſtrorũ glorificauit filium ſuum Ie- Ibidem.
ſum. Et poſt pauca: Et ĩ fide nominis eius hunc, quem uos uidiſtis & no
ſtis, cõfirmauit nomen eius, & fides quæ p eum eſt, dedit integrã ſanitatẽ Acto 4.
iſtã in cõſpectu oĩum ueſtrum. Sic Paulus & Barnabas Lyſtrios, eis ĩmo
lare feſtinantes, grauiſſime increpauerunt, cõſciſſis etiã tunicis exilientes
in turbas, clamãtes & dicentes: Viri qd hic facitis, & nos mortales ſumus, Pſal.45.
ſimiles uobis hoĩes, annuntiantes uobis ab his uanis cõuerti ad deum ui
uum, qui fecit cœlum & terrã, & mare, & oĩa quæ in eis ſunt? Solus itaq; Deute.32.
deus ad hanc rationem inuocandus eſt, tanq̃ author omnis ſalutis no- Iob.1.
ſtræ, unicum refugium, & uirtus, adiutor in tribulationibus, opitulator
in aduerſis, qui ſolus ſua uirtute & non alius præter eum nos ſaluat ac
protegit, qui occidit & uiuere facit, pcutit & ſanat. De quo & Iob dixit:
Dñs dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt.

Verum ſi uerbum inuocare, late & ꝓpemodum improprie accipias, pro eo, qđ eſt ſimpliciter interpellare, ſeu miniſterium alicuius aut officium expetere, certe hac ratione non uidemus, quur quiſpiã impium eſſe putet inuocare ſanctos, ueluti noſtra mẽbra ac fratres, multi iam meriti ac fauoris apud deum, eo fine ut deum pro nobis (cuius optatiſſima fruuntur præſentia) rogent & implorent, quo is ſcilicet nobis laborantibus, ſua, non ipſorũ ſanctorum uirtute opem afferat ſalutarem. Quemadmodum Apoſtoli Chriſtum pro muliere Chananæa, deprecabantur, dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Quod Theophylactus nõ Matth.15.
inſcite ad ſanctorum implorationem accommodat. Et cum ad hanc ra Theophylactus ibidem
tionem, quis non abſurde dicatur opem medici inuocare, tanq̃ miniſtri in Matth.
dei, per quẽ deus uelit iuuare, qđ prohibet, quo minus fratres iam ĩ Chriſto uiuentes interpellemus, ut ii ſaltem dominum pro nobis exorent, ad adiuuandum nos? Aſa rex cũ ægrotaſſet dolore pedũ uehementiſſimo, nõ ob id reprehenditur, quia medicum accerſerat, qđ alibi ſcriptura di- 1.Para.16.
cat, Honora medicum ꝓpter neceſſitatẽ enim creauit eum deus, Sed qa Eccl.38.
in arte medicorũ magis cõfiſus eſt, & quia dominum nõ quæſierat, quod Pſalm.87.
erat ante oĩa faciendum, quod abſq; dño ne tantillum quidem, oĩs medicorũ ars ualeat. ſicut ſcriptum eſt: Nunquid medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? Sola ergo fiducia principaliter in deum, ueluti ſalutis authorem, hoc præcepto ponenda præcipitur. Nõ prohibetur autem quo minus ſanctorũ precibus apud deum adiuuari deſideremus. Quod ſi rẽ acutius ꝑpendamus, tota cõtentio (modo abſit ſuperſtitio) in uerbis tantum ſita eſt. Cõuenit enim & abſq; cõtrouerſia eſt, Sanctos q in domino obdormierũt, ſedulo & cõtinue orare pro nobis, ueluti unius eiuſdemq; corporis membra, q noſtrã ſalutem, ſine quibus cõſummandi non ſunt,

Fiducia principalr in ſolum deũ collocanda.

Cõuenit ſanctos pro nobis in cœlo aſſidue orar.

Heb.11. Communio ſanctorum.

expectant & deſiderant. Alioqui articulus de ſanctorum communione ſymbolo fidei eximendus erit, aut eccleſia triumphans a militante reſcindenda, quod plane Chriſtianæ aures abhorrent. Iam quid prohibet, ut quos ſedulo pro nobis deum deprecari ſcimus, eoꝝ etiã precibus cõcedi petamus, ut in omnibus diuinæ protectionis muniamur auxilio? Certe non poterit nobis fructus cõmunionis ſanctoꝝ eccleſiæ triumphantis applicari, quemadmodum nec alia quæ ſymbolo ꝑtinent, niſi per fidem,

Aug. de cura pro mortuis gerenda.

quæ piis uotis ac deſideriis excitanda eſt. Ergo etſi nihil ſanctis hinc accedat, quod eos interpellamus, ut deum pro nobis deprecentur, tamen eo ipſo fidem cõmunionis ſanctorum in nobis excitamus, ut quod illi pro

In cultu ſctõrũ hoc tantũ ſpectat. ut intẽtio ſit pia.

nobis aſſidue faciunt, nobis etiã applicet & ſalutare ſit, quemadmodum Auguſtinus alibi dicit: Non contemnendum eſſe affectum morienti s, q̃ deſiderarit, poſt obitum corpus ſuum in baſilicã martyris poni. ſiquidẽ is crediderit animam ſuã martyris precibus adiuuari. Hoc enim (ut ſub

Pſalm.16. Prouer.24. Hiere.17.

dit) quod ita credidit, ſupplicatio quædam fuit, & hæc profuit, ſi quid profuit. Non reſpuit igitur eccleſia, quicquid citra dei iniuriam fit, quo

Cũ ſctõs nominatim appellam⁹ mutuæ charitatis affectũ exprimimus

fides in nobis excitatur, ueluti cum ſanctis nos, tanquam patronis poſt Chriſtum apud dominum adiuuandos orando commendamus. Deus enim cordis inſpector eſt, & uoti pietatem examinat, nõ ſtructuram uerborum. Nã quid refert apud deum, ſiue dicamus. Scimus o deus ſanctũ Petrum orare pro nobis, eius itaq; precibus concede, ut nos tuæ protectionis auxilio muniamur, q̃ ſi dicamus: Sancte Petre ora pro nobis, niſi

Hieronymus contra Vigilãtium.

quod quantum ad nos attinet, cum ſanctos nominatim appellamus, nõ ſolum fidem, ſed etiam mutuæ charitatis affectum exprimimus, perſuaſum habentes Apoſtolos & martyres, qui adhuc in corpore cõſtituti, &

Vnus mediator redemptionis & ſalutis Chriſt⁹.

uoluerunt & potuerunt pro cæteris orare, nunc tanto magis pro nobis eſſe ſolicitos, quanto poſt coronas, uictorias, & triumphos nos ardentiori charitate cõplectuntur. Agnoſcit eccleſia unum mediatorem redem-

1.Timoth.4. Actorũ.4.

ptionis & ſalutis noſtræ opificem Chriſtum Ieſum. Nec eſt enim aliud

Moyſes mediator.

nomen ſub cœlo, in quo nos oporteat ſaluari, & tamen non refugit ſcri-

Deute.5. Galat.3. Iudic.3. 4.Reg.13. Nehe.9.

ptura, Moſen uocare ſequeſtrem, atque adeo meditatorem inter deum & Iſraelitas. Nõ quidem q̃ propria uirtute ſalutem attulerit, ſed qui tãtum fuerit interceſſor. Sic legis deum ſuſcitaſſe Iſraelitis ſaluatorem Othoniel. Et alibi: Deum dediſſe illis ſaluatores qui ſaluauerunt eos. Quæ tamen idcirco dicta non uelimus, ut ullo modo probare uideamur, ſi quid

Supſtitio in ſanctorum inuocatione non probat.

in ſanctorum interpellatione hactenus ſuperſtitioſius eſt actum. Forſan eo deuentum eſt, ut nobis peculiares quoſdã ex ſanctis delegerimus, quos

Sancti non aliter auxiliãtur, q̃ intercedendo.

auxiliatores appellauimus, quos & ut adiuuarent, & opem ferrent, implorauimus. Sed utinam defuiſſet uerbis ſuperſtitioſus affectus, quod totum ſitum erat in parochis, qui populum docere debeant, ſanctos nõ aliter adiuuare nos, niſi interceſſione apud deum. Nõ aũt quod ipſi ſalutẽ ſua uirtute dilargiantur, ſed quod opem nobis a deo impetrent, quem-

admodum diuus Paulus,non ſine magno ſerio,ſanctorum etiam uiuen
tium orationibus ſe cōmendat:Obſecro(inquit)uos fratres per dominū
noſtrum Ieſum Chriſtum,& per charitatem ſancti ſpiritus,ut adiuuetis
me in orationibus ueſtris pro me ad deum. Irrepſit fatemur,paſtorum
dormitantium incuria, error in eccleſiā , quo uulgus ueræ pietatis non
ſatis intelligens,ſingulorum morborum curam ſingulis ſanctis aſſigna
uit,Vel quod in Euangelio ſcriptum intelligeret Chriſtum ad preces cu
iuſpiam ab Apoſtolis morbum quempiam depuliſſe,ueluti quod ad Pe-
tri preces rogantis pro ſocru ſua magna febri laborante, dominus febrē
increpuerit,& priſtinæ ſanitati ſocrum Petri reſtituerit, Vel quod ſan
ctos,cum adhuc in hac uita ſuperſtites eſſent , quoſdam morbos in no-
mine Ieſu curaſſe,uel quod ad ſanctorum reliquias, ſiue memorias ad fi-
delium preces certas quaſdā infirmitates ablatas acceperit, ueluti qđ re-
ferṫ Cōſtantiā Cōſtantini Auguſti filiā uirginem,fœdus uulneribus ob-
ſeſſam,ita ut capite uſq; ad pedes,nulla membroꝝ pars libera remāſerit,
precibꝰ fuſis fuiſſe ſanatā,uel ꝙ audiat eccleſiā ea ſupplicia recolere, quæ
ſancti pro Chriſti nominis gloria ſunt perpeſſi,quoꝝ ſupplicioꝝ ſimili-
bus morbis uulgus uexaṫ.Hinc enim male edocta ac pſuaſa plebs cæco
iudicio collegit,ſcripturā,ipſis ſanctis curā certoꝝ morboꝝ peculiariter
aſſcribere,ſeu quoſdam ſanctos ſanādi morbos poteſtatem peculiariter
obtinere,quod a pietate,& eccleſia ſententia ac ſupplicationis uſu eſt alie
num.Interim tamen non abhorret eccleſia fidei & ſpei in deum excitan-
dæ gratia,ſubinde admonere dominum eoꝝ miraculoꝝ,quæ ad ſuoꝝ
ſanctorum interceſſionem in morbis depellendis oſtendit,ueluti cum o-
rat , ut quemadmodum dn̄s ad Petri fideles preces ſocrum eius ſanitati
reſtituit ita nunc quoq; interceſſione beati Petri infirmos a febrium pa-
roxyſmis & ardoribus liberare dignetur, ubi ſpes ſanitatis cōſequendæ,
non in Petrum ſed in Chriſtum coniicitur, idq; fide, per recordationem
facti miraculi ad Petri preces excitata.Sic in hiſtoria Agnetis legis, Con
ſtantiam , Agnetem uirginem,precibus pulſaſſe , non ut illa uulneribus
eius mederetur, ſed ut pro ſe ad Chriſtum,ſuum ſponſum intercederet.
Subinde legis,ipſam Agnetem,Cōſtātiæ repentina ſomni ſuauitate cor-
reptæ,reſpondiſſe . Conſtanter age Conſtantia,& crede in dominum Ie-
ſum,per quem modo cōſequeris omnium uulnerum, quæ ī corpore tuo
pateris,ſanitatem,ubi Agnes nō ſibi,ſed Ieſu donum ſanitatis aperte tri-
buit.Sic cum oramus , ut quēadmodum deus animum Apolloniæ uir-
ginis confirmauit,ne percuſſione dentium a fide Chriſti excideret , ita &
nos,cum dentium dolore uexamur pacientes faciat ac corroboret,tū nō
aſſignamus Apolloniæ dentium medelā, ſed prouocamus in nos dei mi
ſericordiam,quam exhibuit in Apollonia. Hic itaq; uigilandum eſt pa-
rochis,ut plebem a ſuperſtitione contineant,& ad pietatem reuocent,qđ
fecerint ſi populum docuerint , ut deo tanquam omnis boni , ac ſalutis

Reprehēdiṫ ſu-
perſtitio,qua
curā ſingulo
rū morborū
principaliter
ſingulis ſan-
ctis tributa ē.

Marci.1.
Luce.4.

Pie oramus
dn̄m ut quē
admodum
olim ad p̄ces
ſāctoꝝ quoſ
dā morbos
pepulit,ita &
eoſdem nūc
pellat.

Ambroſi. in
hiſtoria Ag-
netis.

Quomō do
cenda plebs
interpellare
ſanctos.

tam ſpiritualis q̃ corporalis authori,ſuas preces offerat, ſanctis uero nõ

1.Petri.5.

aliter,q̃ interceſſoribus,cõiecta interim omni cura in ſolum deũ,quemadmodum Petrus iubet, cum ait:Omnem ſolicitudinẽ proiicientes ĩ eum, quoniam ipſi eſt cura de uobis. Quod ſi factum fuerit, tum recordatione fidei ſanctorum,non tantum dei gloriã non imminuemus,ſed magis celebrabimus,idq; modo quodã,noſtræ fragilitati utili & accommodo. nam ut ſupra diximus,deus amat ſe nobis inſinuari ſignis & exemplis,ac inuocari etiã ad eorundem exemploꝝ recordationẽ. Quãobrem pie oramus,ut quẽadmodum deus in manu Moſis liberauit Iſraelem de manu Aegyptioꝝ,ita nos liberare dignet a poteſtate diaboli principis tenebrarum,& quemadmodum ꝓpitius fuit Abraham,Iſaac & Iacob,ita & nobis eiuſdẽ fidei ſucceſſoribus miſericordiã ſuam præſtet. Beatus Auguſt. ut curam pro mortuis gerendã eſſe oſtenderet, duplici utit teſtimonio.

Per recordatione fidei ſãctorum gloriam dei celebramus.

Pſalm.76.

Auguſtin.de cura pro mortuis gerẽda.

2.Macca.12

2 In primis locũ ex Maccabæis citat, quo oſtẽdit oblatũ pro mortuis ſacrificiũ,nõ abſterritus,q̃ hic liber in canonẽ Iudæoꝝ nõ ſit receptus,ſed ſolo cõtentus,quod eccleſia eum librũ, certe antiquiſſimum, ueluti impium non reiecerit. Deinde totius eccleſiæ uniuerſalem cõſenſum adducit,cuius non paruam,ſed longe maximam authoritatem eſſe cõtendit. Nos itaq; eiſdem rationibus, piam ſanctorum interpellationem, impiã eſſe nõ poſſe,haud oĩno inepte aſtruemus. In Maccabæis enĩ ad eundem modum de ſanctis legimus. Nempe Iudam Maccabæum uidiſſe Oniam manus protendentem,orare ꝓ omni populo Iudæorum. Poſt hæc etiã uidiſſe alium uirum ætate & gloria mirabilẽ,de quo dixit Onias:Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael,hic eſt qui multum orat pro populo, & uniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta domini. Deinde & ſi nuſquam in ſcripturis ueteribus omnino legeretur,non parua tamen clareret uniuerſalis Eccleſiæ,tam Græce q̃ Latinæ authoritas, quæ ſanctoꝝ interpellationes ad eum, quem diximus modum factas, adeo nõ reiicit, ut & tãquam pias approbet ac celebret. Ex latinis teſtes ſunt, ut cæteros ſileamus,Cyprianus, Hieronymus,Ambroſius,Auguſtinus, Gregorius, Bernardus. Ex Græcis,Dionyſius,Chryſoſtomus, Theophylactus, Damaſcenus,cum omnibus ferme,qui & ante & poſt eos in eccleſia, ſanctitate uitæ & ſpiritus uirtute floruerunt. Porro ſi in hoc error fuit,uidebimur non iniuſte cum Auguſtino,ipſi domino dicere poſſe: Domine,a te decepti ſumus. Nam tot & tantis ſignis confirmata eſt eiuſcemodi ſanctorum interpellatio ac interceſſio,quæ niſi per dominum omnino fieri non potuiſſet. Sed de hac re ſatis. Nunc ad alteram primi præcepti particulam pergendum eſt. Sequitur itaque.

2.Macc.15.

Cui dubium Iudã hæc uidentẽ aĩo ſaltẽ poſtulaſſe hoc ꝑpetuo ut facerent.

3

Vniuerſalis eccleſiæ conſenſus.

Cyprianus. Ambro. Hieronymus Auguſtinus. Gregor. Bernardus. Dionyſius. Chryſoſto. Teophyla. Damaſce.

NON FACIES TIBI SCVLPTILE.

HAec particula de externa & craſſa idololatria recte intelligitur,etſi ſint qui primum præceptum totum proprie ad affectus referẽdum

eſſe

eſſe dicant, ac ſculptile interpretentur, quicquid ſculpit cor noſtrū, hoc Sculptile.
eſt, quicquid apud ſe fingit, quod maioris facit quā deum: ſed nobis ma. Hæc particu
gis placet, ut hæc particula, non tantum cordis, ſed & craſſam illam & lā reſpicit ex
externam idololatriam cōprehendat. In hanc in primis peccabant ethni ternā idolo-
ci qui idola & ſimilitudines creaturarum, opera manuum ſuarum ado- latriam. 1
rabant, & a ſimulachris, ueluti diuinitatem aliquam habentibus, ſeu uel
prodeſſe uel nocere potentibus pendebant, quos ſcriptura acerrime inſe- Roma.1.
ctatur. Peccant item in hoc præceptum, qui eleuatis oculis ad cœlū ui- 2
dentes ſolem & lunam, & omnia aſtra ſeu militiam cœli, errore decepti Deut.4.
adorant & colunt ea, quæ creauit dominus deus noſter, non ut adoren- Planetæ & aſtra cætera
tur, ſed in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt. cur creata.

Item, qui aut ignem, aut ſpiritū, aut citatū aerem, aut gyrum ſtellarū, 3
aut nimiā aquam, aut ſolē & lunā, rectores orbis terrarū, & deos putauē Sapiæ.13.
rūt, qui ſi illorū ſpecie delectabantur, magis ſcire debebant, quanto his
dñator eorū ſpecioſior ſit. Adhæc, Qui Genethliacis & Aſtrologis fi- 4
dem accommodant, ſuamq; uitam & opera ad cœli ſigna, iuxta tempo-
rum diſcrimen comparant. Ob quod Paulus grauiter corripit Galatas, Galat.4.
quod ſcilicet conuerterentur iterū ad infirma & egena elementa, quod
dies obſeruarent & menſes, & tempora & annos. Fatemur quidē, quod Quatenꝰ cor
& res ipſa oſtendit, & ſcriptura nō negat, Superiora corpora, in hæc infe- pora cæleſtia
riora ſuam quandam influentiam habere, nec tantū in inanimata & be in nos agant
ſtias, ſed etiam in corpora humana, quæ conſtat certis temporibus me-
lius, certis peius habere. At aīa rationalis ſeu ſpiritus hominis, qui a deo Eccl.12.
creatur, & homini infunditur, nullis cōſtellationibus ſubiacet, quod qui Mens nullis
non credit, fidem abnegauit, & baptiſmū uiolauit. Vide quod in proœ- cōſtellationi
mium dominicæ Orationis diximus. Præterea, in hoc præceptū pec- bus ſubiacet Sup.fol.21.
cant qui ariolos ſciſcitant, qui ſomnia atq; auguria obſeruāt, qui male- fa.1. 4
ficos & incantatores, ſeu phytones, aut diuinos conſulūt, ut noua inqui- Deuter.8.
rant, ut ſecreta rimentur, ut futura præſagiant, ut perdita recuperent. Leuiti.20.

Item, qui ueneficis mulieribus fidē accommodant, ac credūt ea reuera 5
fieri, quæ ipſæ, diabolicis illuſionibus deceptæ, iactāt. De quibus in De- Quid de maleficis mulie-
cretis pōtificum ſic legis, Quædā ſceleratæ mulieres poſt ſatanam cōuer ribus ſentien
ſæ, dæmonū illuſionibus & phantaſmatibus deceptæ, credūt ſe cū Dia- dum.
na horis nocturnis cū innumera multitudine equitare ſupra quaſdā be Ex cōci.acq
ſtias, & multa terrarū ſpatia intēpeſtæ noctis ſilentio pertrāſire, ſuis iuſ- renſ.capi.hic.
ſionibus obedire, & certis noctibus ad eius ſeruitiū euocari. Sed utinam Epi.26.q.5.
hæ ſolæ in ſua perfidia periiſſent. nā innumera multitudo hac falſa opi-
nione decepta, hæc uera eſſe credit, & credendo a uera fide errori pagano
rum inuoluitur, cū aliquid diuinitatis extra unum deū arbitrat. Qua-
propter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo dei omni inſtātia
prædicare debent, ut nouerint hæc omnia falſa eſſe, & a maligno ſpiritu
alia phantaſmata mētibus fideliū irrogari. Hæc ibi. Eiuſdē criminis

Ephe.2.

Maleficæ ſua uirtute nihil facere poſſũt.

Augu. in lib. de ciuit. dei. c. nec mirũ 26.q.5.

Deute.13.

rei ſunt, credentes maleficas iſtas ſua uirtute ſeu opera, hoībus reuera incōmodare poſſe, quod nec diabolus (quē ſcriptura huius aëris ſpiritum ſeu poteſtatem appellat) ullo damno efficere quempiam poſſit, niſi permittente deo. Maleficæ igitur non faciunt grandines, tonitrua, & his ſimilia, ſed diabolus, quatenus deus hoc illi pmittit. Permittit autē, ut fidem ſuorum exploret. Quãobrē etſi quandoq; eueniant, quæ maleficæ iſte minantur, aut quæ diuinatores futura prædicunt, ut cum lædere ſanos, aut ſanare uident lãguidos, nō eo magis ipſis credēdum eſt, qa hoc ſolius dei permiſſu fit ut ipſi qui hoc audiunt, uel uident, probent, & appareat qua fide ſint, uel deuotione erga deum, ſicut in Deuteronomio legimus: Si ſurrexerit (inquit) Moyſes, in medio tui propheta aut qui ſomnium ſe dicat uidiſſe, atq; prædixerit ſignum, atq; portētum, & euenerit quod loquutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoramus, & ſeruiamus eis non audies uerba prophetæ aut ſomniatoris, qa tētat uos dñs deus ueſter ut palã fiat, utrum diligatis eum, an nō, in toto corde, & in tota aīa ueſtra dñm deum ueſtrū ſequamini, ipſum timete, mãdata eius cuſtodite, & audite uocem illius, ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c. Porro diabolum nō poſſe piis plus incōmodare, q̃ illi a deo fuerit cōceſſum liber Iob inſigni teſtimonio cōfirmat. quin nec diabolus in impios poteſtatem habet maiorem, q̃ illi deus permittit, alioq; non dubium impios ac malos funditus ſtatim perderet, quos deus patienter fert, ut ad pœnitentiam adducat. Vnde qui aduerſam fortunam ſuſtinent, docendi ſunt hoc amanter & demiſſo erga deum animo ferre, non ſine gratiarum actione, qua ſe deo uelut Iob ille totos reſignent, dicētes: Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factū eſt; ſit nomen domini benedictum. Ex quibus conſequens eſt, In hoc præceptum eos etiã impingere, qui licitum arbitrant̃ maleficia maleficiis tollere, quales ſunt, qui maleficos cōſulunt ad indicãdum quæ furto ablata ſunt. Certe præſtat mortem oppetere, taceo rerum iacturam ferre, q̃ hæc aduerſus dei præcepta tentare. diabolus in hoc pmittit̃ ſuum in Chriſtianos odium exercere, ut uel peccata eorū puniant̃ aut fides probetur. Nō ergo tum a deo ad diabolum deſciſcēdum, ſed ad deum recurrendum eſt, ac fideliter p̄candum, ut nos a malo liberet, aut ſi id noſtra nō retulerit, tum ut quæcunq; acciderint in noſtrum bonum uertat.

Diabolus nō poteſt nobis incōmodare niſi permittēte deo.

Iob.1.

Quomō docendi, qui aduerſam fortunam experiuntur.

Iob.1.

Nō licet maleficia maleficiis tollere.

c. nec mirã. 26.q.5.

Maleficiis quomō obſiſtendum.

Quæſtio.

Dilutio.

Chryſoſto. homil. 21. tomo.4.

SEd dices, Nunqd ergo quodcūq; aliud remedium adhiberi phibes, ubi diabolus dei pmiſſu, uel in hoīes, uel in pecora faſcinata ſuã exercet malitiam? R̃ndemus in primis, nullum eſſe præſentius aduerſus hæc oīa, ne uel incurrant̃, uel ubi incurſa ſunt ut depellant̃, remedium, q̃ uiuidam fidē ac ſalutaris baptiſmi rememorationē. Quãobrem Chryſoſtomus alibi monet: Cum es (inqt) ianuæ ueſtibula trãſgreſſurus, hoc prius loquere uerbum. Abrenuntio tibi Satana, & cōiungor tibi Chrē, nec unquã abſq; hac uoce exeas, hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc tur-

tis inexpugnabilis, cum hoc uerbo & cruce in frontem imprime. ſic enĩ nõ tãtum homo occurrens, uerũ nec ipſe diabolus te qcquã lædere poterit. Hæc ille. Nec enim putãdum eſt ꝑpterea, Diabolum, qa ſpiritus eſt, crucis ꝯſignationem nõ abhorrere. Nã cum ille nõ prius noceat, q̃ a dño poteſtatem accipiat in hominum corpora ſæuiendi, iuſtum eſt, ut & corpus animi fidelis ductibus obſequens, corporalibus etiã ſignis declaret, ſe a Chr̃o crucifixo pẽdere. Nã & Athanaſius lib. ii. de ĩcarnatione uerbi, ſatis idoneus teſtis eſt. Apoſtolos etiam ipſos & alios ſanctos conſignatione ſanctæ crucis ædidiſſe miracula. qui eodem libro ꝓhibet hoc ſigno autem magicam & rem ueneficam tolli. Et alibi lib. quæſt. xxxviii Non in lege (inqt) Chr̃s diabolum euacuauit, neq; in ea ſalutem operatus eſt, ſed in cruce. Vñ legem qdem uidentes dæmones nõ tremũt neq; timent, crucẽ autẽ uidentes, tremunt, fugiũt, euaneſcunt. Rurſus Chryſoſtom⁹ teſtis eſt, dæmones ubicũq; ſignũ ſanctæ crucis uiderint, fugere, trementes baculum, quo plagã acceperunt. Deinde quoq; uetus eccleſia ſolẽne adhibebat remedium aduerſus has cediaboli diuexationes, nam (queadmodum ſupra in ſacramẽtũ ordinis diximus) olim erãt in eccleſia Exorciſtæ, q ſup uexatos a ſpiritibus, ac agitatos dæmoniacis illuſionib⁹ uel terriculamẽtis nomẽ dñi inuocabãt, & adiuratum ſpũm eiiciebant, uel cõpeſcebãt, quod munus in eccleſiã ut ſyncere referat, plurimum expediret, ꝓhibitis interim atq; adeo ex eccleſia reiectis oĩbus illis, qui citra eccleſiæ authoritatem ſuperſtitioſiſſimis exorciſmis, ac adiurationibus ſacrilegis utuntur, quibus uerba peregrina & commentitia, ignotos etiã characteres & figuras adhibent ac admiſcent. Adhæc q hos characteres & ignotas literas ſtultis hoĩbus diuendunt, pſuadentes illis. quod dum eiuſcemodi characteres ſecum portauerint, tum eos a periculis ſecuros fore, quos lex diuina dãnat, ac eccleſia ꝓnuntiat fidem Chriſtianã & baptiſmum præuaricaſſe, paganos, apoſtatas, & dei inimicos effectos.

Diabolus abhorret ſignũ crucis.

Athana. li. 2 de incarnatione uerb.

Lib. queſtionum. 38.

Chryſoſt.

Ex concilio Cartag. 4. c. 7. & Ancyrañ. ca. 17.

Supra fo. 184 facie. 1.

Damnant ſuperſtitiões.

Ex cõc. Acgrenſ. c. 1. c epi. 26. q. 5.

IN hoc ergo ſoliciti debent eſſe parochi, ut plebẽ ab his ſacrilegis ritibus auocent, utq; ipſi, pios & ab eccleſia receptos exorciſmos in parato habeãt, quos uiuida fide ſup uexatos recenſeãt. Interim tñ mos ille in totum dãnãdus nõ eſt, quod hactenus Chr̃iani tp̃e triſti rebus externis, ueluti cereis, aqua, ſale, floribusq; benedictis uſi ſunt, quodque herbas per inuocationẽ diuini noĩs cõſecratas, brutis etiam aĩalibus, ignotã lue laborantibus cõmẽdendas præbuerint, modo tamẽ oĩs ceſſet ſupſtitio, hoc eſt, ſi in has res externas nullam fiduciam coniiciamus, ſed tãtum potentiæ uerbi dei per earum uſum admoneamur, & fide noĩs diuini excitemur. Nã non temere in actis Apoſtolicis refertur, fideles liberatos a morbis, ſi uel ſemicinctia, uel ſudaria ab apoſtolis recepiſſent. Vetus eccleſiæ mos eſt, ut die Palmarũ nouelli rami arborũ bñdicant. Idq; nõ ſine magna rõne. Prĩcipio enĩ id fit, ut hiſce ramis inſpectis, admoneamur regni Chriſti, q in aſina ſedẽs, Hieroſolymã ingreſſus ramis palma-

Officium parochorum.

Proſpere põt cedere qcqd ſimpl'r in dei deuotiõe fit. teſtis: Ambr. in epiſto. ad Galat. ca. 4.

Actoꝝ 19. c. non liceat. 26. q. 5.

Mos bñdicẽdi ramos in die palmarũ excutitur.

Iohan.12. Omĩa nobis obueniũt bñ dictiõe dñi.

rum exceptus eſt, auſpicaturus regnũ, aduerſus quod princeps huius mũdi nihil poſſet. Deinde cum eo tempore uer inſtet, quo omnia refloreſcere incipiunt, par eſt, ut tũ arborũ rami benedicãtur, quo plebs intelligat, quæcunq; futurus proferet annus, ea nobis ſola dñi benedictione, nõ noſtra prouidẽtia aut fortuito obuenire. Eadẽ ratione herbæ (quæ medicinales ſunt) die qui Aſſumptioni glorioſæ uirgini deſtinatus eſt, conſecrantur, ut intelligamus herbas, non ſua uirtute, ſed dei beneficio morbis mederi, utq; in oĩbus quæ uel facimus, uel pcipimus, gratias agamus deo. Certe conciliũ ſub Martino Papa habitũ, etſi acerrime prohibeat in herbarũ collectionibus quaſlibet incantationes attẽdere. Probat tamen ſi herbis cũ ſymbolo diuino, aut Oratione dñica utamur, ut tantũ deus omnium creator & dñs honoref. Et Paulus Apoſtolus teſtaf: Quia oĩs creatura dei bona eſt, & nihil reijciendũ, quod cũ gratiarũ actione percipitur, ſanctificaf enim (ut ſubiicit) per uerbũ dei & oratione. Sed hic iterum atq; iterum admonemus, ut ceſſet oĩs ſuperſtitio, hoc eſt, ut res iſtæ nõ aliter q̃ ſigna fidei noſtræ adhibeanf, ut in eas nulla, uerũ oĩs in deũ fiducia ponaf, alioqui magis retulerit, ut omnia ſigna tollãtur, q̃ ut idololatriam crimen omnium maximum incurratur.

Concilium ſub Martino papa 26 q. 5. c. non liceat.

1. Timoth. 4.

Externis rebus non aliter, q̃ ſignis utendum.

De ueneratione reliquiarum & imaginum.

Reſtat paucis de ueneratione reliquiarũ, & imaginũ Chriſti, ac ſanctorũ, quatenus ea licita ſit, & quatenus illicita, dicere, ut ceſſet ſuperſtitio, & uetus pietas retineaf. Qualibet reclamẽt nouatores, Cõpertum eſt ſanctorũ, qui in Chriſto publica cõfeſſione deceſſiſſent reliqas, in eccleſia tã Græca q̃ Latina ſemp religioſe eſſe habitas, cuius inter alios, idonei teſtes ſunt Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus & Chryſoſtomus, idq; ob cauſſas nõ contẽnendas. Primum, quod eiuſcemodi reliquiæ nos eius fidei quæ in ſanctis fuit, plus q̃ ullæ ſcripturæ cõmonefacerent, recogitantibus nobis, hæc eadẽ eſſe oſſa, qbus cõpaginatũ olim fuit corpus, domiciliũ inhabitãtis gratiæ, quibus mẽbra cohæſerunt iã pridem tẽplũ ſpiritus ſancti, cuius recordatione, & fides noſtra in deum excitaf ac fulcitur, nimirũ cũ mẽte cõplectimur, ut quẽadmodũ illi per fidẽ oĩa aduerſa uicerũt, atq; adeo miracula ſupra humanum captũ nõ ſua, ſed Chriſti uirtute fecerũt, ita & nos eũdẽ fidei ſpũm habẽtes, & ſanctorũ cõmunione per fidẽ fruẽtes, quæcũq; nobis aduerſanf in dño uincamus. Auguſtinus referẽs eccleſiã plaudentẽ in miraculo apud memoriã beati Stephani facto. Quid erat, inqt, in cordibus exultãtiũ, niſi fides Chriſti, pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt? Et beatus Amb. uel hinc oſtẽdit Arrianos nõ habuiſſe rectã fidẽ, q miraculis ad monumẽta martyrũ factis detraherẽt: Re ipſa inquit, oſtẽdunt alterius fidei fuiſſe martyres, q̃ ipſi credunt. neq; enim aliter opibus eorũ inuiderẽt, niſi fidem in his fuiſſe eã, quã iſti nõ habẽt, judicarẽt. Hic tamẽ (quod negare nõ poſſumus) ab eccleſiæ præſidibus mirũ in modum dormitatum eſt. Olim fideles in animi uel corporis grauẽdine conſtituti, pio inſtinctu ducti ad

Reliquæ martyrũ in omni Eccleſia religioſæ habitæ.

Hieronym. Ambroſius. Auguſtinus. Chriſoſto.

2. Corin. 6.

Heb. 11.

2. Corin. 4.

Auguſtinus. li. de ciui. dei

Ambroſius in ſermo. de ſan. Geruaſ. & Prota.

Hæreticos male habet martyrũ reliquias religioſe haberi.

Abuſus.

ſanctorum

ſanctorũ memorias non ſuperſtitioſe,ſed religioſe ꝓſecti ſunt.Nã cũ conſtet ad monuméta martyꝝ mortuos frequẽter ſuſcitatos,tortos dæmones,obſeſſos a dæmonibus ſolutos,ualetudinarios reſtitutos,pctõres ad pœnitẽtiã cõuerſos,idq; in fide Chriſti,pro qua ſanctoꝝ ſanguis ꝓfuſus eſt,Quis tã cæcutit,ut eiuſcemodi piã reliquiarũ uenerationẽ ac uiſitationẽ cõtẽnere auſit?niſi tamẽ hoc negare uelit,quod diabolus etiã,licet inuitus,exactus & tortus cõfitet.Sed noſtro ſeculo hic uarie, idq; parochorũ ſocordia erratũ eſſe,inficiari non poſſumus. Eccleſia uetus piũ Chriſtianoꝝ affectũ,in inuictã martyrũ fidẽ nõ in miracula principaliter reſpicientẽ cõprobauit, Atq; interim nulla miracula euulgari paſſa eſt,niſi quæ ſupra naturalẽ reꝝ euentum fidelibus multũ cõmodaſſe,ac plurimũ habere uirtutis ad firmandã fidẽ catholicã certiſſimis argumẽtis cõperiſſet.Deinde nõ alias reliquias,q̃ quas uere cõſtaret ſpũs ſancti tẽpla fuiſſe,uenerari ꝑmiſit.Quas tamẽ publice exponi uetuit: ad quæſtũ aũt exponi,ueluti ſacrilegiũ iudicauit.At noſtro ſeculo non admodum multũ de fide ſanctoꝝ populo inculcatũ eſt,ſed multa miraculoꝝ mentio,quæ tñ interdũ uel impudẽtiſſime ficta,uel talia fuerũt,ut de coꝝ authore nõ iniuria dubitaueris,iuſſusq; eſt populus,nõ qdem ob martyꝝ fidẽ,ſed magis ob recẽs ædita miracula accurrere,id qd factũ nõ oportuit,qd poſt tot ædita in primitiua eccleſia,ſigna & ꝓdigia, alia poſtulãda nõ fuerũt.Quiſqs enĩ(ut Auguſtinus ait)adhuc ꝓdigia,ut credat,inquirit,magnũ eſt ipſe ꝓdigiũ,q mũdo toto credẽte,ipſe nõ credit.Quin alius qſpiã teſtat ceſſurũ in diſceſſiones & ſchiſmata, ſi adhuc ueluti in primitiua eccleſia ſigna fierẽt:Et Chrs uetat apoſtolos gaudere,qm̃ dæmonia ipſis obedierint,ſed qm̃ noĩa ipſoꝝ ſcripta eſſent in cœlis. Expoſitæ ſunt paſſim ad quæſtum reliqæ,eædẽq; incertæ,& forſan hinc præbita eſt nõ paucis,necdũ bene Chriſtianis occaſio,magis in ſanctoꝝ oſſibus ꝯfidendi q̃ in deũ uiuũ,qd factũ nõ oportuit Corrigẽdus ergo oĩs talis abuſus eſt,ut neq; eoꝝ pietas,q fidei ſuæ iuuandæ, excitãdæq; gratia,ad indubitata ſanctoꝝ monumenta accurrũt,cõtemnat,neq; ſuperſtitioſus cultus in exponendis ad quæſtũ reliqis,uel recenſendis incertis ac ꝓdigioſis miraculis deinceps ferat. Secũdo,uiſum eſt, nõ iniuria ſanctoꝝ oſſa ad eũ modũ reuerenter haberi poſſe,quo filius demortui pr̃is ueſtem,honorificenter tractat,aut quemadmodũ qſpiam annulo(quem amicus decedens legauit)oblectat,quo etiã uix unq̃ utit,niſi chari amici imago ſubeat, niſi & uerboꝝ & factoꝝ meminerit,& annulũ ueluti ꝑpetuæ amicitiæ pignus relictũ exoſculatus fuerit.Nã qd ſunt aliud ſanctoꝝ cineres & oſſa,niſi quædã ſanctoꝝ pignora in terris relicta?

Ecclesiæ ueteris pietas.

Quę miracula euulganda ſint.

De uenerat. ſanctorũ, & reliquiarũ. c. 1. & 2.

Alia miracula poſtulãda non ſunt.

Auguſtinus.

Chryſoſto.

Lucæ. 10.

Abuſus quomodo corrigendus.

Secunda cl. 2

Sãctorũ cineres, ſanctorũ pignora.

Tertio,reliquiaꝝ uenerationem,nõ ſolũ reiiciendã,ſed & utilem iudicauit uetuſtas,qd reliqæ & futurã reſurrectionẽ nobis ꝓmittãt,& ſpem noſtrã in futurã corporis glorificationem erigãt,ꝯtemplantibus nobis eadem ſanctoꝝ corpora,etſi imutata quãdoq; ad uitã excitãda,ac deũ no

Matth. 22. ſtrum, eſſe deū Abrahā, deū Iſaac, deū Iacob. deū inquā nō mortuorum, ſed uiuentiū. In ſumma, populus docendus eſt, nō fidere reliquiis, nec reliqas adorare, ſed tm̃ ſanctoꝝ fidē in reliquiis exoſculari, uitæ ac doctrinæ recordatione accendi, ac in ſpe futuræ reſurrectiōis fulciri. Quod cū fit, ꝓcul erit, uel aduerſariis teſtibus a ueneratione reliqarum oīs idololatria.

De uſu imaginum. Sed iā de imaginū uſu pauca ſubiiciamus. Qui uerba huius primi præcepti urgent, ii oēm imaginū uſum penitus uetitum eſſe audaces pronunciāt, Quod ſcilicet ſi præceptum ad uerbū exigas, uideaſ uetare

Iconomachi. oēm ſimilitudinē eoꝝ, quæ ſunt i cœlo deſup, & quæ in terra deorſum, & quæ ſunt in aquis ſub terra. Sed ſi hunc ſenſum uerboꝝ mordicus tueri uelis, cogeris, uelis nolis, fateri ipſū ēt Moſen huius legis ꝓmulgatorē,

Non omnis imago prohibita. idololatrā fuiſſe, atq; adeo deū alibi idololatriā (quod pie aures abhorrēt) præcepiſſe, quod Moſes ex præſcripto dei duos Cherubin aureos ꝑo

Exodi. 25. ſuerit in tabernaculo in ſummis ꝓpitiatorii partibus. Quēadmodū legis

3. Regū. 6. 7. Exodi. xxv. In uaſis quoq; tēpli, quod extruxit Solomon, erāt boum,

2. Parali. 3. leonū, & Cherubim ſculptiles imagines. Ru ſus. ii. Paralipomenon iii. Sculpunſ Cherubim in parietibus. In mitra quoq; pōtificis erat imago

Non imagines, ſed imaginum adoratio prohibita. lunæ. In ueſte uero, maloꝝ punicoꝝ ſimulachra. Vnde ꝯſequens eſt, iudæis hoc primo præcepto, nō ſimpliciter interdictū omne genus imaginū, ſed tantū nefandū uſum, ne ſcilicet more gentiū haberēt ſimulachra, quæ proponerenſ adorāda. Id quod ſequētia præcepti uerba, ſcilicet, Non adorabis ea neq; coles, manifeſte indicāt, ac uelut exponēdo declarant.

Coram me. quo etiā pertinet, quod dictū eſt, Coram me, id eſt, non habendas imagines deo æquandas, qbus aliquam tribuamus diuinitatē. Aliud ergo eſt

Imagines retinendæ tanquam mutæ hiſtoriæ. imaginē ſeu picturā adorare, quod nequāq̃ licet, hac lege ꝓhibētē: aliud per picturæ hiſtoriam qd ſit adorandū, uel uenerandū, uel cōtemplandū addiſcere. Idem in cū ne Iudæis qdem ſimpliciter fuerit ꝓhibitum, (populo ad gentium ſuperſtitionē mire procliui) multo minore periculo pō

Imaginū utilitas pulo Chriſtiano permittiſ (modo tamen oīs abſit ſuperſtitio) poſteaquā per euangelicā lucē extinctus eſt paganiſmus. Permittiſ autē (ut dixi

Gregorius 2. mus) ad excitandā geſtoꝝ recordationē, & hiſtoriæ memoriam & intel

c. perlatū de conſe. diſt. 3. lectum. Nā quod legentibus ſcriptura eſt, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes uidēt, quid ſequi debeant, & in ipſa legunt, qui literas neſciunt. imo interdū plus præſtat imago cernenti q̃ ſcri

Pictura q̃ſ. doq; uehementius afficimur q̃ literis. iptura legenti, quod unico contuitu tabula rē oculis inſpectantiū proponat, quæ ex ſcriptura, nō niſi paulatim diſcitur. Deinde doctus etiā interdū plus uidet in tabula, q̃ in literis, ac uehementius afficitur, ueluti magis cōmoueremur, ſi cōſpiceremus Chrm̃ in cruce pēdentem, q̃ ſi lege

Gregor. 1. remus illū crucifixū. Pictura uero rem, quatenus licet, ponit ob oculos. Quamobrem Gregorius magnus quendā Secundinū hic laudat, quod imaginē Chri, quam colebat, ſibi dirigi poſtulauerit, nimirum quod illum ſumma cordis intētione quæreret, cuius imaginē præ oculis habe-

re deſiderabat,ut dum picturam quotidie uideret,ad illum animo inardeſceret. Et paucis interiectis,ſubiungit, Scimus,quia tu imaginem ſaluatoris noſtri,ideo nō petis,ut quaſi deum colas,ſed ob recordationem filii dei,ut in eius amore incaleſcas,cuius imaginem uidere deſideras. & nos quidē non quaſi ante diuinitatē,ante ipſam proſternimur: ſed illū adoramus,quē per imaginē,aut natū,aut paſſum,uel in throno ſedētē, recordamur. Et dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriā filii dei reducit,animū noſtrū de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Hæc ille. Grauiter autē idem Gregorius: Serenū epm Maſſilienſem arguit,quod inconſiderato zelo ſuccenſus, Sanctorum imagines confregiſſet. In ſeptima quoque ſynodo dānati ſunt Iconomachi,in qua & hoc decretū legit. Venerabiles imagines,Chriſtiani nō deos appellāt, neque ſeruiūt eis ut diis,neque ſpem ſalutis ponunt in eis,neque ab eis ſperant futurum iudiciū,ſed ad memoriā & recordationē primitiuorū uenerantur eas. Damaſcenus ait,Patres noſtros cōſtituiſſe,in imaginibus quædā ueluti trophæa repræſentare ad promptā memoriā,ſiquidē ob negligētiam,frequenter cogitatione non tenentes paſſionē Chriſti, imaginem transfixionis Chri uidentes,in paſſionis Chri memoriā redimus,& procidētes adoramus nō imaginē,ſed imagine repræſentatū: Et ut cū codicē exoſculamur,nō materiā,ex qua ſcriptū eſt Euangeliū,ſed ipſum Euāgeliū ueneramur,Sic nec crucis materiā adoramus, ſed quod typo figuraque exprimit. Atque hinc nimirū factū eſt, quē admodū Athanaſius ille Alexandrinus eps teſtatur,ut olim fideles,cruces quidē conformes cruci Chriſti facerent,ſacræ autem lanceæ,uel arundini, uel ſpongiæ conformia non fabricarent,ea ſcilicet ratione,ut ſiquis infidelium eos accuſare pergeret,quod lignum adorarent, facile poſſent crucis figuram ex duobus lignis compoſitam ſeparare,& ſic formam crucis deſtruentes(quaſi inanem hanc ligni materiam reputando)eidem infideli pſuadere, quod nō lignū colerēt,ſed crucis figuram. De lancea aūt & arūdine & ſpōgia hoc facere & oſtendere non poſſent. Ergo qui caput inclinat ſigno crucifixi,ſcit ligno nihil honoris deberi,ſed ad occaſionem imaginis uenera tur illud quod ea repræſentat. Talem imaginum uenerationem,neque impiam,neque aſpernandam eſſe,teſtes ſunt,quos ante citauimus ex latinis, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus,Gregorius,Beda, &c. Ex Græcis Chryſoſtomus,Damaſcenus,Quorum teſtimonia q̄ maxime corroborant aliquot generalia Concilia,quæ Iconomachos damnarūt.

Imago ſaluatoris quomodo colenda.

Gregorius ſeruium uiolatarum imaginum dānat.

In ſeptima ſynodo damnati Iconomachi.

Damaſcen⁹.

Athanaſius.

Imago crucis olim in ecclesia,ſed nō lāceæ aut clauorum.

Quo affectu caput iclinā dū imagini.

ſeptima ſynodus, Concilium. Francfordienſ.

VErum cum multis etiam abuſus circa imaginū uenerationē ſenſim irrepſerit,ueluti,qd earum etiam rerum imagines in Ecclesiā inuectæ ſunt; quæ in ſacris ſcripturis,aūt a pbatis authoribus nullū habēt teſtimoniū. Quod ſtatuæ ſupra modū plurimæ, magnis ſumptib⁹ & impēſis i tēplis certatim collocatæ ſunt,quaſi i hoc magna pietatis pars ſita eſſet neglectis interim Chri paupibus,qui ſunt uiuæ Chri imagines.

Abuſus circa imaginū uenerationem corrigendi.

Deinde, quod Iconas ſic depictas ac deliniatas cernimus, ut non ad Chriſtianæ honeſtatis formam, ſed ad ſeculi uanitatis incitamenta efficta uideantur. Denique, quod rudis plebs permiſſa eſt imagines quadam in ipſas collocata fiducia colere. Id quod ab Idololatria non omnino immune eſt, ut ab ea excuſari non poſſint, qui imaginem aliquam ſibi ad adorandum elegerint, idque uel ob pulchritudinem, uel deformitatem, uel nouitatem, uel uetuſtatem credentes hanc aliquid præ cæteris habere uirtutis, aut etiã numinis ſiue diuinitatis. Qui error plane dãnandus eſt, & in ſumma oẽs abuſus diligentiſſime corrigẽdi, ac deinceps docendũ erit ſignũ Chri ac cæteras imagines, ueluti pietatis ſigna ꝯſeruãda, eademque nõ ꝓpter ſe, ſed ꝓpter ipſa, quæ repræſentant myſteria, ueneranda. Solũ uero deũ, unũ ac uerum adorandum, ac nihil bñficii, auxilii aut ſolaminis aliunde, quam a deo expectendum: Quin ad eum ſolum in oĩbus anxietatibus & tribulationibus noſtris ueluti potentiſſimum refugium ac opitulatorem recurrendum eſſe. Quæ ſi ad eum modum ſedulo docuerint Parochi, parum erit periculi, ab imaginum conſeruatione. Sequitur.

Iohan. Gerſonus in opere tripart.

Quid docendũ de imaginibus.

Pſalm. 4 r.

EGO ENIM SVM DOMINVS DEVS TVVS, DEVS æmulator, uiſitans iniquitatem patrum ſuper filios in tertiã & quartam generationem, his qui oderũt me, & faciens miſericordiam in multa milia, diligentibus me, & ſeruantibus præcepta mea.

Deus agnoſci uult, qualis erga nos ſit.

Pſalm. 80.

Deuter. 5.
Luce. 10.
Vnum neceſſarium.

Quia deus hoc unum a nobis quam maxime requirit, ut agnoſcamus, qualis erga nos ſit, nimirum fortiſſimus iudex & uindex ꝯtemptoribus, diligentibus uero ſe pientiſſimus pater: Quumque hoc unum tota ſcriptura fere ſolum requirat, ut ita cõparati ſimus, quo aurem deo accõmodantes, ab eo nunquam nõ audiamus, Ego ſum dñs deus tuus. Quod fit uiuida cordis fide in deum erecta. Idcirco ut deus id quod oĩum præcipuum eſt, nobis quam maxime inculcaret, iterum atque iterum repetit ac dicit, Ego ſum dñs deus tuus, perinde atque ſi dicat. Porro unum eſt neceſſarium, nempe, ut me in oĩbus cogitationibus & actionibus tuis talem agnoſcas, mihi adhæreas, ac in me totam ſpem tuã reclines: Atque etiã hoc ſcias, me deum tuum fortem & zelotem eſſe, ex quo uult intelligi, quam grauiter ferat ſi quis a fide ipſi data ad idololatriam, a fiducia in diffidentiam, a dilectione in dei ꝯtemptum ac neglectum deſciſcat. Frequẽtiſſima eſt hæc in ſcripturis, præſertim in prophetis collatio, qua deus ſeſe marito, aĩam uero ſeu ſynagogam uel eccleſiam ſponſæ, ueram uero in ſe fidem coniugio cõparat. Quemadmodum uidere eſt Hieremiæ. iii. Oſee. i. ii. et. iiii. Amos. vii. Et huc reſpicit parabola illa Euangelica de nuptiis, quas rex filio ſuo parauit. Et quod apud Apoſtolum. ii. Corinth. xi. legimus. Quũ ergo zelotypum ſe uocat, uehemẽtiſſime idololatris (qui ab eo deflectũt, & cum creaturis quodammodo fornicant) cõminat, Sicut Pſalm. lxxii.

Scripturę tropus, quo deus marito, populus ſpõſæ, fides coniugio cõparat.
Hiere. 3.
Oſee. 1. 2. 4.
Amos. 7.
Matth. 22.
2. Corin. 11.

ſcriptum legis: Perdidiſti oẽs, q fornicanť abs te. Cõſtat eñ zelotypum eum dici, q ita uxorẽ deamat, ut ſibiipſi metuat, ne qs eã ad adulterium ſolicitet, neue ipſa cuiuſpiã blanditiis decipiatur, a deo ut ægre ferat, aliquem ꝓprius cõiugi ſuæ aſſidere, nec facile permittat, niſi ſe præſente uxorem in publicum ꝓgredi, q ſe ſolum amari ac ſuſpici uelit. Talis a nobis haberi uult deus, quemadmodum Exodi. xxiiii. & Eſaiæ. xxviii. legimus. Addit autem deus ſeueritatem ſuam in deſciſcentes & cõtemptores ſuos, & miſericordiam in fideles, ut uel ſic traſgreſſores metu pœnæ reuocet, pios uero pietatis & miſericordiæ ſuæ pollicitatione in uia mandatoꝝ ſuorum alacres faciat, & ſuapte ſponte currentes.

zelotypus. *Exodi. 24.* *Eſaiæ. 28.*

SEd inquies, Quidnã ideſt, q deus ait ſe uiſitate iniquitatẽ patrum in filios in tertiam & quartã generationem, quum ecõtra in Ezechiele dicať: Quid eſt, q inter uos parabolã uertitis in ꝓuerbium iſtud, i terra Iſrael, dicentes: Patres comederunt uuam acerbã, & dentes filioꝝ obſtupuerunt. Viuo ego dicit, dñs deus, Si erit ultra uobis parabola hæc in ꝓuerbium in Iſrael? Ecce oẽs aiæ meæ ſunt, ut aĩa patris, ita & aĩa filii mea eſt, quæ peccauerit, ipſa morìatur. Sed ſi acutius inſpicias, uidebis eũ locum huic adeo cõtrarium nõ eſſe ut magis hunc exponat. Nã qd hic dicit, uiſitans iniquitatem in tertiã & quartam generationẽ eoꝝ, q oderunt me, ibi aptius dictum eſt, Omnẽ aĩam quæ peccauerit (hoc eſt dñm oderit) eſſe puniendã. Vnde hic locus nõ damnat tertiam & quartã generationẽ ob ſolam naturæ ꝓpagationẽ, ſed magis ob imitationẽ & hæreditationem paternæ ĩpietatis. Cõuenit aũt & hoc affectui hoĩs zelotypi, ad adulteros delicti authores, & ꝯiugem adulteram deceptã pari pœnæ inuoluat. Quamuis interim alioꝝ ſententia hic locus & de pœna tpali poſſet intelligi, quæ interdum ob peccata parentum in poſteros trãſmittitur. Et animaduerſum eſt a quibuſdã, hanc cõminationẽ etiã ſecundũ literã fuiſſe in filiis Iſrael adimpletam, q iniquitas patrum, q Ioſeph fratrẽ ſuum uendiderant, reddita ſit in tertiã & quartã generationem, nõ tñ abſq miſericordia, nã ſoluta captiuitate, reuertebanť de Aegypto generatione quarta. Iucundum eſt autem hic uidere, q̃ differenter hic de ſeueritate & miſericordia loquať, Seueritatem in tertiam & quartam generationẽ prædicit: miſericordiã in mille ſe factuꝝ ꝓnuntiat, ut diſcamꝰ miſericordiã dei, ſeueritate tanto eſſe maiorẽ, q̃to millenarius ternario aut etiã quaternario eſt maior. Quin millium finito numero pro ĩfinito utitur, q miſericordia dei infinite exuperet iudicium, q nullum ſit dei iudicium, in quo nõ ſuperexultet miſericordia iudicium. Miſericordia enim dñi ſuper oĩa opera eius. Et Propheta ait: Quum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Et in hanc ſententiam dictum eſt Pſalmo. lxxxviii. Viſitabo in uirga iniquitates eoꝝ, & in uerberibus peccata eoꝝ: Miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eis. Quæ omnia huc dicta ſunt, ne quantumlibet peccatores de miſericordia dei deſperemus, neue de miſeri

Queſtio. *Ezech. 18.* *Dilutio.* *Locus apud Ezechielem hunc locum exponit.* *Generatio impiorũ nõ dãnatur ob naturæ propagationem* *Alius loci intellectus.* *Rupertus. Tuitieñ. in lib. de Trinita. in Exodo lib. 3.* *Miſericordia dei ſuper omnia opera eiꝰ* *Iacobi. 2.* *Pſalm. 144.* *Apoc. 1. 3.* *Pſalm. 88.*

neq; in miſericordiā peccandum.

cordia dei diffidamus, perinde atq; oīa de neceſſitate abſoluta euentura ſint, ac nihil referat, ſiue cōuertamur, ſiue nō conuertamur a uiis noſtris peſſimis. Rurſus, ne in miſericordiam dei peccemus, ſed magis ſi peccauerimus, quieſcamus, pœnitentiam agamus, & longanimitate dei nō abutamur, certi deum, nunq̄ obliuiſci animæ, quam ſibi ſemel per fidem deſpōſauit, ac omnino nolle, ea ut peccet, ſed ut q̄ ociſſime purgetur. Cōtra uero certo futurum, ut ſi ſponſum ſuum ridere pergat, in æternum perdatur, utq; dominus uiciſſim in interitu eius in æternum rideat.

PRAECEPTVM SECVNDVM.

NON ASSVMES NOMEN DEI TVI IN VANVM. Nec enim habebit dñs inſontem, qui aſſumpſerit nomen dei ſui fruſtra.

Ordinis ratio.

PVlcherrimo ordine, hoc ſecundū præceptum primo ſubnectiť, uelu ti ex eo ꝑmanans. Primum docet ac iubet, nos unum uerum deum agnoſcere: reqͥrit fidē ſpem & charitatem erga deum, ac principaliter cordium format ac iſtituit, Chriſtianæ pietatis ac oīs opis boni iacens fundamentum, qđ in eo ſitum eſt, ut cognoſcam⁹, qūo erga deum nos affectos eſſe oporteat, qđ item de eo ſentire ac cogitare, qđ ab eo expectare debeamus. Iā quum fieri uix poſſit, qn qđ tota mente cōplexi ſumus, lingua idē ſidem ſonemus. (Eſt enī ſermo ꝓximus animi interpres.) Idcirco hoc ſecundum præceptum ꝓxime ſubiungiť, quo docemur ac iſtituimur, qūo de deo agnito, quum apud noſipſos, tum apud alios loq debeamus. Nam

Hoc præceptū e regiōe affirmatiuam poſtulat.

etſi hoc præceptum quēadmodum & primum, negatiue ꝓlatum ſit, affirmatiuā tñ orōnem inſtar illius e regione includit. Qui enim ꝓhibet ne nomen dei in uanū aſſumať, is ſimul iubet ut reuerenter ac honorifice tā

Quid hic ueniat appellatione nominis dei.

tum uſurpeť. Nomen autē dei hic accipiť nō pro uoce ꝓlata, qua deum indicamus, Hæc enī res creata, ſed (quemadmodum in orōnem dñicam diximꝰ) accipiť uel pro ipſo deo, uel pro æterno illo uerbo dei, Chřo, aut pro dei maieſtate, potentia, ſapientia, bonitate, breuiter, pro eo qđ deus ē, uel qđ deo recte tribui pōt. Deinde animaduertendum, ꝙ nō dixerit, Nō

Nō aſſumes.

Vis huiꝰ præcepti.

noīabis, ſed nō aſſumes aut uſurpabis nomen dei. Aſſumitur enī ſeu uſurpatur, qđ ad aliquem uſum adhibetur. Vis ergo huius præcepti eſt, ut dei noīe recte utamur, nequaq̄ autē abutamur. Bene autē utimur noīe dñi triplici aut quadruplici rōne. Primum confitendo, ſecundo laudando &

Recte utimur nomine dei quadruplici ratione.

gr̄as agendo, tertio prædicando, quarto inuocādo: At quæ oīa nos hortať Pſaltes, cum ait: Cōfitemini dño & inuocate nomē eius, annuntiate inter gentes opa eius. Cantate ei, & pſallite ei, narrate oīa mirabilia eius,

Pſalm. 104.

Laudamini in noīe ſancto eius, læteť cor quærētiū dñm. Quærite dñm, & cōfirmamini, quærite faciem eius ſemp. Inprimis ergo recte utimur

Confeſſio.

noīe dei, quum ipſum deum corā toto mundo, deum ac dñm nr̄um cōfitemur, ab illius ꝯfeſſione, neq; blāditiis, neq; tormentis dimobiles, de qua ꝯfeſſione dictum eſt: Qui me cōfeſſus fuerit corā hoībus, cōfitebor & ego

Math. 10.

eum corā patre meo, q in cœlis eſt. Secundo, bñ uſurpamꝰ nomen dei,

quum deum in oĩbus laudamus, ipſiq; tã in ꝓſperis, q̃ in aduerſis gratias dicimus. Qđ genus frequentiſſimum eſt ĩ Pſalmis, ueluti: Benedicã dñm in omni tpe, ſemp laus eius in ore meo. Item: Benedic aĩa mea dño, & nõ li obliuiſci oẽs retributiones eius: Qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis, q̃ ſanat oẽs infirmitates tuas, Qui redimit de interitu uitam tuam, q̃ coronat te in miſericordia & miſerationibus, ac aliis ſexcentis in locis. Huius mirificum exemplum habes in Iob, q̃ quum grauiſſimis oĩbus calamitatibus præmeretur, in hanc laudis ac gratiarũ actionis uocem, prorupit: Si bona ſuſcepimus de manu dñi, mala aũt cur nõ ſuſtineamus. Dñs dedit, dñs abſtulit: Sicut dño placuit, ita factũ eſt: ſit nomen dñi benedictum. Tertio, bene uſurpamus nomen dñi, quum uerbum eius ſyncere prædicamus ac inuulgam⁹, & priuatim & publice. Priuatim q̃dem, quum ubiq; nomen dei noſtri magnifacimus ac celebramus, & quãtum in nobis eſt oẽs hoĩes ĩ eiuſdem dei noſtri celebrationem & uerbis & operibus noſtris trahere ſtudemus. Rurſus, quum auerſamur oẽs q̃ deum noſtrum, ut par eſt, nõ reuerent̃. Sic affectos fuiſſe uidemus, oẽs ſanctos, quibus nihil unq̃ moleſtius fuit, q̃ uidere aut audire aliq̃d agi in dei cõtemptum & cõtumeliã. Quemadmodum uidere eſt ĩ Dauid: quum ait: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cum dicit̃ mihi quotidie, ubi eſt deus tuus? Publice uero prædicat̃ ab his q̃bus miniſterium uerbi cõmiſſum eſt, q̃bus dictũ eſt: Prædica uerbum, inſta opportune & ĩportune. Quarto, rite uſurpamus nomen dei, Deũ in oĩbus inuocãdo, ac ipſius auxilium poſtulãdo & expetẽdo, ſiue ut actus noſtros in uia mandatorũ ſuorũ dirigat ac ꝓſperet, ſiue ut ab aduerſariis nos eruat ac eripiat. Hic certe eſt ueriſſimus ille dei cultus, quem a nobis ipſe req̃rit, quo nobis ipſis penitus diffidentes, ei ſoli omnium rerũ & actionum noſtrarũ exordia, ꝓgreſſus & fines tribuimus. Rurſus, quo ab eo ſolo auxilium & redemptionem in tribulationib⁹ expetimus & expectamus. Quod genus ubiq; etiã obuium eſt in Pſalmis, ueluti quũ orat Dauid: Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut nõ moueantur ueſtigia mea. Item: Deduc me in ſemita mandatorũ tuorũ. Item: Inclina cor meum in teſtimonia tua. Itẽ: Nõ in arcu meo ſperabo, & gladius meus nõ ſaluabit me, ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Quem cultum etiam deus apud Pſalterm a nobis requirit ipſe uerbis: Inuoca me in die tribulatiõis, & eruã te, & honorificabis me. Ad hæc, recte utimur nomine dei, quum illud, pro ueritatis alioqui periclitaturæ confirmatione, ſeu ob publicam utilitatem adhibemus. Quod tamẽ genus ſub prioribus, maxime quod in laudando ſeu inuocando cõſiſtit, contineri cõſtat. De quo dictum eſt Deuter. vi. Dñm deũ tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Et apud Hieremiam ca. iiii. Iurabis (inquit) uiuit dominus in ueritate & in iudicio & in iuſtitia. Qui his ce modis dei nomen aſſumit, is ſe intra huius præcepti limites continet: qui ſecus, is in præceptum impingit.

2 Gratiarum actio.
Pſalm.33.
Pſalm.102.
Iob.1.
3 Prædicatio priuata.
Pſalm.41.
Publica prædicatio uerbi.
2.Timo.4
4 Inuocatio præcipuus dei cultus.
Pſal.16.
Pſal.118.
Pſalm.43.
Pſal.49.
Deuter.9.
Hiere.4.

Qui in hoc præceptũ im pingant. PRincipio ergo ĩ hoc præceptum peccant, q uel blãditiis uel tormẽtis
uicti, deum uerũ, ſeu Chriſtum dñm, aut eius rectã, ſanctã & catholi
cã fidẽ abnegant. Quibus Chriſtus in hunc modum cõminatur: Qui me
1 Matth. 10. negauerit corã hoĩbus, negabo & ego eum corã patre meo. Quos nequã
Chryſoſto. quã excuſat, q̃uis mente ſe a dei confeſſione nunq̃ deceſſiſſe dicant, ſi uel
Non ſufficit mente nõ diſcedere, ſi uerbis neges fidem. ore diſcedant, quum res publicã cõfeſſionem poſtulat. Nã ſcriptum eſt:
Corde creditur ad iuſtitiam, ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutem. Exibilatur enim
e ſchola Chriſti & exploditur e uita Chriſtianorũ impia illa uox, Iurata lin
gua eſt, animus iniuratus, Sic grauiſſime peccauit ſapientiſſimus ille Sa-
Roma. 10. lomon, q in gratiam uxoris fanum idolo Moab, & Moloch idolo filiorũ
Impia uox. Ammon ædificauit. Sic & Petrus, ſed hic reſipiſcens, gratiã a dño conſe-
3. Regũ. 11. quutus eſt. Itidem peccant, q quum Chriſtiani dici ac eſſe uelint, oĩa
Matth. 26. Chriſtianæ diſciplinæ ac moribus cõtraria & uerbis & factis agunt, Pro
2 pter quos nomen dei in gentibus blaſphematur. Dicentes enĩ uerbis ſe noſ
ſe deum, factis negant. Quales ſunt, q ſcurrilitates, & colloq̃a praua (quæ
Romanõ. 2. Titum. 1. bonos mores corrumpunt) ſectantur, q de facinoroſa uita, quã agunt, glo
riantur, de q̃bus dictum eſt: Lætantur, quum maleſecerint, & exultant in re-
bus peſſimis. Deinde peccant in hoc præceptum q nõ in dño, ſed in ſe
3 laudari appetunt, Qui ſibi nomen, aut gloriæ, uel ſapientiæ, uel bonita-
tis extra deum quærunt, de q̃bus dixit Pſaltes: Vocauerunt noĩa ſua in
Pſal. 48. terris ſuis, Qui dei bonitatem, munificentiã & miſericordiã non agno-
ſcunt, q per impatientiã, uel ſibipſis, uel dño maledicunt, quos ſcriptura,
Leuit. 24. Leui. xxiiii. morti addicit. Id qđ uulgare eſt, alea ludentibus & pfidis mi
litibus. Sunt etiã ex hoc genere, q ſe deuouent, uel q ſibi neſcio quid mali
4 imprecantur, ſi res aliter, q̃ ipſi dicũt aut ſtatuunt, euenerit. Præterea hoc
Romano. 1. præceptum præuaricantur, qui nomen dei dehoneſtant, uel dehoneſtanti-
bus nõ reſiſtunt, ſed cõniuent, Quod non tantum rei ſint, q faciunt, ſed
Parochi, & & qui cõſentiunt facientibus, quod frequẽs eſt in adulatoribus, Publi
Omittendo ce uero, nõ tantum priuatim peccant in hoc præceptum Parochi, & qui
& cõmittẽdo uerbi miniſterium gerunt, tam omittendo q̃ cõmittendo. Omittendo,
in hoc præce quum cõcreditum munus exequi cõtẽnunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu
ptũ q peccet. Chriſti quærẽtes, quos uæ horrendũ manet, ſicut dicit Apl's: Væ mihi, ſi
Philip. 2. nõ euangelizauero, q̃a diſpenſatio mihi credita eſt. In cõmittendo uero,
Heretici. q haud legitime miſſi ſeu uocati, ſe uerbi miniſterio temere ingerunt, qui
ſacrã ſcripturam falſis enarrationibus aut interpretationibus maculãt,
Qui diuinas literas ad ad impiã opinionẽ tuendã detorquent, Qui rudẽ
populũ nouis & a præſcriptis eccleſiæ alienis dogmatib⁹ imbuunt, Qui
Matth. 24. ſacramenta dei irrident, Qui potentiã ac uirtutẽ dei in ſanctis ſuis exhi-
Galat. 1. bitã ac cõmonſtratã blaſphema uoce aſpernantur. Breuiter, q aliter docẽt,
1. Timo. 4. q̃ catholica docuit eccleſia, ab Apoſtolis ad nos uſq; deriuata, quos ue-
2. Timoth. 3. hementer cauendos Chriſtus iubet, & Apoſtoli grauiſſime inſectantur,
2. Petr. 2. Eſai. 3. & ... ueluti adulterantes uerbum dei. Quibus confines ſunt, qui ex

ſuggeſtis

ſuggeſtis nō niſi placentia plebi loquunt, q populo peccata ſua nō annũ
tiant,ſed magis in abſentes,eoſdemq; indefenſos impudenter uociferan
tur, Qui ſub prætextu uerbi dei,ſeditiones & turbas excitant, ac Paro
chos rite uocatos,ſuis ſedibus(quas ipſi ui ac iniuria inuadunt)extrude
re non formidant. Breuiter, qui nō recte ſecant uerbum ueritatis, ſed uel
ad ſua uitia tegenda,uel ad quæſtum ſeu luxum ſuum,uel ad lites & con I.Petr.3.
tentiones ſeminandas, abiecta omni modeſtia & tranquillitate ſpiritus
(quā ſyncera uerbi dei diſſeminatio requirit)uerbo dei abutuntur. Inſu
per in hoc præceptum delinquunt, qui dei nomen uel in proſperis uel in
aduerſis inuocare contemnunt,De quibus Pſaltes dixit,Deum nō inuo
cauerunt. Item,qui etſi inuocent,in ſpiritu tamen& ueritate nō adorant, Pſalm.13. Eſaiæ.29.
Quales ſunt,de quibus dixit Eſaias:Populus meus labiis me adorat,cor Matth.15.
autem eoꝝ longe eſt a me: Qui in aduerſis poſiti,non ad nomen dñi cō
fugiunt,ſed uel diffidentes deo,uel dei auxilium cōtemnentes,aliunde re
medium petunt,qui aduerſa impatienter ferunt, qui in his etiam dei cle
mentiā hæc uel ingerētis aut permittentis nō agnoſcunt. Atq; adeo qui
ſuam uoluntatem dei uoluntati præponere ſatagunt. Deniq; in hoc
præceptum peccant, qui uel temere, uel falſo,uel impie ac iniuſte iurant,
multo magis q peierant,uel iuſta uota deo præſtita infringunt.

VT aūt quid uelimus,aptius intelligat,operæpretium uiſum eſt pau
cis docere,quatenus iurare, liceatquatenus nō liceat. Vtrinq; em̄ in Quatenus liceat iurare.
hoc nō leuiter erratur. Sunt enim q putant licere indiſcriminatim iura
re, quod uidet Iudæis cum gentibus fuiſſe cōmune, exiſtimantibus non Duo errores.
eſſe crimen,ſi paſſim ſermoni familiari deus teſtis adhibeat,modo dicat
ueꝝ:Qui error utinā in Chriſtianoꝝ mores non dimanaſſet. ꝙ is error
cum hoc præcepto & Chriſti doctrina(quā ſtatim afferemus) ex diame
tro pugnet. Sunt alii, q aſſerunt Chriſtiano homini, oīno quacunq; etiā
ex cauſa iurare nō licere,atq; adeo iurare damnabile eſſe,innixi in primis Matth.5.
uerbo Chriſti,Matth.v.dicentis:Dictum eſt antiquis,Nō peierabis,red
des aūt dño iuramēta tua. Ego aūt dico uobis,nō iurare oīno,neq; p cœ
lum,quia thronus dei eſt,neq; p terram, quia ſcabellum eſt pedum eius,
neq; p Hieroſolymam,quia ciuitas eſt magni regis,neq; per caput,tuum
iurabis,q nō potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit aūt ſer
mo ueſter,eſt,eſt,non,nō. Quod autē his abundantius eſt,a malo eſt. Et Iacobi.5.
qd Iacobi.v.in eandē ſententiā legimus,quum inquit: Ante oīa, fratres
mei,nolite iurare,neq; p cœlum,neq; p terram,neq; aliud quodcunq; iu
ramētum. Sit aūt ueſtrum,eſt,eſt,& non,nō,ut nō in ſimulationem cada
tis. Veꝝ hi Chriſti uerba ad ſuam ſententiā aſtruendā nimis urgent. Er Sententia eccleſiaſtica.
go ut intelligas,quid in hac re,nō leuis certe momenti, & ſentire & face
re te oporteat,uidebis ut germanā Chriſti uerboꝝ ſententiā teneas. Nos
eam,quæ patribus uiſa eſt,cum uerbis,tum menti Chriſti magis cōueni
re,ſimplici fide recitabimus. Hoc cōuenit inter patres iuſiurādum, quod

Auguſtl. de uerbis dñi in monte lib. I. Iuramētum nō de nūero ſua natura bonorum.

hoïes mutuo præſtāt aut exigunt, nō eſſe ponendū inter ꝓbata, ſeu quæ ſua natura bona ſunt, ſed inter neceſſaria. Loquimur aūt de iuramento humano. Nā ſicubi iurat deus, q falli non pōt, aut Chriſtus (q eſt ipſa ueritas) aut angeli, q dei nomine abuti nequaq̄ poſſunt, nihil ꝓpemodum ad nos attinet. Iuramentum uero humanū de numero eoꝝ nō eſſe, quæ ſua natura bona ſunt, uel origo eius ſitis declarat. Nā ſi diuo Chryſoſtomo credimus, nō ſtatim ab orbe cōdito, ſed dudum poſt irrepſit inter homines iuramentū, nimirum tum, quum mala creuiſſent, quum ſurſum & deorſum cōfuſio facta fuiſſet, quum ad idoloꝝ ſeruitutem hoïes declinaſſent tunc inquā, quum infideles apparerent, teſtem inuocabant deū, tanq̄ dignum dantes dictoꝝ uadem. hoc enim eſt iuramentum, morum infidelium uadimonium, ut niſi cum ſpōſore credat, & ſpōſore quidem magno Propter multā enim incredulitatem, nō hominē uolunt ſponſorem, ſed deum. Hactenus ille. Qui & ob id eum Euangelii locum (Quod aūt his abundātius eſt, a malo eſt) de diabolo interpretatus eſt: Quem ſequit Theophylactus. Iurare (inqt) & adiicere amplius, etiā, uel nō, a diabolo eſt, nimirum q oïs infidelitatis, diabolus primus ſit author. Porro ſi dicas, quur igitur iurare iubet Moyſi lex, quæ nihil niſi qđ bonum eſt, præcipit, de genere bonoꝝ iuramentum nō eſt? Reſpondebit Chryſoſtomus, Nō ſtatim oïa, quæ lex Moſi præcipit boni perfectionē habent, quæ pleraq; talia ſunt, quæ accipientium legē infirmitas exigebat, quale eſt & illud, q Moſes iuſſit dare libellum repudii, quum Chriſtus hoc factum teſtet propter duritiam cordis Iudeoꝝ, non q repudium ſua natura bonum fuerit. Nā & nidore uictimaꝝ coli, q̄ ſit ſatis indignum deo, quis nō uidet? & tñ rudi illi populo ad idololatriā admodum propenſo præceptum eſt, ut ſiquidē omnino a ſacrificando prohiberi nō poſſet, ſaltem ſacrificaret nō idolis, ſed deo uiuo ac uero. Ad eundem ergo modū Iudæis ad iurandum admodum facilibus permiſſum eſt iurare p dei nomen, ne ſaltem p ſimulachra iurarent, & tñ non aliter permiſſum eſt, q̄ reuerentiſſime & rei neceſſitate poſtulante, quod hoc ſecundo præcepto ſatis oſtenditur. Lex ergo quum iubebat, ut iuraturi non aliter q̄ per nomen dei iurarent, bonum quidem iubebat, ſed non abſolute bonum, Verum tale, quo rudes Iudæi ad boni pfectionē ſenſim adduci poſſet. Et laudabantur Iudæi, qui proximo, idq; in deo, iuraſſent, & proximum nō decepiſſent. Hoc eſt enim quod lex iubebat, Reddes dño iuramenta tua, ideſt, iurans uerum loquens. Laudabantur inquam, nō quia rem omnino ſanctā ac piam, ſed magis illo tēpore permiſſam feciſſent, a prohibitis multo prioribus abſtinentes. Quaobrem iuſtitia phariſæoꝝ erat nō peierare. At Chriſtus legis conſummator, abſolutæq; & perfectæ iuſtitiæ doctor oſtendere uolens, q̄ procul abſint phariſæi a perfectione, non tantum execratur periurium, quod & lex facit, ſed & ſuis diſcipulis indignū cenſet, quomodolibet iurare, etſi iuramenta reddant deo, hoc eſt, uerum

Chryſoſto. homi. 26. ad ppl'ſ antioch.

Chryſoſt. in Matth.

Theophyl. in Mat. ca. 5.

Quæſtio. Cur Moyſi lex iurare iubeat.

Diſlutio. Chryſoſto. iu Matth. Matth. 19.

Cur uictimæ Iudæis præceptæ.

Quatenus olim Iudæis permiſſum iurare.

Pſalm. 62. Reddere domino iuramenta.

Alia phariſæorū alia Chriſtiana iuſtitia. Matth. 5.

iurent,id quod lex non tantum permittit, ſed & factum ut uidetur laudat, Idq; facit Chriſtus duplici potiſſimum ex cauſſa. Imprimis,q; ſua doctrina ea ſit quæ interiorem hominem, hoc eſt animum trãsformat, non tantum externam iuſtitiam, ſed & interiorem innocentiam in ſuis diſcipulis requirens, qua unuſquiſq; quod ſibi fieri uelit, alteri faciat, Quod uero ſibi fieri nolit, in alterum non cõmittat. Nunc quorſum attinet iurare, ſi nemo ſit, qui quenquam uelit circumuenire, etiam ſi id poſſet impune: ſi nemo alteri diffidat: ſi quiſq; quod ſimplici uerbo dixiſſet, nõ minori fide ac religione ſeruaret q̃ ſi iuſiurandum interceſſiſſet? Deinde, quod quiſquis iurat, ſe grauiſſimo periurii periculo exponat, propterea quod homo ob imbecillitatem mentis, ob obliuionem, ob ſenſus fallaces, ſæpenumero putat ſe præſtare poſſe, quod nõ poteſt. Quod Chriſtus hoc ipſo ſatis indicare uoluit, quum uetat, ne per caput noſtrũ iuremus, quia ſcilicet nõ poſſimus unum capillum album facere aut nigrũ, quaſi dicat, Non permitto ut uel per illud iures, quod proprium tuum eſſe putas. Nam & illud adeo non eſt tuum, ut ne minimum quidem, quod in eo eſt, poſſis cõficere. Nimirum ut in capite, quod omnino tuum eſſe putas, non ſolum capillum ullum producere non poſſis, ſed nec ipſam coloris eius cõuertere qualitatem. Quo magis metuendum indicat, ne hoc, iuramento nos facturos affirmemus, quod minus in poteſtate noſtra, q̃ quod noſtrum uidetur, ſitum eſt. Ergo hæc eſt planiſſima Chriſtianæ doctrinæ ſententia, non eſſe Chriſtianæ innocentiæ aut perfectionis iurare, aut iuramentum exigere, præſertim in his rebus, quarum contemptum præ cœleſtibus Chriſtiani profitentur, abunde ſatis eſſe, ut ĩ omnibus actionibus noſtris ſimplici negotione nos facturos negemus, quod non pollicemur, & præſtemus, quod ſimplici ſermone nos præſtaturos receperamus. Certe qui iurat nõ bene ſentit de eo, cui iurat, aut diffidit de iuraturo, qui iuſiurandum exigit. At quum Chriſtus ſuos inter ſeſe optima fide cuncta loqui & agere uult, procul ab omni dolo, fraude & mendacio ſemotos, Conſequens etiam eſt, ut nec iurare eos inuicem uelit, etiam in re ſeria. Veraces enim eſſe debet & alter alterum talem æſtimare. Veracibus autem uerax fidem abſq; iuramento facere ſufficit.

QVid ergo inquis Damnat Chriſtus omne iuramentũ? quod ſi ita eſt, quomodo excuſabimus Apoſtolum Paulum, ne cõtra præceptum domini feciſſe uideatur, q ſæpe iuraſſe cõperitur? ueluti quum dicit, Quæ autẽ ſcribo uobis, ecce corã deo, quia nõ mentior. Et iterum: Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quia non mentior. Item: Teſtis mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filii eius, quomodo ſine intermiſſione memoriam ueſtri facio ſemper in orationibus meis. Et alibi: Quotidie morior per ueſtram gloriam. Quam conteſtationem, iurationem eſſe, eandemq; ſe domino debere, idem ut oſtenderet, addidit, Quam habeo in Chriſto Ieſu.

Cur Chriſtus iuſſerit omnino nõ iurare.
Matth. 7.
Chryſoſto.
Matth. 5.
Quid ſit apũ Matth. 5. nõ iurare oino.
Quæſtio.
Gala. 1.
2. Corin. 11.
Romano. 1.
1. Corin. 15.
Auguſtinus de ſermo. dñi in monte li. 1.

Quorundã ſententia.

HIc quidã ſic reſpondent, ut dicant iuſiurandum promouẽdo Euãgelio conceſſum eſſe, ut ſcilicet liceat, quum neceſſitas exigit, apud infirmos ueritatem iureiurando corroborare, atq; hac ratione excuſant Paulum iurantem, q & tanto fuerit iurando ſecurior, qđ iurauit in his literis, quas afflatu ſpiritus ſancti prodidit cõtinentes nõ hominis, ſed dei uerbum. Sed hi iurandi pmiſſionem nimis reſtringere & in arctum cogere uidentur. Nobis itaq; magis placet beati Auguſtini ſententia, q hanc rem nõ tam ex uerbis, q̃ ex mente Chriſti æſtimans, ſic determinat. Principio, ut uerum eſſe fateatur Chriſtum reuera hoc uelle, omnem aſſeuerationem inter pfectos Chriſtianos ſuperuacaneã eſſe. Tamen quum interim in eccleſia ſint nõ tantum perfecti, ſed & infirmi, bonum eſſe ait, & uere Chriſtianis omnino appetendum, ne oĩno iurent. At ſi iurare cogãtur, infirmitate fratris uel neceſſitate cauſſæ ita poſtulante, ſciant id de neceſſitate uenire infirmitatis eoꝝ, quibus aliquid ſuadent. Quæ infirmitas etſi malum ſit, ſciant tamen ſe malum non facere, quum bene utantur in ratione. Nã etſi ea non bona fuerit, tamen neceſſaria eſt, ut alteri perſuadeatur, quod utiliter perſuadetur. Excuſat ergo Auguſtinus non tãtum in Euangelii, ſed & in aliis negotiis iurantem, modo infirmitas eius cui iuratur, & cauſſæ grauitas ſeu neceſſitas iuramẽtum extorſerit, quod tamen, quoad fieri poteſt, uitandum eſſe docet. Quã ſententiam cõmunis eccleſiæ conſenſus ſequi uidetur, qui permittit & perhibet nõ tantum in confirmatione uerbi dei, ſed etiã in fœderibus principum, in ſuſcipiendo magiſtratu, in iudiciis, maxime ſi magiſtratus exegerit, ac ſicubi cauſæ grauitas poſtulauerit, nos iuramẽtum ſine peccato præſtare poſſe: Quin etiã peccaturos, niſi id præſtiterimus, modo ad publicam utilitatem trãquillitatem & pacẽ, aut etiam proximi cõmoditatem fecerit, & omiſſum allatorum ſit utilitati uel publicæ uel proximi detrimẽtum. Quod & a mente Chriſti abhorrere non uidetur, ſi ſcilicet intelligamus eum nõ ſimpliciter iurare uetuiſſe, ſed tantum inter ſuos, q uere & perfecte ſunt Chriſtiani, quod nulli omnino iuramento apud eos locus relinquatur, nimirum unoquoq; de alio etiam iniurato optime & ſentiente & ſperante. At ſi res nobis agenda ſit cum malis (qui bonis numero longe plures ſunt) aut etiam cum infirmis non aliter credituris, niſi iuremus, tum Chriſtũ non ſimpliciter, ſed eo modo iuramenta fieri uetuiſſe, quo uulgato more hominum fiebant, quemadmodum uetuit iraſci, ſalutare quenquam in uia, reſiſtere malo, appellare magiſtros, uocare patrem in terris. Vulgato autem hominum more fiebant iuramenta indiſcriminatim, idq; impune, modo uerum iuraretur, tametſi nulla cauſſæ neceſſitas, uel proximi infirmitas exigeret, quod nobis omnino ſine peccato nõ licet, quibus iurandi conſuetudo (ut Hilarius inquit) omnino adempta eſt. At ſi uel proximi conditio, uel rei grauitas exegerint, ut nobis iurandum ſit, tum licet (quod ad nos attinet) ad hoc inuitis ueniendum ſit, tamẽ neceſſitate,

Diluti o,
Auguſtinus, de ſermo. dñi in mõte. li. I.

Quatẽus excuſet iurans.
Infirmitas.
Grauitas.
Neceſſitas.

Inter perfectos chriſtianos iuramẽto nullus locus relinquit

Matth. 5.

Hilarius.

atq;

atq; adeo charitate(quæ nihil agit perperam)poſtulante,impune ac ſine 1.Corin.13.
peccati reatu iurabimus,modo tamen iuſiurandum noſtrum tres comi Iuramentū
tes habuerit,quēadmodū dominus apud Hieremiā cap.iiii.præcipit di- debet habe-
cens:Et iurabis,uiuit dominus in ueritate,in iudicio,& in iuſtitia, Veri- re tres comi-
tas prima comes,iuramenti cauſſa erit,ac ſubſtantia, ut non aliter præ- tes.
ſtetur,q̄ ut mendacium opus diaboli deſtruatur,ueritas uero detegatur Hiere.4.
ac firmetur.Deinde iudicium adhibendum eſt, ut non temere, ſed cum Veritas.
magna diſcretione & deliberatione ad iuramentum ueniatur, nempe ut Iudicium.
iurans prius conſideret,an rei neceſſitas aut grauitas iuramentū exigat,
an hoc quod iurat,facere queat,nec ne.Item,ne uel non ſuo tēpore & lo-
co, uel ira,aut alio prauo affectu concitatus iuret.Poſtremo uidēdum, Iuſtitia.
ut nihil niſi quod iuſtum,æquum,honeſtum,ac rectum eſt iuretur,utq;
rei turpi aut illicitæ nullum iuramētum adhibeatur.Hos comites quū
habuerit iuramentum, damnabile non eſt, tametſi in rebus prophanis
adhibeatur,quod tum ipſo iuramento ueritas,pax, & concordia defen-
dantur,falſitas,lis,& diſſenſio deſtruantur,ad quod certe inuentū eſt iu- Hebræ.6.
ramentum.Hebræ.vi.Omnis controuerſiæ finis eſt iuramentum.

IN primis ergo ex hac parte in hoc præceptum peccant,qui praua con- 1
ſuetudine tertio quoq; uerbo addunt,per deū,per mortem dei per ani Qui peccant
mæ ſalutem,& id genus ſimiles deiurationes. Quod tales in iurando in hoc præce
nullum adhibeant iudicium,ſed nomen dei ſui temere uſurpant, quod ptum, male
& Ieſus filius Sirach q̄ maxime deteſtatur.Iurationi(inquit) non aſſue- iurando.
ſcat os tuum,multi enim caſus in illa.Nominatio dei non ſit aſſidua in Eccle.23.
ore tuo,& nominibus ſanctorum non admiſcearis, quoniam non eris
immunis ab eis:omnis iurans & nominans in toto a peccato non pur-
gabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate,& non diſcedet a do
mo illius plaga.Et cap.xxvii.Loquela multum iurans,horripilationem
capiti ſtatuet,& irreuerentia illius obturatio auriū.Hactenus ille.Hanc Eccl.27.
prauam iurandi conſuetudinem adeo inſectatur Chryſoſtomus,ut iu- Conſuetudo
ramento uideri poſſit paulo iniquior,niſi quod cōueniebat, ut aduerſus iurandi dete
eam partem,in quam magis propendent hominū ingenia, & unde gra- ſtabilis.
uius imminet periculum,eſſet uehementior.Is ergo a iurandi cōſuetudi- Chryſoſto-
ne deterrens, Chriſtus(inquit)& per proprium caput iurare prohibuit, mus homilia
nos uero tam parui pendimus dei gloriam, ut eum paſſim trahamus. 26.&.27.
neſcitis quid ſit deus, & quali debeat ore uocari? Quod ſi de ſtudioſo
quopiam uiro ſermo inciderit,dicimus,os tuum ablue, & ita cōmemo-
ra,Nunc uero nomen ſuper omne nomen uenerandū,in omni terra ad-
mirabile,(quod audientes dæmones,horrent temerarie circunferimus.
Et paulo poſt.Ille tantus pio zelo æſtuans eps, ab eccleſia prohibet eos, Pſalmo.8.
qui paſſim iurant,quos & ad ſe deferri iubet,ut iudicentur,eoſdemq; ab
ore & lingua,q ueri Chriſtiani non ſint, dinoſci ait,quemadmodū pſit- Ibidem.
taci uoce noſcuntur. Secundo,hic impingunt, qui etiam in rebus ſe- 2

Chryſoſtomus in Matthæum ca.5.

riis,non tamen magni momenti,iuramenta adhibent,ex quibus non ſit manifeſta uel publica uel proximi utilitas ſequutura. Quos Chryſoſtomus etiam hinc excuſari negat,quod ſit aliquis,qui neceſſitatem iurationis imponat.Sit(inqt)tibi timor dei omni neceſſitate uiolentior.Si enim uelis huiuſmodi occaſiones ſemper obiicere,nihil de his,quæ ſunt imperata,cuſtodias.

In omni negotio adhiberi iuramentũ nõ debet.

Excuſari ergo nequaquã poſſunt,qui in omni pene negotio iuramentum adhibent, quod ſolent mercatores,qui lucri gratia in extrudendis mercibus,nihil non iuramentorum admiſcent, raro etiam ſine periurio. Sed quid tandem proderit eis, ſi uniuerſum mundum lucrentur,animæ uero ſuæ detrimentum patiantur? Lucraris(inquit quidam)pecuniam,& perdis animã.

Matth.15. Auguſtinus. Obiectio. Chryſoſtomus. Reſponſio.

Sed dices, Exigit a me iuramentum, qui mecum contrahit,de commerciis hæſitans,deum in ſponſionẽ trahit,& dicit ſe non acceſſurum,niſi capiat illum ſponſorem. O ingentem inſenſibilitatem & contumeliam, qui uermis es & terra, cinis & fumus, dominũ deum tuum citas in uadimoniũ,& illũ trahere cogis? Dic mihi,ſi ſeruis ueſtris inter ſe contendentibus,& ſibi fidem non habentibus, diceret conſeruus,ſe prius non crediturum,q̃ communem dominũ ſpõſorem acciperet,nonne multa tuliſſet uerbera,didiciſſetq́, quod ad alia domino ſit utendum,non ad huiuſmodi? Quin tu,qui hinc te excuſas, quod aliter tibi iniurato non credet,eius es cauſſa,eo quod facile iuras, quoniam ſi id non faceres,ſed omnibus conſtaret quod non iures, mihi crede dicenti,quod his,qui mille deierant iuramenta,maiorem, ipſe fidẽ ſolo nutu inuenires.

Moderanda forenſia iuramenta homilia.36.&.37.

Damnat quoq; Chryſoſtomus forenſia iuramẽta,& nos certe probare non poſſumus,quod paſſim in iudiciis abſq; omni iudicio iuramenta etiam pro decem obolis exigunť & præſtanť. Mirandum certe,quũ tot iuramenta,quæ malitiæ appellãt ac cætera eiuſdem generis temere fiunt, quod quandoq; fulmen ſuperius non ueniat in tantæ temeritatis ultionẽ. Sed propterea,quod non punimur nos, ne peccare cogitemus. Illud eſt miſericordiæ dei,non uirtutis noſtræ.

Thraens hominem in iuramentũ nõ eſt ſine culpa.

Dic mihi quæſo(inquit ille)trahens hominẽ in iuramentum,quid expectas, utrum ut peieret? ſed hoc eſt extremæ dementiæ, & in caput tuum pœna conuertetur. melius eſt te pecunias amittere,q̃ illum perire. At nõ peieraturum expectas: igitur & abſq; iuramento crede. Sed multi ſunt in quis,qui ſine iuramento defraudare uoluerunt,non autem cum iuramẽto, Teipſum decipis homo,homo furari ſolitus,& iniuria proximũ afficere,neq; iuramentũ frequẽter peſſundare dubitauerit. Quod ſi fuerit in iurando reuerens,& in ferenda iniuria multo magis erit.

Epilogus.

In ſumma,iuſtum ac decens eſt,Chriſtianum hominem omnem iuramenti præſtationem tam in contractibus,q̃ in iudiciis,quoad fieri poteſt,euitare.

Quales iudices eſſe debeant in exigendis iuramentis.

Deinde,iudices in exigendis iuramentis,plurimum diſcretos eſſe oportet,atq; adeo tales,qui priuſquam iuramenta, uel a litigatoribus, uel a teſtibus exigant,omnem adhibeant diligentiam,quo iuramenta, ea ſaltem,quæ

communi partium cõſenſu remitti poſſunt,remittãtur, ac nullã(niſi rei neceſſitate,aut grauitate exigente)præſtentur:quod facile perſuadebunt litigatoribus,ſi affirment nos hanc reuerentiam deo debere, præſertim in cauſis ac negociis modici momenti,unde non ſit euidens utilitas,uel publica uel proximi expectanda,Id quod multo magis eccleſiaſticos uiros decet,quos certe turpe eſt aſſiduitati iurandi intentos eſſe, quum potius ſeſe ueluti exemplaria Euangelicæ perfectionis laicis exhibere debeant.Deus cordium reformator & rector,hanc iurandi aſſiduitatẽ ac temeritatem corrigere dignetur ad ſui nominis gloriã & honorẽ.

In iudiciis et eccleſiaſticis a iuramẽtis quo ad fieri põt, temperandũ.

3 Deierantes. Matth.26.

TErtio,in hoc præceptum ex hac parte grauius peccant,qui uſurpato nomine dei deierant(hoc eſt,ſanctæ ac uehemẽter iurant)ac ſeſe quodammodo iurando execrantur & deuouent,quod Petrum Apoſtolum feciſſe legimus,quum dominum tertio negaret.

4 Peierantes.

Hos peccati pondere ſuperant,qui peierant,hoc eſt,ſcienter falſum iurant, aut qui iurant, ut facilius fallant, aut per temulentiam iracundiamue,aut animi gratia iurant,qui blaſphemiæ proximi ſunt.

5 Blaſphemantes. Leuit.24.

Dein, adhuc grauius peccant in hoc præceptum,qui nomen domini blaſphemauerint,ac execrabiliter deteſtati fuerint, quos uetus lex morti addicit. Quæ de iureiurando,& quatenus in hoc præceptum temere iurando peccatum committatur,dixiſſe ſuffecerit.

6 Voti uiolatores. Leuit.30. Eccle.5. Non temere emittendum uotum. Eccle.5. Votorum diſtinctio. Impia ac turpia uota pie reſcinduntur ſed impie ac turpiter fiũt. Marci.6. Acto.23. Vota ſuperſtitioſa & ſuperuacanea. De uoto perpetuæ caſtitatis.

POſtremo,peccant in hoc præceptum,idq; grauiſſime, qui uota deo facta temere uiolant ac rumpunt. Scriptum eſt enim Leuitici tertio:Quod ſemel egreſſum eſt e labiis tuis,obſeruabis,& facies ſicut promiſiſti deo tuo Item Eccleſiaſtici.v.Si quid uouiſti deo,nõ tardabis reddere,quia dominus deus requiret illud.Monendi ergo ſunt omnis generis homines,ne temere quid uoueant,præſertim tale, quod an præſtare poſſint,incerti ſunt,uel quod ſine ſuperſtitione aut turpitudine præſtare nequeant. Diſplicet enim deo ſtulta promiſſio,Eccleſiaſt.v.Sunt uota ſuperuacanea,uana & incauta,ſunt impia & turpia, ſunt deniq; licita ac honeſta.Sed interim hoc certum eſt utrinq; grauiſſime peccati, nempe ſi uel licita ac honeſta uota temere uiolentur,uel illicita, deo fiant ac præſtentur.In impiis quidem ac turpibus uotis decretũ mutare, in malis promiſſis reſcindere fidem oportet ꝙ impia ſit promiſſio,quæ cum ſcelere adimpletur,qualis fuit promiſſio Herodis facta Herodiadi,& Iudæorum qui uouerunt ſe non comeſturos,niſi prius occidiſſent, Paulũ. Sed interim conſtat non illos tantum grauiſſime peccaſſe,ſed ſimul omnes,qui talibus uotis ſe obſtringunt, etſi nullus ſequatur effectus. Idem de ſuperſtitioſis & ſuperuacaneis uotis ſentiendum putamus, Nempe ut tametſi æquum fuerit,ea non præſtare, grauiſſime tamen eos peccare,qui talia præſtiterint,nullum adhibentes in uouendo uel iurando iudicium aut diſcretionem. Votum perpetuæ caſtitatis,modo tamẽ ſano conſilio,animoq; deliberato factum fuerit, ab exordio eccleſiæ licitum

Matth.19. & honeſtum, atque adeo pium ſemper eſt habitum, idq; non ſolum au-
1.Cor.7. thoritate humana, ſed & diuina, Quod Chriſtus inter alios Eunuchos, eos potiſſimum commendauerit, qui ſe caſtrarunt propter regnum cœlorum. Itidem quod Paulus eum benefacere dicat, qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, ut interim prætereamus ueterum patrum Concilia non multo poſt Apoſtolorum tempora, in Eccleſia dei habita, inter quæ antiquiſſimum illud Gangrenſe pari cenſura damnat tam eos, qui continentiæ & uirginitatis profeſſionem ac ſanctum propoſitum uiolant, q̃ qui non profeſſos, ſed matrimonio iunctos damnant.

Concilium Gangrenſe.

Votum perpetuæ caſtitatis non temere emitendũ.

IAm ſi uotum hoc pium ac ſanctũ eſt, modo legitime præſtetur, quod nemo pius negauerit, tãto certe magis cauere oportet, ne temere emittatur, nimirum a talibus, qui ſuæ infirmitatis ignari eiuſcemodi uotum non principaliter reſpectu dei, ſed uel præſentis cõmoditatis gratia, uel blande illecti ſeu inducti continentiã uouent. Nam quantumuis tales, quũ eos emiſſi uoti pœnitere cœperit, contendant melius eſſe nubere, q̃ uri, & uiolare uotum, q̃ fornicari, negare tamẽ oĩno nõ poſſunt (niſi uerbum dei & Apoſtoli Pauli doctrinam contemnere pergant) ſe nõ leui damnationi obnoxios eſſe. quũ uoti immemores connubio temere ſe alligant. Nã ut hoc demonſtraret Apoſtolus, de eccleſiæ uiduis ait. 1. Timoth. v. Cum luxuriatæ fuerint (hoc eſt, in delitiis degerint) in Chriſto nubere uolunt, habentes damnationem quoniam primã fidem irritam fecerunt. Quod Apoſtoli uerbum, omnis eccleſia ſic ſemper intellexit, ut etſi nuptiæ quas tales contra uotum præſtitum contrahebant, ex ſe dãnandæ non iudicarentur, tamen omnino damnari propoſiti fraudẽ, dãnari uoti fracti fidem, damnari non ſolũ ſuſceptionem a bono inferiori, ſed ruinam ex bono ſuperiori, dãnari denique tales, non quia coniugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ fidem primam irritam fecerunt. Ergo quia non omnes capiunt uerbũ hoc (ſicut dominus ait) ſed qui poteſt capere, capiat, ducant ante uotum, qui ſe nõ continẽt, qui non cœpit, deliberet: qui egreſſus eſt, perſeueret, nulla aduerſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio. Nos in medio relinquimus, ac eccleſiæ in futuro Concilio determinandum cõmittimus, num expediat, ueterẽ morem immutari. Deinde, num nuptiæ, quæ contra uotum contractæ ſunt, irritæ, ac uelut adulteria cenſenda ſint, nihiloſecius tamen etiã hoc inter omnes cõuenire putamus, in contrahentibus eiuſcemodi nuptias, etſi non ipſas nuptias, grauiſſime tamen damnari fractã uoti fidem, & qꝫ nomen domini fruſtra ſeu temere uſurpatum ſit, utcũque etiam tales uouentes ſe excuſent, uel per ætatẽ, modo ea doli ſaltem capax fuerit, uel per incogitãtiam. Quo magis miramur eos, qui hodie temere uotum continẽtiæ infringũt, nec ſolum nuptias ſuas, quas qualibet

1.Timoth. 5.

Auguſtinus. 27.q.1.c.nuptiarum.

Auguſtinus. Matth.19. Cõſiliũ euãgelio cõſentaneum.

Qui contra votum contrahunt matrimonium, grauiſſime peccant.

libet occaſione oblatas, irreligioſiſſime incunt, contempto uoto deſende re conantur, ſed etiam putant ſe Eccleſiaſtas ac Parochos eſſe non poſſe, niſi uotum continentiæ infregerint, cum tamen Apoſtolus epiſcopum uelit eſſe undiq; irreprehenſibilé, & ſi fieri queat, ab uxore & omni ſollicitudine ſolutū. Et quo pacto quæſo Paulus tuliſſet Parochū, hoc eſt, eccleſiæ moderatoré, qui uotū ſolenne uiolaſſet, qui ne mulierculas quidé táto gradu inferiores in miniſterio eccleſiæ ferre uoluit, quæ primā fidé nubendo irritam feciſſent, quas & damnationem habere pronunciat? ſaltem hi uotorum temerarii uiolatores, ueteribus canonibus hanc uim permittant, ut ſe ob uoti fracti reatum excommunicatos & indignos etiam officio ſacerdotali eſſe fateantur, ut interim largiamur, ipſis humanitatem exhiberi poſſe, ſi ita probauerit, qui eius rei poteſtatem habet Epiſcopus.

1. Timo. 3.
1. Cor. 7.
1. Timo. 5.
Concilium Chalcedonẽſe cap. 16.

NEC ENIM HABEBIT DOMINVS INSONTEM eum, qui aſſumpſerit nomen dei ſui fruſtra.

GRauis certe cenſura in huius præcepti uiolatores, cuius hæc eſt ſententia, deum non habiturum innocentem eum, qui nomé eius fruſtra aſſumpſerit, ſed grauiſſimis pœnis ſuam iniuriam ulturum, etſi non in hoc ſeculo, quamuis & in hoc ſæpiſſime, ſaltem tamen in futuro. Certe ut nullum aliud crimen noſtrum extaret, quæ tamen maxima ſunt & ſine numero, unicum tamen illud blaſphemandi, & peierandi, & in uniuerſum nefas illud & grauiſſima conſuetudo nomen domini indigne uſurpandi, ſufficeret inuoluere nos omnibus, & maioribus etiam quam iis malis, calamitatibus ac miſeriis, quæ noſtra ſentit ætas; quibus merito premimur, & non dubium, prememur, ſi (ut cœptum eſt) in dehoneſtando domini nomine pergere uoluerimus. Sunt qui non omnino abſq; ratione hoc crimen adulterio ac homicidio grauius iudicant, quod hæc non ſic tranſeant in conſuetudinem, & durius puniantur, Hoc autem commune fiat omnibus, & ſemper, idq; etſi non apud deum, apud homines tamen propemodum impune. Quamobrem annitendum eſt omnibus modis, ut tollatur e medio horribilis corruptela nominandi in uanum ſacroſanctum & glorioſiſſimum nomen dei, ut obſcenitates uerborum, ſtultiloquia, turpiloquia, mendacia, conuitia, detractiones, maxime autem ut blaſphemiæ in deum & Chriſtum dominum, illiusq; membra ſanctiſſima Sacroſancta item uulnera uſq; ad amariſſimam mortem pro nobis afflictam & benedictum pro nobis effuſum ac pretioſum ſanguinem omnino eliminentur, quod deo authore fiet, ſi populus, & uerbo, & exemplo doceatur, ut ſermo eius ſemper gratioſus & ſale conditus ſit.

Sententia præcepti.
Crimen blaſphemiæ & periurii ſufficiẽs ad inducendam omnẽ plagam.
Quidam iudicant periurium homicidio & adulterio grauius.
Chryſoſto.
Quid cauendum.
Coloſſ. 3.

TERTIVM PRAECEPTVM.

MEMENTO VT DIEM SABBATI SANCTIFICES. Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua, Septimo auté die ſabbatū dn̄i dei tui eſt. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua,ſeruus tuus & ancilla tua,iumentum tuum & aduena, qui eſt intra portas tuas.Sex enim diebus fecit dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt,& requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit dominus diei ſabbati,& ſanctificauit illum.

Ordinis ratio. ORdine plane pulcherrimo tria iſta prima præcepta, quæ quodámodo unū ſunt,& ad dei cultum,quē Latriā uocamus, pertinent, ſeſe conſequuntur. Primum enim præceptum(ut ſupra diximus)animū format,in uerā dei agnitionē nos ducit, deqꝫ interiori cultu(qui in fide,

Matth. 12. ſpe & charitate erga deū conſiſtit)inſtituit. Verū cum ex abundátia cor

Lucæ. 6. dis os loquatur,& fieri non poſſit, quin lingua(quæ animi noſtri interpres eſt)hoc ſonemus,quod mente ſumus complexi,Proinde ſecūdus locus debebat præcepto p̄ximo, quod docet qualiter de deo loqui oporteat. Iā quod ſubſequit̄ tertiū præceptū amboꝝ illoꝝ abſolutio eſt, quo docemur de omni alio exteriori cultu deo præſtādo ac exhibēdo. Vt aūt huius præcepti ſententia manifeſtior fiat,cōſtat ſabbatū Hebræis ſonare

Sabbatum. re requiē,& ſabbatizare idē eſſe,quod requieſcere. Et quia ſeptimus heb

Sabbatizare. domadæ dies requiei peculiariter deputatus erat,idcirco idem dies apud Hebræos proprie ſabbatū dictus eſt,quēadmodū Exodi. xxx. legimus:

Exodi. 30. Septimus dies erit uobis ſanctus,ſabbatum & requies domini.

Poſtea etiam ſabbati appellatione(ſed latius accepto uocabulo)tota hebdomada ſignificari cœpta eſt, Sic Lucæ decimooctauo legimus:

Lucæ. 18. Ieiuno bis in ſabbato.

Duplex ſabbatum. IN uniuerſum autem duplex eſt ſabbatum,Externum & internum ſeu ſpirituale,Rurſus externum ſuum habet cerimoniale,ſuum itém morale. Quod ad cerimoniam attinet,non habet hoc præceptum eandē

Hoc p̄ceptū aliā olim apū Iudæos, aliā apud nos habet rationē. omnino rationem apud Chriſtianos,quam habebat apud Iudæos. Siquidem quod ſabbatum apud Iudæos certæ diei alligatum erat,cerimonia eſt,apud Chriſtianos,ut conſtat,abrogata,qui non Iudaizant ſeu ſabbatizant cum Iudæis. Iudæi uero hanc cerimoniam(magis uerba q̄ uerborum genuinū ſenſum uim ac ſpiritum ſectātes)mordicus adhuc tenēt,

Eſaiæ. 1. tametſi ex prophetis conſtet eam obſeruationem quandoqꝫ abrogādā.

Q d ad morale attinet, nihil mutatum. Verum,quod ad morale legis pertinet,nihil mutatum eſt. Id uero conſtat in eo ſitū eſſe,ut homo,qui corpore conſtat & anima,aliquo ſaltem deſtinato tempore,& corpore,& animo interquieſcat,totus laudi,contēplationi ac uenerationi dei intentus,ut & corpus labore fatigatum alterna requie non careat,& mens ipſa,externis laboribus diſtracta, diuinæ

legis meditatione,ac diuinorum beneficiorũ recordatione reficiatur,ſaginetur(q). Vnde conſequens eſt,nedum apud Iudæos, ſed & apud Chriſtianos iuris eſſe diuini,ut ſaltem aliquo deſtinato tempore, cerimoniæ inſtitutæ ad audiendum uerbum dei,& ad commonendam ac excitandam fidem & charitatem erga deum,& ad uacandum hymnis, precationibus,aliiſ(q) ſpiritualibus ſacrificiis retineanť ac conſeruentur. Deinde conſtat externum ſabbatum in hoc datum & præceptũ eſſe, ut eſſet certum ſignum,inter deum & homines deum agnoſcentes,quemadmodum Exodi uiceſimoprimo.dominum dicentem legimus: Videte(inqt) ut cuſtodiatis ſabbatum meum,quia ſignum eſt inter me & uos. Iudæis enim ſabbatum ſignum erat & memoriale,quo in primis admonerenť illius ineffabilis operis,nempe creationis totius orbis, ſex dierum opificio abſoluti,ut uel hinc in admirationem potentiæ,ſapientiæ & bonitatis dei excitarentur. Quod deus in huius præcepti uerbis ſignificauit,cũ inquit:Sex diebus fecit deus cœlum & terram & mare,& omnia quæ in eis ſunt,& requieuit die ſeptimo. Secundo,ſabbatum Iudæis erat memoriale,quo ſubinde admouebantur,ut cum ſumma gratiarum actione recordarentur inſignis illius beneficentiæ ac miſericordiæ diuinæ, qua a duriſſima ſeruitute Pharaonis liberati fuerant, quod in Deuteronomio explicatius ponitur :Memento(inquit)quod & ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi,ut obſeruares diẽ ſabbati. Tertio, ſignificabat Iudæis ſabbatum externum requiem internã, & ſabbatum ſpiritale,ut ſcilicet hinc admonerentur,a ſuis operibus requieſcere, ac ſinere,ut dominus eos,non ipſi ſeſe ſanctificarent. Quod dominus apud Ezechielem prophetam cap.xx.non tacuit,cum inquit. Inſuper & ſabbata mea dedi eis,ut eſſent ſignũ inter me & eos,& ſciant quod ego dominus ſanctificans eos. Quanquã interim Iudæorum uulgus quemadmodũ nunc,ita & olim magis ſignis q̃ rebus ſignatis inhæſerit,quo factum eſt,ut ſcriptura teſtetur,deũ Iudæorum ſabbata odiſſe cœpiſſe. uti apud Eſaiam cap.i.Dominũ increpantẽ Iſraelem legimus in hæc uerba. Neomeniam & ſabbatũ,& feſtiuitates ueſtras non feram:iniqui ſunt cœtus ueſtri.Calendas ueſtras & ſolennitates ueſtras odiuit anima mea,facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens, Et ne mireris,cur deus dicat ſe odiſſe ſabbatum,quod præcepiſſe uidetur, cauſam odii ipſe ſubiungit, nempe quod Iudæi ſabbato non ad quietem animi,& ad mentis trãquillitatem erga deum comparandã(ob quod potiſſimũ erat inſtitutũ)ſed tantum ad externam & corporalem quietem(quam illi ſolam ſuperſtitioſius obſeruabant)abuterentur. Sequitur enim apud eundem prophetam:Et cũ extenderitis manus ueſtras, auertam oculos meos a uobis,& cum multiplicaueritis orationem,non exaudiã. manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini,mundi eſtote,auferte malũ cogitationũ ue-

Feriæ ſunt de iure diuino.

Externũ ſabbatũ cur præceptum.

Exodi.21.

Externũ ſabbatũ inter deum & hoĩes.

Deutero.5.

Ezech.20.

Deus in ſcripturis dicitur odiſſe ſabbata,& cur.

Eſaiæ.1.

ibidem.

ſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perurſe, diſcite benefacere.

Dies dñicus quid nobis ſignificet. PORRO eadem propemodum, quæ ſabbatum externum Iudæis ſigni-ficabat, nobis ſignificat dies dominicus. Niſi quod nos loco liberationis Iſrael ex Aegypto (qui typus erat) admonemur, ut meminerimus, nos per agni immaculati ſanguinē, a fœdiſſima tyrannide ſatanæ redemptos, ne per ingratitudinē reuoluamur in maiorem ſeruitutem.

1

2

Philip. 2. Deinde hic dies nos monet, ut quemadmodū Chriſtus noſtri cauſa factus eſt obediens patri uſq; ad mortē, mortē autē crucis, utq; is ſuperata morte, ac operibus ſuæ diſpēſationis cōſummatis requeuit in ſepulchro.

Roma. 6. Ita & nos mortificata carne, oībusq; carnalibus deſideriis cōſopitis, totos nos deo ſubmittamus; & conſepulti Chriſto per baptiſmū ultra nō ſeruiamus peccato, ſed exhibeamus membra noſtra deo ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē. Quamobrem & eccleſia eo die, pleraſq; alias non cōtēnendas cerimonias nos huc prouocantes admouet.

Cur aqua benedicta die dñico ſpargatur. Quod enim aquā benedictā aſpergit, quid aliud eſt, niſi quod nos baptiſmi, per quē Chriſto in ſpirituale requiem conſepulti ſumus, cōmonefacit, ac ueluti ſigno declarat nos oportere ſubinde mortificare carnē, & cum Chriſto quieſcentes auſcultare deo?

Cur agātur Proceſſiões die dñico. Quod item proceſſiones celebrat, in quibus populus ſignum crucifixi, & uexilla ueluti trophæa quædā reſurgentis dñi comitatur, quid aliud eſt, niſi pia quædam cerimonia, qua admonemur nos potiſſimū ea die totos intentos eſſe oportere, ut per omnem uitam Chriſtum crucifixum ſequamur, ut carnem una cum uitiis & concupiſcentiis ſuis Chriſto cruci cōfigamus, ut parati ſimus (ſi res ita poſtularit) pro Chriſti noīe, & in carcerem, & in mortē ire, ac omnē crucē tribulationis, undecunq; nobis impoſitā, patienter poſt Chriſtū portare? Vt item meminerimus glorioſi illius de diabolo triumphi per Chriſtum acti, utq; quemadmodū Chriſtus reſurrexit per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.

Romano. 6. Cur thuriſicent altaria. Deniq; quod thuriſicatur altaria, quodq; thus deinde ad pſallentes defertur, quid aliud deſignat, niſi quod externo ſigno teſtamur nos corda ſurſum habere ad dominum, in laudē, gratiarum actionem & preces profuſa? Quid enim aliud ſunt altaria, q̄ corda noſtra? Quid ignis, niſi feruor charitatis? Quid thus, niſi orationes ſanctoꝝ? Quemadmodū Dauid dixit: Dirigatur oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo. Et in Apoca. legimus: Angelo (cum impleuiſſet thuribulum, de igne altaris) data eſſe incenſa multa ut offerret de orationibus ſanctorū. Quis ergo negauerit eiuſcemodi cerimonias eſſe pias, modo ad eum finem adhibeantur ad quem ſunt inſtitutæ?

Altaria. Ignis. Pſalm. 140. Apoca. 8.

Quid parochis præſtādum circa cerimonias. HOC ergo Parochis præſtandū erat, ut populus diſceret inhærere rebus ſignatis, non nudis ſignis. nā & catenus ab eccleſia cerimoniæ reprobanē, ſi quis putet in illis ſalutem conſiſtere. Atq; hinc etiam fit, ut inter decē præcepta, hoc ſolū quod de ſabbato eſt, quantū ad exteriorē cerimoniam attinet, non tantum charitati dei, ſed & proximi cedere de-

Auguſtinus. Cerimonia ſabbati cedit charitati.

beat, quod nõ ita ſe habet cum duobus prioribus. Ná ut ſupra diximus, nulla charitas eſt, ne dicamus cerimonia, quá debeamus præponere charitati ac gloriæ dei, quá duo proxima præcepta requirunt. At quum externum ſabbatum Iudæis ſacramẽtum fuerit, nobis quoq; ſignũ ſit ſabbati ſpiritualis (quod proprie in charitate dei & proximi conſiſtit) omnino cedere debet, quod ad cerimoniam exteriorem attinet, non tantum dilectioni dei, ſed & proximi, quod & lex ipſa, licet Iudæis obcæcatis, id non uidentibus, ſatis demonſtrabat, quæ iubebat ſacerdotes operari in templo. Item circuncidere infantes die ſabbati. Quin & Maccabæi in ſabbato pugnaſſe leguntur. Atq; hoc uniuerſale eſt, neceſſitatem & charitatem in omnibus externis (ut dici ſolet) diſpenſare. Quáobrem Chriſtus toties Iudæorum cecitatem damnat, qui externá cerimoniam ſaluti hominis (quam ſabbatum ſignat) præponebant. Sic legis apud Matthæum. xii, Chriſtum diſcipulos ſuos præ eſurie ſpicas ſabbato uellentes ac manducantes aduerſus Iudæorum calumniam ex ipſa etiam lege defendiſſe, cum inquit: Non legiſtis, quid fecerit Dauid quando eſuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; is qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum uiolant, & ſine crimine ſunt? Dico autem uobis, quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis, quid eſt, Miſericordiam uolo & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati. Et ſtatim poſt, cumueniſſet in ſynagogam eorum, & uidiſſet hominem habentem manum aridam, & ipſi interrogarẽt eum, Si liceret ſabbatis curare, Idq; dolo malo, ut accuſarent eum. Reſpondit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem unam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue? Itaq; ut ſubiicit, licet ſabbatis benefacere. Et ſtatim, ad domini iuſſum reſtituta eſt manus hominis ſanitati, ſicut altera. Quod factum ſaluatoris, etſi pientiſſimum ac lege etiam ipſa roboratum, cæci Iudæi uelamen ob oculos habentes, & in legis corticẽ tantum reſpicientes, tam indigne tulerunt, ut cõſilium inierint aduerſus eum, quomodo ipſum perderent. Verum nos quibus per Chriſtum uelamen ablatum eſt, & ueritas nudata, ſcimus ſabbati ſignum, ſignato ſabbati cedere, hoc eſt, requiem corporalem requiei ſpirituali, qua tum fruimur, cum fides per dilectionẽ operatur. ſola enim charitas eſt, quæ diffuſa in cordibus noſtris p ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, opera bona cum requie operatur, quod alioqui opera noſtra habenda ſint ut ſeruilia, ueluti, quæ fiant, aut cum peccato, aut cum timore, non cum dilectione. Atq; ideo ſabbatum requies ſancta domino dicitur, quæ ſcilicet dei gratiæ tribuenda ſit, non nobis, ueluti ex nobis obueniens. Quin & pontificum Decreta permittunt Dominicis ac aliis feſtis diebus, rei alio-

Sabbatũ ſpirituale.

Matth. 12.

Neceſſitas & charitas in oibus externis diſpẽſant

Matth. 12.
Marci. 2.
Lucæ. 6.

Matth. 12.

Iudæorum malitia.

Sabbati ſignatũ præfertur ſigno.

Requies ſpiritualis.

Auguſtinus Roma. 5.

Oia opera extra charitatẽ ſeruilia.

Sabbatum requies ſancta domino.

Alexander.3. c.licet,de feriis.

qui tẽpore perituræ,unde uictus ſupeditari poſſit,cõſuli ac intendi. Quẽadmodum etiã eſum carnium in Quadrageſima,ac aliis diebus ieiunio deſtinatis,infirmis ac debilibus indulgent,quod legi neceſſitas nõ ſubiaceat,& maius periculum ſemper ueniat euitandum. Vnde liquet eos iniuriam eccleſiæ Romanæ inferre,qui fingunt eã, cerimonias charitati præferre,atq; adeo ſolis cerimoniis uim iuſtificationis ac ſalutis tribuere.

Cur ſabbatũ in diẽ dñicã tranſlatum.

EX quibus etiam liquet,cur ſactum ſit,ut olim deſtinatus ille dies, nẽpe Saturni,Iudæis(ut uidetur) in lege peculiariter præſcriptus, in alium,nempe Dominicum immutatus ſit. Nam id initio ſactum eſt,ne quis iudaizans putaret unum illum certum ac deſtinatum diem cæteris

Galat.4. Hieronym. ibidem. Omnes dies æquales. Dies reſurrectionis iugis. Ad quẽ finẽ iſtituta feſta.

hebdomadæ diebus(quod ad ſe attinet) ſanctiorem eſſe, aut ſabbatum nos,& nõ potius nos ſabbatum ipſum ſanctificare,ut iam in nos nõ cõpetat id,de quo Paulus Galatas increpat dicens:Dies(inquit)obſeruatis,& tempora,& annos, qui ſcimus omnes dies æquales eſſe, nec ꝑ paraſceuen tantum Chriſtum crucifigi,& die dominica reſurgere, ſed ſemp ſanctum reſurrectionis eſſe diem,ac ſemper Chriſtum carnem ſuam & ſanguinem dare pro mundi uita. Sed propter finem inſtitutionis diem feſtum agimus,qui nimirum is eſt,quo quandoq; in unum omnes pariter ueniamus,ut ex conſpectu mutuo lætitia maior oriatur, utq; dei uerbũ

Feſta magis inſtituta ob infirmiores.

audiamus,ac dei opera erga nos exhibita in memoriã nobis reuocemus,& ſanctis ſacramẽtis cõmunicemus,breuiter ut deo toti uacemus. Eſtq; id neceſſarium non tam propter ſpirituales in eccleſia (qui cõtinuũ ſabbatum agunt,quẽadmodum ſtatim dicemus)ſed ob infirmiores, q̃ magis ſeculo uacant q̃ deo,nec poſſunt, immo nolunt toto in eccleſia uitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus deo orationum ſuaꝝ

2

Deus bis condidit mundũ

offerre ſacrificiũ. Secundo,dies ſeptimus in octauũ mutatus eſt, ut cerimonia noſtra diſpenſationi opeꝝ Chriſti reſpondeat. Deus enim quodãmodo bis condidit mundum,& in hoc hominem, imo mundum propter hominem Primum enim creauit qđ non erat, utiq; per filium, dein per eundem incarnatum reſtituit quod perierat. Ibi requieuiſſe dicitur ab opere condendi. Hic Chriſtus ab operibus diſpenſatiõis requieſcens, dum corpore requieſcit in ſepulchro, uelut abrogat Iudaicum ſabbatiſmum,dumq; octaui diei diluculo reſurgit immortalis,ſabbatum euangelicum(quod apoſtolica ſcriptura iuge appellat)nobis commendauit,

Hebræ.4. Dies dñicus cur ſit dictus, Auguſt. de Geneſi contra Manich. lib.1.

eoq; in dies dominicus dicitur,de quo canit eccleſia:Hic dies quem fecit dominus. Itaq; poſt Chriſti reſurrectionem ſabbatum Iudaicum deinceps celebrari deſiit,quod Chriſtus eo die in ſepulchro requieſcens reipſa indicaret,antea requiem quidem mortuorum fuiſſe,ſed non glorificatã, uerum reſurrectiõe ſua aperte declarabat iam aditum ſactum eſſe,ad requiem ſempiternam,nunquã finiendam,quam die dominico recolimus. Quin & animæ omnium ſanctorum ante reſurrectioné corporis in requie quidem ſunt,ſed non in ea ſunt actione, qua receptis rurſum corpo

ribus perpetua & corporis & animi quiete & immortalitate perfruētur. In cuius futuræ glorioſiſſimæ quietis certiſſimum teſtimoniū Chriſtus primitiæ ex dormientibus, ex mortuis reſurgens, iam non moritur, ſed ad dexterā dei patris omnipotentis ſine ſolicitudine, uniuerſa gubernans immortalis ſedet. Dies ergo dominicus ex reſurrectione dominica declaratus eſt, & ex illa cœpit habere feſtiuitatem ſuā, ſtatim poſt Chriſti abitionem ab ipſis Apoſtolis inſtitutus. Quod Iohannes in Apocalipſi teſtatur, cum ait: Ego Iohannes fui in ſpiritu in dominica die.

1.cor.15.
Roma.6.
Auguſtinus.
Apoca.1.

ET quamuis ea ſit diei dominici inſtitutio, ptineatq; illius pia & Chriſtiana obſeruatio ad hoc præceptum nō tñ putādum eſt ſolum hoc iuberi, ut tantum hic dies ſanctificetur, ſed accipi debet præceptum de oībus diebus feſtis hebdomadæ, cōmuni eccleſiæ conſenſu receptis. Nā cum deus omnino uelit, ut aliquo ſaltem tempore ab oībus operib⁹ ſeruilibus abſtineamus, & ipſi ſoli uacemus, ea certe dies ſabbati putanda eſt, quam ad hoc eccleſia communi conſenſu deſtinauit, nec ullus eſt, qui ſit in ueteribus & Latinis & Græcis ſcriptoribus, uel mediocriter uerſatus q ignoret præter dies dominicos ab ipſis ferme Apoſtolorū tēporib⁹ in eccleſia celebres etiā plurimos alios fuiſſe dies ad recolendum mirabilia dei opa in uirginē matre, in ſanctis Apoſtolis & martyribus exhibita. Et cur hoc nō liceat eccleſiæ in natalibus martyrum, q cum Chriſto de hoſtibus triumphātes regnant, quod licuit ſynagogæ, in dedicandis diebus, ob quas inſignes uictorias; dei ope per uiros aut mulieres illuſtres, ueluti Heſter, Iudith, Iudam Maccabæum, ac ſimiles partas?

De feſtis ſanctorum.
Quæ apud nos dies ſabbati.

EX prædictis ſatis percipi poteſt, quænā ſit huius præcepti uis. ſiqdē hæc partim fidē, partim dilectionē reſpicit. Nā quū hoc præceptum ad externum ſabbatum ſecundum ꝓprium ſenſum uerborū accōmodatur, cōſtat in primis ipſum ſpectare ad exercendā fidem & charitatē erga deum cum iubet ut tempus decernat, quo homo totus uacet operibus latriæ, hoc eſt, quo oret ardentius & copioſius, quo de reformādis ſuis & ſuorū moribus cogitet, quo ſe ſuamq; familiam ad audiendum dei uerbum, deumq; ſuper omnia laudandum, incitet ac prouocet, Atque adeo totum diem nō ad fatigationem corporis, ſed ad recreationem ſpiritus & mentis conferat. Spectat etiā ad dilectionem ſeu humanitatē erga proximum exhibendā, qd hic doceamur debere nos nō noſtræ tantum ſaluti, ſed & eorū qui nobiſcum uerſanſ conſulere, ut & ſerui noſtri, ancillæ, filii, & domeſtici oēs, quin aduenæ quoq; qui morantur intra portas noſtras, hoc eſt omnes, qui nobiſcum habitāt in eadem urbe uel uico, ſerui uel ciues, aduenæ uel negotiatores ab omni opere ceſſent. Nulli enim cohabitanti permittitur ſabbati diſſolutio, imo & iumenta ipſa interquieſcere debēt. Hæc eñi charitas expoſtulat, nec hāc cauſam diſſimulat lex, cum addit. Deutero.v. Memento quod & ipſe ſeruieris in Aegypto, & duxerit te inde dominus tuus, ut ſcilicet diuinæ māſuetudinis memoria

Vis huius præcepti & fidē & dilectionē cōplectitur.
Ad dilectionē proximi ſpectat.
Aduenæ.
Deutero.5.

exemplum eſſet humanitatis erga proximum. Quod autem additur de boue & aſino huc reſpicit, quo longius ſubmoueamur ab inhumanitate erga homines, cum iubeamur & iumentis parcere. Siquidem inclemétia in hæc quæ & nobis ſeruiunt iumenta, gradus eſt ad inclementiam erga

1.Cor.9.
Matth.10.

nobis ſubiectos homines. Nec putandum eſt Paulum Apoſtolum, cum diceret: Nunquid de bobus cura eſt deo? ſentire deo nullam curam eſſe boum, cum & in Euangelio dominus teſtetur, ne paſſerculum quidem, ſine illo cadere in terram: ſed Apoſtolus præcipuam dei curam a bobus

Gene.1.

in homines transfert. quemadmodum enim iuméta creauit propter hominem, ita & curat illa in hominis utilitatem.

Memento.

Vtitur autem deus in hoc præcepto ferendo, imperandi uerbo, népe Memento, in quo nos ſegnes & oſcitátes ad ea, quæ præceptú iſtud requirit, excitat. Ná q̃ tardi ſimus ad uacandum ſanctis exercitiis, q̃ ſegnes ad audiendum uerbum dei, quis nõ uidet? Quem torporem ut dominus ex animis noſtris eiiceret præceptú oculis ingerit, quó ſedulo nos interpellat dicens. Memento, ut diem ſabbati ſanctifices. Quo etiá non tantum de otio dici, ſed de ſanctificatione quoq; diſerte præcipit.

Sabbatum ſanctificandum.
Sanctificare

Quáobrem grauiſſime errant, & nequaquam hoc præceptum ſeruant, q ſabbatis ita tantum quieſcunt, ut eos dies uel ſomno, uel fabulæ, uel inertiæ dent, non præſtantes hoc, cuius gratia præceptum eſt proditum. Sanctificari enim iubet dñs diem ſabbati. Sanctificare autem eſt, diem ſanctis operibus tráſigere, in uſus ſanctos collocare, nec ullis deo indignis actionibus prophanare, quod eſt huius præcepti præcipuum.

Labor ex ſe bonus.

Ná quod interim etiam a ſeruilibus ſeu externis & prophanis laboribus abſtinere nos iubet Deus, id facit, nõ ut laborem, ueluti uitioſum damnet, qui per ſe bonus eſt, aut iners otium cõmendet quod malum eſt, ſed ut quod p ſe bonum eſt, aliquo ſaltem tempore ei cedat, quod eſt optimum, & cuius gratia præcipue conditus eſt homo, uidelicet ut cognoſcat, ueneretur, colat,

Labor externus reuocat infirmos a contemplatione dei.
Sex diebus operaberis.

ametq; deum ſuper omnia. Nam etſi in mediis etiam laboribus deus & coli debeat & poſſit, uix tamen homo, ut par eſt, animum in deum attollere poterit, niſi ab his laboribus uacet, qui & tempus abſumunt & animum alio, q̃ ad ſolam dei bonitatem contemplandá, uocant, & a cõuentu eccleſiaſtico retrahunt. propterea dictum eſt: Sex diebus operaberis, & facies oĩa opera tua, hoc eſt, nõ torpebis inerti otio, ſed labore manuum tuarum, nõ tantum tuæ, ſed & proximi neceſſitati conſules. Septimo aút die ſabbatum domini dei tui eſt, ideſt, ſeptimum diem dño deo tuo ſolo ſeparabis ac dedicabis, ut tum cæteris neglectis hoc cures, quod optimú

Externum ſabbatum infirmis datum in ſignum.

eſt, nempe ut deo ſoli uaces. Et uel hinc eſt uidere hanc legem, quod ad externum ſabbatum attinet, potiſſimum infirmis datam eſſe, quo uel per externum otium certo tempore indictum, diſcerent, nõ tantum corpus, ſed & animum habere a tumultuoſis cupiditatibus feriatum, uidelicet ab odio, ab ira, ab ambitione, a libidine, cæteriſq; carnis affectibus.

Subiun-

SVbiungitur autem & cauſa præcepti, cum dicitur: Sex enim diebus fe- Cauſa præ-
cit dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & re- cepti.
quieuit die ſeptimo, idcirco benedixit dominus diei ſabbati, & ſanctiſi-
ficauit illum. perinde atque ſi diceret: Idcirco diem ſabbati ſanctificabis,
quod deus illo die ab omni opere ſuo requieuerit, quodq; eidem diei be-
nedixerit, quod illum ſanctificarit, hoc eſt, ſegregarit & in hoc ordina-
rit, ut tum ipſi deo creatori ſoli uacares. Non putabis autem ſcripturam Occurritur
ſibiipſi contrariam eſſe, quod hic dicat deum ſeptem diebus uniuerſam obiectioni
creationem profeciſſe, alibi uero legas unum diem tantum, in quo uni- Deus creauit oia ſimul
uerſa mundana conditio ſit creata, Nam qui in Geneſi per dies ſingulos Gene.1.
condita omnia retulit, qualiter etiam ſimul omnia una die creata ſub-
iunxit? niſi ut liquido oſtenderet, quod creatura omnis ſimul per ſubſtã
tiam extitit, ſed nõ ſimul per ſpeciem proceſſit. Rerum quippe origo ſeu
materia ſimul creata, ſed ſimul ſpecies formata non eſt, & quod ſimul ex
titit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſubſtantiam for- Cœlum &
mæ. Cum enim ſimul facta, cœlum & terra dicuntur, ſimul ſpiritualia & terra ſimul
corporalia, ſimul quicquid de cœlo oritur, ſimul quicquid de terra pro- facta.
ducitur, indicatur. Scriptum eſt enim: Qui uiuit in æternum, creauit o- Eccleſiaſt.
mnia ſimul. Deinde, cum audis deum requieuiſſe die ſeptima ab uni- Auguſt.
uerſo opere ſuo non imaginaberis deum poſt mundi fabricam opere ſex Deus dicit
dierum abſolutã. quaſi fatigatum ac laſſum, otio indulſiſſe, quid enim requieuiſſe tro
ſtultius de deo cogitari poſſit? qui ſolo uerbo ac nutu abſq; omni labo- po quodam
re ac tædio condidit uniuerſa. Sed tota ſcriptura Geneſeos myſtica, illud ſermonis.
uoluit Iudæos meminiſſe, quod hic mundus a deo conditus ſit, non ut Aug. de Ge-
in his, quæ huius mundi ſunt, conquieſceremus, ſed ut ex his, quæ condi neſi contra
ta ſunt, agnoſcentes conditorem, ad illius exemplum requieſceremus ab Manichæos
amore rerum uiſibilium, ac per fidem uitæq; innocentiam (quæ uera a- lib.1.
nimi pax eſt) ad æternam illam requiem properaremus. Nam ſi omnia Gene.1.
condita ſunt propter hominem, homo uero propter deum contemplan- Pſalm.8.
dum & amandũ. Deus autem teſtetur ſe ab omni opere ſuo requieuiſſe,
omnino cæcus eſt, qui non uidet hoc ipſo deum indicare uoluiſſe, & ut
ipſe homo cõquieſcat ab his, quæ hui⁹ mundi ſunt, utq; requieſcat in ſo
lo deo. Atq; hic agnoſcendus eſt uſitatus ille ſcripturæ tropus, quo de o- Scriptura
peribus dei loquens uerba ad captum noſtrum accommodat, ac deum Verba ad ca
plerunque ſit affectum deſcribit, qualiter homines uel affecti ſunt, uel ptũ noſtrũ
deus eos affici uelit. Quemadmodum enim homines poſt opus aliquot accõmodat.
egregie abſolutum (cui nihil noui affingunt, ſed quod factum eſt, conſer
uant) ab opere ſuo requieuiſſe dicuntur, Sic deus requieuiſſe dicitur ab Iohan.5.
omni opere ſuo, nõ quaſi fatigatus ab opere, ſed quod deinceps nihil no- Deus vſque
ui operis crearit. Interim tamen a rerum conditarum cõſeruatione, pro- mõ operatur.
pagine, reparatione & gubernatione, nunquam deſiſtens. In quam ſentẽ- Iohan.5.
tiam accipiendum eſt, quod Chriſtus Iohannis quinto ait: Pater meus

uſq; modo operatur, & ego operor. Quæ de principali ſententia huius præcepti dicta ſuffecerint.

De interno ſabbato.
Matth.5.
Heb.4.
Auguſtinus.

VErum cum Chriſtus uenerit, nõ ut ſoluat legem, ſed ut adimpleat, hoc eſt, ut doceat & faciat, non tantum quæ inchoant hominem, qualia externus legis cortex requirere tantum uidetur, ſed etiam ea, quæ hominem perficiunt, Idcirco Apoſtoli dñi aliiq; uiri apoſtolici hoc præceptum, quod ad perfecte Chriſtianos & uere pios attinet, latius etiam ſe porrigere cõteſtati ſunt, atq; adeo hoc præceptum ſanctis ac piis hominibus totum myſticum eſſe uolunt, Quo deus ſignificet populum ſuum iuge ſabbatum celebrare oportere, hoc eſt, requiem internam, quam certe nulli externi labores in uerae piis interturbare unquam poſſunt. Sic Apoſtolus Paulus teſtatur Iudæos, quibus prioribus annuntiatum eſt de ſabbato, non introiſſe in requiem propter incredulitatem. Proindeq; deum iterum terminaſſe diem quendam in Dauid dicendo: Hodie ſi uocem eius audieritis nolite obdurare corda ueſtra. Nam (ut ſubiicit) ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſt hac die, ut cõſequens ſit relinqui ſabbatiſmum populo dei. Qui eni eſt ingreſſus in requiem eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut & a ſuis deus. quamobrem etiam ſubinde iubet Apoſtolus, ut feſtinemus per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ingredi in illam requiem, quæ eſt iugis & perpetuus ſabbatiſmus. Quem etſi patres ueteris legis ac prophetæ haud obſcure indicauerint, ueluti cum Dauid ait: Vacate & uidete, quoniam ego ſum deus. Et iterum: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, Eum tamen ſolus Chriſtus exertiſſime, perfectiſſimeq; docuit, & tota uita celebrari iuſſit: Qui in hoc conſiſtit, ut ne nos quidpiam tanquam ex nobis, humanos affectus ſequuti operetur, ſed aſſentiẽdo patiamur ſpiritum dei in nobis operari, quieti ſcilicet & attenti, quid in nobis loquatur dominus deus. Operatur autem in nobis ſpiritus dei bifariam. In primis mortificando carnem. Deinde uiuificando ſpiritum. Itaq; ad hunc ſabbatiſmum pertinet ut ſedulo ac per totam uitam carnem mortifices omneſq; affectus & concupiſcentias eius in Chriſto cruci configas, ac penitus enecare ſatagas, donec tãdem hoc mortale totum abſorbeatur. Nam quo magis carnem mortificaueris, tanto magis ſabbatum ſanctificaueris & requiem animi pleniorem adipiſceris, quod caro quandiu in totum mortificata non fuerit, rebellionem aduerſus ſpiritum moliatur. Itidem hoc ſabbatiſmo (qui proprie Chriſtianorum eſt) exigitur, & renuntiemus, ſaltem animo, omnibus quæ poſſidemus, hoc eſt, ut rebus iſtis temporariis, quamuis affluant, cor non apponamus, ſed ut theſaurum noſtrum in cœlis repoſitum eſſe agnoſcamus, ut mentem a rebus externis intro reuocemus, ut amori dei omnia poſtponamus, atq; adeo ut perdamus animã noſtram propter deum & Chriſtum eius, hoc eſt, ut ne quidem hanc uitam deo charitatẽ habeamus. Præterea ut cru-

Piis hoc præceptum totũ myſticum.
Iuge ſabbatum.
Hebræ.4.
Pſal.94.
Auguſt. Geñ.
Iugis ſabbatiſmus indicatus a patrib.
Pſalm.45.
Pſalmo.36.
Iugis ſabbatiſmus in quo conſiſtat.
Pſal.84.
Spiritus dei in nobis bifariam operat.
1
2
Galat.5.
Chriſtianus omnib. quæ poſſidet renũtiare debet, & quomodo.
Pſalmo.61.
Matth.6.
Matth.16.

cem noſtram in humetos tollamus, & Chriſtum ſequamur, hoc eſt, ut quæcunque aduerſa nobis illata fuerint exemplo Chriſti patienter feramus, ab omni uindictæ cupiditate, ſeu animi amarulētia penitus alieni. Reuera enim tolerantia ac patientia omnis aduerſitatis, requies ſpiritus eſt, de qua Chriſtus dixit: In mundo preſſuram habebitis, in me uero pacem. Et alibi: In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Ad hunc ergo modo ſanctificamus ſabbatum, quum uehementer læſi, non retaliamus iniuriam, ſed ceſſamus ac permittimus, ut deus in nobis nō tantum patientiam (qua domino omnem uindictam reſignamus) ſed etiam gaudium in tribulationibus operetur: quod fit cum ſpiritu intus docemur, nos externa moleſtia affici, uel ut mortificetur caro uel ut præſens peccatum, uel ueteris peccati reliquiæ tollantur, uel quod digni ſimus habiti pro nomine Ieſu contumeliam pati, de quo ſuperius in ſecundam & tertiam particulam orationis dominicæ fuſius diximus. Denicꝫ hoc ſabbatum celebramus, quum in lege domini iugiter meditamur, quum nobis penitus diffiſi, ad pedes domini, quieti & attenti ſedemus, & audimus uerbum illius, quum non noſtro, ſed dei ſpiritu ducimur ac gubernamur, hoc eſt, quum omnia opera noſtra, non ex noſtris affectibus, ſed ex dei cooperantis præſcripto & inſtinctu agimus. Quemadmodum Apoſtolus ait: Deum eſſe qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Nec enim aliter requieſcere poterimus niſi ſpiritus ſanctus in nobis requiem illam effecerit, quam quidem ubique oramus, ſed niſi deum amando non inuenimus. Inuenimus autem, quum charitas diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum. Vnde & hoc tertium præceptum non abſurde ab Auguſtino tribuitur ſpiritui ſancto, ſicut primū patri, ſecundum uero filio.

Singulis ſua crux ferenda. Matth. 16. Patientia. Requies. Iohan. 16. Leuit. 21. Quomodo cōparādū animi gaudium in tribulationibus. Acto. 5. Pſal. 1. Lucæ. 10. Aug. in Geñ. Spiritus ſanctus efficit in nobis requiē Roma. 5. Auguſtinus. Hoc præceptum tribuitur ſpiritui ſancto.

NEcꝫ uero ob id exiſtimabis te hunc ſpiritalem non agere ſabbatiſmum, uel quod non ſemper abſtineas ab externis operibus, uel ꝙ nōdum uideris tibi in hac uita perfectā nactus quietem. Nā etſi quandiu in hoc es corpore, corpore penitus & omnino uacare non poſſis, animo tamē, dei dono adiutꝰ, uacare poteris, præſertim ſi oīa ſic opereris, ut tua intentio, non niſi in futuram illam ac ſempiternā requiem ſit directa, in qua erit ſabbati plenitudo, quā ſcriptura ſabbatum ex ſabbato, ſeu ſabbatum ſabbatorū myſtica ratiōe deſignat: quod tum demū facies, ſi fidē ſubinde excites, ſpem acuas, charitatē extimules, deū in omni opere tuo celebres, ſalutaria ſemper petas, & pro oībus gratias agas. Hic aūt ſabbatiſmus tam eſt nobis neceſſarius, ut neget Chriſtus ſe agniturum pro diſcipulo, aut reputaturum dignū ſe, ꝗ hunc ſabbatiſmum agere neglexerit. Quod & in lege ſignificatum eſt, quæ teſtatur deum ſabbatum benedixiſſe & ſanctificaſſe, hoc eſt, ſegregaſſe ſoli ſibi, quo quid aliud indicatur, ꝗ ſolum ſabbatum, hoc eſt internam requiem, qua ab operibus noſtris quieſcentes, aſſentiendo ſinimus deum operari in nobis, a deo bene-

Externi labores non impediunt iugem baptiſmum. Auguſtinus. Sabbatū ex Sabbato. Sabbatū ſabbatorum. Matth. 10. 16. Marci. 8. Lucæ. 14. Quid ſignet ꝙ deus ſolū ſabbatum, & nō alios dies legitur benedixiſſe.

dictum eſſe: Reliquã uero omnem uitã & opera noſtra ueluti prophana cẽſenda. Et reuera maxima eſt pioꝝ cõſolatio, quod nõ tantum hoc habent præ aliis peculiare, quod in oĩbus, ſiue ꝓſperis ſiue aduerſis æquam ac quietam mentem ſeruent. Sed quod & certo ſciunt hunc ſabbatiſmum, quem in hac uita inchoant plenitudine optatiſſimæ quietis (quæ in requie ſempiterna olim continget) perficiendũ eſſe, idq; edocti ex Chriſti uerbis, qui hunc ſpiritalem ſabbatiſmum, unum ac ſolum nobis neceſſarium, nunquam item finiendum aſſeuerat, de Maria Magdalena ad pedes ſuos, in hunc modum ſabbatizante, ſic inquiens: Porro unum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Conſolatio piorum.

Lucæ.10.

QVanquã autem Chriſtianis uere piis, oĩs dies, Dominicus habendus, ac in hunc modum ſpiritualiter ſabbatizandum perpetuo ac continue ſit, propterea tamen externum ſabbatum abrogatum cẽſeri non debet. Nam quum (ut ſupra diximus) inter Chriſtianos plurimi adhuc ſint imbecilles & infirmi, qui ad eam ſabbatizandi perfectionem nondum pertingunt, retinenda erat hæc lex in eccleſia tanquam pædagogus imperfectorum, in eam ſenſim perfectionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, adducens. Quin nõ tantum infirmis, ſed & perfectioribus, ac iã tota mente deo uacantibus, diebus feſtis ab omni opere externo ceſſandum eſt. Tum ad conſeruandam eccleſiæ diſciplinam, tum ob uitandum ſcãdalum, tum deniq; ut animus ab omni corporea actione auocatus, alacrior ac ardentior in dei contemplatione aſſurgat.

1 Chrſ. nõ abrogauit externum ſabbatum.

SAnctificant ergo (ut ſuperius meminimus) hoc externum ſabbatum, In primis, qui die dñico, diuinæ uacatiõi deſtinato, ſe totos huc cõferunt, ut ſi quid p cæteros dies ex humanis negotiis contractum eſt labis, id ut diluant, ac cum deo in gratiã redeant, & ſi quid cum quoquã ſimultatis habeant, ex animo reiiciant, & ſic demum ab om̃i odio puri, & ab om̃i crimine requieti, ingrediantur dñi templũ, totos ſe ad dei laudẽ cõponentes. Sic enĩ ſabbatizandũ iuſſit Chriſtus, quũ ait: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabꝰ ueſtris.

Quibus modis externũ ſabbatũ ſanctificetur. Et cũ deo & cũ proximo in grãm redeundum. Matth.11.

Deinde, recte ſanctificant ſabbatum, qui eo die corpora ſua exhibent hoſtiã uiuentem, ſanctã, deo placentem, q mortificant membra ſua, quæ ſunt ſuper terrã, hoc eſt, ſuos affectus carnales mactant, ac igne ſpirituali abſumunt qui cor cõtritum & humiliatum ad deum afferunt. Sacrificium enim deo ſpiritus contribulatus. Qui propoſitum certum faciunt deinceps ab omni opere ſeruili, hoc eſt, ab omni peccato abſtinẽdi, Quod omnis qui peccet, ſeruus ſit peccati. Præterea ſabbatum ſanctificant, qui deo eo die neglectis oĩbus præ ſtudio audiendi & diſcendi uerbum dei in eccleſiam properant, ut ex ore ſacerdotis diſcant Euãgelium & uoluntatem dei, q ex eccleſia redeuntes interpretationem Euangelii auditã domi repetunt ac ueluti ruminant, q auditum uerbum neq; leuiter trãſmittunt, neque ſpinis cupiditatum huius ſeculi enecant, neq; diabolo ſuffo-

2 Roma.12. Pſalm.50. Iohan.8.

3 Chryſoſtomus in Iohãnem homilia.2. Matth.13.

canti

canti uerbi ſemen aditum præbent, ſed auditum uerbum cum Maria Lucæ.2.
in corde recondunt ac conſerunt, ut fructum per manentem faciant.
Ad hæc, ſabbatum ſanctificant, qui dei beneficia in ſe collata cū ſum 4
ma gratiarum actione rememorant, & præſertim qui ſummi illius bene
ficii (cuius ſignum eſt ſabbatum noſtrum) nimirum paſſionis ac reſurre
ctionis Ieſu Chriſti piam agunt memoriam, qui diuinis etiam ſacramē
tis, & ei potiſſimū quod Chriſtus in ſui commemorationem inſtituit,
communicant, qui non uentris, ſed animæ ſolicitudinem gerunt. Neq; Ambroſius
enim facile excuſare ſe poteſt, qui quum ſacramentorum die prandium ſermone.11.
ſibi domi præparauit, prandium cœleſte contemnit, & uentris curam fa
ciens, animæ ſuæ negligat medicinā. Verum ne hic duriores uideamur,
ſi hæc eſt præſentium temporum conditio, ut non facile in uſum reuo
cari queat aſſidua illa ſacramentalis communio, quæ olim ſingulis die
bus dominicis ſumma cum pietate fiebat, ſaltem hoc requirimus, ut his
diebus tota miſſa a nō impeditis deuote audiatur, utq; ſaltem ſacræ do
ctrinæ, precationis, laudis & gratiarum actionis communio ſpiritualis
celebretur. Præterea ſabbatum ſanctificant, qui toti in dei laudem & 5
gratiarum actionem diebus feſtis profuſi ſunt. Nam hoc eſt ſacrificium
laudis, quo honorificari uult dominus, Pſalm. xlix. Ad quod etiā Pau pſal.49.
lus inuitat, quum uult, ut ſimus commonentes noſmetipſos in pſalmis, Coloſſ.3.
& in hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus
noſtris deo. Denique recte ſanctificant ſabbatum, qui ad exemplum 6
Chriſti domini ſui operibus miſericordiæ ergā proximū exhibendis, fe
ſtis potiſſimum diebus toti incumbunt. Sic enim Chriſtus ſabbato pa
ralyticos curabat, cæcos illuminabat, aridos reſtituebat, ac quibuſlibet
morbis oppreſſos ſanabat. Qui & teſtatur, deum miſericordiam uelle, & Matth.9.
non ſacrificiū: quin hoc eſſe ſacrificium deo placens, ſi a fratre noſtro ne
ceſſitatem patienti, uiſcera noſtra non claudamus. Si (uti dominus apud 1.Ioh.3.
Zachariam cap. vii. iubet) unuſquiſq; cum fratre ſuo miſericordiā & mi zacha.7.
ſerationes faciat, Et quod apud Nehemiam & Eſdram præcipit: Si mit Nehe.8.
tamus partem his, qui non præparauerunt pinguia, & mulſum, quia ſan
ctus dies domini. Recte ergo diuus Ambroſius monet ut in feſtiuitati Ambroſius.
bus & delictorum fæce nos purgemus, & eleemoſynam faciamus largio
rem, ne extranei ſint alimoniis, qui fratres ſunt in ſacramentis. Quale
enim, ut ſubiicit, erit, ſi in una eademq; domo inter ſeruulos unius do
mini alter exultet in holoſericis, alter conſumat in pannis, alter æſtuet
cibo, alter famem, friguſq; ſuſtineat. Sed iam uideamus, quibus modis
in hoc præceptum peccetur.

PEccāt itaq; in hoc præceptū, qui aliquid operis externi (quod quæ peccantes hoc pceptū
ſtus gratia ſolet exerceri) faciunt, ueluti ſunt, arare, fabricare, nego
tiari, niſi tamen excuſet aut magna neceſſitas aut magna utilitas. Nam 1
cum ſemper dei cauſſa cæteris rebus longe anteponenda ſit, & quotidie

pietati ſtudendum, quis non uidet ſcelus eſſe, nolle ut uel diebus domini
Nume.15. cis externa cedant rebus internis, quũ huc pariter inuitent & Apoſtolo-
rũ inſtitutio, & populi Chriſtiani ſolennis cõuentus ſacra etiam lectio,
ſacra concio, ac religioſi ritus a patribus inſtituti. Numeri. xv. legimus,
cum hominem, qui ligna collegerat in die ſabbati, oblatũ Moſi, Aaron,
Exodi.14. & uniuerſæ multitudini, iuſſu domini lapidibus obrutum eſſe, extra ca-
ſtra. Exodi quoq; xiiii. narratur, q̃ grauiter peccauerint, qui cõtra man-
datum domini abierunt colligere manna in die ſabbati. Quanto ergo
magis putandũ eſt, eos grauiſſime peccare, q negotiationibus diebus fe-
ſtis toti incumbunt. Nec uidemus qui excuſari poſſint magiſtratus, qui
Nũdinas diebus feſtis haberi, ſcelus. non prohibent hiſce diebus haberi nundinas, & patere cauponas, quum
hic palam in hoc præceptum peccatũ cõmittatur nõ ſine graui indigna
tione dei. Deinde impingunt in hoc præceptum qui diebus feſtis ſpe-
Choreæ. ctaculis, ludis, aleæ, ſaltationibus, aut choreis ſunt intenti, qui comeſſa-
tionibus, ebrietatibus, ſumptibus uacant, qui colloquiis prauis, ac turpi
Carthag. cõc. bus cantilenis diem ſanctũ conſpurcant, quos Carthaginenſe & Toleta
Toletanum. num concilium excommunicandos decernunt. Nõ enim ſolẽnitates &
Chryſo. homil. in 1. epiſto. ad Corin. cap. 11. feſta ideo inſtituta ſunt, ut turpitudini ſeruiamus, ſeu ut delicta congre-
gemus, ſed ut illa prorſus abiiciamus. Nec ideo inſtituta ſunt, ut ea cibo
rum abundantia, ſed ſpiritus exultatione celebremus. Et qui fieri poteſt,
Ambro. lib. 3. de uirginita. ut in choreis ſabbati ſanctificatio ſeruetur, ubi in tuta uerecundia, illece
bra ſuſpecta eſt. Nemo enim (ut dixit quidam ſecularium doctor) ſaltat
ſobrius, niſi qui inſanit. Quod ſi iuxta ſapientiam ſecularem, ſaltatio-
nis, aut temulentia author eſt, aut dementia, quid diuinarum ſcriptura-
rum cautum putamus exemplis? Quum Iohannes Chriſti prænuntius
ſaltantis optione iugulatus exemplo ſit, plus nocuiſſe ſaltationis illece-
bram q̃ ſacrilegi furoris amentiã. & qui fieri poteſt, ut a ſpectaculis quis
2. Reg. 11. illæſus euadat, quum Dauid ex eo quod uidit Berſabeam lauantem ſe,
prouocatus ſit ad libidinem? Et Dina tabernaculum patris egreſſa, tan-
tum ut filios Sichem ſpectaret, ſpectata ipſa uitium paſſa ſit. Et quid eſt
Gene. 34. Theatrum. (inquit Chryſoſtomus) in theatro, niſi riſus ineptitudo, diabolicus fa-
ſtus, effuſio temporis, impendium & ſuperflua dierum cõſumptio, malæ
cupiditatis inductio, adulterii meditatio, intemperantiæ ſchola, turpitu
dinis exhortatio, riſus materia, inhoneſtatis exemplar? Neq; tamen hi
tantum qui choreis indulgent ac theatris intendũt, in hoc præceptum
peccant, ſed etiam qui tametſi in eccleſiam diebus feſtis ſe recipiant, & ce
rimoniam obſeruent, ſpiritu tamen, ea ipſa ob, quæ conuenit, non perfi-
ciunt, quos dominus apud Eſaiam cap. xxix. deſignat, dicens: Populus
Eſaiæ.29. hic labiis me honorat cor autem eorum longe eſt a me. Quin apud Hie
Hiere.48. remiam. xlviii, Is maledictus pronuntiat, qui opus dei facit negligenter.
Michææ.6. Nam hoc demum bonũ eſt, ut Michæas cap. vi. teſtatur, ſi ſolicitus am-
bules coram deo tuo. His uero grauius peccãt, qui in templis diebus

feſtis deambulant, de rebus prophanis, ſæpe etiam uanis ac turpibus ſine ulla dei reuerentia ac ueneratione confabulanť: Qui ne ſuum delictũ leue eſſe putent, recolant Chriſtũ, Iohan. ij. facto de funiculis flagello eieciſſe ementes & uendentes de templo, & menſas nũmulariorum ſubuertiſſe, ac dixiſſe: Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronum. Peccant itidem in hoc præceptũ, qui diebus feſtis dei uerbum & ſacrum non audiunt, item qui nõ orant, nec deo ſpiritu ſeruiunt. Deniq;, internũ ſabbatum prophanãt, qui ſe deo non totos ſubmittunt, qui non ſic omnia ſecũ agi uelint, ut uult ipſe deus, qui ſeipſos ulciſcuntur, qui non audiunt quid in eis loquať deus, ſed ſuos affectus ſequunť, & ſi quid in ſpeciem boni agunt, ueluti qui orãtes aut ieiunãtes aut eleemoſynã faciẽtes, huc ſe magis humano ductos affectu, nimirum eo fine, ut cõſpiciant ab hominibus, q̃ per ſpiritũ ſanctũ, hoc eſt, charitatem dei & proximi, concitatos agnoſcunt. Itidem peccant, qui nõ cõmodant proximo neceſſitatẽ patienti, quũ poſſunt.

Iohan. 2. 5 6 7

EX his oĩbus uides, quãta & q̃ non leuis momenti ſint ea, quæ præcepta primæ tabulæ docent. Quibus certe tota uis Chriſtianiſmi, ueluti breui quodã cõpendio cõprehendiť, quæ & in hoc tertio præcepto myſtice intellecto, in unum quiddam redigitur, Nempe, ut animam noſtrã oderimus, noſipſos abnegemus, ac toti nobis diffiſi, ad pedes Chriſti ſedeamus, uerbum illius audiamus, fide, ſpe, & charitate erga deum inardeſcamus, ac dei ductibus obſequamur, fructum bonorum operum in deo facientes, & mandatum eius obſeruantes. Atq; hæc omnia ſic cohærent, ut qui unũ habet, omnia habeat, & qui uno caret, careat quoq; cæteris Habet enim doctrina Chriſtiana (ſicut & cæteræ) plurima dogmata, habet fides complures articulos, ſed omnia tandem rediguntur in unum, hoc eſt, in ſpirituale ſabbatũ, quæ eſt charitas de corde puro & cõſciẽtia bona & fide nõ ficta, diffuſa in cordibus noſtris p ſpm̃ ſanctũ, finis & adimpletio legis, per quam Chriſtus, ſalus, & uita noſtra principium itẽ & finis legis, mẽtes noſtras inhabitat. Porro quũ tãta ſint quæ his præceptis cõtinenť, quis nõ uidet ea hominẽ ſuis uiribus nequaquã præſtare poſſe? quũ nullũ hominẽ in hac uita eadẽ perfectæ unq̃ præſtitiſſe cõſtet. Aliam ergo q̃ ex nobis uiã, Chriſtus cõmonſtrauit, qua eadẽ a deo, q hæc ſolus operať in nobis, p noſtro modulo adipiſcamur quæ eſt ardens & fidelis ad deũ oratio. Cõſtat enim nos id quod primo præcepto exigiť, in oratione dominica, tũ p̃cari, quũ dicimus, Sanctificeť nomen tuum. Itidẽ quod ſecundo præcipiť, quũ dicimus, Adueniat regnũ tuum. Deniq; quod tertio iubeť, quũ dicimus, Fiat uolũtas tua ſicut in cœlo & in terra, ut pulcherrime hæc oratio ad Decalogũ quadret.

In tribus prioribus præceptis tota uis Chriſtianiſmi cõprehendiť.

In doctrina Chriãna oĩa redigũtur ad unum. i. ſpirituale ſabbatum.

I. Timoth. I.

Auguſtinus. de ſpũ & lra ca. 36.

Oratione conſequimur, ut primæ tabulę obſequamur.

Sequitur ſecunda tabula, quæ proximorum dilectionem reſpicit.

QVARTVM PRAECEPTVM.

HONORA PATREM TVVM, ET MATREM tuam,& eris longæuus in terra.

INter præcepta ſecundæ tabulæ nõ immerito primũ eſt, quod de honore parentibus tribuẽdo conſtituit. Cõueniebat enim, ut poſt præcepta primæ tabulæ, qbus ad deũ ordinamur, ipſumq; ſup oĩa amare ac colere iubemur, præceptũ de honorãdis parẽtibus (qui dei loco ſunt) proxime ſubſequeret. Vt aũt intelligas, q̃ late ſe hoc præceptũ porrigat, noſſe oportet, qui nam ueniant appellatione parentũ in ſcripturis. In primis itaq; parentes proprie ſunt, qui nos carnaliter genuerũt, quibus poſt deũ hoc debemus, q̃ ſumus, de qbus Eccleſiaſt. iii. dicit. Qui timet deũ, honorat parentes, & quaſi ſeruiet his, qui ſe genuerunt. Deinde parentes dicunt, qui nobis prælati ſunt ac præſidẽt, E quorũ numero primi ſunt animarum præfecti, ſacerdotes ac paſtores. Hos enim recte quis dixerit patres, nẽpe ſpũales, quemadmodũ Apoſtolus. i. Corinth. iiii. ait: Nõ ut confundã uos hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos moneo. Nã ſi decẽ millia pædagogoꝶ habeatis in Chriſto, ſed nõ multos patres. nam in Chriſto Ieſu per Euãgeliũ ego uos genui. Et iterũ, Galat. iiii. Filii mei, quos iterũ parturio, donec formet Chriſtus in uobis, De quibus etiã potiſſimum dictum eſſe uidet: Interroga patrẽ tuum, & dicet tibi: maiores tuos, & annuntiabunt tibi. Proxime & ſecũdum ſacerdotes & paſtores, ſcriptura magiſtratus ciuiles, qui gladii poteſtatẽ habent, parẽtum loco ducit. Sic. iiii. Reg. v. legis: Famulos Naaman principis, dñm ſuũ patrẽ appellaſſe. Pater, inquiunt, ſi grandem dixiſſet tibi rem propheta, facere debuiſſes. Breuiter, quicunq; nobis præſunt, ſiue publice, ſiue priuatim, recte patres appellant, quales ſunt oẽs, quoꝶ imperio paremus, & quos dños uocamus. Denicq;, qui quácunq; noſtri curã gerunt, ueluti tutores & curatores, præceptores & pædagogi. nã quũ in paternũ officiũ ſuccedant, iuſtũ eſt, ut & nomẽclaturæ honorem ferant. Quãobrẽ apud Romanos pulcherrimo uocabulo uocati ſunt patresfamilias & matresfamilias, qui domui & toti familiæ præſiderent. Principes uero etiã patriæ patres appellati ſunt. Præterea non repugnamus, ut & quoſcunq; ſeniores, qui nos annis anteſtant præſertim (modo uitæ inculpatæ ſint) patres appelles. Ad oĩa ergo hæc parentũ genera hoc præceptũ porrigitur, quãuis ordine quodam, eſtq; inter ſequentia præcipuum & primum in promiſſione, uti Apoſtolus ait, & nos latius inferius exponemus.

parentũ appellatione q veniant. — *Carnales. Eccl. 3.* — *Spirituales. I. Cor. 4.* — *Galat. 4.* — *Deuter. 32.* — *Magiſtratus.* — *4. Regũ. 5.* — *Qui nobis imperãt publice vel priuatim.* — *Principes patriæ patres.* — *Seniores.*

IVbet uero deus, ut honore parentes afficiamus. Honor tria complectitur, nempe amorem, obedientiam, & reuerentiã, quæ ut parẽtibus nõ tantũ affectu, ſed & re ipſa & effectu exhibeamus, id deus a nobis hoc mandato requirit. Parentes ergo, ex quibus prognati ſumus, poſt deum intimo ac ſupremo amore proſequemur & amplectemur, cogitãtes eos

Honor tria complectit. — *Parẽtes carnales qão amandi.*

non

non tãtũ eſſe proximos noſtros,quos ſicut nos diligere præcipimur, ſed & uitæ noſtræ cauſam,quæ ex parte in eis quoddã diuinæ maieſtatis ueſtigiũ adumbrat. Vnde quicquid ſummus ac ſyncerus amor poſtulat, hoc totũ in parentes ex animo profundere, eoſdemq; & animi & corporis bonis,quod in nobis eſt,cumulare debemus. Quáobrem ſi parentes habeas,in quibus pietatẽ deſideres,ſumma ope niti debes,ut eos nõ quidem acerbe,ſed reuerentiſſime admonitos,ad Chriſtũ ac pietatẽ trahas, ut de dei uoluntate inſtructos,ex malis bonos efficias,quod pleroſq; ſanctorum pientiſſimo ſtudio feciſſe legimus. Deinde cura eorũ q̃maxima habẽda eſt,ne quid eis,quod ad corporalẽ neceſſitatem attinet,deſit. Potentiſſimum exemplũ filialis amoris erga parentes Chriſtum habes,quẽ Euangeliſta memorat,etiamdum in cruce poſitũ,& crudeliſſime tractatum ſub inſtantem morte dilectiſſimæ matris,non ſine affectu lõge omniũ pientiſſimo memorẽ fuiſſe,eádemq; uirginẽ diſcipulo uirgini cõmẽdaſſe. Tobias quoq; iunior q̃ fuerit in patrẽ pius,hiſtoria, quæ Tobiæ inſcribitur,declarat. nam & manuum ſuarũ labore patrẽ ſuum ſenẽ & luminibus orbũ educauit. Quod exemplũ oĩbus imitãdum eſt, quibus ſunt parentes eorum ope indigẽtes.his enim uictum atq; alia omnia ad uitam commode traducendam neceſſaria,hilariter ſuppeditare debent, nec ullam cauſam parentũ ſaluti anteponere. Acerrime Chriſtus increpat Phariſæos,qui auaritiæ ſuæ religionẽ prætexentes,filios a pietate in parentes auertebant,docẽtes eos matri uel patri indigẽtibus,ut dicerẽt, Corban,quod eſt,donum quodcunq; ex me tibi profuerit,nec permittebant eos quicquã facere patri ſuo aut matri,reſcindẽtes uerbum dei per traditiones ſuas. Certe maxima religio eſt,parentes pauperes, exules, ſenes & pios complecti,illiſq; modis omnibus ſuccurrere. nam hæc eſt dei uoluntas hoc præcepto declarata. Debes autem benefaciendo parentibus,ſic affectus eſſe,ut quantũcunq; benefeceris, nunquam te feciſſe ſatis exiſtimes, Atq; interim deo maximas gratias agas,quod tibi hunc affectum de parentibus benemerendi donauerit.

Parentes dei loco.

Parentes impii ad pietatẽ adducendi.

Tale legimus de ſctõ Pantaleõe martyre

Exẽpla pietatis in parẽtes, Chriſtus. Iohan.19. Tobias.

Hanc legem Chr̃us ſpẽalẽ eſſe docet cui cedere debeant quæuis externa.

Summa religio pietas in parentes.

SEd dices. Si hæc ita ſe habent, quid ſibi uult, quod Chriſtus ait Lucæ.xiiii. Si quis uenit ad me,& non odit patrem ſuum,& matrem,& uxorem,& filios,& fratres,& ſorores,adhuc aũt & animã ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus? Et iterũ Matth.x. Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuũ,& filiam aduerſus matrem ſuam. Et quod Chriſtus Lucæ.ix. uolenti prius ſepelire patrem ſuum,antequam eum ſequeretur, dixit: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos? Reſpondemus ipſum Chriſtum te hiſce locis docere,quid nam uelit,ut interprete non ſit opus. Sic enim inquit apud Matthæũ cap.x. Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me,non eſt me dignus. Quin ad eum modũ non tantũ qui parentes, ſed & qui amat filiũ aut filiã ſup me,nõ eſt me dignus, Qui amat animã ſuã,hoc eſt,uitã iſtã temporalem,plus q̃ Chriſtũ,hic (Chriſti teſtimonio)

Quæſtio. Lucæ.14.

Matth.10.

Lucæ.9. Dilutio.

Matth.10. Amor dei amori parentum antepo nendus.

Ordo dilectionis.

non eſt Chriſto dignus. Primus enim dilectionis gradus ad deũ & Chri-
ſtum ordinandus eſt. Deinde parentes & cæteri ſuo quiſq; ordine diligẽ-
1 di. Nam ſi officium parentibus exhibendum eſt, quanto magis authori
2 parentum, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes. Amãdus eſt pa-
ter, ſed præponendus eſt creator, debetur affectus parentibus, ſed maius

Quo odio impii Parentes proſequẽdi:

obſequium ſalutis debetur authori. Ergo parentes quantũcunq; alio-
qui amandi, relinquendi ſunt, ſi impediant deuotæ mentis affectum, re-
linquendi quidem non odio perſequutionis, ſed diſſimulationis pietatis,
non crudelitatis. Abſit enim, ut Chriſtus, qui dixit, Diſcite a me, quia mi-

Matth. 11.

tis ſum & humilis corde, amarulentum odium filiis in parentes manda-
uerit. In ſumma, quum licet patẽtes ſimul cum deo colere, proxime poſt
deum colendi ſunt, ſi utrunq; cum animæ ſalute fieri non poteſt, dicen-

Quatenus copula terrenæ cognationis agnoſcenda.

dum eſt patri & matri, Neſcio uos, & fratribus ac filiis, ignoro uos. De-
bet enim copula terrenæ cognationis agnoſci, ſed ſi curſum mentis præ-
pedit ignorari, debet affectus in parentes uiſcera mentis implere, ſed a
ſpiritali propoſito non auertere.

Obediẽtia parẽtibus debita, & quæ

Prouerb. 1.

SEcundo, quũ deus iubet honorari parentes, obedientiã præcipit. Obe-
dientia omniũ uirtutũ mater eſt, & iuſtitia uniuerſalis, cuius primus
gradus eſt, poſt deũ obedire iudicio & authoritati parentum. Audi
(inquit Salomon) fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem ma-
tris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo & torques collo tuo. Exempla ſan-

Exempla obediẽtiæ erga parentes.

Gene. 22.

Hiere. 35.

Chriſtus.

ctorum habes innumera, quæ huc te cohortantur. Iſaac figura Chriſti
triginta iam annos agens, patri ſe colliganti non reſtitit, imo & ad im-
molandum quoq; ſe copiam ſui fecit, quãuis non ſine diuino inſtinctu.
Rechabitæ iuſſu Benadab patris, abſtemii facti ſunt. Sed quid homines
mortales referimus, Chriſtus Ieſus dei & hominis filius. Ioſeph & Mariæ
parentibus ſubditus fuiſſe legitur, deus ſeruulis, immo Ioſepho non aliã

Luce. 2.

ratione, q̃ ꝙ eſſet pater opinione ac lege, non natura.

Honor parentibus debitus.

POſtremo, deus non tantũ reqrit, ut obedientiã, ſed & honorẽ (quod
eſt ſummũ utiq; obedientiæ opus) parẽtibus præſtemus. Honor in
eo conſiſtit, ut magnifice de parẽtibus ſentiamus, ut eos honorificẽtiſſi-

Honor parentum in quo conſiſtit.

me colamus, ipſorũ iudicio & authoritati plurimũ tribuentes ac deferẽ-
tes, Nunquã autẽ contẽnamus aut uilipendamus, & ſi pauperes, ſe nes, ca-
pulares aut etiã deliri ac moroſi fuerint. Quibuſlibet enim uitiis nomẽ

Non debemus eſſe acuti in parentũ uitia aut ignobilitatem.

patris & matris anteponendũ eſt, nec quales parentes, ſed ꝙ parentes ha-
beamus, æſtimandum. Nam ut in maximam claritudinem perueneris,
patri etiã ignobiliſſimo, hanc claritudinẽ acceptã referre debes, cui poſt
deum debes, ꝙ es. Ioſeph ille in Aegyptum uenditus, ac dein dei prouidẽ-

Geneſis. 46. 47. & 48.

tia ſublimatus, ut eſſet primus poſt regẽ, quãto honore proſequutus ſit
patrem Iacob, deſcendentẽ ad ſe in Aegyptũ, quanta celebritate in Aegy-
pto defunctũ extulerit, ac ad patres in terra Chanaan appoſuerit ac ſepe-
lierit, cap. Gene. xlvi. xlvii. et. xlviii. legimus, Solomon matri ſurgenti aſ-

ſurrexit,eamq; adorans,iuxta ſe in ſoliũ regium collocauit: Fili(inqt Sapiens)ſuſcipe ſenectutem patris tui,& ne contriſtes eum in uia ſua:ſi defecerint ſenſus ſui,da ueniã ei,& ne ſpernas illum in uirtute tua. Et iterum: In opere & ſermone & omni patientia honora patrem tuũ,ut ſuperueniat tibi benedictio a deo. Debent autem hæc tria,nempe amor,obediẽtia & honor parentibus,non tantum externo quodã apparatu,ſed ſyncere & ex intimo cordis affectu exhiberi propter deũ; Quẽadmodum diuus Paulus ait Ephe.vi. Fili,obedite parẽtibus ueſtris in domino, hoc enim iuſtũ eſt, Honora patrẽ & matrem tuam,quod eſt primũ mandatum in promiſſione,ut bene ſit tibi,& ſis longæuus ſuper terram. Item, Filii,obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt in domino.

3.Regum.2. Eccle.3. Honorandi parentes intimo mentis affectu. Ephe.6.

Debes autẽ eadẽ illa tria,amorẽ ſcilicet,obedientiã & reuerentiã,& cæteris,qui in patris officiũ & nomẽclaturam ſuccedũt. In primis aũt patribus ſpũalibus,qui ſunt animæ parẽtes. Hi enim præcipuo quodã dilectionis affectu diligi debẽt,quale teſtimoniũ diuus Paulus Galatis præbet,quod ſcilicet ſi fieri potuiſſet,etiã oculos ſuos eruiſſent & dediſſent ei. Quamobrem ante omnia curandum eſt,ut eorum neceſſitati ſuccurratur,utq; ipſis,quæ ad uictum pertinent,idq; abunde,libenter,& ex animo ſuppeditentur, Quemadmodum Paulus.i.Corinth.ix.docet: Quis(inquit)militat ſuis ſtipendiis unquã? Quis paſcit gregem,& de lacte gregis non manducat, Neq; enim magnum eſt,ſi qui ſpiritualia ſemi nant,temporalia etiam metant. Et rurſus: Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Quin & lex uetus præcipit,non alligandum os boui triturãti. Quod utiq; non boum cauſa,ſed propter nos dictum eſſe cõſtat. Eccleſiaſtici quoq; cap.vii.legis: Honorifica ſacerdotes,& da illis partem,ſicut mandatum eſt tibi,primitiarum & purgationis. Et huc faciunt,quæ de decimis & primitiis in domum dei deferendis, Exodi.xxii.ac.xxiii. Leuitici quoq;.xxvii.& Numeri.xviii. præcipiuntur.

Patres ſpirituales diligẽdi. Galat.4. Ante omnia ſuccurrendũ neceſſitati patrum ſpiritualium. 1.Cor.9. Eccle.7. Decimæ. Primitiæ. Exo.22.& 23. Leuiti.27. Nume.18.

Deinde,debetur ipſis obediẽtia,quemadmodum Apoſtolus ad Hebræos cap.xiii.teſtat: Obedite(inquiens)præpoſitis ueſtris & ſubiacete eis,ipſi enim peruigilant,quaſi rationem de animabus ueſtris redituri. Et Chriſtus monet,etiam phariſæis,ſedentibus ſuper cathedram Moſis obediendum eſſe. Quæ(inquit)dicunt,facite:ſecundũ opera uero illorum nolite facere. Porro ut eccleſiæ præſides duplicem clauẽ a Chriſto acceptam habere debẽt,poteſtatis ſcilicet ac ſciẽtiæ ſeu diſcretionis, ſic par eſt,ut ipſis,quod ad utranq; clauem attinet pareatur. Quamobrem cum publice criminoſos,contumaces ac eccleſiæ rebelles excommunicationi illigant,cenſura ipſorum non aſpernãda,ſed modis omnibus obſeruanda eſt,donec in eccleſiæ gratiam redeant excõmunicati. Quẽadmodum Apoſtolus docuit.i.Corinth.v.et.ii.Corinth.ii. Rurſus par eſt,ut conſtitutionibus & ordinationibus eorum ad eccleſiæ decorem, diſciplinam & tranquillitatem æditis,reuerenter pareatur.

Obedientia debita patribus ſpiritualibus. Hebræ.13. Matth.23. Clauis poteſtatis. Non ſpernendæ cenſuræ eccleſiaſticæ. Clauis ſciẽtiæ

De conſtitutionibus humanis qd ſentiendum.

Vis iuſtificandi detrahitur conſtitutionibus eccleſiaſticis.

Galat. 5.

Actor. 16.
Coloſſ. 2.

2. Cor. 11.
Actor. 21.
Cõſtitutiões humanæ inutiles, niſi eis ad pietatem utamur.
Eſaiæ. 29.
Matth. 15.
Matth. 23.

SEd hic pugnant nobiſcũ nouatores, qui eccleſiaſticas cõſtitutiones ueluti humana quædam figmenta irridẽt, atq; adeo ut damnabiles aſpernant: Qui ne quempiam decipiant, ſeu perſuaſione ſua eccleſiæ minus obtemperantem aut rebellem faciant, noſſe oportet, quatenus conſtitutiones illæ eccleſiaſticæ obligent, & quatenus ſeſe earũ uis porrigat. In primis itaq; conſtat ex conſtitutionibus ſeu traditionibus eccleſiaſticis neque uim iuſtificandi pendere, neque cerimoniis externis quamuis piis, remiſſionẽ peccatorum aut ſalutem deberi. Quamobrẽ qui in operibus eiuſcemodi legum eccleſiaſticarũ ſuam ſpem, ſalutemq; contineri putaret ac collocaret, is grauiter erraret. Et in hanc ſententiam Paulus damnat circuncisionem: Ecce (inquiens) ego Paulus dico uobis. Quod ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil proderit, quum tamẽ ipſe nihilo ſecius Timotheum circunciderit. Damnat quoq; ciborum delectum ac dierũ diſcrimẽ, quum inquit: Nemo uos iudicet in cibo uel in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, quũ tamen interim ipſe legatur continentiſſime uixiſſe, & ſabbatũ etiã externũ ſanctificaſſe. Ergo non aliter haſce etiam cerimoniales Iudaiſmi leges damnat Apoſtolus, q̃ ſi eis iuſtificationis ac ſalutis uis (quæ ſoli Chriſto tribuenda eſt) aſſcribatur. Deinde conſtat externã tantũ obſeruationẽ harũ cõſtitutionem corã deo inutilem eſſe, niſi & animus accedat, qui eiſdem utat ad finem pietatis, ad quã ſint inſtitutæ. In quã ſententiam deus apud Eſaiam dixit (quod & Chriſtus repetit) Fruſtra colunt me mãdatis hominũ. Et tamen alibi Chriſtus uult, ut & hæ conſtitutiones (ſed ut diximus ad ſuum finem) obſeruentur, ſic tamen, ut his quæ præcipua legis ſunt, poſtponãtur, quũ inquit, Oportet quidẽ hæc facere, illa uero nõ omittere.

An criminaliter peccet qui violat conſtitutiones humanas.
Auguſtin. ad Ianuariũ c. illa. 12. diſtin.

Roma. 13.

Obediẽdum propter conſcientiam.

IAm ſi quærat, peccet ne ſaltem grauiter, qui receptos eccleſiæ mores aut eccleſiaſticas conſtitutiones uiolat, Reſpondendũ eſt, eiuſcemodi conſuetudines ſeu cõſtitutiones nõ unius generis eſſe. nã aliæ ſunt, quæ toto terrarũ orbe obſeruant, a patribus acceptæ, quales ſunt de annua Quadrageſima celebranda. de diebus paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis in cœlũ, penteceſtes, & id genus aliis diebus feriandis. Has certe & ſimiles conſuetudines ſeu cõſtitutiones in ſanctũ ac piũ finẽ conſtitutas, ac a tota eccleſia receptas, nemo ſine reatu peccati (niſi uel magna neceſſitate uel utilitate excuſet) uiolauerit. qn tales conſtitutiones temere præuaricãtes, & in hoc & in præcedẽs præceptũ delinquũt, quẽadmodũ ibi fuſius oſtendimus, Nec mirũ nam ſi obediendum eſt magiſtratibus prophanis, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiã. hoc eſt, ne conſcientia polluat peccato mortali, atq; hoc obtinet in legibus ciuilibus, quæ tantum ad retinendam ciuilem politiam & rerũ proprietatẽ muniendã, ordinatæ ſunt, quanto magis peccato ſe inuoluũt, qui eiuſcemodi eccleſiaſticas conſtitutiones ſeu mores tam ad conſeruationem & augmentũ pietatis, q̃ eccleſiæ decorẽ, diſciplinã & trãquillitatẽ proditas

ac receptas temere uiolát:Nec eñ deus minus nos ſubiecit eccleſiæ præſidibus,q̃ ꝓphanis magiſtratib⁹,nec minori periculo dei authoritas in eccleſiæ miniſtris, q̃ in magiſtratibus cõtemnit̃,præſertim ꝗ hoꝝ miniſteriũ incõparabilr̃ maius ſit q̃ illoꝝ,ut diuus Chryſ. in libris de ſacerdotio grauiter oñdit, Ambroſio etiá cõteſtante,dignitaté ac miniſteriũ ſacerdotale regali tm̃ præferendũ eſſe q̃tũ auꝝ argẽto,aut etiá ſol lunæ pr̨ſtat. Proinde ut nõ eſt cõſequens,eũ nõ peccare mortaliter,q magiſtratib⁹ nõ obtẽperat,ꝗ leges ciuiles uim iuſtificádi nõ habeant,Ita non cõſequit̃,eũ criminis reum nõ eſſe,q cõſtitutiones eccleſiaſticas temere uiolat,etſi ĩ eis baſim ſalutis cõſtituere haud oporteat.Ipſa eñ inobedientia (quá execratur deus)nos delicti reos facit.certe nõ fruſtra Paulus Aplus, pambulans Syriá & Ciliciá:& cõfirmans eccleſias,tanto ſerio præcepit cuſtodiri præcepta Apoſtoloꝝ & ſenioꝝ,nõ abſoluturus(ut putamus)a crimine,quos reperiſſet pꝛ̃uicaces tranſgreſſores.Et ut inobedientiæ nota ceſſet,ſcandali tñ ratio nõ ꝑmittit ut a crimine ímunis ſit,q cõſtitutiones ſeu cõſuetudines publice receptas cõtemnũt ac irrident. Ná & Paulus paſſim iubet ne faciamus q̃ppiá,in quo frater noſter,offendi,ſcandalizari, aut infirmari poſſit:quin ſe carnes potius in æternum nõ manducatuꝝ conteſtatur, q̃ offendat fratrẽ.Porro plane ſtupidi ſunt,q eccleſiæ præſidibus poteſtatẽ condendaꝝ ꝯſtitutionum ad pietaté cõducibilium abrogant, quum Paulus iubeat,oía in eccleſiis ordine ac decenter fieri.Cõſtat etiam ipſum Apoſtolum eiuſcemodi ordinationes q̃plures feciſſe,quales erant,ut mulieres uelatæ eccleſiá intrarent.Itẽ,ut ordo in lectionib⁹ in eccleſia obſeruaret̃, Quibus tantum etiá tribuit,ut immorigeꝝ aut cõtradicenté nõ uideret̃ laturus.Si quis(inquit)uult cõtentioſus eſſe,nos talem conſuetudinem nõ habemus,neq; eccleſia dei. Quæ de cõſtitutionibus ſeu moribus eccleſiæ uniuerſalis dicta ſuffecerint. Sunt & aliæ cõſtitutiones particulares,quas ꝑ ſingulas diœcœſes ſinguli epĩ promulgant,quaꝝ finis ſi fuerit pietas ſeu eccleſiæ honeſtas & tranquillitas, eandem plane habent cum prioribus rationẽ,ſic ſcilicet,ut ſine peccato ĩ ea diœcœſi,in qua promulgatæ ſunt,niſi tñ iuſta cauſſa ſubſit,præuaricari nõ poſſint. Idem de uariis eccleſiaꝝ moribus ſentiẽdum eſt. Ná mores ſingularum eccleſiaꝝ in ſingulis eccleſiis omnino cuſtodies,ſi cuiquá non uis eſſe ſcandalo,nec quenquá tibi,quemadmodũ diuus Ambroſius Auguſtinum docuit. In moribus aũt ſimpliciter indifferentibus, alia ratio eſt,ueluti eſt, ꝗ alii ex more diem Mercurii ieiunant, alii nõ, alii quotidie cõmunicant corpori & ſanguini dñi,alii certis diebus. Totum enim hoc genus liberas habet obſeruationes.Quod eñ neq; contra fidé catholicá, neq; contra bonos mores eſſe conuincit̃,indifferenter eſt habendum,& pro coꝝ, inter quos uiuitur,ſocietate ſeruandum,Interim non negamus præſidibus eccleſiaſticis(ſi qd contra dei mandatum,qđ abſit,præcipitur)nõ eſſe parendum, ꝗ oporteat magis obedire deo,q̃ hominibus.Tale erat,quod olim in Iu-

Dei autho[illegible] tis nõ [illegible] ri permanet cõ ténitur in p̃re latis q̃ in magiſtratibus.

Chryſoſtomus in lib. de ſacerdotio.

Ambroſius.

Non humana authoritas, ſed inobediẽtia nos peccato inuoluit.

Actoꝝ.15.

Scandalum quoque reos facit uiolatores receptæ cõſtitutionis eccleſiaſticæ.

Roma.14.

Apud Eccleſiæ præſides authoritas ſtatuendi.

1.Cor.14.

1.Cor.11.

1.Coꝝ.14.

Varii mores eccleſiarum.

c.illa.12.diſt.

Actoꝝ.5.

Matth.15. daiſmo ſcribæ & phariſæi docebant potius eſſe, ut parentes egeſtate labo
rarent, q̃ ut filii neceſſitati coꝝ ſuccurrentes, templo de oblationibus ali-
quid ſubtraherent. Quod autem hodie quidam fingunt traditionem de
ꝑpetuo celibatu ſacerdotum aut monachoꝝ, in his etiá qui perpetuam
caſtitatem non coacti nec temere, ſed animo deliberato ſunt profeſſi, eiuſ
dem generis eſſe id quale ſit, in proximum præceptum adnotauimus.

Eccleſię miniſtris debetur ueneratio.

SEd ut unde digreſſi ſumus, reuertamur, præter amoré ac obedientiam
eccleſiæ miniſtris nõ uulgaris ueneratio debet, Idq; ei⁹ muneris ac mi-
niſterii gr̃a, qđ in eccleſia gerunt. Ná par eſt, ut oés hoíes hoc miniſte-
Iohan.20. rium ſumma cum pietate uenerentur, ac operá etiam dent, ut cõſeruetur,
Matth.10. ac ornetur, quod nihil ſit, niſi repræſentatio eius miniſterii, quod geſſit
1.Timoth.5. Chriſtus, ipſo atteſtante, cú ait, Sicut miſit me uiuens pater, ita mitto uos.
Et alibi: Qui recipit uos, me recipit. Proinde Apoſtolus.i.Timoth.v. Du
1.Theſſ.5. plici (inquit) honore digni ſunt, qui bene præſunt in uerbo & doctrina.
Item.i.Theſ.v. Rogamus autem fratres ut agnoſcatis eos, qui laborát in-
ter uos, & qui præſunt uobis in domino & admonent, ut habeatis illos
Epilogus. in ſummo pretio. In ſumma docemur hoc præcepto non ſolum de patri-
bus noſtris carnalibus, ſed & de ſpiritualibus reueréter ſentire, eoſq; ama
re & ornare, ac omni officii genere conſeruare ac proſequi.

Magiſtratus ciuiles honorandi.

PRoxime & ſecundum ſacerdotes, magiſtratus ciuiles, reges ac princi
pes gladii miniſtri, ueluti patriæ patres modo non diſſimili, honore
afficiédi ſunt. Qua de re in primis ex aío amádi ſunt magiſtratus, uti dei
Amandi. miniſtri, per quos deus nobis non uulgaria beneficia impartit, ueluti ex-
ternam pacem, politicam ſocietatem, tranquillitatem publicam, legem ci
uilium (ſine quibus reſpublica non conſiſtit) conſeruationem. Breuiter ꝑ
quos præſtat, ut inter improbos tuta ſit innocentia, & ne quis ſibi ꝑmit-
tat ultionem. Sentire ergo oportet, quod pro his beneficiis & deo & magi
C. de Iudæis & cælicol. l. nullus. ſtratibus non uulgarem gratitudinem debeamus. Atq; adeo tantus dile-
ctionis affectus erga magiſtratus eſſe debet, ut pro eis deum ſedulo præ-
Sedulo pro magiſtratib⁹ orandum. cari ſimus parati. Quéadmodum diuus Paulus monet, cum inquit: Ob-
ſecro primú omniú fieri obſecrationes orationes, poſtulationes, gratiage-
actiones, pro regibus & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut
1.Timoth.2. tranquillam & quietá uitam agamus in omni pietate & caſtitate. Dein-
de Apoſtolus requirit, ut & cætera officia corporalia, ueluti tributa, uecti
galia ac ſumptus neceſſarios, ſine quibus reſpublicæ regi nõ poſſunt, eis
liberali animo ac libenter præſtemus. Reddite (inquiens) omnibus debi-
Roma.13. ta, cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem:
cui honorem, honorem. Nemini quicq̃ debeatis, niſi ut inuicé diligatis.

Obedientia debita magiſtratibus.

AD hæc magiſtratibus ex aío obedire debemus, idq; propter deum,
quod ſcilicet dei miniſtri ſint, quéadmodú Petrus Apoſtolus præci
pit, dicens: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ ꝑpter deum, ſiue regi,
1.Petri.2. quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanq̃ ab eo miſſis. Quinimo Paulus adeo

ſeuere præcipit de obedientia, ut doceat peccatũ eſſe criminale, nõ parere mandatis magiſtratuum, cùm inquit: Oĩs anima poteſtatibus ſublimiõribus ſubdita ſit. Nõ eſt em̃ poteſtas, niſi à deo: quæ autẽ ſunt poteſtates, à deo ordinatę ſunt. itaq; q reſiſtit poteſtati, dei ordinatiõi reſiſtit. Et poſt pauca: Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote, nõ ſolum ꝓpter iram, ſed etiã propter cõſcientiam. Perinde atq; ſi dicat: Neceſſe eſt obedire, nõ tantum propter iram, ideſt, non tantum propter pœnã corporalem, qua magiſtratus plectit non obtemperantes, uindex in iram ei qui male agit, ſed etiã propter conſcientiam, hoc eſt ne conſcientia coram deo rea fiat. Vnde & Titum inſtituens iubet, ut admoneat ſuos Cretenſes, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

Peccatũ mortale non parere magiſtratibus in rebus licitis.
Roma. 13.
Ibidem.
Obedire propter iram.
Propter conſcientiam.
Titum. 3.

DEniq; magiſtratibus honor tribuendus eſt. Idq; nõ tantum externa reuerentiæ ſignificatione, ſed magis animi iudicio ac uoluntate, uidelicet ut agnoſcamus in eis dei miniſterium & ordinationẽ. Ob quod ſcriptura nõ dubitat eos & deos uocare, hoc eſt, dei uicẽ in terris gerẽtes, cùm inquit: Ego dixi, dii eſtis. Et rurſus applica eos ad deos. Quo reſpiciens Petrus Apoſtolus: Regem (inquit) honorificate. Debemus autẽ hoc nõ tantum bonis ac modeſtis principibus, ſed etiam impiis, dyſcolis malis, & indiſciplinatis. Tum propter miniſterium, qđ gerunt, quæ eſt ordinatio dei. Tum ꝓpter religionem, diſciplinã, pacẽ, & tranquillitatẽ publicam retinendã. Sic legis Baruch ꝓphetam, & qui cum eo erãt in Babylonia captiuos, Iudæis, q reſidui adhuc erãt in Hieruſalem, ſcripſiſſe in hæc uerba. Orate pro uita Nabuchodonoſor, & pro uita Balthaſar filii eius, ut ſint dies eoꝝ ſicut dies cœli ſup terram. Et ut det dñs uirtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, ut uiuamus ſub umbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub umbra Balthaſar filii eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eoꝝ. Et Petrus Apoſtolus iubet, ut ſubditi ſimus in omni timore dominis, nõ tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Proinde ſi nobis efferus & inhumanus princeps (qui magis ui q̃ iure agat) contigit, is tamen non ſtatim cõtemnendus eſt, nec ob id obmurmurandum nobis, multo minus mouenda ſeditio eſt, ne publica pax perturbetur. Hæc eſt enim gratia (ut idem Apoſtolus ait) ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. in hoc enim uocati ſumus, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non male dicebat: cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iuſte. Duplici tantum remedio nobis ad emolliendam magiſtratuum tyrannidem uti permittitur ac etiã præcipitur. Primum, ut pro eis deum precemur, quo ad meliorem mentẽ reuocentur, quod tum magis ſoliciti faciemus, ſi agnoſcamus malos magiſtratus nobis immiſſos, ad puniendum peccata. Quemadmodum Iob teſtaturr, quod dominus regnare fa

Magiſtratibus tribuendus honos.
Pſal. 81.
Exodi. 22.
1. Petr. 2.
Etiam malis principibus debetur honos.
1. Petr. 2.
Roma. 13.
Baruch. 1.
1. Petr. 2.
Quid agendum, ſi obtingat efferus princeps aut magiſtratus.
1. Petr. 2.
Duplex remediũ ad emolliendam tyrãnidem magiſtratuum.
Iob. 34.

ciat malos & hypocritas propter peccata populi.

2 Secundo hic meminiſſe debet Parochi officii ſui, népe ut efferos magiſtratus p dei uerbũ cũ omi modeſtia corripiãt, erudiãt, admoneãt, arguant, increpent, & ad frugem uitæ melioris adducere pergant. Ad hoc enim conſtituti ſunt, quemadmodum dominus apud Hieremiam teſtatur: Ecce (inquit) dedi uerba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Et ut ſit in arguendo periculum, nihilo ſecius tamen uerbi miniſtros ſuo officio fungi oportet, quemadmodum uides Iohannem Baptiſtam, Herodem, atq; adeo ipſum Chriſtum ſcribas ac phariſæos liberrime (quamuis non ſine ſumma modeſtia) arguiſſe & increpaſſe, ac omne corporale periculum ueritati longe poſthabuiſſe.

Hiere.1. Matth.14. Marci.6.

Magiſtratib⁹ non eſt obtẽperandum contra dei præceptum. Daniel.3. Acto.5. Matth 10. Matth.5. 1.Petr.3.

Haec tamen, quæ de honorandis magiſtratib⁹ diximus, intelligẽda ſunt, niſi ſubditis aliquid præcipiant cõtra dei mandatum. tum eñ potius ſubditi obedire deo, q̃ hominibus debent, quemadmodum hiſtoria Danielis & Acta Apoſtolica docent. Quod & Chriſtus nõ tacuit, cũ ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã autem nõ poſſunt occidere: ſed potius timete eum, q poteſt corpus & animam ſimul perdere in gehennã. Alibi etiã Chriſtus beatos pronuntiat, q perſecutionem patiunt propter iuſtitiam, quos & gaudere & exultare uult, quoniam merces eorum copioſa eſt in cœlis. Quod & Petrus nõ tacuit, cum inquit: Et quis eſt, qui uobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis. Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiã, beati: timorem aũt eorũ ne timueritis, ut nõ conturbemini. Dominum aũt Chriſtum ſanctificate in cordibus ueſtris, parati ſemp ad ſatisfactionem omni poſcenti uos rationem de ea, quæ in uobis eſt, ſpe & fide. ſed cum modeſtia & timore. Hactenus de magiſtratibus.

Omnes honorandi qui nobis præſunt. 1.Petri.2. Ephe.6.

Poſtremo (uti ſupra meminimus) hoc præceptum ad oẽs eos porrigitur, quicunq; nobis præſunt, ſeu quancũq; noſtri curam gerunt, uelu ti ſunt domini, heri, tutores, curatores, præceptores, & pædagogi. Quib⁹ etiam tria illa, amorem obedientiam ac honorem debemus. De ſeruis Petrum dicentem audis: Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis. Et Paulũ Ephe. vi. Serui, obedite dominis carnalibus cũ timore ac tremore, in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut Chriſto, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti, facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uoluntate, ſeruientes ſicut domino, & nõ ſicut hominib⁹. Id quod & ad Coloſſ iii. repetit: Vides uero quomodo Paulus nõ tãtum externam obedientiam, ſed magis internam reuerentiam ac bonam uoluntatem ſeruorum & mercenariorum erga dominos & heros requirat. De reliquis qui annis anteſtant, uel qui tui curam gerunt, uides domnũ per Moyſen præcipientem & dicentem: Coram cano capite aſſurge, conſurge & honora perſonam ſenis. Et alibi audis Moyſen dicentem: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi. Maiores tuos, & dicent tibi.

Coloſſ.3.

Qui annis anteſtant, uel curam gerũt noſtri. Deute.32.

Exemplum

Exemplum autē horum habes Chriſtum dominum, de quo legis, quod
ſubditus fuerit, non tantum Mariæ, ſed & Ioſeph, qui non alia ratione, q̄ Acto. 22.
opinione ac cura Chriſti parens fuit. Exemplum item habes Paulum ſe-
dentem ad pedes Gamalielis & diſcentem ueritatem paternæ legis.

EX prædictis aūt oībus ſatis liquet, quibuſnā modis in hoc præceptū 1
peccet. Nā in primis huius præcepti rei ſunt, q parentes non ex ani- Quibus modis ī hoc præceptum peccetur.
mo diligunt ac magnifaciunt. Itē, quos inopiæ ſeu cuiuſcunq; miſeriæ,
uel humilitatis parentum pudet, q non ꝓſpiciunt eis uictum ac alia ne-
ceſſaria, q eos non uenerant. Hi em̄ huius legis interpretationē contem-
nunt, quā habes Eccleſiaſtici. iii. in hæc uerba: Fili, ſuſcipe ſenectā patris Eccle. 3.
tui, & nō contriſtes eum in uita illius: & ſi defecerit ſenſu, ueniam da, & ne
ſpernas eum in tua uirtute. eleemoſyna enim patris nō erit in obliuione.
Et rurſus eodem capite. Qui timet deum, honorat parentes, & quaſi do Ibidem.
minis ſeruiet his, q ſe genuerunt, in opere & ſermone, & omni patientia. 2
Item, q̄ malæ famæ eſt, q relinquit patrem: &c. Præterea grauius pec-
cant, qui parentes ſuos affligunt, ridēt, duris uerbis a ſe abigunt, ſubſan-
nant, deuouent, execrantur, aut uerberant, qui odio habent, & eis inobe- Exodi. 21.
dientes ſunt. De quibus Exodi. xxi. ſcriptum legis. Qui percuſſerit patrē Leuit. 20.
ſuum, aut matrem, morte moriatur. Et Leuitici capit xx. Patri matriq;
qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum. Rurſus, Prouerbioꝝ. xix. Qui Prouer. 19.
affligit patrem, & fugit matrem, ignominioſus erit & infelix. Item Pro- Prouerb. 20.
uerbiorum. xx. Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguet lumen eius Prouer. 30.
in mediis tenebris. Item, oculum qui ſubſannat patrem, qui deſpicit par
tum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum Cham.
filii aquilæ Prouerb. xxx. Exemplo eſt Cham filius Noe, qui ſe totamque Gene. 9.
poſteritatem ſuam maledictioni inuoluit, quod patris ſui turpitudinem Ruben.
nō operuerit, ſed deriſerit. Itidem Ruben patriarchæ Iacob primogeni- Gene. 35.
tus pari maledictioni addictus eſt, quia aſcenderat cubile patris ſui. Et 2. Regum. 18.
Abſolon, qui patrem de regno expellere conabatur, inſigni eademq; mi- 3
ſerrima morte abſumptus eſt. Tertio, peccant ī hoc præceptum, qui ec-
cleſiæ præſidibus ac patribus ſpiritualibus iniurii & inobedientes ſunt. Nume. 16.
Quemadmodum Dathan, Chore & Abiron, qui propter ſuā erga Mo-
ſen & Aaron inobedientiam uiui abſorpti referuntur. Item, qui in ſacer-
dotes, mordaces iocos, amarulentaq; ſcōmata faciunt. Qui ex ſuggeſtis,
ipſis maledicunt, ac publice contumeliam inferunt, qui de ipſis temere, id
eſt, nō ſuo loco & tempore iudicant. Qui ipſoꝝ turpitudinem ad popu- Quomodo arguendi eccleſiæ præſides.
lum circunferunt ac denudant. Quis enim nō uidet eos fratres eſſe Chā,
non Sem & Iaphet: qui patris turpitudinem uerecunde cōtexerunt, unde
& benedictionem ſunt conſecuti. Non prohibemus ut præſides eccleſiæ
aberrantes arguas & increpes, modo id ad regulā Euāgelicā facias, cum
omni animi lenitate, ac modeſtia. Deinde ſuo loco & tempore, ubi ſcili-
cet fructum correptionis expectes. Non autem permittimus id, ut facias

ad mobile uulgus,ad ſeditionem contra Eccleſiaſticos præſides mouendam ſuopte ingenio procliue:non prohibemus doctorem, ſed criminatorem,quem & Paulus prohibet & ſatanæ tradit, qui etiam monet, ut ſermo noſter ſale condiatur. Rurſus peccant in hoc præceptum,qui eccleſiæ conſtitutiones ac pios mores irrident contemnunt,ac temere præuaricantur,de quibus dixit Auguſtinus:Non habebit deum patrem,qui eccleſiam contemnit habere matrem.Dein qui excõmunicationem,qui eccleſiæ clauem ligantem ac ſoluentem nihili pẽdunt,quos Chriſtus habẽdos decernit,ſicut ethnicos & publicanos. Item,in hoc præceptum peccant,qui magiſtratibus ea quæ diximus officia ipſis debita nõ ĩpendunt, idq; diui Pauli teſtimonio, qui conſcientiam hominis non obtemperantis poteſtati,reatu criminis obſtringit. In ſumma peccant in hoc præceptum,qui eos,quorum curæ commiſſi ſunt,temere aſpernantur,aut debito honore non afficiunt,aut obſeruant,quiq; his, neq; fidi,neq; parentes ſunt,id quod ſuperius plus ſatis oſtendimus.

4 Auguſtinus de expoſitione ſymboli. Matth. 18.

5

6

ET ERIS LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Vitæ longitudo merces.

HIc audis,quid uelit Apoſtol⁹,cum dicit, hoc præceptum eſſe primũ in promiſſione. Eſt enim primum,cui inter præcepta ſecundæ tabulæ merces promittitur,eaq; non uulgaris,nempe uitæ lõgitudo,ipſi tanq̃ præcipuo operi charitatis debita,nec abs re,quod deceat ut ipſis uita prolongetur,qui parentes colunt,huius uitæ poſt deum authores. Intellige autem hiſce uerbis,nõ tantum uitæ longitudinem, ſed & ea omnia, quæ ad uitam ſeu uſum uitæ pertinent,ut ſunt tranquillitas, pax, rerum ſucceſſus,uictus,atq; alia id genus, ſine quibus uita lõga eſt iniucunda. Nobis tamen Chriſtianis præmium,non tam huius, q̃ futuræ uitæ(cuius lõgitudo interminabilis eſt) ſpectari debet. Nã ut deus pium aliquem hominem in parentes,præmatura(ut nobis apparet) morte hinc abſtulerit, ob id tamen putandum non eſt,hunc perdere huius præcepti mercedem, quam copioſius recipiet in ea uita,cuius longæuitatis nõ eſt finis. Immo dubitandum non eſt, deum eiuſcemodi homini, uel ob pietatem in parentes cita illa morte conſulere uoluiſſe, quo in ueram illam & beatam uitam ocius concederet. Quemadmodum dictum eſt:Ablatus eſt iuſtus ante diem,ne malitia ſenſum eius immutaret. Vt autem uides filiis morigeris omnia proſpera non eſſe promiſſa, ita e regione intelliges immorigeros(ueluti ſub dei maledictione poſitos)omnia aduerſa manere, quod pauloante plurimis ſcripturæ exemplis commonſtrauimus.

Vitę longitudo Chrianis.

PRAECEPTVM QVINTVM.

NON OCCIDES.

Ordinis rõ.

PRincipio decens ordo conſiderãdus eſt. Tria prima præcepta ad deũ pertinent,quo ut eſt nihil melius, ita nobis nihil charius eſſe debet. quartum parentes reſpicit,qbus ſecundum deũ honos & gratitudo debetur,ueluti iis, q dei uice quodãmodo funguntur. Quæ merito ſequentia

præcepta,quæ ad priuatá proximi dilectioné ſpectant præcedunt. Nam quando animus ſe recte habet erga deũ,& eos q dei loco ſunt, fieri uix po teſt,quin cætera quoq;,quæ ꝓximo debemus,facile ſequanť. Cõtra uero dubium nõ eſt,eum q neq; deũ,neq; parentes reuereť, facillime peccare in ꝓximum,ut merito quis prioꝝ præceptoꝝ trangreſſionem, ueluti radicem quandá cæteroꝝ flagitioꝝ,atq; adeo omnium maloꝝ eſſe putauerit. Qui eñ fieri poteſt,ut nõ irruat in omnia flagitia,qui deſertus a deo, & ſub domini maledictione (quá præcedentium mandatoꝝ præuaricatio irrogat)poſitus ſatanæ mancipium effectus eſt? Iam cum poſt deũ & parẽtes,iubeamur diligere ꝓximos ſicut nos ipſos, aptiſſime ſane inter ea mandata,quæ proximi læſionem prohibent, primum illud eſt, quod ad proximi uitam ac corpus pertinet,quæ poſſeſſio cuiq; chariſſima eſt.

Ad omne opus malum inſtructus, q neq; deum, neq; parẽtes reueretur.

Hoc præceptum ad uitam & corpus proximi reſpicit.

VT autem hoc præceptum cum duobus ſequentibus intelligas, non eſt neceſſe interpretationem remotius petere. Quod Chriſtus ipſe apud Matthæum cap.vi.ea dilucide admodum enarret ac exponat. Vbi etiá duo inter cætera Chriſtum docere uides, Primum legem eſſe ſpiritualem,quæ nõ ſolo externo opere, ſed ſpiritu magis & affectu ſit adimplenda. Secundo, docet Chriſtus præcepta iſta negatiua e regione affirmatiuam requirere,quod poſtea in ſingulis ex ipſius Chriſti uerbis fiet manifeſtius. Nam ut ab enarratione iſtius præcepti incipiamus, ſi uerborum corticem tantum intuearis,uidetur hoc præcepto tantum retuſa Iudæorum cauſſa malitia,quam in homicidio committendo adhibebant. At Chriſtus declarát non ſufficere, ut huic præcepto ſatisfacias, continere manum a cæde,niſi etiam contineas animum ab omnibus affectibus, q huc tendunt,cum ait: Audiſtis,quia dictum eſt antiquis, Non occides, q autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio: qui aũt dixerit fatue,reus erit gehennæ ignis. Primus enim gradus ad lædendum eſt,ira in animo cõcepta, quæ nihil aliud eſt, q̃ dolor flagitans uindictam. Proximus,ira irrumpens ĩ uocem indignationis,quam dñs appellat Racha. Tertius eſt, dolor irrumpens in manifeſtum conuitium,ut cum dicimus,fatue. Plane ergo Chriſtus docet, non tantum homicidá eſſe apud deum,qui uitam proximo eripuit,ſed & omnem illum,qui proximum odit,hoc eſt,q male uult, tametſi iram animo cælauerit,& necdum in ullam indignatiõis uocem ꝓruperit. Accipe tñ Chriſti ſermonem de ea ira,quæ lædendi affectum cõiunctum habet. alioqui iraſcimur & his,quibus bene uolumus,nõ ut lædamus,ſed ut corrigamus,& odimus ĩ homine,nõ quod fecit deus,ſed quod fecit ipſe, Idq; zelo iuſtitiæ ſine peccato. In quá ſententiá Pſaltes dixit: iraſcimini & nolite peccare, Et alibi: Iniquos odio habui. Illud ergo intuendum eſt, quid ſit iraſci,indignari, & conuitium inferre fratri ſuo,quoniá non fratri iraſcitur, qui peccato fratris iraſcitur, quod nõ prohibet Chriſtus, ſed q ſine

Matth.6.

Duo docet Chriſtus.

Matth. 5.

Lex ſpũalis

Matth. 5.

Aug. de verbis dñi in mõte lib. 1.

Ira.

Gradus in lædendo tres.

Indignationis vox Racha.

Conuitium.

De qua ira loquitur Chriſtus.

Aug. de ſermone dñi in monte, lib. 1.

Pſalmo.4.

Pſalmo.118.

Sine cã iraſci Prohibitum.

causa iraſcitur, is nō peccato, ſed fratri iraſcitur, quod Chriſtus uetat. In his ergo ſententiis, ſubaudiendum eſt (ſine cauſa) quod græca exemplaria habent, aut ſi mauis uindicandi ſtudio. Ná alioqui & Paulus in hoc præceptum impegiſſet, cum pōtificis iuſſu palma pcuſſus aiebat, Percutiat te dñs, paries dealbate: Et cum Galatas ſtultos uocat. nō enim id fecit Paulus ſine cauſa: fecit item id cum ſumma manſuetudine citra ullá perturbati animi indignationē, quod utrobiq; ſatis ex ſequentibus conſtat. Ná ut illic teſtaretur, q̄ immotá cuſtodiſſet animi tranquillitatem, & quod nihil iratus dixiſſet, inſultantibus ſibi Iudæis ac dicētibus, ptincipi ſacerdotum maledicis, reſpōdit. Neſciui fratres, qa princeps eſt ſacerdotum. Nemo enim pturbatioris animi in hunc modum tá cito reſponderet. Hic uero nempe ad Galatas ſcribens, ne id qđ ſtultos eos uocarat, cōtumeliæ cauſa feciſſe uideať, eos etiá fratres nominat. Vtrobiq; ergo Paulus iuſtá cauſam habebat, quod quæ diceret tuendæ ueritatis gratia (cui Ananias impie maledicebat indignus ſacerdotum principatu) deinde etiá corrigendi ſtudio diceret. Docet itaq; Chriſtus uim huius præcepti hoc poſtulare, ut omnē deponamus affectum in ꝓximi læſionē procliuem. Porro, quum irá prohibet: q primus gradus eſt, quo a manſuetudine & mititate deflectimus, multo magis odium ꝓhibuiſſe uidebiť, quæ eſt ira inueterata. Ná ſi iraſci nō eſt fas fratri ſine cauſa, multo minus fas eſt, animo tenere aliquid, ut in odium indignatio cōuertať. Ad quod pertinet, quod Paulus ait: Nō occidat ſol ſuper iracundiá ueſtram. Et cum utraq; peior ſit inuidia, quæ alicná felicitatem ſuá interpretatur iniuriá: Quis dubitat, uetita ira magis etiam inuidiá uetitam eſſe? Nec mirum, & iraſcentem, & indignantē, & cōuitium inferentem in hoc præceptum impingere. Sunt enim huiuſmodi præcepta ſecundæ tabulæ, pertinentia ad doctriná de dilectione proximi, quæ ſola in oibus huiuſmodi mandatis potiſſimum quæritur, quá ſi habeas, quomodo fratri iraſceris? At hæc ſi exciderit animo, uel ſola ira ſubintrantē, qua fratri male uelis, quis nō uidet te potioris huius mandati partis, iam coram deo factum eſſe tranſgreſſorem? Etſi enim manum nō admoueas, iam mente peccaſti. Porro, qui fratrem ſuum ratione ac prudentia priuat, facitq; ut a nulla differat beſtia, qūo immunis eſt a reatu huius præcepti? quod ut cætera, charitatem proximi requirit. Etenim qui ſcōmatis & contumeliis perſequitur, charitatem deſtruit, quá deſtructa ſimul omnes tolluntur uirtutes, ſicut omnes conſeruantur ea ſalua. Damnatur igitur hic in uniuerſum cor erga fratrem male affectum, & priuatæ uindictæ cupiditas.

Sine cauſa.
Acto.23.
Gala.1.
Augu. de ſermone dñi in monte lib.1.
Vis huius præcepti.
Augu. de ſermone dñi in monte lib.1.
Ira.
Odium.
Ephe.4.
Inuidia.
Indignantis uox.
Conuitium.
Damnať cor male affectũ erga fratrem

ATq; hinc liquet hoc præceptum nō pertinere ad magiſtratus, q publica iudicia exercent, & legitimis pœnis ſontes afficiunt. nō enim ipſi ſunt, q occidunt, ſed lex dei ferit. Iubens unum mēbrum tolli ob toti⁹ corporis incolumitatem. non enim iudex ſuo nomine, ſed dei uindicat. Nec fruſtra gladium portat, uindex in iram, ei qui male agit. quin magiſtratu

Hoc præceptũ non ptinet ad magiſtratus.
Roma.13.

ſtratus animaduertendo in ſontes q̃ proxime deũ refert: unde & dii uocã- Iudices dii.
tur iudices: tantũq; abeſt, ut occidendo delinquãt, quod niſi occiderent,
delinquerent, quod mandatũ habeant exercendi uindictã iuxta legem, Vindicta exercenda ſecũdum legem.
quæ nõ humana, ſed diuina potius, hoc eſt diuinitus ordinata exiſtimã-
da eſt. Sic Moſes (quo nihil clemẽtius fuit) percuſſit, & ſacerdos Phinees Exodi. 32.
percuſſit, & ceſſauit quaſſatio. Legiť & Helias multos morte affeciſſe, & Nume. 25.
propria manu, & igne diuinitus impetrato, nimirũ diuinitus iuſſus, non Pſalm. 105.
deſiderio uindictæ, ſed amore correctionis: De quo Helia cũ exemplum 4. Regũ. 1.
diſcipuli dño ſuggererent, cõmemorantes, quid ab eo factũ eſſet, ut etiã
ipſis daret poteſtatem petẽdi de cœlo ignem ad cõſumendũ eos, qui ſibi
hoſpitium non præberent, reprehendit in eis dñs, nõ exemplum prophe-
tæ ſancti, ſed ignorantiã uindicandi, quæ adhuc erat in rudibus. Verũ,
qm̃ deus temerariam ſanguinis effuſionẽ magnopere odit (Nunq̃ enim Eſus ſanguinis prohibitio quid ſit.
non occurrit in ueteri teſtamento ſanguinis prohibitio, quod & myſte-
rio prohibiti eſus ſanguinis ſatis demonſtratũ eſt) omnino uidendũ eſt
magiſtratui, ut in negotiis, ubi de ſanguine fundendo diſceptatur, circũ-
ſpecte, conſiderateq; agat. Quod faciet, ſi & rite & recte iudicare inſti- Rite ac recte iudicandum.
tuerit. Rite iudicat, cum iuris ordine ſeruato ſententiã profert, quod in
Deuter. præcipitur, cum dicitur: Iuſte quod iuſtũ eſt, exequaris. Recte iu Deuter. 16.
dicat, qui ex legis præſcripto, tanq̃ miniſter dei, zelo iuſtitiæ maleficium Recte.
punit. Nam qui corrupte iudicat, aut legibus ad priuatum odium com-
modumue abutitur, ſeu ex cupiditate, alioue quocũq; malo affectu, aut
cum acceptione perſonarũ iudicat, aut maiorẽ pœnam q̃ lex infligit, is
iudex homicidium patrat, etiam ſi nocens morte dignus ſit.

IDem de bello ſentiendũ eſt. Nam etſi Chriſtianos deceat, ac optandũ An liceat Chriſtianis bellã gerere.
ſit, ut omnes ſic a bellis abhorreant, quaſi ſit parricidium illic occide-
re, quando omnis Chriſtianus Chriſtiano germanus eſt, tamẽ cum ma-
li maiori ſemper numero ſint, qui non tantũ ad perfectionem Chriſtia-
niſmi non accedũt, ſed ne nomen quidẽ Chriſtiani hominis ſibi iure uẽ-
dicãt, quis nõ uidet neceſſe eſſe, ut ſint & in eccleſia magiſtratus, qui uim
ui repellant? Qui latrocinia & ſeditiones armis & bello compeſcant, ne
reſpublicæ & uita cõmunis diſſipenť? Sed uiderint principes, ut nõ aliter Quando bellum iuſte ſuſcipiatur.
bellũ, q̃ iuſte & legitime ſuſcipiãt & gerant. Iuſte aũt tum demũ ſuſcipiť,
quum nõ uoluntarie, ſed coacte, tum demũ, quũ nulla alia ſpes eſt pacis
ac iuſtitiæ tuendæ, nõ priuata ſed publica authoritate, hoc eſt, permiſſu 1
ſupremi magiſtratus (qui nobis Cæſar eſt) initur. Deinde, cum nõ ali- 2
ter q̃ ex iuſta cauſa indiciť, ueluti ſunt pacis & tranqllitatis publicæ tui-
tio, patriæ defenſio, & in primis ſeditionis cõpreſſio. Recte uero geriť, nõ Recte quando geratur.
aliter, q̃ ſi eodẽ quo diximus affectu, idq; iuſtis cõditionibus gerať. Siq- Deuter. 20.
dem ſcriptura docet, Nõ ante in bellũ deſcẽdẽdũ, niſi hoſtibus pax offe- 1
rať, atq; illi pacẽ dare nolint: deinde ne ꝑpter minus malũ peius cõmit- 2
tať, ut inſontibus parcať, ut imbelles agricolæ protegant, ut fides etiam 3

4 hoſti ſeruet:Deniq; ut ſola pax quærat,qua parta,deinceps oīs belli ſtre
5 pitus oīno ceſſet. Ad hūc modū Dauid alioſq; uiros pios ac ſanctos pu-
Dauid pugnator gnaſſe legimus. Atq; ut unū aut alterū exēplū belli iure ſuſcepti ac rectè
2. Regum. 15 16. 17. 18. geſti afferamus. Cum Abſolon ſeditionē mouiſſet, ac patrem Dauid re-
gno expuliſſet, neceſſitas bellū ſuaſit, deſcendit Ioab parua manu cōtra
Mititas Ioab. ingentē exercitū Abſolon, cōmittit prælū, uincit Ioab. At ſtatim cum
exercitus terga uertiſſet, Ioab q poterat inſequendo omnem ſeditioſum
Iſrael ad unū interemiſſe, retinet exercitū ſuū, ne pſequat Iſrael fugientē,
Mititas Dauid. uolens parcere multitudini. Quid uero Dauid, nunqd poſt cædē miſit
ad occidēdū eos, q filio ſuo in hac factione fauerāt qui in bello cōtra ſe
Amaſias. geſto fuerūt duces, tribuni & centuriones? Neutiq. Quin & Amaſiæ, qui
ſeditioſum exercitū duxerat, dixiſſe legit: Nonne os meū & caro mea es?
hæc faciat deus & addat ſi nō magiſter militiæ fueris coram me. Itidem,
2. Reg. 20. cū nō multo poſt, Siba uir Belial factionē ſimilē cōcitaſſet ac tuba ceci-
niſſet: Nō eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai, & iā cū cō-
iuratis in Abelā ueniſſet, Ioab cū exercitu ſecutus, ut expugnaret Abelā,
interpellatus p mulierē, cur præcipitaret hæreditatem dñi: Rñdit: Abſit
hoc. Abſit hoc. Tradite mihi ſolū Siba, q leuauit manū ſuā contra regē.
Quod cū factū eſſet, & piectū pmurum abſciſſum caput uidiſſet Ioab,
nō deprædatus eſt ſeditioſam urbē, nulla ſpolia retulit, ſed abſciſſo capi-
te authoris motæ ſeditiōis ɔtētus, receptui cecinit ac abiit. Cæterū prin-
Grauis cenſura in principes, qui iniuſte belligerantur. cipes, q eiuſcemodi exēpla nō inſequunt, ueluti qui nō neceſſitate adacti,
neq; reipub. ſed ſtudio ob priuatos affectus bellum ſuſcipiunt, aut nō le-
gitime gerunt, uel fidē fallunt, tot homicidia cōmittunt, quot hoīes ī eo
bello uel peunt, uel ad famē adigunt. Adde, qſqs uel odio, uel ſpe prædæ
In milites ſtipendiarios. currit ad bellum, etiā ſi neminē occidat, corā deo tñ homicida eſt. nō enī
Lucæ. 3. uoluntas abſuit, ſed uoluntati defuit occaſio. Iohānes ille Bapt. militib⁹
legē præſcripſit, nec dubium talē quā ſi præuaricent, maximi crimis rei
fierēt. Neminē (inqt) ɔcutiatis, nemini calūniā īferatis, ſed ɔtēti eſtote ſti-
pēdiis ueſtris, quā merito prīcipes ſuis militib⁹ ſedulo inculcādā curarēt.

Queſtio. VErtunt etiam quidam in quæſtionem, num lex ciuilis, quæ homi-
ni priuato uim ui repellere concedit, pugnet cum Euangelio? Nos
Dilutio. putamus nō pugnare, ſed licere capitis periculum, intentantis exitio de-
An chriſtiano liceat vim vi repellere. pellere, ſi tamen certa mors intēdit, nec eſt aliud effugium. Nā cum eo ca
ſu certo quodā ordine & modo, quē lex præſcribit, magiſtratus uim ui
depellere concedat, uidebit inuadēs, hoc ordine & modo occiſus, magis
Plurima requiruntur vt liceat occidere inuaſorē. ipſius magiſtratus, q̄ priuata authoritate occiſus. Verū quum plurimā
ſint, quæ ad obſeruādum hunc ordinē & modum requirunt, ueluti inter
alia ac potiſſimum, ut oīs affectus lædēdi inuaſorem penitus abſit, talis
autē affectus nō facile in eo conflictu retineat, idcirco nos homini Chri-
Conſilium pium. ſtiano ſuaſerimus, ut in ea anguſtia ante omnia dei auxilium imploret,
quod ſæpe propinquius eſt, q̄ credimus, quādo legimus & draconē eius

cuius olim fuerat alumnus clamore excitatum accurriſſe,& a latronib⁹. eum liberaſſe, quod ſi interim deo uiſum non ſit inuaſo præſens afferre præſidium,& malit is occidi q̃ occidere,certe exiſtimamus talẽ Chriſtiani hõis officio functum,nimirum Chriſti dñi ſui exẽplum ſecutum eſſe. Qui iuis interim ſecus facientẽ,ordineq; & modo legitimo ſe defendẽtẽ nõ dãnemus. Neq; enim Euangelium tollit ius naturale, nec legis naturalis ord nationẽ,ſed tãtum format affectus ac animum, quẽ Chriſtus uult ab omnis uindictæ cupiditate longe alieniſſimum eſſe. Matth.5. Euangellum non tollit iuſ naturale. Matth.5.

CAeteꝝ,ut unde digreſſi ſumus, reuertamur, docet(ut diximus)Chr̃s hoc præceptum,nõ tãtum omnem uĩdictæ cupiditatem ꝓhibere, ſed & ut negatiuum ſit,e regione tñ affirmatiuã reqrere,multasq; ac eximias uirtutes,atq; adeo ipſiſſimos fructus ſpiritus includere ac reqrere. In primis enĩ reqrit humanitatem ac mãſuetudinem, quæ uirtus ꝓprie opponit̃ iræ ac rixis,odio quoq; rancori & inuidiæ. Secundo, cõcordiæ ſtudium poſtulat ut in omni negotio ꝓponamus, redire cum ꝓximo ĩ grãm,qđ Chr̃s indicat,cum inqt:Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris,qđ frater tuus habet aliqd aduerſum te,relinque ibi munus tuum ante altare,& uade prius recõciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres mun⁹ tuum. Tu uero intellige pgendum,non qdem pedibus corpis,ſed animi motibus. Abſurdum eſt enĩ credere ſi abſens ſit,& trans mare ꝯſtitutus,q recõciliandus fuerit, & tale aliqd ueniat in mentem,Chr̃m præcipiſſe tãtiſper ante altare munus relinquendum, donec poſt terras & maria perãta rediens offeras deo. Spiritaliter ergo Chriſti uerbum intelligẽdum eſt;ut ſcilicet te humili affectu ꝓſternas fratri,ad quem reconciliãdum ſatis prexeris,ſi ad eum chara cogitatione cucurreris,atq; ita etiã,ſi præſens ſit,poteris eum nõ ſimulato aĩo lenire,ac ĩ gratiam reuocare,ueniã pſtulando,ſi hoc prius coram deo feceris, pgens ad eum,nõ pigro motu corporis;ſed celerrimo dilectionis affectu,qđ ubi feceris,tum inde ueniens,id eſt,intentionem reuocãs,ad id qđ agere cœperas,offeres munus tuum,nimirum p̃ces ac alia ſpiritualia ſacrificia,quæ nõ accipit deus,niſi a cordibus charitate ꝓximi ĩbutis. Tertio, monet Chr̃s hoc præcepto ꝯtineri etiã id,qđ & Paulus docet,ut pacem cum oĩbus hoĩbus(quãtum in nobis eſt)habeamus,cum ait:Eſto ꝯſentiens aduerſario tuo cito,dum es cum eo in uia,ne forte tradat te aduerſari⁹ tuus iudici,& iudex tradat te miniſtro,& in carcerem mittaris. Et huc ſpectat,qđ Chr̃s beatos ꝓnuntiat pacificos q ſtudent nõ ſolum inter alios diſſidentes ſarcire cõcordiã,uerum etiã ultro inuitare ad pacem, a qbus ſunt offenſi. Quarto & tolerantiam a nobis exigit Chr̃s,ut hãc legem adipleamus,ut ſcilicet nõ ſolum cupiamus habere pacem cum oĩb⁹ hominib⁹,ſed etiã ne detrectãti pacem,p malo malum reddam⁹,cum inqt: Ego autem dico uobis,nõ reſiſtere malo:ſed ſi qs te pcuſſerit in dexterã maxillam tuam, præbe illi & alteram. Id qđ & Paulus aliis licet uerbis

Matth.5. 1 Hoc præceptum includit eximias uirtutes. Galat.5. Mãſuetudo 2 Augu. de ſermone domini in monte lib. I. Explicat̃ locus in Matth.5. Matth.6. 3 Pacis ſtudiũ cum omnib⁹ hominibus. Matth.5. Matth.5. Pacifici. 4 Matth.5. Roma.12.

5 Patientia. expreſſit. Non reddẽtes (inquit) malũ pro malo. Quinto, patientiam etiã poſtulat, qua nõ tãtum malos toleramus, ſed etiã patimur eos abuti noſtra tolerantia, parati etiam plus dãni ab eis accipere, q̃ iniuriã referre, quod Chriſtus ſignificauit, cum inquit: Et ei qui uult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuam tollere, dimitte illi & palliũ. Sexto, ſupra hæc

6 Mititas. Matth. 5. Benignitas. & benignitatẽ ac mititatẽ in nobis deſiderat, cũ inquit: Et quicunq; te angariauerit mille paſſibus, uade cũ illo & alia duo. Benignitas enim & mititas uirtus eſt lenis, tranquilla, ad familiaritatẽ ſuã inuitãs, & pluris faciẽs cõcordiam & animi tranquillitatẽ, q̃ exteriorem quietem & otiũ.

7 Bonitas. Matth. 5. Mutuum dãtes &c. Lucæ. 6. Septimo, & bonitatem a nobis poſtulat, qua nemini nocemus, ſed ad benefaciendũ omnibus ſumus expoſiti, cum inquit: Qui autẽ petit a te, da ei, & uolenti a te mutuare, ne auertaris. Quo quid aliud ſignificat, q̃ a nobis requiri, ut neceſſitatẽ patienti ac reddere ſortem cupienti ac uolenti, mutuũ demus ſine ſpe lucri, egentibus uero, etiam ſine ſpe ſortis de noſtro tribuamus? Octauo, ultra bonitatem eximiũ etiã illũ charitatis gradũ in nobis requirit, quo & inimicũ, etiã nobis incõmodantẽ, toto pectore cõplectamur, & beneficẽtia etiã afficiamus, quẽadmodũ ſolẽt parentes paruulos, uel phreneticos filios (a q̃bus multa ſæpe patiuntur) non minus diligere, atq; inſup oĩa tentare, ut ipſorum ſaluti conſulant. Quamobrẽ Chriſtus inquit: Ego aũt dico uobis, Diligite inimicos ueſtros, benefacite iis qui oderunt uos. Poſtremo, Chriſtus præter hæc oĩa ſummũ charitatis gradũ a nobis exigit, qui in longanimitate conſiſtit, quæ uirtus non ſolũ malos tolerat, atq; maiora ab eis tolerare parata eſt, ſed etiã adhuc inuicto quodã animi robore eorũ emendationẽ expectat, atq; adeo ſalutem optat. Quod Chriſtus ſignificauit, cũ diceret: Orate pro perſequẽtibus & calũniantibus uos, ut ſitis filii patris ueſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vides quantum huius præcepti uis, ſecundum Chriſti enarrationẽ ab exteriori cortice legis (in quo Iudæi felicitatem ſuam conſtituunt) diſtet. Vides q̃ nõn ſufficiat externe non occidere, ſi ſimul etiam omnem lædendi affectum non deponas, omnemq; uindictam deo reſignes. Rurſum uides hoc præceptum ſolo affectu impleri, nec ſitum eſſe in externo opere, ſed in incorrupta ac bona uoluntate, qua proximum non tantum non lædere, ſed eius ſaluti q̃maxime cõſultum uelimus, exiſtimantes, quod res eſt, eum tametſi malum, miſericordia dignum, quin tanto magis dignum, quo eſt peior, præſertim, quod malitiam ex natura non contraxerit, ſed diabolo faciat inſtigante, quem ſi per noſtram miſericordiam eiicere poterimus, dubium non eſt, nos in eorum numero cẽſendos, de quibus dictum eſt: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Beneficentia erga inimicũ. Augu. de ſermone dñi in monte, lib. 1. Matth.

9 Longanimitas ſũmæ charitatis grad⁹. Matth.

Vis præcepti.

Roma. 12. Hoc præceptum affectu impletur. Aug. de ſermone dñi in monte, lib. 1. Matth. 5.

1 Qui peccent in hoc præceptum.

EX ſuperioribus autẽ manifeſtum euadit, quinam in hoc præceptũ peccent. Principio enim, qui ira ac odio in proximum deflagrãt, aut inuidia

inuidia contabeſcunt, huius præcepti plane obliti uidentur. Nā ut apud Iohannem eſt, Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quamobrē tam ſerio monet Paulus, ut omnis amaritudo & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a nobis. Quin & Sapiens ueteris legis iubet, ne comedamus cum homine inuido, & ne deſideremus cibos eius. Præcipit quoq; uetus lex, ne odio habeas fratrem tuum in corde tuo, ſed ut publice arguas eum, ne habeas ſuper illo peccatum. Secundo in hoc præceptum peccat, qui contumelia proximum afficit, qui iniuriis honorem proximi commaculat, qui libellis famoſis proſcindit. Calumniator, Sycophanta, & Criminator, pro gladio, lingua utūtur & calamo, Sicut ſcriptum eſt, linguam maledicam eſſe malum plenū ueneno mortifero, quā & Pſaltes nouaculæ acutæ confert. Tertio, in hoc præceptum peccat, qui cum proximum ſeruare poſſit, non ſeruat, aut qui pauperem ſuis facultatibus exuit. Auarus ergo dum egenti nō occurrit, fame occidit. Et ut non pereat proximus, nihilo ſecius, (quantum in illo eſt) qui periclitanti non tulit opem, extinxiſſe cenſetur. Vnde Eccleſiaſtici triceſimoquarto ſcribitur: Panis egentium uita pauperis eſt, & qui defraudauerit, uir ſanguinum eſt. Et uulgare eſt illud Ambroſii uerbum. Paſce fame morientem, quiſquis enim hominem paſcendo ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti. Eodem reatu obſtringitur, qui ob iuſtitiam captiuos non redimit, aut qui iniuriam a fratre cum poteſt, non repellit. Qui enim non repellit a ſocio iniuriam (cum ſine periculo poteſt) tam eſt in uitio, quam ille qui facit. Vnde ſcriptum eſt: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui ducuntur ad interitum liberare ne ceſſes. Patrum quoq; decreta clamant, Mortem probatur infligere, qui hanc quum poſſit, nō excludit. Quarto, occidunt, quicunque habent peruerſam uoluntatem lædendi proximi. Quamobrem malefici, qui incantamentis ſuis perimere ac lædere ſtudent, homicidæ cenſendi ſunt.

Deinde omnino cōmittūt homicidiū, qui uel imperio, uel cōſilio, uel perſuaſione, uel impulſu, uel diſſimulatione in mortē hoīs & ſanguinis effuſionē ꝯſenſerint, q alios inter ſe cōmittūt, & in mutuū diſſidium alliciunt, ac prouocant, qui diſcordiā excitant, quos nō dubiū eſt nō minus peccare q̄ ſi manū ad cædem adhibeant. Sic Dauid occidit Vriam, ſic Ieſabel occidit Naboth, Herodias Iohannem Baptiſtam. Deniq; Iudæi ſic occiderunt Chriſtum, ſuccłamātes, Crucifige, crucifige eum, Id quod & in Deuteronomio indicaẗ, quū diciẗ: Maledictus qui clam percutit proximum ſuū. Et Pſaltes ait: Exacuerunt ut gladiū linguas ſuas, ut ſagittent in occultis immaculatum. His uero magis rei ſunt, qui nō tantum animo, ſed etiam manu ipſa cædem perficiunt, quos lex morti abſq; ulla miſericordia addicit. Qui percuſſerit (inquiens) hominem, uolens eum occidere, morte moriatur. Item, ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuū & per inſidias, ab altari meo æuellas eū, ut morte moriatur.

1. Ioh. 3. Ephe. 4. Prouerbi. 23. Leuit. 19. 2 Linguæ & calamus gladii. Iaco. 3. Pſal. 63. 3 Auarus occidit. Eccl. 34. Ambroſi. 86. diſtinctio. c. paſce. Prouerb. 24. 23. diſtincti. ca. 1. 4 Maleficĳ. 5 Qui conſentiūt in necē. 2. Regum. 11. 3. Regum. 21. Marc. 6. De pœniten. diſtinc. 1. c. periculoſe. Pſalmo. 63. 6 Exodi. 21. ibidem.

7 Peccant dein in hoc præceptū & iudices(ut diximus)qui ſontē damnant,non ut ſuo officio,ſed affectibus uoluptatibusq; ſatisfaciāt, oblitieius,quod Ioſaphat iudicibus præcepit,nō hominis exercebitis iudiciū, ſed domini,& quodcunq; iudicaueritis,in uos redundabit.Sit timor domini uobiſcum,& cum diligentia cuncta facite. Ad eundē modū peccant carnifices ſeu lictores,iudicum miniſtri,qui occidendo hominē,lucrum quærunt ac ſponte faciunt,quod tantum iuſtitiæ cōtemplatione faciendum erat,Præterea(ut diximus)ab homicidio non excuſanť principes,qui bellum non legitime ſuſcipiunt,uel qui non iuſte gerunt.

Paral.19.

8 Poſtremo non,dubiū eſt,eos in hoc præceptum grauiſſime cōmittere,qui ſibi mortem conſciuerunt.Lex enim generalis eſt,quæ ſimpliciter prohibet ne occidamus. Quin hoc homicidium omnium funeſtiſſimū reputatur.Ad quem modum legimus Achitophel ſe laqueo ſuſpendiſſe, qui erat typus Iudæ proditoris, ſeipſum laqueo ſuffocantis, Matthæi. xxvii. Quod tamen de his intelligi uolumus,qui uel deſperatione gratiæ dei, uel deſponſione animi, uel impatientia uitam(maximum certe dei donum)abrumpunt.Nam aliud eſt iudicium de his, qui amētia aut furore laborantes,ſibi manus afferunt. Nam quum hic morbus omnē mentis iudicium adimat, homicidium(quod ſine peruerſo affectu non cōmittitur)haud perpetratur. Sunt qui hic laborāt de excuſando Samſon,Eleeſaro,ac Raſia,qui in Iudicū ac Maccabæorū libris,nō ſine laude mortē ſibi intuliſſe ſeu ſaltem acceleraſſe leguntur, Deinde de excuſandis Leone papa & Auiano Alexandriæ epiſcopo,quorum alter ſibi manum amputauit,quod per illam,libidinis ignē ad animū ſibi ſenſit proſerpere,poſtq̄ eam puella quædā eſſet deoſculata,Alter cōſpicata & cōcupita fœmina,oculū ſibi eruit. Item, qui de Niceta martyre ſoliciti ſunt, qui cum molliſſimo lecto arcte colligatus iaceret,& reſupinatus a meretrice oīs generis illecebris ad Venerē excitaretur, linguā ſuam mordicus abſciſſam in os ſcorti cōſpuit, ut uel ita imminentē libidinis peſtem repelleret.Nos etſi ea facinora omni uacare culpa affirmare nō audeamus, eā tamē culpā,ſi qua fuit nō oīno dānabilē iudicamus,q eam leuiorem faceret zelus cuſtodiendæ legis dei,ac ardēs deſideriū non tantū uitādi offendiculi,ſed & præbendi teſtimoniū fidei ſuæ,ne ex eorum imbecillitate infirmi læderenť,præſertim quū illi in Maccabæis nō ante ſibi uitā abruperint,q̄ uiderent ipſis certam mortem a tyranno intentari.

Qui ſibi mortem ꝯſciſcūt.

Matth.27.

Iudic.16.
2.Macca.6.
& 14.
Leo.
Auianus.

Nicetā.

2.Macc.2.
& 14.

9 Finitimi ſunt ſeipſos enecantibus,q aut crapula aut ebrietate ſe obrūunt ac enecāt.Nam Sapiētis uerbum eſt:In multis eſcis erit infirmitas,& auiditas appropinquabit ad cholerā.Itē.propter crapulam multi perierunt,qui autē abſtinēs eſt,adiiciet uitā. Cæterum,qui ieiuniis,uigiliis,frigore,nuditate,reliquiſq; corporis afflictionibus,ſibi uitā,uel abrūpunt uel abbreuiāt,hi(ſi adſit hypocriſis)homicidæ ſunt,ſi ſynterus animus,leuius peccāt, præſertim ſi ſtudio iuuandi proximi modū excedāt.

Quid ſentiendū de iis, qui uigiliis aut ieiuniis ſibi uitā abrūpunt.
1.Cor.13.

Charitas enim multa excuſat. Deniq; huius præcepti uim non præſtant, qui inimicis ſuis nõ cõdonant, qui opera miſericordiæ erga quoſlibet etiã inimicos non exercent, qui pro eis orare detrectant. Breuiter, qui eos neq; amore, neq; obſequio proſequuntur.

PRAECEPTVM SEXTVM.

NON MOECHABERIS.

INiuria in proximũ atrociſſima, eſt homicidiũ, proxima adulteriũ ut enim uiro nihil cõiunctius, nihil charius uxore legitima, ita nulla eſt contumelia intolerabilior, q̃ uxor per adulteriũ conſtuprata. Iuſto itaq; ordine hoc ſextum præceptum, quod coniugia munit, præceptũ illud ſequitur, quod corpora & uitam proximoꝵ tuetur ac defendit. Hoc autẽ præceptũ Chriſtus Matth. v. ad eundẽ modũ interpretať quo præcedẽs, docens eo ſubmoueri non tãtum externum adulterium, ſed & omnẽ penitus adulterii cauſam ac radicem, atq; adeo omnes affectus, qui huc tẽdunt. Audiſtis (inquit) quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis, Ego autem dico uobis, quia omnis, qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sicut enim ira mater eſt homicidii, ſic concupiſcentia adulterii. Omne enim adulterium ex concupiſcentia naſcitur, Ergo nunquam radicitus ſuſtuleris adulterium ſecundũ legis mandatũ, niſi præcideris etiã omnem cõcupiſcentiam ſecũdũ Chriſti præſcriptũ ac ſpiritũ. Nã & quẽadmodũ qui fratri iraſcitur, apud deũ homicidii reus eſt, qui non magis opus conſiderat q̃ affectũ Sic qui concupiſcit mulierẽ alienã, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, idq; etſi non apud hoĩes, apud deũ tamẽ, qui magis uoluntatẽ reſpicit, q̃ opus, q etiã quæcunq; præcipit, toti homini præcipit, q corpore ꝯſtat & animo. Quaobrẽ quũ lex dicit, nõ mœchaberis, qd aliud uult, q̃ ne uel animo uel corpore adulterio te conſpurces, ne ſcilicet corpus libidinibꝰ æſtuet, neue mens fœda cõcupiſcentia inardeſcat? Mœchiæ autẽ nomẽ, etſi Græci ad ſignificãdũ adulteriũ frequentius accõmodent, hoc tamẽ loco mœchiæ appellatione oĩs illicitus ꝯcubitus, atq; illoꝵ membrorũ nõ legitimus uſus uenit, idq; nõ oĩno ꝯtra uocabuli rationem. Nam ut adulterari Latinis, ita μοιχεύειν Græcis uerbũ eſt generale ad omnem corruptionem. Nam & monetam adulterãt, q eam uitiant, & adulterant uerbũ dei, q illud corrupto affectu tractãt. Et in hanc certe ſententiã nõ tantũ Euangeliũ, ſed & lex ipſa uetus, hoc præceptũ interpretať, Quemadmodum legimus Tobiã filium ſuũ docuiſſe, quũ ait: Attende fili mi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuã nunquã patiaris crimen ſcire. Et in Leuitico dicitur: Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. Et Eccleſiaſtici. xli. Erubeſcite ab ꝯſpectu mulieris fornicariæ. Paulus item Apoſtolus fornicationẽ magna quadã uehementia, non uno in loco deteſtať ac prohibet: Hæc eſt (inquit) uoluntas dei

Ordinis rõ.

Chriſtus hoc præcepti interpretatur. Matth. 5.

Vis huius præcepti.

Ira. Cõcupiſcẽtia

Matth. 5. 1. Ioh. 3.

Auguſt. quæſtionum in Exod. lib. 2.

Mœchiæ appellatioñ. hic uenit omnis illicitus coitus.

Tobiæ. 4.

Deutero. 23.

Eccle. 41.

ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos a fornicatione, ut ſciat unuſquiſque
1.Cor.6. ueſtrũ uas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione de-
Ephe.5. ſiderii. Rurſus. i Cor. vi. Fugite fornicationem. Item Ephe. v. Fornicatio
1.Corin.5. aũt & omnis immũditia, aut auaritia, nec nomineť in uobis. Atq; adeo
hoc crimen abominatur, ut nolit nos ullam cũ fornicariis habere uitæ
Fœda libido totum hominem plane commutat. conſuetudinẽ. Sic legis. i. Cor. v. Scripſi uobis in epiſtola, ne cõmiſceami-
ni fornicariis. Item, Si is qui frater nominať inter uos, fornicator eſt, aut
auarus &c. cũ hmõi nec cibũ ſumere. Nec mirũ, q̃ ſcriptura doceat, nul-
lã propemodũ peſtẽ turpius, q̃ fœdã illam libidinẽ hoĩem cõmaculare,
atq; adeo totũ cõmutare, quæ ſane facit, ut uix agnoſcas hoĩem eundem
2.Regum.11. eſſe. Teſtis eſt Dauid, quo nemo cordatior, nemo pientior, nemo mãſue-
tior, At is ubi turpiſſime libidinis æſtu exardeſcit, q̃ fit carnalis, excors,
ac crudelis, atq; adeo ſui diſſimillimus, Quin etiã homicida, ut oĩno ue-
Oſee.9. rũ ſit, quod Oſee. ix. legimus: Fornicatio & uinũ & ebrietas auferũt cor,
Prouer.5. Et Solomõ Prouer. v. Stillans (inquit) fauus eſt ſcorti os, & mollius eſt q̃
oleũ collũ eius: uerũ poſtrema illius amara ſunt, uelut abſinthiũ, ac acu-
3.Regum.3. ta ceu gladius. Atq; idem etiã Solomon huius rei potentiſſimũ exemplũ
eſt. Nam etſi ipſe a domino cor ſapiens & intelligens nactus fuerit, intan
tum, ut nullus ante eũ ſimilis ei fuerit, nec poſt eũ (ut ſcriptura teſtať) cõ-
ſurrecturus ſit quiſpiam, tñ quũ cœpiſſet adamare mulieres alienigenas,
En quãtum mutatus eſt ab illo Solomone ſapientiſſimo. Statim enim
deprauatum eſt cor eius per mulieres, ut non eſſet deinceps perfectum
3.Regum.11. cum domino deo ſuo, ſed in tantum auerſum, ut ſequeretur etiam deos
alienos, & coleret ille Solomon nuper omnium ſapiẽtiſſimus Aſtarthen
deam Sydoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum
1.Cor.6. Ammonitarum. Et qui quæſo (ut omittamus exẽpla) fieri poteſt, ut non
totus auertatur a deo, qui libidinibus ſeruit. Quum Apoſtolus. i. Cor.
vi. dicat: An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus effi-
citur, qui autem adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Et ſtatim poſt, Om-
ne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem forni-
catur, in corpus ſuum peccat. Quod ſi roges, quur ſic? Reſpondebit Apo-
ſtolus, quod corpus non fornicationi, ſed domino, & dominus corpori.
An neſcitis (inquit) quoniam corpora ueſtra mẽbra ſunt Chriſti, & quo-
niam membra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt, quẽ
habetis a deo. Tollam ergo (ut rogans ſubiicit ille) & membra Chriſti, fa-
ciam membra meretricis? Abſit. Quin potius (ut idẽ monet) quum no-
ſtri non ſimus (empti enim pretio magno ſumus) hoc nobis curandum
eſt, ut proſtratis omnibus immundis concupiſcentiis & deſideriis, perpe-
Grauiſſime ſemper pũita fornicatio & adulterium. tuo glorificemus & portemus deum in corde & corpore noſtro.

CAeterũ, huius criminis grauitatẽ uel ſola pœna propoſita ſatis oſtẽ-
dit, Nam uix ullũ peccatũ eſt, quod atrocius in ſcripturis punitum
legamus atq; illud, Id quod ſatis teſtať diluuium, quo deus totũ mundũ

perdidit eo q̃ oĩs caro corruperat uiam ſuam ſup terram: pdidit quoque atq; etiam in cinerem redegit Sodomam & Gomorram urbes florentiſſimas, ut ne ruina quidem ſuperſit, illorumq; incolas externis cruciatibus deſtinauit, q̃d ſcortationi & ſtupris uacarint. quemadmodum teſtatur Apoſtol⁹ Judas: Sicut (inqt) Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates, ſimili modo exfornicatæ & abeuntes poſt carnem alteram, facti ſunt exemplũ, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Præterea ſic legimus, uigintitria millia de filiis Iſrael plaga diuinitus immiſſa ob fornicationem cum filiabus Moab periiſſe. Quod exemplum Paulus. i. Cor. x. nobis intuẽdum proponit: Neq; (inquit) fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt una die uigintitria millia. Hæc enim omnia in figura contingebãt illis, Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Nec dubitat etiam tantus Apoſtolus, ſcortatores a regno cœleſti excludere & inferni pœnis mancipare, quum inquit. i. Cor. vi. Neq; ſcortatores, neq; adulteri, neque molles, &c. regnum dei poſſidebunt. Et alibi: Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus etiam non habebit hæreditatem in regno Chriſti & dei. Rurſus ad Hæbreos cap. xiii. Fornicatores & adulteros iudicabit deus.

Gene. 6. & 7. Gene. 19. Iudæ. 1. Caro altera. Nume. 25. 1. Cor. 10. Scortatores a regno dei excluduntur. 1. Cor. 6. Ephe. 5. Hebræ. 13.

PORro quum Chriſtus animi libidinem ac concupiſcentiam tanto ſerio phibeat, ſimul quoq; phibet quæcunq; eam uel excitant uel nutriunt, qualia ſunt, uerba impudica, laſciuæ hiſtoriæ, ſpurcæ cantilenæ, imagines indecoræ, deinde oſcula, tactus, cogitationes, nimius ornatus & comptus corporis, occaſio, & potiſſimum crapula, ebrietas, deſidia, ocium, ſomnus, & ſi quæ ſunt ſimilia. Propterea quum prohibuiſſet cõcupiſcentiam ſtatim ſubiecit: Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. expedit eñi tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, q̃ totum corpus tuum mittatur in gehennam, Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, q̃ totum corpus tuum eat in gehennam. Hæc enim docendi gratia per ſimilitudinem dicuntur, non ue quis ſibiipſi amputare debeat genitalia, tum quod membrorum natura mala non ſit, tum q̃ hoc proximo præcepto plane, ut fiat prohibeatur. Sed magis his uerbis docetur omnis concupiſcentiarum occaſio diligentiſſime uitanda, adeoq; cauendum nobis ab omni eo, quod in huiuſmodi peccatum nos protracturum timemus, etiã ſi id tam charum ac neceſſarium nobis fuerit, q̃ ſunt oculi manus & pedes, immo dexter & potior oculus. Quid enim non abiicere & contemnere potius eligamus, q̃ uitam æternam amittere? & quoſnam animorum affectus (qui ipſius quoq; membra ſunt) præferemus deſiderio regni cœleſtis? Principio ergo hoc uidet monuiſſe Chriſtus, ut ſi contingat nos uitæ conſuetudinem habere cum eo homine, a cuius fauore tota noſtra felicitas poſt deum dependere uideatur, atq; interim ſuggeſtione diaboli fiat, in eius hominis domo aſpectum noſtrum in mulierculam aliquam incautius coniectum, malæ cõ-

Vis pręcepti. Chr̃us prohibet oĩa q̃ uel excitant uel nutriunt libidinem. Matth. 5. Explicatur locus Matth. 5. Ab oĩ eo quãtũuis charo nobis cauendum, quod ꝑtrahere poſſit ĩ libidinẽ. Affectus animi mẽbra.

cupiſcentiæ ignibus inardeſcere, uel noſtram pudicitiā ſolicitari, tum po-
tius eſſe, ut eam occaſionem euitemus, ac q̄ longiſſime nos elongemus
(quantumlibet id ingerat doloris aut incommodi) q̄ ut præſenti pericu-
Gene.39. lo nos committamus. Sic caſtus ille Ioſeph, dominam ſuam, quæ in eum
oculos ſuos iniecerat, ad adulterium ſolicitans, quoad fieri poterat, fugie-
bat, malens etiam ſe in uitæ diſcrimen conijcere, quam tantum crimen
committere. Atq; hoc eſt, quod orat Pſaltes, quum inquit: Auerte oculos
Pſal.118. meos, ne uideant uanitatem. Et Sapiens Eccleſiaſtici nono: Virginem (in-
Eccle.9. quit) non conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius, auerte faciem
tuam a muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpe-
ciem mulieris multi perierunt, & ex hac concupiſcentia quaſi ignis exar-
deſcit, ſpeciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. collo-
quium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Nec mirum. Aſcendit enim (ut
Hiere.9. Hieremias propheta ca. x. ait: mors p feneſtras noſtras, hoc eſt, per ſenſus.
Mors ſpōalis aſcendit per ſenſus. Quemadmodum idem ꝓpheta alio in loco dixit: Oculus meus depræ-
datus eſt aīam meam. Et Salomon Prouerb. vi. Nunqd (inquit) poteſt ho-
Threno.3. mo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta ſua nō ardeant: aut am-
bulare ſup prunas ut nō cōburantur plantæ eius? Re ipſa cōperimus, in-
Hieronymus. cendi ignem quum proximat ſtipulæ, ad eundem modum (Hieronymo
teſte) flāmigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis.

QVæ quum ita ſint, quanto magis putandum eſt crapulam & ebrie-
Prouer.26. tatē ueluti proxima libidinis fomenta, hoc præcepto reſecari? Nā
ut Salomō ait Prouer. xxvi. Quū defecerint ligna extinguet ignis.
Lucæ.21. Proinde apud Lucam tam ſerio monet Chriſtus, ut attendamus nobis,
ne forte grauentur corda noſtra crapula & ebrietate. Ad hæc monemur
Hieronymus de cōſ. diſt. 5. c. nunquam. hoc præcepto, prophanum otium & ſecuritatem q̄maxime uitare, ac pro-
uocamur, ut ſemper boni aliquid faciamus, ut ſemper nos diabolus occu-
1.Cor.4. patos inueniat, quo reſpicit, quod Paulus. i Cor. iiii. ait: Nolite locum
Ezech.16. date diabolo. Et Ezechiel propheta diſerte teſtatur, hoc olim Sodomitis
exitii occaſionem præbuiſſe: Ecce (inquit) hæc fuit iniquitas Sodomæ ſo-
roris tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filia-
rum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuati ſunt, &
fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eos, ſicut uidiſti. Hæc ergo
oīa quantumuis nobis dulcia uideantur, reſecanda ſunt, & magis eligen-
dum, ut tenuiter, atq; etiam miſere uiuamus, q̄ ut abiiciamur in gehen-
Præſentiſſimum remedium aduerſus libidinē. nam. Præſentiſſimum autē remedium erit aduerſus hoc malum, ſi ſedu-
lo a Chriſto hoc intimis precibus cōtenderis, ut te ꝯtinentē faciat, tuæq;
pudicitiæ florem illibatum cōſeruet. Alioqui tantum bonum retinere ui-
Natura nemo continens. ribus naturæ fruſtra cōtenderis. Nam & Sapiens ait: Nō poſſum eſſe con-
tinens, niſi dñs dederit. Quod ſi Chriſtum ad eum modum ex toto pecto-
Prouer.2. re rogaueris, non dubium, illum (ut eſt pudicitiæ ſummus amator) uotis
tuis ſatisfacturum. Nam & Salomon teſtat, Sapiētiam eſſe, quæ præſtat,
ut eruaris a muliere aliena & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos.

CAeterum(ut paulo ante meminimus) Chriſtus etiam docet, hoc præcepto non ſolum prohiberi adulterium, atq; omnem illicitum Veneris uſum, ſed & e regione quoque requiri uirtutes illas longe pulcherrimas, nempe caſtitatem, temperantiam, continentiam, ſobrietatem uerecundiam, non factorum tantummodo, ſed uerborum etiam & morum, atq; ea exercitia, quib⁹ hæc uirtutes retinentur, ueluti ſunt ieiunia, orationes, uigiliæ, ac pii labores. Triplicem autem eſſe conſtat caſtitatem, nimirum uirginalem, coniugalem, & uidualem. Non ſolum enim caſtitas uirginum aut uiduarum eſt, ſed etiam coniugum, quemadmodum Apoſtolus teſtatur ad Hebræos ulti. Honorabile(inquiens) coniugium & cubile immaculatum. Et Sapientiæ. iiii. legis. O q̃ pulchra eſt generatio caſta cum claritate. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud deum nota eſt, & apud homines. Quomodo enim caſtum ac pudicum non erit, quod ſanctificauit & mundauit deus. eſt enim Matrimonium dei ordinatio atq; etiam ſacramentum, præceptum etiam habens, ut omnes q non continent, eo utantur, Sicuti Paulus inquit, Propter fornicationem unuſquiſq; ſuam uxorē habeat. Verum ut caſtum & immaculatum ſeruetur matrimonium, eo non quomodolibet ſed ſancte uti oportet. Alioqui ſi immodice ſeruiatur libidini, aut congreſſus ita peragatur inter fœcundos, ut inde nulla ſit ſpes prolis, talis abuſus non procul ab adulterio aberit, quemadmodum ſuperius in Sacramentum Matrimonii fuſius docuimus. Caſta mens & amor ſyncerus coniuges decet, ſine quibus coniugium uix coniugium, ſed magis cōtubernium cenſetur. Gentes, quæ hæc caſtitatis genera uel non nouerunt, uel non rite coluerunt, delapſæ ſunt ī uagas ac ſpurciſſimas libidines, propter quas deus ſe Chananæos deleturum eſſe teſtatur, Et Paulus ſignificat cæcitatem & amentiam libidinum pœnas eſſe. Hoc igitur dico (inquit) & teſtificor in domino, ut iam non ambuletis, ſicut & gētes ambulāt in uanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a uia dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. Rurſus & alibi, Paulus impudicitiā impietatis pœnā eſſe tradit, quia (inquit) non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis & cætera quæ ſequuntur. Ac ſatis coniectari poteſt Apoſtolum; quum coram Felice præſide & Druſilla uxore ſua, de iuſtitia, & caſtitate, & de iudicio futuro diſſereret, adeo ut tremefactus diſcederet. Felix in eundem modum de caſtitate diſſeruiſſe.

SVnt hodie q uirginitatem matrimonio æquant, atq; etiam cōtendūt Chriſtum ac Paulum nō aliter laudare & ſuadere uirginitatē, quā ut expeditiores ſimus ad docendū Euangelium, & ad obeunda miniſteria eccleſiaſtica. Et Proinde Chriſtum dixiſſe, q ſe caſtrauerunt propter Euāgelium &c. Nos ut nō dicimus uirginitatem aut aliam quāpiam uirtutē ſua dignitate mereri remiſſionem peccatorum & iuſtificationē, Ita cū patri

Hoc præcepto e regiōne requirit affirmatiuā quę complectitur plurimas eximias uirtutes.

Triplex caſtitas.

Heb. ulti.

Sapiæ. 4.

Gene. 2.

1. Corinth. 7.

Quod nā ſit caſtrum matrimonium.

Caſta mens & ſyncerus amor ꝯiuges decet.

Cæcitas & amētia libidinis pænæ.

Ephe. 4.

Roma. 1.

Actor. 24.

Refelluntur uirginitatis oſores ac contēptores.

Matth 19.

Virginitas et ſi nõ mereat remiſſionem peccato℞,ma trimonio ta mẽ ſupior eſt. Aliud eſt pſo nas pſonis, aliud uirtutẽ uirtuti com parare.

bus & eccleſia ſentimus:uirginitatem matrimonio excellentiorem ac lõge præſtantiorem eſſe,tametſi ſcriptura teſtetur multos pſtãtiores fuiſſe coniuges,ut Abraham,Iſaac, & Iacob quam pleraſq; uirgines. Sed aliud eſt, perſonas perſonis, aliud uirtutem uirtuti comparare, ut ſuperius in Sacramento Matrimonii docuimus. Deinde ex Chriſti ac Pauli uerbis colligimus,uirginitatem donum eſſe matrimonio excellentius, quod & ſua eximia præmia habeat,quemadmodum habet & ieiunium. Denique ex ipſo Paulo cõuincimus,cõſilium cœlibatus,nõ tantum ſpectare ad primitiuam eccleſiã,ſed etiam ad præſentem. Nec tantum ad eos q eccleſia℞ gubernaculis admouẽtur,ſed ad omnes Chriſtianos uiros pariter ac fœminas, Idq; nõ ſolum propter docendum uel diſcendum Euãgelium ſed q̃maxime ut ĩ hac breuiuſcula uita expeditiores ſimus ad ſeruiẽdum deo uiuenti. Quid enim his uerbis apertius, tempus breue eſt, reliquum eſt, ut qui habent uxores, tanquam nõ habentes ſint, & qui flent, tanq̃ non flentes, & qui gaudent, tanquã non gaudentes, & qui emunt, tanq̃ non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. præterit enim figura huius mundi. uolo autem (ut ſubdit) uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomodo placeat deo, q autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt: Et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placet uiro: Atq; hoc (inquit) ad utilitatem ueſtrã dico, non ut laqueum uobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dominũ obſecrandi. Et poſt pauca, Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, bene facit, & qui matrimonio iungit uirginem ſuam, benefacit, & qui non iungit, melius facit. Item. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum cõſilium, puto autem qđ & ego ſpiritum dei habeã. Hæc ille.

1.Corin.7. cõſiliũ cœli batus ꝑpetuum ẽ reſpõd ens oẽs ætates.

Quid cõueniat nobis cũ aduerſariis.

Hoc nobis cum aduerſariis cõuenit, Euangelium requirere, ut ſi qui nõ poſſint continere, potius ducant uxores, ne ſe libidinibus cõſpurcent, neue ſint authores alicuius turpis exempli, Deinde qui cœlibatum meditantur, explorare oportere ſuas uires, & diligenter conniti, ut pure uiuant.

Quid nõ cõueniat.

At licere iis, qui cœlibatum maturo conſilio ſpe ſeruandæ continentiæ freti uouerint, ob obortam aliquam carnis tentiginem ſpreta priori profeſſione, cõiugium ſine peccato contrahere, id uero non cõuenit. Quemadmodũ in ſecundum præceptum latius diximus hactenus de ui pcepti.

Qui peccent, in hoc præceptum.
Leuit.20.
Deu.22.
Deute.31.
Dauid grauiſſime punitus ob adulteriũ.
2.Regũ.12.

PEccãt uero ĩ hoc pceptum initio, idq; grauiſſime, q adulteriũ & corpore & aĩo cõmittunt, hoc eſt, q alterius to℞ uiolãt, ſiue uterq; ĩ cõiugio ſit, ſiue alter tm̃, quẽ lex uetus morti addicit. Sic grauiſſime Dauid deliquit, grauiſſime etiã punitus, Idq; ĩ liberis ſuis & uxorib⁹. Nã & ĩfantẽ amiſit & uidere coactus eſt Abſolõ filiũ decẽ cõcubinas ipſius uiolãtẽ, & de regno eũ eiicere & occidere molientem. Quod futurum ipſi Nathã

ꝓpheta prædixit.Itidem legis libro Iudicum tribum Beniamin ꝓpe totã 2.Regũ.8.
a dño deletã fuiſſe, qđ fœdiſſime peccaſſet in uxorẽ cuiuſdã Leuitæ ui op Iud.20.&.21
preſſam.Quin & Abimelech rex punitus eſt a deo, nondum facto adulte
rio,tm̃ qa Abrahæ uxorem cõcupierat.Nõ leuius peccãt,qn interdũ gra
uius,q ſtuprum cõmittunt,hoc eſt,q uirginis pudorẽ tentant ac corrum Geneſi.20.
punt,quos itidem lex morti addicit. Fit aũt ſtuprum grauius, ſi puellam
uirginẽ iã alii deſpõſam qs corruperit,quẽ lex morti addicit.Si puellã uir Stuprũ.
ginem deſpõderit uir,& inuenerit eã aliqs ĩ ciuitate, & ꝯcubuerit cum ea,
ambo educti lapidib⁹ obruenť.Si ĩ agro repererit,&apphendens ꝯcubue Deuter.22.
rit cum ea,ipſe morieť ſolus.Graui⁹etiã peccant,q raptum cõmittunt,ob
quẽ legis Sichem filiũ Emor pricipis Sichimoꝝ. cũ pr̃e occiſum, ac totã
ſimul urbẽ euerſã eſſe.Amõ quoqꝫ qđ rapuiſſet & ui oppreſſiſſet Thamar Raptus.
ſororẽ ſuã,a fr̃e ſuo Abſolõ ĩter ꝯuiuandũ obtruncat⁹ eſt. Grauiſſime ue Leuitici.18.
ro ĩ hoc ꝑceptũ cõmittunt q naturæ ius uiolãt,nõ tẽperãtes ab iis, a qb⁹ Leuitici.20.
abſtinendũ eſſe natura iudicat,quos lex etiã mortis reos facit.Oĩs inquit Ibidem.
hõ ad ꝓximã ſanguinis ſui nõ accedet,ut reuelet turpitudinẽ eius.Item q
dormierit cũ nouerca ſua,& reuelauerit ignominiã pr̃is ſui,morte moriã
tur ambo.Itẽ ſi qs dormierit cũ nuru ſua,uterqꝫ moriať.Paulus apoſtol⁹ 1.Cor.5.
uiꝝ Corinthiũ(q nouercã ſuã duxerat)tradidit Satanæ uexãdũ ĩ interitũ
carnis:Et grauiter corripit Corĩthios, qđ ĩter eos talis oĩno audireť for-
nicatio,q̃lis nec ĩter gẽtes,ut uxorẽ pr̃is ſui qs habeat.Eſt & ĩceſt⁹ſpũalis, Inceſtus ſpi-
ueluti,cũ qs uirginẽ Chr̃o deſpõſatã & ꝑpetuã caſtitatẽ ꝓfeſſam uiolat. ritualis
Quemadmodũ & adulteriũ ſpiritale eſt,qđ etſi in oĩ qdem crimine cõmit Adulteriũ ſpi
tať,peculiarius tñ in Apoſtaſia,cum qs a cultu ueri dei recedit ad cultum ritale. Apoſtaſia.
dæmonioꝝ,de quo paſſim in ꝓphetis, qđ ad primũ præceptum proprie
ptinet.Deinde etiã peccant ĩ hoc præceptum,q quomodolibet fornican-
tur,etſi mulier neqꝫ cõiunx,neqꝫ ꝓxima, neqꝫ uirgo ſit, qđ & lex uetus di- pctm̃ contra
cat,Nõ erit meretrix de filiabus Iſrael,nec ſcortator de filiis Iſrael.Oĩum naturam.
uero grauiſſime delinquunt,qui peccatum cõtra naturã(quod piæ aures Geneſis.19.
abhorrent)cõmittunt,ob qđ potiſſimum Sodoma & Gomorra,cum re-
liquis tribus ciuitatibus igne & ſulphure funditus euerſæ ac conſumptæ pctm̃ mutum
ſunt. Id qđ patres recte mutum appellarunt,uel ob id, quod de eo ſobrie
ad ꝓmiſcuã plebem loquendum ſit,ne innocentes animi offendantur.De Exo.22.
quo peccato habes Exodi.xxii.Leuitici.xviii.&.xx. & Romanos primo. Leuitici.18. et.20
Hactenus de cõmittẽtibus craſſam illã Mœchiam & Fornicationem. Roma.1.

QVinetiã ſcđm Chr̃i doctrinã nõ tm̃ hii ĩ hoc præceptũ ĩpingunt,q
uel aĩo impudico ſunt,ac internis ꝯcupiſcentiis uruntur, & æſtuant, Leuiti.5.
ſed & q matrimonio abutuntur in uenerem ĩpetuoſam ac illicitã cũ Matth.5.
cõiuge ruentes.Item q cõiugem repudiãt,Matthæi.v.Qui debitã beneuo 1.Corin.7.
lentiã denegant.i.Corinth.vii.Qui uxorem deſpiciunt,aut nõ ex aĩo dili- Epheſi.5. Coloſſ.3.
gunt,Epheſ.v.Qui cõtra cõiugem amarulenti ſunt, Coloſſ.iii.Deinde q Galat.5.
impudicis uerbis ſeu cãtilenis libidinem nutriunť, Galat.v. Corrumpũt 1.Corinth.15.

Matth.5. em̃ bonos mores colloq̃a praua, Co.xv. Qui cõſpectu, tactu, ac oſculis ſe cõtaminant, Matthæi.5. Oſculum em̃ mulieris, quoddã pignus eſt ueneris, & p oſcula etiam amantium ſpiritus inter ſeſe transfundunt. Quo

Nefaria cõſuetudo. fit ut q alio amori ſe exponit, aliorumq; amoris pignora accipere gaudet, adulterio occaſionem ſtruat moliaturq;. Quamobrem qs nõ uidet ↄſuetudinem illam plane nefariã ac damnabilem eſſe, qua alicubi in unũ eundemq; lectum maſculi & fœminæ innuptæ nuptæq; ſe recipiunt, qđ & ibidem apud magnates, non tm̃ nõ turpe putat, ſed laudi etiã ducitur.

Matth.5. Sed mira q̃dã cæcitate q̃ diabolus eo aĩos pſtringit. Nã ſi oculos auertere iubemur, ne alterius cõiugẽ inſpiciamus, Itẽ ſi recte ſenſit Hieronymus puellã uirginẽ ſic educandã, ut ne cũ mulieribus qdẽ lauet, neue ad nuptias etiã cũ matre pgat. Quis neget hunc abuſum, ipſiſſimã eſſe pudicitiæ pſtitutionẽ utcunq; offundãt excuſationẽ fumi ĩ pctis? Nã ut afferãt, hii ſe ĩhoneſte qđ neq; agere, neq; loq fieri tñ non põt, qn caro tentigine & pruritu cõcitata neſcio qđ ſuadeat. Ne qđ ĩterim grauius dicamus. Profecto uere ẽ q ille ait. Cũ pximat ſtipula, incendit ignẽ, ut merito de tã craſſiſſimo uitio gl̃ari deſinãt, q p aliis honeſtatis gl̃iam ſibi uẽdicãt. Præterea ab huius legis cenſura ĩmunes nõ ſunt, q crapula & ebrietate, deſidio, otio, ac ſomno luxuriæ fl̃ãmas ↄcitant. Nolite (inqt aplus) inebriari uino, ĩ quo ẽ luxu

Prouerb.20. ria. Et pꝛuerb.xx. Luxurioſa res uinũ, & tumultuoſa ebrietas: qcunq; his delectat̃ nõ erit ſapiens. Notus eſt uerſiculus, uẽter uino æſtuãs facile deſpu

Hieronymus. mat ĩ libidinẽ. Breuiter, oẽs ĩ hoc pceptũ peccãt, uel q domũ, copiã, locũ, tps, auxiliũ cõmodãt ad libidinis opam, qđ oium turpiſſime faciũt lenones, uel q ullam occaſionẽ uñ excitari libido põt, uel pſtant uel nõ uitãt.

PRAECEPTVM SEPTIMVM.

NON FVRTVM FACIAS.

Ordinis ratio. POſt corpus ſeu uitã, & uxorẽ (q̃ corporis & uitæ pars eſt) externa quoq; bona, ſine qbus nõ uiuit̃, ĩter chara habemus. Iure itaq;, qđ de nõ furando eſt, ſupiora pcepta cõſeqt̃. In quo qdẽ pcepto uti in cæteris a parte totum ĩtelligimus, ut furti noĩe, omnẽ iniuſtã uſurpationẽ, affectationẽ

Auguſt.q̃ſtio n ii ſ xo.li.2. & cupiditatẽ rei alienæ accipiamus. Quĩ Chrs docet hoc pcepto, nõ tm̃ p

Vis præcepti. hiberi oẽm auaritiã fraudẽ, & ĩpoſturã, ſed & e regiõe reqri ſummã animi

Matt.6. ſynceritatẽ ac ſimplicitatem, deĩde etiã begnitatẽ ac liberalitatẽ erga pxi

Regula euangelica. mũ egentem. Siqdem eo loco ubi decalogũ interpretat̃, ac de ↄſummata iuſtitia pcipit, docet ĩ omni actiõe, q nobis cũ pximo eſt, hanc regulã ad unguẽ (ut aiunt) tenendã, ut oĩa ſic faciamus alteri, quẽadmodum uelimus

Facultatẽ noſtraſ gẽte pauperes ſibi uẽdicant. ut uiciſſim nobis ab altero fiat. quæ regula ueluti lydius qdã lapis eſt, ad quã ↄſcientia nr̃a applicata, facile diiudicauerit, num huius pcepti rea ſit.

RVrſus cũ pcipit, ut om̃i petenti demus, & uolentẽ a nobis mutuare, ne auerſemur, bñficẽ tiã, & eleemoſynã ĩ pauperes a nobis reqrit, ſub

Q̃ô ĩtelligẽdĩ q Salomõ furtũ eleuat. indicans externa bona ſic eſſe nr̃a, ut tñ eorum partem egentes ſibi uendicent (qđ & ſupius docuimus) quo minus abſurdũ tibi uidebit̃ q Sapiens

ꝓuer.vi.dixit.Nõ eſt grandis culpa,cũ qs furatꝰ fuerit. Loqᵗ em̃ de hoíe, quẽ ineuitabilis uitæ neceſſitas ad furandũ ĩpellit, q̃ plane uel minuit,uel tollit culpã,q̃ndoqdem mox ſubdit.Furaᵗ,ut eſurientem ĩpleat uentrem. Quanq̃ etiã ꝙ Salomõ dicit furti culpã nõ eſſe grandẽ,adulterii criminis oĩum grauiſſimi reſpectu,cuiꝰ cõparatiõe furtũ ex neceſſitate cõmiſſum lõge minoris culpæ eſt,dictũ eſſe uideᵗ. Alioq furtum etiã,ꝙ ad ſe attinet, crimen grauiſſimũ,ſi tñ uel manuũ labore, uel alia quacunq; rõne fames pelli poſſit.Cæteꝝ ꝙ Exo.iii.ca.Dñs ꝑ Moſen Hæbreis mãdaſſe legiᵗ,ut acciperẽt ab Aegyptiis uaſa aurea & argẽtea,& ueſtes ꝑtioſas,utq; deprædarenᵗ ſeu ſpoliarent Aegyptum,nihil habet cum hoc ꝑcepto cõe. Nec illi deo obtẽperantes furtũ cõmiſerunt, ſed deo iubente ĩpleuerunt myſterium.Mandatũ dei erat,cuiꝰ eſt terra & plenitudo eiꝰ, de quo iudicandũ nõ fuerat,ſed obediẽtia tm̃ ꝑſtanda.Ille em̃ nouit q̃ iuſte mandauerit: ad ſeruũ aũt ꝑtinet obedienter facere,qđ ille mãdauit,q cũ a priuata cupiditate mentẽ defecatã habet,ac dei iuſſionẽ inſequiᵗ,peccare oĩno non põt. Sedꝰ ut ad uim ꝑcepti reuertamur,ea ĩprimis ĩ hoc ſita eſt,ut ab om̃i fraudulenta uſurpatiõe rei alienæ penitus abſtineamus. Impingunt ergo ĩprimis in hoc ꝑceptum,q rem alienã fraudulenter cõtrectant ĩuito dño. Vi dete(inqt Tobias)ne forte furtiuus ſit hœdus,reddite cum dñis ſuis,quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid,aut cõtingere. Iam etſi olim tale crimen lege Moſaica nõ plecteretᵗ morte,ut uidere eſt Exodi ca.xx.Nihilo ſecius tñ nõ iniuſte agunt magiſtratus, q inſequẽtes ꝑſentes leges & patriæ mores fures ſuſpendunt.Neq; em̃ lex iudicialis & politia Moſis ĩ gentes etiã tranſlata eſt,ſed docet euãngelium ꝑſentibus magiſtratibꝰ obediẽdũ eſſe.Quibꝰ etiã ꝑtãtem legũ ꝯdẽdaꝝ ꝑbet: ac ut ĩſontes ac pacis & cõis ſocietatis ꝑturbatores ſeuere aĩaduertant,ꝑmittit.Sed tñ uiderint magiſtratus,ne ſint appetentes ſanguinis,neq; acceptores ꝑſonaꝝ,neue furunculum,q uel ob neceſſitatem,qd modicũ furatus eſt,ſpẽ etiã frugis melioris uitæ ꝓmittentẽ, temere furcæ addicãt,publicos aũt homicidas, adulteros,raptores,latrones,ac paupeꝝ direptores liberos abire ꝑmittãt. Nõ cõſideres,inqt lex,ꝑſonã pauperis,nec honores uultũ ꝑotẽtis. iuſte iudica ꝓximo tuo.Itẽ Deuter.i.Qđ iuſtum eſt iudicate:ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinꝰ,nulla erit diſtantia ꝑſonaꝝ.Ita paruũ audietis,ut magnum, nec accipietis cuiuſq̃ perſonã,qa dei iudicium eſt.Rurſus,iuſte qđ iuſtum eſt ꝑſequere,Nec abs re monet ſapiens dicens. Noli quærere fieri iudex,niſi ualeas uirtute irrumpere iniqtates,ne forte extimeſcas faciẽ potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.Grauius aũt in hoc ꝑceptũ peccãt Prædones & Piratæ,q apta ui ſub belli ſpecie ſpoliãt hoíes, de qbus Paulus Corinth.vi.dixit,Quod fures & raptores regnum dei nõ poſſidebunt, Quibus finitimi ſunt principes & Magiſtratus,q hoſce milites ſeu eqtes uiaꝝ obſeſſores,ac rapinã agentes(quos lex ciuilis latrones appellat)ꝑ cõniuentiã ferunt.Audiant ſiqdem prophetã Eſaiã.Principes tui infideles,ſocii fu

Prouer.6.
Furtũ graue peccatum.
Exod.3.
Aug.qſtionũ in Exod.li.2.
Pſal.23.
Vis præcepti
Qui peccent in hoc præceptum.
Tobiæ.2.
An peccẽt magiſtratus, qui furtum morte puniant.
Exodi.22.
Politia Moyſis non ẽ trãſlata in gentes.
Romano.13.
Matth.23.
Quid uidendum migrantibus.
Leuit.19.
Deute.1.
Ecclesi.7.
Prædones, piratæ.
1. Corinth.6.
Principes cõuenientes.
Latrones.
Raptores.
Eſaiæ.1.

uiolentior)dicta uideri debent,nõ in principes & magiſtratus,q ex iuſta cauſa tributũ ꝓferendũ indicũt,qbus tñ danda eſt opa,ne hoc ſæpe fiat, qđ tenuitati ærarii,frugalitate rectius,q̃ uiolẽtis ac inſolitis exactionibus ꝓuideat. Abſit uero ut factioſis ac uertiginoſis ſpiritibus(q cenſus & uectigalia ueluti rẽ iniquam damnant,)ullũ ſuæ ſeditionis præſidium afferãt.Nã & tributa ac uectigalia ex Chriſti præcepto ſoluẽda ſunt, & parendũ magiſtratibus etiã iniqua iubẽtibus,modo nõ præcipiãt quid contra uerbũ dei,ꝗ & Chrs tributũ ſoluerit,& p Paulum ſoluenda mãdauerit.Sed de hoc ſatis.Inſup Iudices,qui iuſtitiã ac iudiciũ(quæ gratis impartienda ſunt)diuẽdunt,grauiter in hoc præceptũ peccare putandi ſunt.Nam id q̃ graue ſit,ſatis declarat Moyſes Exodi.xxiii.Nõ accipias, inquit,munera,quæ excæcãt prudẽtes,& ſubuertunt uerba iuſtoꝝ.Rurſus Deuteronomii xxvi.Non accipies perſonam,nec munera.qa munera excæcant oculos ſapientũ,& mutant uerba iuſtoꝝ. Iuſte qđ iuſtũ eſt exequeris.Iuſte uero qđ iuſtum eſt,exequiť,qui ad defenſionẽ iuſtitiæ & uirtutis,æmulatione,nõ amore præmii temporal is excitať. Ietro ſocer Moyſis,Iudicẽ eligẽdum ſenſit eum,in quo ſit ſapientia,timor dei,& ueritas,& q oderit auaritiam:Et ꝓphetæ ubiq; Iudicum cupiditatẽ deteſtanť, ueluti Eſaiæ i.et.iii. Hieremiæ.l. Ezechielis.xxii.Micheæ.iii.Sophoniæ qn.Prouerb.xxviii.Nec tantũ peccant Magiſtratus hæc facientes,ſed & a ſuis præſidibus, Vicariis,Officialibus,aliiſq; miniſtris fieri ꝑmittentes,quod nõ ſolum digni ſint morte qui faciunt,ſed etiã qui ꝯſentiunt faciẽtibus.Quid ni morte digni ac proximi?contra quos aſſidua pauperum oppreſſorum uox in cœlum clamat. Quẽadmodum Exodi xxii.ſcribitur: Viduæ & pupillo non nocebitis.Si læſeritis eos,uociferabuntur ad me,& ego audiam clamorem eoꝝ,& indignabitur furor meus,percutiamq; uos gladio,& erũt uxores ueſtræ uiduæ,& filii ueſtri pupilli.Itidem:Non minus peccant in hanc legem Eccleſiaſtici præſides,q indignos accepta pecunia ad gubernacula Eccleſiaꝝ admouent. Nam uendentes(quod gratis cõmitti ac dari debebat)nõne furanť?Qui Hieroboam illũ imitantur.De quo ſcriptũ eſt,Quicunq; uolebat,implebat manũ eius,& fiebat ſacerdos excelſoꝝ & propter hanc cauſam peccauit domus Hieroboam,& auerſa eſt,& deleta de ſuperficie terræ. Deinde qs nõ uidet in hoc præceptum quã grauiſſime peccare ſacrilegos, qui ſacra prophanant,qui templa demoliuntur,qui prædia eccleſiæ diſtrahunt,q tẽploꝝ facultates diripiũt,qui Clericos & Monachos ſuis domiciliis extrudunt,ac uictu priuant,Quos merito terreat Balthazar apud Danielem,& Heliodorus qui tẽplum Hieroſolymis deſpoliaturus,ſubito cõcidit in terrã & multa caligine obrutus,e tẽplo ſemiuiuus eiectus eſt. Itẽ Antiochus ille,quem dirus uiſceꝝ dolor(tẽplũ expoliare tentantem)apprehendit,ſic ut de corpore impii uermes ſcaturiirent,ac uiuentes in doloribus carnes eius effluerent adeo ut odor etiam illius & fœtor exercitũ grauaret.Deinde huius præcepti cenſura ꝑcelluuť peculatores, q ſuppi-

Tributa ac uectigalia ex Chri præcepto ſoluenda. Matth.22. 1.Petr.2. Roma.13. Matth.17. Roma.13. Exodi.23. Deutero.28. Iuſte quod iuſtum eſt, exequendum. Exodi.18. Qualis iudex eligendus. Eſaię.1.&.3. Hie.50. Ezech.22. Micheæ.5. Sopho.3. Prouer.28. Roma.1. Exod.22. Prælati ſimoniaci. Matthæi.10. Acto.8. 3.Regum.13. Sacrilegi. Daniel.5. 2.Macca.3. 2.Maccabæo. De peculatores. Plagiarii.

lant ex ærario publico, Plagiarii, q abducunt aliena mãcipia ſeu liberos, Abigei, q abducunt aliena iumẽta aut pecudes: Peccant itẽ Vſurarii in hãc legẽ. q uſurã & lex abominet, & euãgeliũ dãnet. Vt legẽ ſileamus, Euãgelii doctrina, quæ latius ſe porrigit, ſic habet. Si mutuum dederitis his, a qbus ſperatis recipe, quæ grã eſt uobis? Nã & pctõres peccatoribus fœnerant, ut recipiãt æqualia. Verũtñ mutuũ date, nihil inde ſperãtes.

Vſurarii.
Exod zz.
Leui.zſ.
Ezech.8.&.1z.
Pſal 14.
Lucæ.6.

SVnt & furtorũ quædã genera tect iora, ſed nõ min⁹ ſcelerata, Qualia cõmitiũt q mercenarios debita mercede fraudãt, ɔtra quos Iacobus cap. v. inclamat: Ecce (inquit) merces operarioɤ, qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraudata eſt a uobis, clamat, & clamor eoɤ in aures domini Sabaoth introiuit. Quo fit ut in hũc modũ Leuiticus moneat. Non morabit᷑ opus mercenarii tui apud te uſqꝫ mane. Viciſſim peccat operarius, qui aut non præſtat quod pollicitus eſt, aut infide præſtat. is enim ſi mercedẽ integrã accipit, fur eſt. Qui monetã publicã adulterant, furibus deteriores ſunt, Impoſtores, qui fucata, ueluti factitias gemmas pro ueris ac natiuis diuendũt, & reuera fures ſunt Eodẽ crimine Oenopolæ & Aurigæ ſe reos faciũt & inuoluũt, qui aquã ſulphuratã, aut lixiuium uendunt pro uino, Et inſtitores (qui iniquo pondere & fallaci mẽſura emptorem circũueniunt) furibus peiores ſunt. Non habebis (inquit lex) in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, Et iterum, Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in põdere, & mẽſura. Adhæc, qui calumniant᷑ pauperẽ, id quod crebro fit fraudulentis litibus, aut aliis etiã doloſis cõmentis, quibus illi hoc agũt ac cõtẽdunt, ut egeni ius uel euertant uel ſaltẽ impediãt, huius præcepti cenſurã nõ euadunt. Nam & calumniam mendacẽ ſapiens ſupra mortẽ grauem eſſe aſſerit, & Ezechiel dominum loquentẽ facit in hæc uerba, Populi terræ calumniabant᷑ calumniam, & rapiebant uiolenter, egenum & pauperẽ afflixerunt, & aduenam opprimebant calumnia abſqꝫ iudicio, & effudi ſuper eos indignationem meã. Item apud Zachariam cap. vii. legis. Viduam & pupillũ & aduenam & pauperẽ nolite calumniari, & malum uir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Neqꝫ uero ob id ſecum gaudeant iſti, quod ſcilicet per calumniam diteſcunt, aut quod ſententia ſecus quã oportebat extorta, ſuperiores euadant. Nã ſcriptũ eſt. Qui calũniat᷑ pauperẽ ut augeat diuitias, dabit ipſe ditiori, & egebit. Et ſapiẽs Eccleſi. iiii. Si uideris inqt calũnias egenoɤ, & uiolẽta iudicia, & ſubuerti iuſtitiã in ꝓuĩcia, ne mireris, qa excelſo excelſior eſt ali⁹. Rurſus q merces ſuas uẽdũt, nõ quãti debẽt, ſed quãti poſſunt, qs excuſabit a furto? quũ ꝓphetã dicẽtẽ legam⁹. Audite hoc, q ɔteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ, dicẽtes, quũ trãſibit mẽſis, & uenũdabimus merces? ſabbatũ, & opiemus frumẽtũ, ut imminuamus mẽſurã, & augeamus ſiclũ, & ſupponamus ſtateras doloſas, ut poſſideam⁹ in argẽto egenos & paupes ꝓ calciamẽtis, & qſqlias frumẽti uẽdam⁹. Et paulo poſt ſubdit᷑: Iurauit dñs, ſi oblit⁹ fuero uſqꝫ in finẽ oĩa opa eoɤ. Molitores etiã ac Piſtores ueteri dicterio fures appellã

Furta tectiora
Iacob.ſ.
Adulterãtes monetam.
Impoſtores.
Oenopolæ.
Aurigæ.
Inſtitores.
Calũniatores
Eccle.z6.
Ezech.c.zz.
Male parta male dilabũt᷑.
Prouer.zz
Extrudẽtes merces quantũ poſſunt.
Molitores.
Piſtores.

tur,ſed hii demũ recte ac iure,qui ré alienã uel ſubtrahunt uel uitiant.

IAm ſi hæc obtinent in rebus prophanis,quanto magis in cenſibus ec- Clerici qui ſocii furum.
cleſiaſticis,quoꝝ Clerici & ſacerdotes diſpéſatores tantũ ſunt nõ dñi?
Qua de re Clerici & ſacerdotes,qui céſus Eccleſiaſticos accipiũt, nec ea
præſtare conanť,ob quæ illi ſunt inſtituti,aut qui ſacerdotii céſus acci-
piũt,cũ abhorreãt a ſacris, Itidé q̃ Eccleſiæ p̃rimoniũ cũ ſcortis & pota
toribus decoquũt,& pauperes negligunt,Quos nõ dubium eſt infideliũ
diſpenſatorum pœna afficiendos.Sic enim legis apud Lucam, dominũ
dicentem:Quod ſi dixerit ſeruus in corde ſuo,m orã facit dñs meus ue- Lucæ.12.
nire,& cœperit percutere ſeruos & ancillas,& edere & bibere,& inebria-
ri,ueniet dñs ſerui illius in die qua nõ ſperat,& hora quã ignorat,& diui
det eum,partemq; eius ponet cum hypocritis. Matth.7.

POſtremo,quiſquis fratri ſuo malũ cogitat,& regulã euãgelicã de nõ Peccatũ nõ di-
faciendo alteri,qđ ſibi fieri nolit,nõ inſequitur,is ab huius præcepti mittitur, niſi
tráſgreſſione oĩno excuſari nõ poteſt.Id uero omittendũ nõ eſt,peccatũ reſtituatur
qđ uſurpatiõe rei alienæ cõmittiť,nõ aliter ꝑdonari,niſi integra fiat ab- ablatum.
latæ rei reſtitutio. Vulgatũ eſt Auguſtini uerbũ,Peccatũ non dimittiť, Auguſtinus.
niſi ablatum reſtituať. Et pulchre Chryſoſtomus in opere imperfecto: Chryſoſtom᷑
Qualis(inq̃t)præceſſit offenſio,talis ſequať recõciliatio. Et poſt pauca: in ope imperfecto.
Si operibus quenq̃ offendiſti,redde quæ abſtuliſti,& pœnituiſti,iuxta il- Lucæ.19.
lud Zachæi:Dñe,quæcunq; fraude abſtuli,reddo in quadruplo. Et ſta-
tim poſt.Alioqui niſi quem factis læſiſti,factis placaueris,ſine cauſa oras
ad dñm,ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus, quibus alios expoliaſti. Quid agendũ,ubi reſti-
Quid ꝓdeſt tibi,ſi alter pro te oret ad dñm,alter aũt a te fraudatus ad- tutio fieri nõ
uerſus te ingemiſcat ad deũ.Quod tamen ſic accipe,ſi reſtitutio fieri poſ poteſt.
ſit:ſin ſecus,adeſſe ſaltẽ debet prompta uoluntas alienũ reſtituendi. Aut Sup. in facto
ſi ignoreť is,cui reſtitutio facienda uenit,de mammona iniquitatis pau- pœnitentiæ.
peres ſubleuãdi erũt,quẽ admodũ & ſuperius nos dixiſſe meminimus.

CAeterũ,Chr̃s præter hæc oĩa quiddã etiã maius req̃rit,ut hoc præ- Chriſtus ubiq; perfectio-
ceptum adimpleamus,nimiꝝ ut liberales etiã ſimus in proximum, nem iuſtitiæ
adeo ut gehenna dignos eos eſſe pronuntiet, qui in pauperes & egenos, requirit.
quum poſſunt,& res exigit,nõ impẽdunt.Quod parabola de diuite epu Lucę.16.
lone & Lazaro ſatis oſtendit,Lucæ.xvi.Quamobrem tam ſerio monet Lucæ.11.
Chriſtus,ut eleemoſynã faciamus,quũ ait: Verũtamen qđ ſupereſt,date
eleemoſynã,& ecce oĩa mũda ſunt uobis.Et iteꝝ:Facite uobis ſacculos, Ibidem.
q̃ nõ ueteraſcunt theſauꝝ non deficientẽ in cœlis. Tanta uero eſt miſeri Auguſtinus.
cordiæ exhibendæ proximo apud deum ratio,ut Chriſtus Matth.xxv.
teſteť,ſe in extremo illo iudicio iuſtis qui miſericordiæ opera in ꝓximũ Matth.25.
exercuerint, regnum cœleſte redditurum,e regione uero impios,qui ea- Admone-
dem opera facere neglexerint,æterno igni mancipaturũ. Admonet de- mur frugali-
niq; hoc præceptũ nos frugalitatis ac ſedulitatis,ne ſcilicet noſtra culpa tatis.
in inopiã ruamus,ſed magis manib⁹ laboremus,ut uictus ſuppetat,utq;
impartiri poſſimus ei qui eget,Quemadmodum Paulus ait: Qui fura- Ephe.4.

Ephe. 5.

batur nō amplius ſuretur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonū eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. Ephe. v.

OCTAVVM PRAECEPTVM.

NON LOQVERIS CONTRA PROXIMUM TUUM FALSUM TESTIMONIUM.

Ordinis ratio.

POſt præcepta ſecūdæ tabulæ, qbus mandaſ, ne quo modo fratrem noſtrū opere lædamus, tum in corpore, tū in bonis, præſens decenti ordine ſubnectiſ præceptū, quo præcipiſ, ne uel uerbo fratrem lædam?. Vti enim p ſupiora, pſonæ, coniuges, ac res pximoꝝ ab iniuria uindicanſ, ita præſens ſynceritatē iudicioꝝ (quæ ad defenſionem illoꝝ oīum diuinitus inſtituta ſunt) reqrit. Quemadmodū aūt in ſuperioribus præceptis, a parte totū recte intelligitur, ueluti cum idololatriæ nomine, nō tantum illa craſſa, ſed & illa cordis & interna uenit, Item, periurii nomine oīs illicita nominis dei uſurpatio, ſabbati item, omnis ſpiritalis uacatio, adhæc homicidii nomine, omnis proximi læſio in perſonam redundans, Mœchiæ uero omnis illicitus coitus, Deniqꝫ furti nomine, omnis noxa rebus proximi illata: Sic abſurdum non eſt, ſub falſi teſtimonii titulo contineri omnem noxam, qua p linguam proxımū afficimus. Hoc enim apud Moſen frequens eſt, ut inſigne aliquod exemplū ponat, ac ut poſtremo effectu ſimpliciter prohibito, omnes etiam cauſas & occaſiones, qbus fit ut ad illū eaſ, damnatas eſſe uelit. Recte item hoc præceptū quod omnem linguæ abuſum, atqꝫ omne mendacium uetat, ſuperiori quod furtū prohibet, proxime ſubnectitur, quod ſcilicet cognata uitia ſint, mendacium & furtum. Vt enim qui mentiri non ſolet, furtum multo minus cōmittit, ita raro fit quin mendaces etiam furentur.

Hoc præceptum pertinet principaliter ad muniendum iudicia.

A parte totum intelligitur.

Falſi teſtimonii nomine quid contineatur.

Cognata vitia mendacium & furtū.

CHriſtus pfectionis magiſter uim huius præcepti ad cor ipſum & affectus transfert, docens etiam eum contra proximum falſum teſtimonium dicere, qui uel dicere cogitauit, ſi detur occaſio: Quæ (inqt) procedunt de ore, de corde exeunt, hoc eſt, ea quæ in corde latent, & quū præbetur occaſio, foris erumpunt, coinquinant hominem. De corde enim exeūt cogitationes malæ, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. Deinde Chriſtus docet hoc præcepto ɔtineri, ut nō modo a mēdacio, ſed etiā ab omni uerbo otioſo, quod ad rem nō ptinet, temperemus. Dico (inqt) uobis, qm̄ omne uerbū otioſum, qđ loquuti fuerīt hoīes, reddent rōnem de eo in die iudicii. Et Paulus magiſtri ſui interpſ, Ephe. v. ait: Turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nō ptinent, nec noīenſ in uobis. Item. ii. Timo. ii. Prophana (inqt) uaniloquia deuita. multū enī pficiunt ad impietatem. Præterea Chrs monet cauendū ab omni hypocriſi, hoc eſt, ſimulatione & diſſimulatione (quum inqt) Cauete a fermento phariſæoꝝ, qđ eſt hypocriſis. Item, phibet omne temerariū iudiciū de pximo, quum inquit) Nolite iudicare, & non iudicabimini, Nolite cōdemnare,

Vis præcepti.

Matth. 12.

Ephe. 5.

2. Timoth. 2.

Cauendū ad omni hypocryſi.

& non

& nō cōdēnabimini. Et paulo poſt: Quid autē uides feſtucam in oculo Matth. 7.
fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? aut quomodo dices fratri
tuo: Frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo
tuo? Hypocrita, eiice prius trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eiicere Non ſecundum faciem iudicandum.
feſtucā de oculo fratris tui. Atq; alibi monet, ne ſecundum faciem iudice
mus, ſed ut iuſtum iudicium iuſtificemus, Nec tantum prohibet temera
rium iudiciū, quod externe fit, ſed & animi, hoc eſt, ne male de proximo Quid ſit eſſe miſericordē erga proximum.
ſentiamus, ſed uel omnia in meliorem partem interpretemur, uel infirmi
tatem ſeu uitia proximi patienter feramus, atq; etiam regamus. Atque
hoc eſt, ꝙ nos miſericordes eſſe uult, hoc eſt, dextro ac candido corde er
ga proximum. Atq; huc ſpectat inſignis illa parabola de phariſæo ac pu Lucæ. 18
blicano. Deniq; Chriſtus requirit in nobis non tantū linguæ, ſed & cor Veritas pulcherrima uirtutum.
dis ueritatem, timplicitatem, ac ſynceritatem, ut non aliter lingua loqua
tur, ꝗ quod mens ſentit Nam quum uerbum, cogitationis nuntius ſit,
qui fieri poteſt, quin peccatū cōmittatur, ſi uerbum aliud enūtiet, aliud zz. q. z. c. mlhi.
mēs cogitet, neutrum enim ſuo officio recte defungitur, Quod & Pſal
tes nō tacuit, qui tales deſcribens, ait: Corde & corde loquuti ſunt, Qui Pſalm. 14.
& alibi cum demū in tabernaculo dei habitaturū pronūtiat, qui loqui
tur ueritatē in corde ſuo, qui nō egit dolū in lingua ſua.

SEd inges, Si hæc eſt hui⁹ præcepti ratio, quomodo excuſabis Abra Queſtio.
ham & Iſaac, qui (ne interficerentur propter uxores ſuas) eas ſorores ſu Gene. 12. 20.
as nuncuparunt, diſſimulantes coniuges eſſe? Item quomodo Iacob de
fendes, qui ut ſe Eſau ſimularet, manus & collū pellibus hœdorum circun Gene. 26.
dedit? Deinde qui tutabere obſtetrices Aegyptiorum, quæ & laudē timo
ris domini dei, & beneficia etiam, ex mendacio uidentur aſſequutæ? Præte Gene. 27. Exodi. 1.
rea qui factum eſt (dices) ut Raab meretrix, adeo nō damnetur ob menda
cium illud, quo finxit Hebræorum nuntios apud ſe latentes iādudum a ſe
abiiſſe, ut & ob tale facinus in Hebræorum familiā, quin etiam in Chri gene Ioſue: 2. & 6.
alogiā ſit aſcita? Deniq;, qui fit (roges) ꝙ Iudith tātopere celebratur, quæ
Holofernem mētiendo decepit, ac interemit? Hunc nodū ut diſſoluāt Iudith. 13.
patres, mendacium triplex faciunt, officioſum, iocoſum, & pernitioſum. Dilutio.
Mendaciū officioſum id appellant, quod nulli nocet, & alicui prodeſt, Aug. de mēdatio ad cōſentium.
aut etiā qd neceſſitatis ratio, pietate, miſericordia, aut zelo religionis ſua
dente quodāmodo extorquet, etſi interim alii nocere uideatur. Hoc ut pa Triplex mēdatium.
tres nō ducant crimen eſſe capitale, nō audent tamen pronūtiare omni
no nō eſſe peccatū, quin etiā peccatum eſſe diffiniūt, ſed excuſabilius, ac ue Officioſum.
niale, ꝙ nō ſint cōmittenda mala, ut eueniant bona, nec etiā qualecunq;
peccatū perpetrare liceat pro redimēda uita. In patribus ac cæteris piis, Nullum peccatum committēdū etiā pro redimenda uita.
quos obiectio recenſuit, aliud quoq; ſpectandū eſt, nēpe animus ab om
ni fallendi propoſito penitus alienus. Ad hæc ad obſequēdum ductibus
ſpiritus totus paratus, myſterio etiam ac ordinationi dei totus ſubſer
uiens, ut interim ſileamus ſanctorum cum uerba tum facta fit tempera
ta fuiſſe, ut uix eos commiſſi mendacii arguere poſſis. Abraham enim

& Iſaac in uitæ diſcrimine apud impios conſtituti, non omnino mentiti ſunt, quum & affirmarint uxores ſuas, ſuas etiam eſſe ſorores; queádmodum Abraham regi Abimelech mendacii eũ inſimulanti rñdit. Vere ſoror mea eſt, & filia patris mei, & nõ filia matris meæ, & dixi eam uxorem Hebræis enim omnes, quotquot de una cognatione ſunt, fratres & ſorores appellantur. Quod autem Iacob feciſſe legitur, plane myſticum eſt, electioni dei ſubſeruiens, nec omnino falſum erat, quod dicebat Iacob, ſe eſſe primogenitum, quum Eſau ipſi primogenita ſua uendidiſſet, & dei electione primogenitus cenſeret, quemadmodum & nos dei dono & beneficio per fidem Abrahæ filii dicimur, In benedictionem Hebræis quidem ex carne Abrahæ deſcendentibus promiſſam, ſed ob infidelitatem ablatam, ſurrogati. Itidem q̃ non uacet myſterio, quod fecere Aegyptiacæ illæ obſtetrices, Raab, item ac Dauid, deniq; Iudith illa memorabilis fœmina, de Holoferne triumphans, non eſt hic dicendi locus. Tãtum hoc ex Auguſtino memorabimus, ꝙ obſtetrices illæ ob id remuneratæ non ſint, ꝙ mẽtitæ fuerint, ſed ob pietatem erga deum, quia ſcilicet infantes Hebræorum liberare ſtuduerunt, nec Raab cõmendat mendacii nomine, ſed ꝙ certa de uoluntate dei, pie egiſſet in liberandis nuntiis Hebræorũ. Non ergo temere cuilibet hæc ſanctorũ exempla imitanda ducimus. Quis enim poſt aduẽtum Chriſti dñi (qui oĩbus typis & figuris ueteris legis, in quibus oĩa cõtingebant, finẽ fecit, qui ſolus gratiã & ueritatem attulit) dicere audeat ſe inſtigãte ſpiritu uel officioſe mentiri? Certe Chriſtiano homini potius expectanda mors fuerit, q̃ ut fidem fallat, aut ut mentiat, uel apud impios, etiã pietatis cauſa. Nã ſibi quiſq; dictũ putare debet, qđ Eccleſiaſtici. vii. ſcribit. Noli uelle mẽtiri omne mẽdaciũ. Deinde oĩno cauendũ Chriſtiano, ne mendacio pietatis cauſam prætexat. Paulus ait: Si ueritas dei in mendacio abundauit in gloriã ipſius, qđ adhuc ego tanq̃ peccator iudicor? & nõ ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidã nos dicere, Faciamus mala ut eueniant bona.

Fratres & ſorores apud Hebræos.

Auguſtinus. de mẽdacio.

Non temere cuilibet, q fidei ſanctorũ expers ſunt, ſanctorum exẽpla externe imitanda.

Nõ cõmittẽdum mendaciũ etiã uitæ tuẽdæ cauſa.

Eccl. 7.

Roma. 3.

MEndacium aũt iocoſum eſt, qđ ut nemini obeſt, ita & nemini ꝓdeſt, oblectãdi cauſſa dictũ, qđ etſi capitale nõ ſit, minus tñ licet, q̃ illud officioſũ, futurũ etiã capitale, ſi aſſiduitate aggrauet, qđ ſatis teſtat locus ille Eccleſiaſtici. v. Noli mentiri omne mendaciũ. aſſiduitas enim illius mala eſt. Et Paulus dãnat omne ſtultiloquium, atq; etiã urbanitatem, quã uocãt, ad rem non ꝑtinentẽ, ac præcipit ut ſermo noſter ſale cõditus ſit. Nec miꝝ qđ & de omni uerbo otioſo reddendã eſſe rationẽ in illo iudicio, Chrs affirmauit. Nec tñ ꝓpterea putãdũ eſt præcipi, ne etiã docendi cauſſa adhibeant docti apologi aut parabolæ pietatẽ annexã habentes, modo nõ neſciat auditor, quo aĩo & quorſum uerba, quæ audierit dicta ſint. At q loquacitatis uitio, uel delectatione mẽdacii (qua ſe facetos putãt) mentiunt, idq; ad eũ modũ, ut uel hinc uane placeant, uel ut audiẽtes, uana credulitate ĩbuant ac fallãt, hi quõ excuſari poſſint nõ uidemus. Quãobrẽ nr̃a ſentẽtia nõ leuiter peccarunt, q hactenus e ſug-

Mendacium iocoſum.

Eccl. 7.

Ephe. 4.

Licet Concionatori uti ſimilitudinibus.

Taxatur abuſus.

geſtis,loco Euangelii aniles fabulas ac exépla impudéter cõficta uulgo
prædicarút,qđ hoc ipſo nõ uulgaré ſuſpicioné ac ꝯtumeliam doctrinæ Auguſtinus
fidei,quam ꝑfitebanť,attulerút. Recte dixit Auguſtinus,Si ad ſcriptu- ad Hieron.
ras ſacras admiſta fuerint mendacia,nihil remanet in eis ſoliditatis.

MEndacium pnicioſum ſeu malignũ id iure cenſeť, qđ nulli ꝓdeſt, Mendaciũ
& aliis nocet,hoc eſt,quod eo fine diciť,ut proximo uel uitæ, uel pnitioſum.
famæ,uel bonorũ externorũ iacturam afferat, qđ oino damnabile eſt,
quéadmodũ ſtatim oſtendemus. Sed dices,Si hæc eſt Chri ſentétia,ut de
fratre candide ſemp ſentire,& neminé iudicare debeamus, Nunqđ ergo Quæſtio.
peccabimus,ſi publicũ fratris crimen publice etiam deteſtemur? Rñde- Dilutio.
mus,nequaꝙ id prohiberi. Nam qđ Chrs iubet,ne iudicemus,intelligen- Locus Mat
dum eſt,de his rebus,quæ poſſunt & bono & malo aío fieri. tũ enim deo th.6. expli-
iudiciũ dimittédum eſt,nec de alterius corde(qđ nõ uidemus)temere ꝓ- catur.
ferenda ſnía. In quam ſníam dixit Apl's: Tu quis es,ꝗ iudicas ſeruum alie Augu.de ſer
nũ?ꝗ dño ſuo ſtat aut cadit. Et iteꝝ Gala.vi. Opus aũt ſuũ ꝓbet unuſ- mone dñi in
quiſꝗ,& ſic in ſemetipſo gloriam tantũ habebit,& nõ in altero. Vnuſ- monte lib.2.
quiſꝗ enim onus ſuũ portabit. Vbi ꝑfecto Apls,in hiſce rebus indifferé- Roman.14.
tibus de proximo, ad deum(coram quo quiſꝗ aut ſtabit aut cadet tanꝗ Galat.6.
dño ſuo)transfert, & ſimul nos ad cõſideranda opa nr̃a reuocat,nec ab
re,ꝗ his acute inſpectis,tantũ qſꝗ uitioꝝ apud ſe repererit, ut facile ne-
uorũ proximi obliuiſcať. In his aũt rebus,quæ ita fiunt,ut eas bono aío
& caſto fieri nõ poſſe manifeſtũ ſit,nõ reprobať,ſi iudicemus. Itaꝗ qđ de Auguſt.ibi.
cibis diciť(qa ignorať quo aío fiat)nõ uult Apl's nos eé iudices, ſed deũ, De manife-
De illo aũt,qui nefario ſtupro nouercam ſuam uiolauit, præcipit debe- ſte malis nõ
re iudicari,ſicut ſcriptũ eſt,inqt: Quæ occulta ſunt deo, quæ auté palã prohibemur
ſunt uobis & filiis ueſtris. Sed hic ad tria reſpiciendũ eſt. Primũ,ut nõ ag iudicare.
grauemus crimen,ſed nr̃æ quoꝗ infirmitatis memores, cũ odio crimi- In iudicãdo
nis,charitaté pſonæ proximi retineamus. Nõ inepte monet Bernardus: de proximo
Si potes(inquit),excuſa actionem,ſi nõ,excuſa intentionem,ſi nec inten- ad tria reſpi
tionem,excuſa tentationé. Nã hoc ut facias,charitas poſtulat,quæ mul ciendum.
titudinem operit peccatoꝝ. Secundo, ne nõ ſuo loco & tpe,quũ ſcilicet 1 Bernard.
iudicando ꝓfuturi nõ ſumus,iudicemus. Nã qui aliter iudicat,a charita 2 1.Petri.4.
te excidit,& malum uſꝗ adeo nõ corrigit,ut & deterius faciat. Recte di-
xit Sapiens Eccle.xxxi. In conuiuiis uini nõ arguas ꝓximum tuum, qđ Eccl.31.
ſcilicet plane intempeſtiuum ſit,inter pocula corripere, ubi peccanté nõ
ad pœnitentiã,ſed citius ad furoré concitaueris, & compotores non ad
miſericordiã,ſed magis ad contéptum & dilacerationem ꝓximi cõmo- I.Timoth.5.
ueris. Paulus monet,ut Epi ſeu Parochi publice peccantem corã oíbus Quomodo
arguant,ſed ſic,ut & cæteri timorem habeant,hoc eſt,nõ ut tribuať cæ- publice argu-
teris anſa alterius uitam inceſſendi, ſed magis occaſio ob fratris caſum endus pec-
ingemiſcendi ac cõdolendi,utꝗ cæteri ex fratris periculo cõmoniti,ſuæ cans.
quoꝗ infirmitatis ne obliuiſcanť, ſed timeant, ne in ſimile peccatũ in- 1.Cor.5.
cidentes eandem cenſuram incurrant. Sic Paulus inceſtum illum publi-

cum apud eccleſiam Corinthiorum corripuit, non ut Corinthii inflarentur, ſed ut magis luctum haberent, & contriſtarentur ad eam pœnitentiam, quæ ſalutem ſtabilem operatur, non ut lapſum odio proſequerentur, ſed ut in eum correptum confirmarent charitatem, non ut eum in deſperationem conii cerent ac contumelia afficerent. quin potius ut qui peccantem horruerant, iidem pœnitenti condonarent, ac mœrentem conſolarentur, ne qua fieret ut immodico dolore abſorberetur. Ac teſtimonium etiam præbet Apoſtolus Corinthiis, ſuam correptionem in eis nõ contemnendum fructum feciſſe, Quantam (inquit) in uobis operatur ſollicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationẽ, ſed timorem, ſed deſideriũ, ſed æmulationem, ſed uindictam. Purgarunt enim ſe apud Paulum Corinthii, ac teſtabantur ipſis non probari turpe cõmiſſum, ſed ſtuduiſſe, ut illico corrigerent, quod erat cõmiſſum quaſi periculum unius eſſet omnibus commune. Breuiter, correctionẽ huc ceſſiſſe, ut & lapſo ſanando ac cæteris deterrẽdis proficeret, Atq; hoc eſt, quod alibi monet Apoſtolus: Fratres, inq̃t, etiã præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto uos q̃ ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruite, in ſpũ lenitatis, ꝯſiderãs teipſum, ne & tu tenteris. Sunt, qui hodie ex ſuggeſtis, nihil nõ ꝯuitioꝝ ac probroꝝ in eccleſiæ præſides, pontifices, ſacerdotes, monachos ac monachas cõgerunt, toti in hoc occupati, ut promiſcua plebs (alioqui eccleſiæ præfectis ſuopte ingenio infeſta) eos auribus palpantes nõ uulgari plauſu excipiat, illos uero ſumma ꝯtumelia afficiat, cõſpuat, lapidet, atq; adeo cõcitata ſeditione perdat. Qui eccleſiaſtæ, q̃ ſuo officio nõ fungant, q̃s nõ uidet? Bis enim citra controuerſiam peccant, tum q; abſentes & indefenſos peſſimoꝝ criminum inſimulant ac traducunt, tum q; in eos ſæuis uerbis apud inconditã plebem detonantes nihil aliud agant, q̃ quod uulgo feneſtra aperiat, authoritatẽ ſenioꝝ ac eccleſiæ præſidum eleuãdi, ac ſiniſtram ſuſpitionem, ad quãlibet delationem facile recipiẽdi, planè obliti: Paulinæ modeſtiæ ac doctrinæ, qua monemur, ſeniores ne increpemus, ſed obſecremus ut patres. neue presbyteros, nõ ſolũ nõ temerè accuſemus, ſed ne accuſationẽ eoꝝ, niſi ſub pluribus teſtibus recipiamus, ut interim ſileamus eiuſcemodi criminatores uerbo dei grauiſſimè abuti, quẽadmodũ in ſecũdũ præceptum oſtẽdimus. Tertio, ſi priuatim in nos peccatũ fuerit, modus iudicãdi a Chro præſcriptus, ſeruandus eſt. Si (inq̃t) peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ: ſi te nõ audierit, adhibe tecũ unũ uel duos, ut in ore duoꝝ uel triũ teſtiũ, ſtet omne uerbũ: q̃d ſi non audierit eos, dic eccleſiæ: ſi aũt eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Nã & hoc eſt opus charitatis, quãdo fratrẽ in te priuatim peccantẽ, ita corripis ut ſalues.

Locus 2. Cor. 7. explicatur.

Galat. 5.

Quorũdam petulantia taxatur.

1. Timo. 5.

Criminatores.

3 Quomodo iudicandum de proximo qui primum in nos peccat Matth. 18.

PEccant autem in hoc præceptum in primis ac ꝓprie, qui in iudicio falſum teſtimonium contra proximũ perhibẽt quos ſcriptura pœnam a deo certo expectare aſſerit. Nã Prouerb. xix. legis, Teſtis falſus nõ erit impunitus. Rurſus cap. xxi. Teſtis mẽdax peribit? Item, cap. xxv. Ia-

Qui in hoc præceptum peccent.
1

culum,gladius,& ſagitta acuta, homo, qui loquitur cõtra ꝓximum ſuũ Prouer.18.
falſum teſtimonium. Alibi quoq; Solomon ꝓnuntiat, inter ea quæ odit Prouer.25.
dñs,non extremum locum tenere,teſtem mendacem, mendacia proferen Prouer.25.
tem.Peccati autem grauitas exemplis declaratur.Nam teſtes qui falſum
perhibuerunt contra Suſannam teſtimonium, lapidati ſunt: Iudæi qui Daniel.13.
Chriſtum falſis nixi teſtimoniis accuſarunt, maiorem etiam culpam, q̃
Pilatus & milites,qui Chriſtum crucifixerunt,habuiſſe aſſeruntur. Iohan.19.

DEinde in hoc ꝑceptũ peccant, qcunq; mendacium aduerſus cogni- 2
tã ueritatem cõmittunt.Perdes(inqt Pſaltes)oẽs q loquuntur men Pſalm.5.
dacium.Et Sapientiæ.i.ſcribitur.Os qđ mentitur,occidit aĩam.Rurſus, Sapiæ.1.
q loquitur mendacia,peribit.Itẽ,Abominatio eſt dño,labia mendacia: q
aũt fideliter agunt,placent ei.Et ut excuſabilius ſit officioſum illud men
dacium,aſſiduitas tñ illius nõ eſt bona.Potior eſt(inqt Sapiens)fur,q̃ aſſi
duitas uiri mendacis,perditiones aũt ambo hæreditabunt. Ad hæc gra 3
uiter impingunt in hoc ꝑceptum, q proximo qualibet detractione iniu Detractores
riantur,ut famæ & exiſtimationi ei⁹ notã inurant,qđ ſcriptura ubiq; q̃ma Pſal.110.
xime dãnat.Detrahentem(inqt Pſaltes) ſecreto ꝓximo ſuo, hunc ꝑſeque-
bar.Et Sapiens:Si mordeat, inquit ſerpens in ſilentio, nihil eo minus ha- Prouer.24.
bet q occulte detrahit.Rurſus Prouer.xxiiii. Abominatio hoĩum detra- Galat.5.
ctor.Et Paulus.Detractores deo odibiles enuntiat, & Galatas ſuos corri
piens,ait:Si inuicẽ mordetis & comedetis,uidete ne ab inuicem conſuma Iacobi.4.
mini. Et Iacobus monet:Nolite,inqt,detrahere alterutrum fratres mei.
Detractoribus uero nõ multo meliores ſunt, q detractionibus facile au- 4 Accõmodantes aurem detractoribus.
res accõmodant.Nã ut quidã uir pius dicere ſolitus eſt, detrahere, uel de-
trahentẽ audire,qđ hoꝝ dãnabilius ſit, nõ facile dixerim. Quamobrem
Sapiens cõmonet dicens:Sepi aures tuas ſpinis, & linguã nequã noli audi
re,& ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis.Nec habẽt hi qđ dicant,per
eos nõ fieri,quo magis detractores ſua cõuicia effutiant, q̃ non dubium
ſit Sycophantã a maledicentia ſua tẽperaturũ, ſi ipſi audire recuſauerint.
Nam ut Sapiens teſtatur:Facies triſtis diſſipat linguam detrahentem.Et
antiquum dictum eſt,qđ nemo inuito auditori libenter referat.Quã ue-
ro inexcuſabiles hi ſint,uel hinc liquet.Nã ſi aſinum aut bouem fratris,q
in uia ceciderit,ſubleuare iubemur,quanto magis famam proximi (quã
nihil homo pretioſius habet)defendem⁹. Ergo ut forte fortuna detracto Deutero.23.
ris conuitia in proximum audiuerimus, ſapientis cõſilium ſequendũ eſt. Sapientiæ.7.
Audiſti(inquit)uerbum aduerſus ꝓximum tuum,cõmoriatur in te,fidẽs Pium ꝯſiliũ.
quoniam te nõ dirumpet. Item peccant in hoc præceptum ſuſurrones Suſurrones.
qui(ut Sapiens ait)cõturbant amicos,& in medio pacem habentium im
mittunt inimicitiam. Nõ eris inquit lex) criminator & ſuſurro in popu-
lis.Et rurſus Sapiens ait: Suſurro inquinabit animam ſuam, & in oĩbus Suſurrones
odietur.Item,ſuſurro & bilinguis maledictus erit.multos enim turbauit Iudæ ꝓditori
pacem habentes:Non temere patres ſuſurronem Iudæ proditori aſſimi- aſſimilantur.
lant. Qui enim ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ ꝑeſte cõmacu-

6 Hypocritæ. lant,deum produnt. Præterea in hoc præceptum peccant hypocritæ,
qui aliud uerbis & externis operibus ſimulant, q̃ mente cōplectantur, de
animo ſuo falſum ferentes teſtimonium,quos Iob paſſim deteſtať: Spes
(inquit)hypocritæ deperibit,nō ei placebit uerecūdia ſua,&ſicut tela ara
nearum fiducia eius.Rurſum,Non ueniet in conſpectu eius omnis hypo
crita.Item,laus impioꝝ breuis eſt & gaudium hypocritæ ad inſtar pun
cti.Item,ſimulatores & callidi prouocant iram dei. In hos Chriſtus hor
Matth.23. rendum illud uæ detonat.Væ(inquit)uobis ſcribæ & phariſæi hypocri
tæ,q mundatis qđ deforis eſt calicis & paropſidis, intus aūt eſtis pleni ra
pina & imunditia. Et paulo poſt: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocri
tæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ apparent hoībus ſpecioſa,
intus uero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ & omni ſpurcitia: ſic & uos ap
paretis hoibus iuſti, intus aūt eſtis pleni hypocriſi & iniquitate. Quos
& alibi increpans,inq̄t,Vos eſtis,q iuſtificatis uos corā hoībus,deus autē
7 nouit corda ueſtra, quia qđ hominibus altum eſt, abominatio eſt apud
Iactatores. deum. His etiā intolerabiliores ſunt,q publice ſe iactant,ac ea ſibi glo
Lucæ 18. rioſe arrogant,quæ nō habent, ut uel hinc ꝓximos deprimant aut con
temnāt. Talis erat phariſæus ille euāgelicus, q auſus eſt etiā apud ipſum,
deum(qui ſolus intuetur cor)ſe inaniter iactare: Gratias(inquiens) ago,
Lucæ.11. qđ non ſum ſicut cæteri hoīes,raptores iniuſti,adulteri uelut etiā hic pu
blicanus.Diſperdat(inquit Pſaltes)dñs uniuerſa labia doloſa& linguam
1.Cor.1. magniloquam.Quamobrem ſerio monet Paulus,ut q glorietur in dño
glorietur,qd ſcilicet nō is,qui ſeipſum cōmendat, probatus ſit, ſed quem
8 Deiicientes deus cōmendat. At e regione,eodem reatu tenentur,q cōtrarium uitiū
ſe ſtudio fal incurrunt,ueluti q ſe fallendi ſtudio humiliant ac deiiciunt, quos ſcriptu
lendi. ra uitandos eſſe dicit.Qui ſubmiſerit(inquit)uocem ſuā, ne credideris ei,
9 quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.Et Sapiens ait: Eſt qui ne
Adulatores. quiter ſe humiliat,& interiora eius plena ſunt dolo. Pari reatu tenentur
Pſalm 140. Adulatores,qui ad potentiorum gratiam captandam, eorum & dicta &
facta,quæcunq; tandem ea ſint,laudant ac deprædicāt,quos Pſaltes auer
Pſalm.9. ſatur,cum ait:Corripiet me iuſtus in miſericordia,& increpabit me:oleū
10 autem peccatoris nō īpinguet caput meum. Et alibi queritur,quod lau
Loquaces. detur peccator in deſideriis animæ ſuæ,& iniquus benedicatur. Nec om
nino non peccant in hoc præceptum loquaces, ſtultiloqui, ſcurræ, & id
Eccle.18. genus alii.Nam Solomon teſtatur,in multiloquio non deeſſe peccatum.
Pſalm.139. Contra uero,eum qui cuſtodit os ſuum,cuſtodire animam ſuam. Qui
Magna hu- autem inconſideratus eſt ad loquendum,ſenſurum mala.Et Eccleſiaſtic.
ius præcepti xxviii.legis:Qui multis utitur uerbis,lædit animam ſuam.nam & Pſal
uis. tes ait: Vir linguoſus non dirigetur in terra.Tanta eſt autem huius præ
Iaco.3. cepti uis,ut Iacobus hunc perfectum uirum dicat, qui uerbo non offen
Ibidem. dit,tanta difficultas, ut niſi diligentiſſime caueamus, frequenter in hoc
præceptum impingamus.Nam ut idem Apoſtolus ait: Omnis natura
beſtiarum & uolucrum,& ſerpentum,& cæterorum,domantur, & domi

ta ſunt a lingua. Linguam autem nullus hominū domare poteſt. Quod tamen ne ſic accipias, perinde atq; omnino præſtari impoſſibile ſit, audi quod ſequitur: Sit autem omnis homo uelox ad audiēdum, & tardus ad loquendum. Gratia ſane dei opus eſt, ut tam inquietum malum refrenes ab ipſo deo nunq̄ nō cū Pſalte poſtulanda in hunc modū precante, Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis. Qui linguæ malitiam (ſi modo ea abutamur) rurſus q linguæ utilitatem ac bonitatem (ſi ea recte uti conſueſcamus) noſſe uelit, Iacobum Apoſtolum legat cap. iii. Peccant inſuper & in hoc præceptum, qui proximi uitam uerba, aut facta male interpretanť, aut in odium adducunt, quemadmodum ſupra oſtendimus. Peccant deniq; q mentem habent ab ore quomodolibet diſſidentē, hoc eſt, q (ut Pſaltes ait) nō loquunť ueritatē in corde ſuo, quos ille etiā a tabernaculo dei excludit. ueritatem em̄ & ſimplicitatē cordis hoc præceptū reqrit, quā q nō præſtat, hic nō dubium, impingit.

Pſalm. 140.
Linguæ malitia.
Bonitas.
Iacobi 3.
Pſalm. 14.

PRAECEPTVM NONVM.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI.

PRAECEPTVM DECIMVM.

NEC DESIDERABIS VXOREM EIVS, NON SERVVM, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec oīa, quæ illius ſunt.

HAec poſtrema duo p̄cepta ꝯiunctim ponunť in Exodo hoc modo. Nō cōcupiſces domū proximi tui, nec deſiderabis uxorē eius, nō ſeruū, nō ancillā, nō bouem, nō aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt. In Deuteronomio uero hac ſerie, Nō cōcupiſces uxorem proximi tui, nō domū, nō agrum, non ſeruum, nō ancillam, nō bouem, non aſinum, & uniuerſa, quæ illius ſunt. Quo factum eſt (ut ſupra diximus) ut Origenes ſecutus Hebræos, unum ex his duobus præceptis copulatis fecerit, & tamen quo numerus denarius ſolidus & integer maneret, primum præceptum prioris tabulæ in duo ſecuit. Sed magis eccleſiæ placuit Auguſtini ſententia, qui primæ tabulæ præcepta tria facit. Secundæ in ſex digerit, hæc poſteriora non unum, ſed duo faciens. Et diſerte quidē Moſes in Deuteronomio (quæ eſt legis repetitio) diſcreuiſſe uidetur concupiſcentiam uxoris alienæ, a concupiſcentia cuiuſlibet rei alienæ. Quibus poſitis cætera cœpit adiungere, ut quid domus nomine intelligi uellet ſignificaret.

Exod. 20.
Hæc duo p̄cepta coniūctim ponūť
Deuter. 5.
Origenes ex duobus vnū fecit.
Deuter. 5.

SEd dices, quonā differt ſextum illud, Nō mœchaberis, ab hoc, qđ eſt, Nō concupiſces uxorem proximi tui? Rurſus ſeptimū, Nō furtum facies, ab hoc, qđ eſt, Nō concupiſces domum aut quancunq; rem proximi tui. Reſpōdemus potuiſſe quidem hæc duo poſtrema, ſub prioribus ſexto & ſeptimo comprehendi, quod non dubium ſit, eum qui malum facinus prohibet, eum ſimul etiā malam prohibere uoluntatem. Sed hoc ruditati ac duritiei populi Iudaici (quem prophetæ populum incircuncisi cordis

Quæſtio quo differāt ſextum & ſeptimum ab his duobus vltimis.
Dilutio.
Actor. 7.

teſtantur, datū eſt.) Ne eñi crederet ille hoc nō eſſe peccatum apud deum, quod apud homines eſt impunitum, præceptis non mœchandi & non furandi (in quibus ipſa opera expreſſim notata & prohibita ſunt) hæc poſtrema ſubiunxit, quibus exerte malam etiá uetat uoluntatem, quo magis mirandum eſt, poſt hanc latam legem, uiros etiam quoſdam illuſtres apud Iudæos, hoc craſſo errore laboraſſe, ꝙ putarent non ante committi peccatum, ꝗ̃ cupiditas, & ſi nō in operis pfectionem, ſaltem in conatū maleficii protupiſſet, e quoꝝ numero Ioſephus fuiſſe uidetur, qui Polybium hominem ethnicum reprehendit, quod ille Antiochum illuſtrem miſere periſſe teſtetur, ob id tantum, quod uoluerit tantum, ac deſtinarit ſpoliare templum Dianæ: Quod Ioſephus abſurde dictum eſſe putat, diffiniés maleſano quidem iudicio, eum nullatenus egiſſe peccatum, nulloq́ꝫ reatu teneri, qui tantum peccare cogitaſſet. Quæ Iudaica plane Ioſephi ſententia ꝗ̃ ſit omni ſcripturæ, præſertim his duobus præceptis cōtraria, nemo non uidet, niſi tamen quis contendat, cōcupiſcentiæ nomine hoc loco nō tam uenire qualencunq́ꝫ cupiditatem, ꝗ̃ conatum maleficii. Sed quo minus Iudæi hoc ſenſu hæc præcepta acciperent paſſim ex prophetis diſcere poterant, qui dei iuſſu hoc ubiq́ꝫ requirunt, ut non tantum externum opus atq́ꝫ etiam conatus ipſe, ſed etiá malum cogitationum ob oculis diuinis auferatur. Et Sapiens aperte teſtatur, peruerſas cogitationes ſeparare nos a deo, nec mirū, Cum enim, ut Tertullianus ait, Voluntas origo culpæ ſit, quare non tanto potior ad pœnam eſt, quanto principalis ad culpam: Sed rurſum rogabis, cur in præceptis, periurium, homicidium & falſum teſtimonium uetantibus, non eſt expreſſim prohibita cōcupiſcentia, quemadmodum in his, quæ adulterium & furtum reſpiciunt? Auguſtinus non inepte reſpondet, libidinis & habendi affectum, penitius eſſe cunctis a natura inſitum, ꝗ̃ periurii, homicidii, aut ferendi falſi teſtimonii. ab his enim ſuopte ingenio abhorremus: uerum ad illa, nimirum ad corporeas uoluptates, ac huius ſeculi opes ac diuitias, ſtatim ab adoleſcentia proni admodum ac procliues ſumus. idcirco opus erat, ut in his, ad quæ ueluti bona quædam corporis inclinamur, ac ueluti rapimur, non tantum factum, ſed & affectus prohiberentur, quum in illis nemo non ſanæ mentis, & qui uel naturali iudicio præditus eſſet, facile iudicaret, prohibito facto prohiberi quoq́ꝫ peſſimam faciendi uoluntatem.

Error Iudæorum.

Ioſephus. Polybius.

Pſal. 36. Eſaiæ. 1. Hiere. 4.

Tertullianus

Quæſtio.

Auguſtinus.

Horum præceptorū uis.

CAeteꝝ hoꝝ præceptoꝝ ut & alioꝝ oīum, uim nuſꝗ̃ melius ac certius diſces, ꝗ̃ ex Chriſti Euágelio q̄ æternū dei uerbum, ut eſt legiſlator, ita nimiꝝ eſt eiuſdé optimus interpres. Lex dicit, nō mœchaberis: intellexit Iudæus, ꝓhiberi tm̄ externū adulteriū: Chriſtus interpretatus eſt, nō tantū hoc uetitum, ſed etiá omné mœchandi affectū. Sic cū lex dicit, Nō cōcupiſces uxorem ꝓximi tui, nō domū, nō agrum, &c. Iudæus intellexit, nō ſic cōcupiſcas, ut nō tantum aīo uerſes, ſed & perpetrare ſalté tentes ac coneris maleficiū, nimiꝝ ſolum affectū prauum nō iudicans uitioſum. Aut ſi ꝗs ex Iudæis ſenſatior fuit, ꝓceptū, nō cōcupiſces, uxorem, interpretatus

terpretatus eſt, aio ſcilicet cum ea, ſit pmittaſ, mœchādi, aut pceptū non ↄcupiſces domum pximi, aio ſcilicet nudādi pximum tuum facultatib9 ſuis, iniuſtis qbuſq; rõnibus. At Chr̄us hoꝝ pceptoꝝ uim latius patere ↄteſtaſ, ſic ſcilicet, ut nō tm̄ i hanc legem peccent, q pximi uxorem deſiderant aio cum ea mœchandi, ſed etiá q pximo inuident, ꝗ talem ↄiugem nactus ſit, quam ipſi ſibi, ſi ulla det occaſio, uxorem eſſe uelint. Itidem qđ nō tm̄ rei ſint, q rõnibus manifeſte iniqs, pximi facultates ad ſe ptrahere conantur, aut etiá affectant, Sed etiam illi, q quocunq; modo ſe locupletari cum aliena iactura ſeu incõmodo cupiunt, quales ſunt, q pximum uelint in eam neceſſitatem incidere, quæ eum cogat, & ſi cum damno, ſua illis diuendere, ſeu q quouis qſito ingenio uel colore pximi bonis inſidiātur, quis id faciāt modis ac rõnibus a iure ciuili haud reprobatis, modo ſaltem eo aio res agatur, ut malint ſibi q̄ proximo eſſe pſpectum, In quā ſententiam ſi hæc poſtrema pcepta itelligantur, ſit, ut & ipſa p ſe ſint mādata, nō tm̄ expoſitoria alioꝝ. Hanc autem eſſe hoꝝ pceptoꝝ uim Chriſtus declarat, cum iubet, ut eodem aio ſimus erga pximum quo uelimus uiciſſim eū erga nos eſſe, Deinde cum docet totum pene in eo ſitum eſſe, ſi oculus nr̄, q eſt totius corpis lucerna, ſimplex fuerit, qđ tum totum corpus futuꝝ ſit lucidum: ſin oculus fuerit nequam, totum etiam corpus tenebroſum fore, quod ſcilicet fieri non poſſit, ubi lumen quod in nobis eſt, tenebræ ſint, ipſas tenebras non eſſe maximas? Oculum autem Chriſtus hic appellat ipſam intentionem, qua facimus quicquid facimus, quæ ſi munda fuerit & recta, & in illud defixa, quod intuendum eſt, omnia opera noſtra, quæ ſecundum eam operamur, neceſſe eſt eſſe bona. Sin autem intentio mala fuerit, etiam ipſum lumen in tenebras cōuertendum. Lumen nimirum appellás, mentis iudicium, quo quiſq; nouit, quo animo quid faciat. Quod recte dicitur uerti in tenebras, quum ſimplex intentio, non ad dei, ſeu proximi dilectionem, ſed ad ſuiipſius amorem inclinatur. Quod cum ſit, hoc eſt, cum ipſa cordis intentio ſordidatur, omnino neceſſe eſt, & ipſum factum (cuius incertus eſt exitus) ſordidum & tenebroſum eſſe, quia etſi bene alicui proueniat, quod tu recta & munda intentione facis, id te non excuſat, ſed quomodo tu feceris tibi imputatur, non quomodo illi prouenerit, conſideratur.

Latiſſime patent hec precepta.

Qui velint locuplectari cum aliena iactura.

Ius ciuile nō excuſat male affectū a peccato.

Iſta poſtrema ſunt etiā per ſe mandata.

Matth. 6

Augu. de ſermone dñi in monte, lib. 1.

Oculus, intētio.

Lumen, mētis iudicium.

IN ſumma, Chriſtus cor mundum requirit, & ſolos eos, q mundo ſunt corde, beatos pnuntiat. Mundum eſt cor, qđ ab oibus terrenis deſideriis defæcatum eſt. Mundum eſt cor, qđ totum in dei & pximi amorem eſt effuſum, qđ nō ſua quærit, ſed ea tm̄ quæ dei ſunt & proximi, Qđ proximum diligit pp deum, non pp ullum temporale commodum, non qđ fratri conſulit, ꝗ hinc aliquid emolumenti ſibi rediturum eſt, ſed quia proximus eſt, & propter deum. Alioqui ſi temporale cõmodum tantum ſpectet, ſibi duplex cor facit, quo prohibetur a uidendo deo, in cuius ſola uiſione ſita eſt beatitudo certa ac perpetua. Immundus eſt oculus, qui nō diligit proximum, tanq̄ ſeipſum, Qui ſibi bene eſſe optat, etiam ſi interim

Augu. de ſermone dñi in monte, lib. 1.

Chriſtus requirit cor mūdū.

Immundus oculus.

proximo ſit male, Qui ſibi cupiat omnia ad nutum affluere, utcunq; tandem cum proximo res agatur. Is enim oculus a Christiana charitate i ſui amorem deflectitur, quem Auguſtinus recte dixit, caput omniũ eſſe peccatoꝝ. Chriſtiana charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum. i. Coꝝ. xiii. Sui amor, deo quæ dei ſunt, detrahit, hominibus, quæ ſunt hominum: hunc e mentibus noſtris profligatum eſſe uolunt hæc nouiſſima præcepta. Qui niſi eiiciatur, & ſubintret charitas, nõ dubium eſt nos q̃ longiſſime ab adimpletione mandatorum dei abeſſe, quod ſola proximi dilectio legem adimpleat. Scimus ſapientes ethnicos, ſui amorem proximi dilectioni anteponere. Vnde non dubium, nata eſt uulgata illa ſententia, charitas ordinata incipit a ſeipſa. Rurſus, Tunica pallio propior eſt, Et quod Terentius ait, Omnes ſibi melius eſſe malle, q̃ alteri. Item, eũ optime uiuere, qui ſibi uiuit. Sed num hæ ſententiæ cum Chriſtiana doctrina conueniant, uiderint alii: nos certe ſcimus Chriſtum & Apoſtolos, & uerbo, & exemplo docuiſſe ueram Chriſtianam charitatem exigere, ut proximi ſalutem noſtræ etiam anteponamus.

Auguſtinus. Caput omnium peccatorũ, ſui amor. 1. Coꝝ. 13. Roma. 13. Sapientes huius ſeculi, ſui amorem proximi amori præponunt.

Ad duo reſpiciendum. 1

NE tamen hic impingas, ad duo reſpiciendum eſt. In primis, ut quod diximus de non concupiſcendis rebus proximi, intelligas, te tum ĩ hanc legem committere, ſi eo animo ea concupiſcas, ut in ipſis tua commoda quæras, incurius interim, num hinc proximo commodes uel incõmodes. Nam qui iubemur in omnibus proximi utilitatem quærere, noſtra uero commoda proximi utilitatibus poſthabere, ac proximũ (quod in nobis eſt) iuuare, rei proculdubio coram deo erimus, ſi noſtram tantũ utilitatem, non proximi ſpectemus. At ſi proximus ſuapte ſponte res ſuas diſtrahere cupiat, facturus ex pretio maiorem, q̃ ex reipſa fructum, tuque bona fide ac mente ſyncera, ab illo eas tibi compares, nullius peccati reus es. Abſit enim, ut putes per Euangelium legitimos contractus, qui ex iure gentium (quod eſt pars iuris naturalis) deſcendunt, abrogatos eſſe: Sed hoc tantum in omnibus contractibus ac actionibus noſtris Chriſtus requirit, ut animus noſter erga fratrem ſyncerus ſit, ut oculus ſimplex intentio recta ſit, ut proximo ſuos ſucceſſus perinde atque nobis noſtros gratulemur, ut ipſi ſua commoda ac diuitias faueamus, ut noſtra ſorte contenti eſſe diſcamus, ut noſtram uocationem non aſpernemur, ut proximi conditionem non deſideremus præ noſtra, ut illius res non ambiamus, cum illius iactura. Breuiter, ut uoluntatem nunquam nocendi, ſed ſemper cõmodandi proximo habeamus, Sic ut interim nobis liceat, modo hanc rectam intentionem conſeruemus, iuſto labore, ac etiam contractibus facultates nobis parare, ſi ſic paremus, ut illis bene utamur, ac egẽti proximo (quum opus eſt) ſuccurrere ſponte uelimus. Secundo, non eſt putandum his duobus præceptis omnes omnino affectus prohiberi. Nam in uniuerſum duplices ſunt affectus. Quidam ſunt omnino naturales, qui cum dei lege non pugnant, ueluti iuuare liberos, neceſſarios, coniuges, benemeritos. Item, neceſſarium uictum expetere poſt fatigationem

Philip. 2. Quõ liceat rẽ alienam concupiſcere. Euangelium non abolet legitimos cõtractus. Matth. 5. 6. 7. 1. Coꝝ. 7. 1. Timo. 6. 2 Duplices affectus. Naturales.

deſiderio quietis, & ſomni affici, & id genus alii. Qui certe affectus nul-
lam habent peccati rationem. Nam & Chriſtus, qui peccatum nullum *1.Petri.2.*
fecit, & eſuriſſe & ſitiſſe, & ad quietem corporis ſe compoſuiſſe, Iohan-
nem item Apoſtolum præ cæteris diſcipulis dilexiſſe, perhibetur. Aliæ ue- *Iohan.13.*
ro ſunt appetitiones & affectus pugnantes ſimpliciter cum lege dei, uelu- *Affectus pugnantes cum lege dei.*
ti ſunt, res alienas aut cõiugem cum incommodo proximi appetere, aliis
ſuos ſucceſſus ac beneficia dei inuidere, & id genus alii. Atque hi ſem-
per mali ſunt, & peccatum pariunt, ſi tamen conſenſus accedat, & proin-
de his præceptis uetiti.

QVo uero penitus intelligas, quid ſibi hæc præcepta uelint, noſſe de- *Triplex concupiſcentia prohibetur.*
bes hic triplicem illam cõcupiſcentiã prohiberi, de qua dixit Apo-
ſtolus: Omne quod eſt in mundo, cõcupiſcentia carnis eſt, cõcupi- *1.Iohan.2.*
ſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ. Concupiſcentia carnis prohibetur, quũ
dicitur: Non deſiderabis uxorem proximi tui. Concupiſcentia uero ocu-
lorum & ſuperbia uitæ uetantur, quum dicitur: Non concupiſces domum
proximi tui, non ſeruum, nõ ancillam, non bouem, non aſinum, nec om-
nia, quæ illius ſunt. Domus enim in ſcripturis, & genus, & familiam, & fa- *Domus in ſcripturis.*
mulitium, & ſtatum, & ordinem, & opes, & facultates, breuiter omnem
hominis poſſeſſionem ſignificat, tametſi ſi ſtrictius accipiatur, familiam
tantum, non etiam ſeruos, & ancillas, ac reliquas res comprehendat. Qua-
re diſerte hic additum eſt, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſi-
num, nec omnia, quæ illius ſunt. Peccant itaq; in hoc præceptum, non *Qui peccent in hoc præceptum.*
tantum qui uxorem proximi, animo cum ea mœchandi, deſiderant, ſed
& qui ſuam uxorem proximi uxori poſthabent. Qui proximo cõiugem
ſuam non fauent perinde atq; ſibi, ſed magis eam accipere cuperent, ſi ul- 1
la ratione liceret, etiam cum proximi incommodo: Quod uitium apud
Iudæos, quibus repudiũ concedebatur, & frequentius & euidentius erat;
Nam permiſſione legis abutentes, alii aliorum uxores ſolicitabant, ut uel
moroſitate uel alia quapiam ratione diuortii cauſſam marito præſtarẽt, 2
quo illi ſoluto matrimonio, eis potirentur. Non diſſimili ratione
peccant, qui deſponſam alteri abſtrahunt & abalienant, etſi id prætextu *Prætextus iuris non excuſat.*
iuris faciant, quo declaratur matrimonium per uerba (quæ de præſen-
ti uocant) contractum ſponſalia prius inita dirimere. Deinde peccant
in hæc præcepta, non tantum qui rem alterius quamuis iniuſtis, ſed etiã 3
qui permiſſis apud homines rationibus (ac ut dici ſolet) ſub iuris colo-
re, nanciſci appetunt, idque cum incommodo & proximi iactura. Neq;
enim tales tam fauent proximo, q̃ ſibi, obliti præcepti Apoſtolici, non
quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum, Qui ſibi be- *Aequitas rigori præferenda.*
ne conſultum eſſe uolunt, etſi interim male conſultum ſit proximo, Qui
ad iuris rigorem omnino exigunt, æquitatis penitus obliti, idq; ſui com-
modi gratia, qui occaſionem damni dant, & qui damno proximi non
perinde atque ſuo afficiuntur, quod exemplis ſuperius allatis fit maniſe- 4
ſtius. Et quis non uidet ad eundem modum peccare emptores & uen-

ditores, itidem permutatores, qui ſe mutuo in contrahendo decipiũt, etſi intra iuſti pretii dimidium, quamuis lex ciuilis ob id contractum non reſcindat. Nam alia eſt lex fori, alia lex poli, quæ præcipit, ut quod tibi nõ uis fieri, alteri ne feceris. Quamobrem ſiue uenditor ſis, ſiue emptor, omnem dolum detegere, ac proximum de rei æſtimatione ac pretio admonere debes, nec abuti in tuum commodum eius uel ætate, uel ruditate, uel incuria, uel neceſſitate. Vnde non dubium eſt, & eos in hoc præceptum peccare, qui pactum reemptionis ſic aſtringunt, ut euoluto certo tempore, res nunquam ad uenditorem (qui eam diſtrahere coactus eſt) redeat, etſi id lex ciuilis permittat. Grauius peccant tutores & curatores, & cæteri, quibus uel perſonæ, uel res aliorum ſunt commiſſæ, quum ſinunt eos, quorum tutelam gerunt, genio indulgere, ſeu in omnem malitiam ruere, ut ipſi tandem eorum bona ad ſe pertrahant, aut qui negligentius in rebus eorum, q̃ in ſuis agunt. Adhæc, peccát in hoc præceptum, qui uirum aliquem præſtantem principi uel reipublicæ, cui non ſine magno commodo ſeruit, ſubducere moliuntur. Qui ſeruos ſeu ancillas ac mercenarios etiam, ſuis dominis ac heris immorigeros faciunt, q abducunt, atq; adeo qui non monent ac hortantur ut apud dominos ſuos (qui eorum opera libenter utuntur) maneant, ac ſuo officio ſedulo fungantur. Alia ratio eſt, ſi famuli ac famulæ nolint diutius in ſeruitio manere, uel quia domini mali ſunt, uel quia mercedem denegant, uel uictum neceſſarium nõ ſuppeditant, uel aliam iuſtam ob cauſam. tum enim licitum eſt alteri eorum operá conducere, quum id faciat non animo incommodandi proximo, quemadmodum ſoluto matrimonio licet alterius uxorem (cuius ſolam pudicitiam ac honeſtatem, quum adhuc alteri nupta eſſet, quis amauit) in uxorem ducere. In ſumma deſiderant hæc præcepta ſummam animi puritatem, ac impuritatem, immunditiamq; deteſtantur.

Alia lex fori, alia lex poli. — *Pactũ reemptionis.* — *Puritas animi deſideraẗ.*

EX his facile deprehendi poteſt, q̃ ſit horum mandatoꝝ difficilis impletio, ac quanta uigilantia nobis opus ſit, ne metas nobis a deo præſcriptas excedamus. Habemus eñ innatam concupiſcentiam omnis mali fomitem, quam quidem q̃ ſit difficile intra diuinæ uoluntatis limites continere, non tantum mali, ſed & ſancti ac pii ſubinde ſentiunt, ac teſtãtur. Certe ut poſſibile eſt hominem renatum, nõ ſuis quidem uiribus, ſed dei gratia hanc dei legem adimplere, tamen hactenus inuentus eſt nemo (uirginem matrem poſt Chriſtum ſemper excipimus) qui ſe hanc legem undequaque adimpleuiſſe, & omnino ſine peccato eſſe gloriari audeat. Quum Iohannes Apoſtolus palam aſſerat, nos mendaces eſſe, ſi dixerimus, q peccatum non habeamus. Rurſus noſtra ſententia non recte faciunt, qui aſſerunt nos hic nihil poſſe, atq; adeo concupiſcentiam etiam in renatis regnare dicunt ut etiam impoſſibile ſit nos concupiſcentiæ nõ ſuccumbere, atque hanc legem adimplere. nam hac doctrina infirmos non leuiter offendunt. quoſdam enim in peſtilentem quandam ſecuritatem inducunt, ut exiſtiment ſe fruſtra gratiam dei ambire, ac conari ut

Difficillima impletio horum præceptorum. Roma 7. — *Hieronym⁹ Augu. de natura & gratia cap 36. Hacten⁹ nemo omnino ſine pctõ. Error exploditur.*

hanc

hanc legem adimpleant, quæ adimpleri non poſſit: ſatis eſſe, ut credant Chriſtum adimpleſſe legem, atq; hanc adimpletionem ipſis utcunq; de adimpletione incuriis (ſi tamen in Chriſtum ſuo modo credant) imputandam fore. Quoſdam uero de dei iudicio magis metuentes examinat, ac in deum murmurantes faciũt, quaſi ſcilicet is, quæ impoſſibilia ſunt, ut faciamus præceperit. Erat itaq; regia uia pergendum, hoc eſt, eccleſiaſtica doctrina potius inculcanda, quæ (ut ſæpe diximus) ſic de concupiſcentia ſentit, ut ɔcupiſcentia in necdum renatis, non tantũ morbus ſit, ſed etiam peccatum, æterna morte dignum, etſi in nullum actum exteriorem prorumpat. At concupiſcentiam in renatis morbum quidẽ eſſe, ſed non peccatum ſaltem proprie dictum, niſi accedat conſenſus. Nam Apoſtoli uerba aperta ſunt, quæ eludi non poſſunt, nihil damnationis eſſe iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulãt. Et Iacobus teſtatur, in fidelibus non ante peccatum eſſe concupiſcentiam, niſi conceperit & pepererit. Concipit autem ſuggeſtione & delectatione, & parit aſſenſu. Suggeſtio fit, uel per memoriã, uel per corporis ſenſus, Cũ aliquid ſcilicet uidemus aut audimus, uel olfacimus, uel guſtamus, uel tangimus. Delectatio ſubſequitur, ſi fruendi appetitus aſſurgere incipiat, tamen adhuc ſi & ſuggeſtioni & delectationi non conſentimus, ſed eam dominantis rationis iure cohibemus, peccatum non committitur. At ſi conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit, notum quidem deo in corde noſtro, & ſi facto non innoteſcat hominibus. atq; hæc ſic ſe habere teſtatur rei geſtæ hiſtoria de lapſu primorum parentum in Geneſi conſcripta. Vides enim quo pacto illic a ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædam ſuaſio: in appetitu autem carnali tanquam in Eua delectatio oriatur: In ratione uero tanquam in uiro conſenſio. Qui tandem conſummato peccato homo tanq̃ de paradiſo, hoc eſt, de beatiſſima luce iuſtitiæ, in mortem expellitur: idq; omnino iuſtiſſime. Non enim cogit, qui ſuadet, & conſtat omnium naturas, tum demum ſuam ſeruare pulchritudinem, ſi in ſuo ordine gradibus ſuis conſiſtant, ut conſequens ſit de ſuperioribus, in quibus rationalis animus ordinatus eſt, ad inferiora nõ eſſe declinandum. Nec quiſquam hoc facere cogitur, & ideo ſi fecerit, ſine iuſta defenſione punitur. non enim hoc committit inuitus. Quod ſi ratio in ſua ſede conſiſtit, nec declinat, a peccato immunis eſt homo, etſi fomes ebulliat. In quam ſententiã dixit Gregorius: Cogitatio quantũcunq; turpis mentem non polluit, ſi humana ratio non conſentit.

Q͂m docendũ de virib' noſtris · *Concupiſcẽtia in non renatis.* · *Concupiſcentia in renatis.* · *Roma. 8.* · *Iacobi. 1.* · *Concupiſcentia concipit.* · *Suggeſtio.* · *Delectatio.* · *Conſenſio.* · *Gene. 3.* · *Auguſtinus ibidem.* · *Gregorius.*

Libenter fatemur in renatis ac piis hominibus legem peccati reliquã eſſe, habere illos ſemper quod deplorent, quod ſcilicet carnis ſubinde infirmitatem ſentiant, quod experiantur ſe a perfectione legis longe adhuc abeſſe, quam aſſequemur tandem in futura uita. Nam quotuſquiſque eſt, qui in afflictionibus (ut debet) nimirum citra ullam animi moleſtiam obtemperat; qui non interdum ſtomachatur, cum impiis

Lex peccati in renatis

omnia ex animo ſuccedere uidet? Rurſus, quem dabis, in quo aſſiduam illam carnis & ſpiritus pugnam omnino extinctam eſſe reperias?

Iam ſi extincta non eſt, quemadmodum penitus non extinguitur, donec per gratiam Ieſu Chriſti de corpore mortis huius liberati fuerimus. Qua tandem ratione dices ullum hominem quātumuis ſpiritu uegeto & alacri ſit, legem adimplere, ubi altera adhuc hōis pars repugnat, aut ſaltem ut debet ſpiritum non ſubſequitur, ſed magis remoratur? quemadmodum Chriſtus dixit: Spiritus quidē promptus eſt, caro autem infirma. Et Paulus: Condelector enim legi dei, ſecūdum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Et paulo poſt: Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne uero legi peccati. Itaq; non negamus, ſi peccatum largius accipias ſecundum phraſim Hebraicam, ut ſignificat morbum aliquem ſeu defectum, imperfectionem ſeu uitium, quod a perfectione legis nos remoratur, in piis, quantumuis pie agentibus, legem peccati, atq; adeo peccatum eſſe. Quemadmodum accipiendus uenit Apoſtolus cap. vii. ad Romanos. Sed ſi proprie peccatum accipias, nimirum pro reatu, ſeu imputatione peccati, ſeu pro affectu, aut facto merente damnationem æternam, non conuenit nobis cū illis, qui dicunt, cōcupiſcentiam in renatis poſt baptiſmum tale peccatū eſſe, quod pugnet ex diametro cum lege dei, & mereatur damnationem æternam. Nam quum Chriſtus per baptiſmum ſeu renaſcentiam omne tale peccatum tollat, Præterea ſi nihil damnationis in his eſt, qui ſunt in Chriſto Ieſu, modo abſtineant a conſenſu, & non ſecundum carnem ambulent, qua tandem fronte dicemus hunc morbum ſeu imperfectionem per ſe ſumptam, rem morte æterna dignam eſſe? Quod ſi dicas: Qui fit, ut hæc imperfectio in renatis tale peccatū non ſit, quū lex perfecte adimpleri uelit, & maledictum pronuntiet, qui nō permanet in omnibus uerbis legis? Reſpondemus, hanc imperfectionem, modo abſit conſenſus in malum a deo non imputari piis in peccatum, Quin potius pios hāc imperfectionem ex Chriſti (qui ſolus legem perfectiſſime adimpleuit, in cuius corpus, ueluti uiua membra, inſiti ſunt) perfectione ſupplere, atq; eo modo in Chriſto legem etiam adimplere: Quod non tacuit Apoſtolus, quum dixit: Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabaſ per carnem, deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundū ſpiritum.

Potius ergo docendum erat, cōcupiſcentiam renatis poſt baptiſmū potius ad meritum q̄ ad culpam cedere. Nec ob id reliquum eſſe ut obſit, ſed ut anſam ad capeſſendam uictoriam præſtet, quemadmodum Chananæi in Iſrael a deo relicti ſunt, non in ſubuerſionem, ſed in exercitium. Nam qui tādem uincemus, qui coronabimur, niſi legitime certa-

Roma. 7. — Matth. 26. — Romañ. 7. — peccatū largius acceptū — Romano. 7. — Peccatū proprie, reatus ē. — Iohan. 1. — Romañ. 7. — Queſtio. — Dilutio. — Imperfectio nō imputaſ in pctm̄, niſi accedat conſenſus. — Roma. 8. — Quid docendū de concupiſcetiis in renatis. — Chananei in Iſrael.

uerimus;quomodo certabimus,niſi hoſtis nobis negotium faceſſat? Deinde docendum erat, Chriſtum huius hoſtis uires ſic fregiſſe,ut nobis(modo in Chriſto per fidem maneamus,ac non noſtra,ſed illius uirtute ſuffulti,fortiter reſiſtamus)ab eo timendum nō ſit. Conſolat̃ enim nos Apoſtolus,conteſtans nos liberos eſſe a peccato, ſeruos autē factos eſſe deo,hoc eſt, fractam eſſe in nobis peccati tyrannidem non amodo regnare concupiſcentiam,ſed debilitatam eſſe,ut niſi contemnatur, ſuasq; uires,nobis obdormiſcentibus ac ſtertentibus reſumat, dominari non poſſit Peccatum(inquit Apoſtolus)uobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Et rurſum :Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore,ut obediatis concupiſcentiis eius.Siquidem non perfecte regnat tyrannus,cui reſiſtitur,Quod q̃maxime obtinere putandum eſt in hoc hoſte. Qui eo ipſo uincitur,quod illi reſiſtitur. Reſiſtite (inquit Iacobus Apoſtolus)diabolo,& fugiet a uobis. Spiritu itaque ac animo prompto ac in Chriſtum ſe inclinante eſt opus, deſides nūquam coronabimur;uigilantes nūquam ſupprimemur. Vigilate(inquit Chriſtus)& orate, ne intretis in tentationem. Docendi eramus cum Paulo, ut accipiamus armaturam dei, ut poſſimus reſiſtere in die malo,& in omnibus perfecte ſtare,ut ſtemus ſuccincti lumbos noſtros in ueritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelii pacis,in omnibus ſumamus ſcutum fidei,in quo poſſimus omnia tela nequiſſimi ignea extinguere,& galeam ſalutis aſſumamus, & gladiū ſpiritus,quod eſt uerbum dei. Itidem Petrus monet,dicens: Cui reſiſtite fortes in fide.Cui ſuccinit Apoſtolus Iohannes: Quoniam(inquit)omne quod natum eſt ex deo,uincit mundum:& hæc eſt uictoria,quæ uincit mundum, fides noſtra. Quis eſt autem(ut ſubiicit)qui uincit mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius dei? Iam plane uecors eſt, qui in Chriſtum credere nolit, qui ſe totum illi committere negligat, quem ſciat(deum & hominē)eum a peccato liberaſſe, ac uictoriam eſſe de hoſte conſecutum,ſpiritum quoq; efficacem præſtitiſſe,per quē mortificata carne,legem adimplere pergamus Sic enim ipſe inquit: Confidite,ego uici mundum.Et iterum:Petite,& accipietis,& quicquid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis. Rurſus:Sic pater ueſter cœleſtis, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe.

Roma.6. Liberi a peccato.
Peccatū non dominat' exiſtentibus in Chriſto. Roman.6.
Diabol' vincit non aſſentiendo. Iaco.4. Matth 26. Ephe.6.
1.Petri.5. 1.Iohan.5.
Vecors q in Chriſtū credere nolit.
Iohan.16. Ibidem. Lucæ.11.

5

DEinde & hoc in primis ac ſedulo monendum eſt, modo uelimus dei præceptis ſatisfacere, quemadmodum debemus(quod deus nouam uitam in nobis requirat)ut tum ad Chriſtum properemus,daturum ſcilicet nobis ſpiritum ſanctum,ac creaturum in nobis animū nouum ad ſpirituales fructus in nobis gignēdos aptū. Siquidē ipſe eſt qui ſolus baptizat in ſpiritu ſancto ac igne,frigida pectora,igne charitatis inflāmans. Ita & hoc quoq; docendum fuerat, ne quiſpiam in uacuum dei gratiam recipiat otio torpeſcens, ſed iam impartitæ gratiæ uires ad-

A Chriſto petēdum & accipiēdū vt legi ſatiſfaciamus. Matth.3.

Subuertendi primi grad' ad peccandū

opus etiam accōmodet. Deinde ut maxime proſpiciat, quo primos gradus ad peccandum protinus ſubuertat. Item, ut omnem etiam externā peccandi occaſionem deuitet. Lubricus eſt enim ille ſerpens antiquus, q niſi capite teneatur, totus elabitur.

Omnis peccandi occaſio deuitāda.

Ephe.4.

Hieronymus

Quamobrem Apoſtolus Epheſios ſuos monet: Nolite (inquit) locum dare diabolo. Pulchre item dixit Hieronymus, Quia impoſſibile eſt incenſum hominis motum, medullarū calorem non irruere. Ille laudatur, ille prædicatur beatus, q ſtatim cum cœperit cogitare, interficit cogitatus, & allidit ad petram.

Pſalmo.136.

Allidere paruulos ad petrā.

Hieronym' In Pſaltes.

Nimirū reſpiciens ad id quod Pſaltes dixit: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. In quem etiam locum idem ſic ait: Ille paruulos ſuos ad petram allidit, qui cogitationes ſuas prauas, cum primum inſurgunt, & adhuc paruæ ſunt, ad Chriſtum (qui petra eſt) concutit & elidit. Et recte monet quidam, Quando inquit te tangit cogitatio praua, ne cōſentias illi, ſed ſtatim cum apparuerit ſcorpio, cōtere eum, calca ſerpentis caput, calca prauæ ſuggeſtionis initium, culpam ibi emenda, ubi naſcitur, ſic dum infans eſt hoſtis, citius uincitur, q̄ cum pubeſcit:

Eccl.18.

Abire poſt concupiſcendam.

Quod breui quodam compēdio ſatis Sapiēs complexus eſt, dicens: Poſt concupiſcentias tuas ne abeas. Abit enim poſt concupiſcentiam, qui ſuggeſtioni locum præbet, qui delectationem ſuggeſtionis comitem, ſtatim cum ſeminat non eradicat. Fieri enim nō poteſt, quin delectationem diuturniorē cōſenſus in peccatum (qui nos captiuos in uitium præcipitat) ſubſequat.

plum conſiliū, ac pſens remediū aduerſus tentationem.

Gene.3.

Quamobrem ſi ſerpens ille tortuoſus in cor tuū, uel ſuperbiæ, uel auaritiæ, uel libidinis, uel iræ, uel gulæ, uel inuidiæ, uel accidiæ ſementem iacere incipiat, protinus ad ſemen illud benedictū cōuertere, eodemq; in animum per fidem concepto caput ſerpentis contere. Quod facies, ſi contēplere Chriſtū caput tuū (cui per baptiſmū inſitus es) humillimū, oībus expoſitū, ac liberaliſſimū, caſtiſſimū, mitiſſimū, cōtinentiſſimum, beneuolentiſſimum, denique ad faciendam patris uoluntatem ſemper accinctum.

Philip.2.

Ad hunc enim modum ſuos Philippenſes Paulus monet: Hoc ſentite (inquit) in uobis, quod & in Chriſto Ieſu, hoc eſt, ſic affecti eſſe contēdite, quemadmodum ille affectus fuit, nimirum, qui cum in forma dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt eſſe, ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortē autem crucis.

1.Petri.3.

Et Petrus Apoſtolus: Chriſto inquit, paſſo in carne, & uos eadem cogitatione armamini, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, ut iam non deſideriis hominū, ſed uoluntate dei, quod reliquum eſt in carne, uiuat temporis.

2

Mortis & gehennæ meditatio.

Quod ſi quem, Chriſti uita ac exitus nondum a concupiſcentia reuocat, húc ſaltē inſtantis mortis ac gehennæ (quæ impios manet) meditatio, a mali progreſſu reuocet, donec ad Chriſtum proficiat.

Oratio 3

Ad hæc non eſt remediū efficacius, quo inſurgentes carnis ſtimulos reprimas, q̄ ſi protinus ad piam orationem

(primum

(primum illud fidei opus)recurras. Nam ut tres illos pueros Hebræos, in mediis flammarum ignibus conſtitutos cum ſuppliciter deũ orarẽt, flamma fornacis Babylonicæ per angelum excuſſa non tetigit,ſed lenis quidam afflatus tanq̃ uenti roris flantis refocillauit,Sic & orõnis effica cia,nos ab oĩs cõcupiſcẽtiæ incẽtiuo liberos faciet,& grãæ ſalutaris refri gerio leniet. Deniq;,ut diximus,oĩs externa peccati occaſio oĩno uitã da eſt,qđ in nobis etiã ut fiat,partim ſitũ eſt.Id uero facimus cum ſenſus noſtros(per quos ueluti feneſtras quaſdam peccatum ingredit̃)diligẽter cuſtodimus,Prima feneſtra uiſus eſt, facile admodũ peccati uirus intus ſuſcipiens,ac in animum tranſmittens: Eua uidit pomum eſſe pulchrũ aſpectu,& per oculos concupiſcentiæ ad animũ proſerpſit: Dauid uidit Berſabee elegantiam,& ſtatim in eam exardeſcens,adulteriũ homicidio copulauit.Claudẽda eſt ergo hæc feneſtra,ne crimen ſubintret:intuẽdũ non eſt,quod non licet concupiſci:reprimẽdi ſunt oculi,quaſi quidã raptores ad culpam.Ne uero cauſeris ac dicas; Qui poſſum in mũdo obambulans oculos claudere? Audi atq; etiam ſequere ſanctum Iob dicentem:Pepigi fœdus cum oculis meis,ne mulierem alienam cõcupiſcerem, hoc eſt modis omnibus cõtendi,ne prius incaute reſpicerẽ,quod poſtea inuitus amarem. Rurſus,ſi replices,quis mihi eam perfectionis gratiam, qua ille uir ſanctus imbutus erat,largiet̃? Reſpõdemus,deus:& quo minus uacilles hic,proponimus tibi imitãdũ Dauid,cũ quo ſi ardenter ad dominum oraueris,dicens: Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, certum habe,quod petis,te accepturũ, quod qui id ſe daturũ pollicitus eſt,mentiri oĩno non poſſit.Secũda feneſtra,nimirũ Auditus,nõ minori cura cuſtodiẽdus eſt,ne uerbis aut canticis otioſis,blandis,prophanis ac turpibus in aures ſeſe inſinuantibus,criminis uenenũ in mentẽ traiiciatur.Quãobrẽ monet Solomon Prouer.i.Fili,ſi inuitauerint te peccatores,ne audias.Item Eccleſiaſtici.xxix.Sepi aures tuas ſpinis,ne audias linguam nequam. Et Chriſtus monet,ut ſimus prudentes ſicut ſerpentes. Siquidem ſerpentes obſurdeſcũt ne audiant uocem incantantis.Ab odoratu quoq; ueluti tertia feneſtra,non parum metuendum eſt. nam & res probat & Solomon teſtatur,unguento & uariis odoribus delectari cor, qui & meretricẽ allicientem in hunc modum loquẽtem facit,aſperſi cubile meum myrrha aloe & cynamomo.Eſaias item odoris luxũ notãs, deũ cõminantem facit in hunc modum:Auferam olfactoria,& erit pro ſuaui odore fœtor.Guſtũ item quartam eſſe mortis ianuam Euæ exemplo diſcimus.de ea enim Geneſis.iii.legimus. Vidit quod lignũ eſſet bonũ ad ueſcendũ,&c.& tulit de fructu illius,& comedit,deditq; uiro ſuo. Qua de re Sapiens guſtus temperantiã ſuadens, ait. Noli auidus eſſe in omni epulatione,nec te effundas ſuper oẽm eſcã. Et Chrs parabola illa de purpurato diuite ſatis indicat,in quam ruinam nos guſtus illecebræ præcipites agant. Poſtremo,tactus,q̃ diligentiſſime obſeruandus eſt, Monente Solomone Prouer.vi. Nunquid inquit poteſt homo abſcõde-

Danie.3. Vitanda occaſio peccati. Senſus diligenter cuſtodiendi. Viſus. Gene.3. 2.Regum.11. Obiectio. Reſponſio. Iob.31. Gregorius in Iob. Obiectio. Dilutio. pſal.118. Auditus. Prouerb.1. Eccle.29. Matth.10 Pſalmo.57. Odoratus. Prouer.27. Eſa.3. Guſtus. Gene.3. Lucę.16. Tactus. Prouer.6.

re ignem in ſinu ſuo,ut ueſtimenta illius non ardeant,aut ambulare ſuper prunas ut non comburantur plantæ eius?Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui,non erit mundus cum tetigerit eam. Item:Qui tãgit picem,inquinabitur ab illa,& immundum qui tetigerit,efficitur immũ-
Ambroſius. dus. Et in tactu (inquit Ambroſius) crimen eſt. Ideo tibi dicitur, ne mulus fueris ad alienam, neq; cõtinueris complexibus eius. Hanc ſenſuum cuſtodiam nobis tantopere neceſſariam patres, tum ſpiritalem circũci-
Spũalis circũciſio. ſionem,tum uerum ieiunium appellant. Hanc autẽ facile præſtabis,modo omne prophanum uitaueris,ac ſtes ſemper ad bene operãdum accin-
Verum ieiunium. ctus. Deſideria enim (ut Sapiens ait) occidunt pigrum. Noluerunt enim
Prophanum otium uitandum. quicquam manus eius operari,tota die concupiſcit & deſiderat. Proinde Chriſtus monet, Sint (inquiens) lumbi ueſtri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus ueſtris, & uos ſimiles hominibus expectantibus domi-
Prouerb. 21. num,quando reuertatur a nuptiis. Semper itaq; aliquid boni operandũ
Lucæ 12. eſt,ne nos diabolus otioſos inueniat,diſcincti & ſupini capiũtur ab hoc
Hierony. hoſte,at non facile capitur,qui ſancto uacat exercitio.

Peroratio. Summa diuinæ uolũtatis decalogus. HAbes ſummam diuinæ uoluntatis breuibus cõceptam, hoc eſt decem uerbis comprehẽſam,&ab ipſo domino propoſitam,quam & initio omnis naturæ conditor humanæ menti inſculpſit. Quam deinquum per lapſum Adæ,ac ſuccreſcentem poſtmodum hominum malitiam obliterata pene eſſet,ac indigne negligeretur, fideli illi & electo populo tabulis inſcriptam impartiit,ac per fidelẽ miniſtrum eccleſiæ proponi mandauit,quemadmodum Moſes ait, Hæc inquiens uerba locu-
Deuter. tus eſt dominus ad omnem multitudinem ueſtram in monte de medio ignis & nubis,& caliginis uoce magna, nihil addens amplius,& ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis,quas tradidit mihi,nimirum uobis Iſraeli-
Parænesis ad Parochum. tis promulganda. Tu itaque Paroche,qui miniſter es eccleſiæ dei,accede mente ad dominum deum tuum,accipe Decalogum de manibus eius, & loquere quæ in eo ſcripta ſunt ad populum tibi concreditum, ut au-
Deuter. 29 diens faciat,quæ in eo ſcripta ſunt,ut non declinet,neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtram,ſed per uiam,quam præcepit ei dominus deus ſuus, ambulet,ut uiuat,& bene ſit illi,non tantum in præſentiſ, ſed & in futura uita. Oſtende quoque populo tuo unde faciendi uirtutem accipere debeat. Quod tum demum feceris, ſi eum aſſidue doceas fidem in Chriſtum, ſi
1. Timo. 4. diuinis ſacramentis imbuas,ſi deniq; ad precandum accinctum reddas
1. Petr. 5. & alacrem. Hæc autem agens,& te & illum ſaluum facies, ut cum appa-
1. Timo. 6. ruerit princeps paſtorum immarceſſibilem gloriæ coronam percipias, quam reddet tibi dominus in illa die iuſtus iudex,ac ſolus potens & beatus,rex regum & dominus dominantium,qui ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum uidit,ſed nec uidere poteſt. Cui eſt honor & imperium ſempiternum. Amen.

TABVLA ENCHIRIDII CHRISTIAnæ inſtitutionis. a deſignat tibi faciem primá, b uero ſecundam.

A Deo quid poſtulandum. 190.a
Abrahá quô ꝯtinétiſſimus. 189.b
Abrahæ,polygami & Iohánis uirginis,par meritum. ibidem
Abſolutio ſacerdotalis quærenda eſt,& nõ tantum fraterna remiſſio. 137.a
Abſolo í foro dei &iudicia.ñ é eadé.157.b
Abſolutio & ligatio ſacerdoti æqualiter demandatæ. 151.a
Abrenũtiatio in baptiſmo eſt trina. 81.a
Abuſus corrigédꝰ,ñ res pia mutáda. 110.a
Abuſus indulgentiarum. 156.a
Abuſꝰ m̃rimõii uehemẽter cauédꝰ.205.b
Abuſus religq̃ꝝ,quo modo tollédꝰ 259.a
Abuſus circa imaginum uenerationé corrigendi. ibidem
Abuſus ſacroꝝ,ſcitati nihil dtrahit.183.b
Acolythorum officium quale. 184.a
Acolythus quomodo ordinabaẽ. 184.b
Accuſaẽ publicú latroné,ñ é pc̃tm̃ 234.a
Actio miſſæ conſtat fidei exercitiis. 95.b
Adá & Euæ ꝯiugiũ,gráde myſteriũ 193.a
Adá m̃rimoniaẽ myſterii ñ ignarꝰ fuit.ibi.
Adá quale nomé uxori ſuæ ídiderit.ibid.b
Admonitio gñaẽ ꝯfeſſario ſeruáda.181.b
Adulti baptizati qũo ſe olí baptiza. 8[illegible]
Aduerſa huiꝰ mũdi patiẽter feré.ſũt 240.a
Aduẽtus Chri,ſeruatoris nri duo. 62.b
Aduentus dñi dies nobis ignotus. 63.b
Aduẽtꝰ dñi ſcds ardẽter deſiderádꝰ 225.b
Adultera uxor quid timeat. 87.b
Afflictiões patiẽter latæ ſũt ſalutares.60.b
Affectꝰ erga baptiſmũ qualis eẽ déat 82.b
Affectus qualis eſſe debet in ſuſceptione cõfirmationis. 88 b
Affectꝰ euchã.perẽtibꝰ qlis eẽ déar.113.b
,& quæ ad hanc digne ſumendam requirantur.ibidem.&,114.a b.
Affectus confitentis,qualis ad ſacerdotem eſſe debeat. 176.b
Affectꝰ ꝯtrahentiũ qualis eẽ déat. 206.a
Affectus pœniæ donum dei. 121.a
Affectu quali Ordĩes ſint ſucipiẽdi.191.b
Affectus bñ uiuédi oráti neceſſariꝰ 215.b
Affectus Iudaicus in orando. 216.b
Affectus ethnicorum in orando. ibidem
Affectꝰ hoím carnaliũ í dimittẽdo.235.b
Affectꝰ qs circa imagĩes habẽdus. 260.a
Agnes uirgo qũo triumpharit. 112.a
Altaria,quá ob cauſam thurificẽẽ 268.a
Amen qd ſignificet,& qualis ſit uox. 76.a
Amen,uox eſt ſermone ꝯfirmãtis. 240.a
Ambr.ſtatuit priua ꝯfeſ. 150.b.et. 151.b
Amor dei,amori parẽtũ ãponẽdꝰ 175.a
Ancillaꝝ offm̃ erga dños ſuos. 180.a.b
Anabaptiſtæ damnantur,paruulorum negantes baptiſmum. 79.a
Anabaptiſtæ hæreſum antiquarum innouatores. 116.a
Anabaptiſtaꝝ error circa m̃rimo. 196.a
Anabaptiſtæ cum Nouatianis ad metam rediguntur. 234.a
Analogia baptiſmi ad circũciſioné. 79.a
Animæ pioꝝ noíe uirgís recreanẽ. 58.b
Anima ſancta poſt hanc uitam perpetuis perfruetur bonis. 75.b
Annuli ſilĩtudie pulchra ĩtroducunẽ 76.b
Antiſtites & pſules uñ dicanẽ. [illegible]
Anus decrepitæ qũo ſint íformádæ. 181.a
Appetendi uis in hoíe uitiata. 97.b
Apſis ſunt clauæ traditæ. 140.b. ſed quales fuerint,habetur folio ſequenti.
Apls denegat plebi ordinádi ptãẽ. 183.a
Apoſtolicæ epiſtolæ,meminerunt epoſcorum & diaconorum. ibidem
Aploꝝ canones collecti p clemẽtẽ. 184.b
Apls docet m̃rimonium eẽ ſacfm. 202.a
Aſſertio ſtatus aíaꝝ poſt mortem 108 b
Aſtra & planetæ cur a deo creata. 257.a
Aqua bñdicta cur die dñico ſpargaẽ. 25 b
Aqua,quid ſignet in baptiſmo. 79.a
Archiepiſcoporum officium. 161.a

Arra grę, certificamur nos eē fil. dī. 148.b
Authoritas ecclīæ pp malos platos nō diſ
Authoritas clauiū par ē. 71.b.(perit. 67.a
Authoritate diuina imponitur ſatisfactio
pro peccatis. 154.b
Author cœleſtis hierarchię pulchre dſcēdit
Auiū moꝛ nob oīb⁹ laborā. 231.a(185.a
Authoritas ſtatuendi eſt apud præſides ecclesiæ. 277.a
BAptizati, qūo uiuere debeant. 73.b
Baptiſmi uocabulū qd ſignifi. 78.b
Baptiſmus ianua in eccleſiā dei. ibidem
Baptiſmi partes quæ ſint. ibidem
Baptiſmi uerba exponuntur. ibidem
Baptiſmus, fœdus dei cum homine & hominis cum deo. ibidem
Baptiſmi cerimoniæ. 80.a
Baptiſmo adhibetur exorciſmus. ibidem
Baptizat⁹ ɔcupiſcētiæ fomitē ſeruat. ibi.b
Baptiſmi uirtus præcipua. ibidem
Baptiſmi uis tota uita exercēdā. 81.b
Baptiſmo cōmorimur Chriſto. 79.b
Baptiſma eccleſiæ eſt unicum. 116.b
Baſis fidei reſurrectio mortuorum. 75.a
Baſili⁹ ɔfirmat ɔfeſſionē ſacr̄alē eāq; toti⁹ eccl̄iæ ɔſenſu ſtabilitā ac receptā. 146.a
Benedictiones priuatæ bonorum & malorum quomodo differant. 178.a
Bn̄dicer̄ priuatim & publice, differūt, ibid.
Bn̄dictio ſacerdotalis ī mr̄imonio. 118.b
Bn̄ficia xpi ī miſſę ſacrificio illuſtrāt. 110.b
Benignitas dei in quo oſtenſa ſit. 131.b
Bellum gerere an chriſtianis liceat. 281.a
Bonum matrimonii proles. 205.a
Bona tēporalia cui tribuat mūd⁹. 230.b
CAnonem ſacrum eccleſiæ hoſtes inſectantur. 95.b
Canonis expoſitio pia, & germana. 105.b
Canon uindicatur ab aduerſariis. ibidem
Canon pulcherrime explicatur. 109.b
Canon omnem meriti humani præſumptionem excludit. 110.a
Canō generalis: Omnes utriuſq; ſexus &c. explicatur. 145.a
Canon non ligat peccatorē, ut certo tēpore ɔfiteat̄ ſacramentaliter. ibidem
Canoñ. apl̄oꝝ collecti p Clemētē. 184.b
Hi canones etiā ſextā ſynodū agniti. 185.a
Canon Euariſti de mr̄imonio. 203.b
Calumnia quorūdam aduerſariorum detegitur. 109.b
Cātica cāticoꝝ ē cāticū nuptiale. 193.a
Cauſa inſtitutionis matrimonii. 192.b
Carnalis commiſtio triſariam in coniugio adhibetur. 205.a
Caro domini quomodo manduceſ. 92.b
Caro habet ſuam uoluntatem. 227.b
Caſuum reſeruatorum origo. 139.b
Caſtitas triplex. 286.a
Cauſa efficiens iuſtificationis. 165.a
Cā formalis ipſius iuſtificationis. 166.a
Cā dilectiōis iter uiꝝ & mulierē. 202.a
Cœli & terrę appellatōe qd ɔtineat̄. 220.b
Cœlum & terra ſimul facta. 271.a
Cēſura de mr̄imoniis clādeſtinis. 198.a & 203.b.
Cenſuræ non ſunt ſpernendæ. 276.a
Cerimoniarum finis quis ſit. 70.b
Cerimoniæ ſunt eccleſiæ uehementer neceſſariæ. ibidem.
Cerimonias diuus Paulus approbat. ibidē
Cerimoniæ circa baptiſmum. 80.a
Cerimoniæ eccleſiaſticæ uetuſtiſſimæ. ibi.
Cerimōnię eccl̄iaſticę qūo ęſtimādę. 217.b
Cerimoniarum regula. 218.a
Cerimonia ſabbati cedit charitati. 268.b
Cerei quid ſignificent in eccleſia. 184.b
Ceroferarii olim qui. ibidem
Certitudo fiduciæ. 162.b
Charitas in deum præferenda oīb⁹. 55.a
Charitas dei perficit omnia. 56.a
Charitas dei cauſa formalis ipſius iuſtificationis. 166.a
Charitas tertia orationis ala. 214.a
Charitas dei unde in nobis exciteſ. ibid. b
Charitas proximi qūo innaſcatur. ibidē

Charitatis gradus peculiaris eſt lõganimi
Chriſtus priore ſuo aduentu (tas. 2 8 2.b
uenit ut ſaluator. 5 6.a
In ſolo Chriſto omnis noſtra ſalus. ibid.
Chřus plenitudine ſcti ſpũs inunctus. ibi.
Chriſtus, ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech. ibidem
Chriſti regnum ſpirituale. ibidem.
Chriſtus unicus Iudæorum Meſſias. ibi.
Chriſtus uerus deus & homo. ibidem
Chřus eandẽ habet cum pře naturam. ibi.
Chriſti natiuitatis duæ. ibidem.b
Chriſtus cur paſſim in ſcripturis domin⁹ appelletur. 5 7.a
Chriſtus omnium dñs, quatenus deus. ibi.
Chriſtus dominus, quatenus homo. ibi.
Chriſtus omnium dominus, maxime credentium & electorum. ibidem
Chriſto fidens, ab omni periculo tutus. ibi.
Chriſti, quatenus homo, fratres ſumus. ibi.
Chriſti ſecunda natiuitas. 5 8.b
Chriſtus propter nos incarnatus. ibidem
Chriſtus, cur de ſpiritu ſancto conceptus, & ex uirgine natus. 6 9.a
Chriſtus uere paſſus in corpore & aĩa. ibi.
Chriſto in cruce oblato, ueteris legis hoſtiæ euanuerunt. ibidem
Chřus uolũtarie mortu⁹ eſt & nõ coa. 6 0.a
Chriſtus hoſtia immaculata. ibidem
Chriſtus eſt ſerpens æneus & agnus immaculatus diuerſis reſpectibus. ibidem
Chriſtus quare ad inferos deſcẽderit. 6 0 a.
Chriſtus in paſſione ſe hoĩem reſurrectiõe uero, ſe deum eſſe declarauit. ibidem.
Chriſtus pro nobis reſurrexit. ibidem
Chriſtus caput corporis eccleſiæ. ibidem
Chřus aſcẽdit ſecũdũ hoĩem adſum. 6 1.a
Chriſtus quomodo ad dexterã dei patris, & ſedere & ſtare dicatur. ibidem
Chriſtus quomodo ſedere & ſtare dicatur diuerſis reſpectibus. ibidem
Chriſtus pp nos quomodo reditur⁹. 6 3.b
Chriſtus in eccleſia diſcreuit officia. 6 5.b
Chriſtus eſt fundamentum eccleſiæ. 7 2.b
Chriſtus ſacramenta inſtituit, ut nos ſibi colligaret. 7 6 b
Chriſtus quare miſit poſt aſcenſionem ſpiritum ſanctum Apoſtolis. 8 4.a
Chriſtus quare poſt cœnam euchariſtiæ ſacramentum inſtituerit. 8 9.b
Chriſtus ſub altera ſpecie tot⁹ ſumit. 6 3.a
Chřus applicat nobis fructũ ſuę paſ. 9 5.b
Chřus ĩ altari ſacramentalr̃ ĩmola. 1 0 4.b
Chriſtus quõ peccatum appelletur. 1 2 8.a
Chřus q̃re ĩ diſcipſos ſuos ĩſuffla. 1 4 1.b
Chřm nõ p̃cepiſſe cõfeſ. redarguũt. 1 4 4.a
Chriſtus quare tam frequenter, uitam æternam, mercedem noſtrã appellet. 1 7 0.a
Chriſtiani omnes, reges ſpiritales. 1 8 2.a
Chriſtus parens regenenatorum. 1 9 2.b
Chriſti uerbo Chriſtianoȝ matrimonia ſtabiliuntur. 2 9 5.b
Chriſtus matrimonium primæ ſuæ dignitati reſtituit. 1 9 9.a
Chriſtus orandi formulã p̃ſcripſit. 2 1 1.a
Chriſtus ſpes gloriæ. 2 1 2.b
Chriſtus uult cõem precationem. 2 2 0.b
Chři doctrina ac uita, dei uolũtas. 2 2 7.b
Chřus dat nobis corp⁹ ſuũ & ſang. 2 3 3.a
Chřus nõ p̃hibet pecuniã mutuo datã repetere. ibi.
Chriſt⁹ nõ abolet imperia ſeu iudicia terrena. ibidem.b
Chriſtus nõ uetat maleficos puniri. ibi.b
Chřus quõ nos certos faciat a pctĩs purgatos. 2 3 5.a
Chriſtus cur uſus ſit hoc uerbo, dimittendi. ibidem
Chřus docuit quõ ſit nobis orãdũ. 2 4 5.b
Chřus finis præcepti ad ſalutem. 2 5 5.b
Chřus quare iuſſit oĩno nõ iuraret. 2 6 4.a
Chriſmatis materia. 8 4.b
Chryſma ab hæreticis fruſtra ɔtẽnit. 8 5.a
Chryſma non datur uno modo. ibidem.b
Chryſma q̃re ɔficiat ex oleo oliuæ & balſamo. 8 8.b.
Circuncíſio figura baptiſmi. ibidem
Clandeſti. mřimonia multoȝ maloȝ cau

Clandeſtina irreligioſe cõtra (ſa. 203.b
cta non ſunt ſacramentum. 204.a
Clandeſtina, q̃re eccl'ia hacten⁹ pmiſ. ibi.b
Cládeſtina mr̃imonia p eccl'iam abro. ibi.
Clauium autho. in eccleſia æqualis. 71.a
Clauis ſcrip. qd,& qb⁹ claues ſunt traditæ.
Clauiũ eccleſiæ diuiſio. 141.a (140.b
Clauium diuiſio. ibidem.b.p totum
Claues aliud ſunt q̃ fides. 143.b
Clauis ordinis in oĩbus ſacr.eadẽ. 189.b
Clerici quare tondeantur 191.a
Coitus effrenis in piugio dãnabilis, 205.b
Colligantia eccleſiæ quibus conget. 68.a
Collatio originalis pcti ad actuale. 153.a
Comes peccati eſt pœna 234.b
Cõicandum nõ eſt cum hæreticis. 66.b
Cõio bonoꝝ opeꝝ eſt in ſctõꝝ ſocietate.
Cõe diuini offi. q̃re ſic uocet. 95.b (73.a
Communio quare ſic uocetur. 107.b.
Cõicatio ſiebat olim ter in anno. 145.b
Cõio olĩ nõ reſtituebat. añ ſatiſfact.exple-
Cõicãtes ſine oblatiõe. 156.a (tã 154.b
Cõia Iudaici & Chriani mr̃imonii. 196.a
Compunctionis genera ſunt duo. 120.b
Concluſio fidei noſtræ uita æterna. 75.b
Concubitus præter neceſſitatem non im.
purat matrimonium. 205.b
Cõdonatio iniuriæ ſignũ eſt remiſſ. pecca.
Cõciliator religioſi matr.deus. 198.b (13
Cõcupiſcẽtiæ fomes maneat in bapt. 82.a
Cõcupiſcẽtia in nobis eſt mortificáda. ib.
Cõfirmatiõis ſacrm declarat. 83.b.85.a
Cõfirmádus quare ſignet in fronte. 88.b
Confirmationis ſacramentum tota uita
rememorandum. 89.a
Confirmationis miniſter eſt epus. ibidem
Confirmationis ſacramentum cur patres
Toleten appellarunt. 88.b
Confitentibus qd inculcandum. 175.b
Confeſſio peccatorum triplex 133.a
Confeſſionis uocabulũ uarie accipitur. ib.
Confeſſio interior pptia Chriſtianoꝝ, q̃ &
chriſtianis ſemp inculcanda. 134.a
Confeſſio mentalis ſemp exercenda. 135.a
Confeſſionẽ noſtrã quare deus regrat ibi.
Confeſſio generalis apud Iudæos q̃ etiam
in eccleſia frequens. ibidem
Confeſſio fraterna quæ. 136.b.& hæc ea-
dẽ eſt neceſſaria. ibid.b. & folio ſequenti.
Confeſſio fraterna non eſt de numero ſe-
ptem ſacramentorum. 136.a
Confeſſio quæ ſit præsbyteris tertia con-
feſſionis ſpecies ibidem
Confeſſio fraternæ correptionis. ibidem
Cõfeſſio uolũtaria eſt publica gr̃a. 137.b
Confeſſio ſecreta & priuata. 138.a
Confeſſio ſacramẽ. an ſit iure diuini. ibi.b
uidebis ibidẽ & folio ſequenti utiliſſima.
Confeſſio ſacramentalis p Chriſtũ inſinua
Confitendum quomõ ſit, & (ta. 142.b
de quibus peccatis. 145.a
Confitendũ quare ſit pprio ſacerdoti. ibi.b
Confeſſarius ſacer. qualis deligen. 147.a
Confeſſio ſacramentalis neceſſaria. ibidẽ
Confeſſio an ſit reuelanda. 148.a
Confitendum eccleſiæ miniſtris, & ſoluat
confitentem ibidem
Confeſſio mentalis non ſufficit. 148.a
Cõfeſſio ſecreta in eccleſia græca ab initio
Confeſſio ſecreta, in nulla ec- (fuit. 150.a
cleſia penitus ſublata. ibidem.b
Confeſſariorum officium. 151.a
Confeſſario, quæ ſunt cauenda. 174.b
Cõficere & offerre nõ ſunt unũ & idẽ. 103.a
Cõfitendũ ineptitudo corrigenda. 174.b
Confitendi uetus ratio, optima. 175.a
Confeſſionis pudor pellendus. 176.b
Confeſſarius qualis eſſe debeat. ibidem.b
Confeſſarius in idoneus quis ſit. 177.b
Confeſſio hũilis qd apđ deũ poſſit. 134.b
Coniugiũ & matrimo. unũ dicant. 192.a
Coniuges qũo cõtinentes eſſe pñt. 205.a
Coniunctio ſacerdotalis in matri. 204.a
Coniunx caſta & adul. qd timeant. 88.a
Conſenſus uniuerſalis eccleſiæ, aduerſariis
opponendus. 86.a

Conſenſus uniuerſalis eccleſiæ, miſſam ſacrificium eſſe teſtatur. 96.b
Conſenſus totius eccliæ ꝓbat ord. 183 b
Conſentire facientibus q dicant. 296.a
Conſiliū in quo ſitū ſit,& q̄ uis illius. 86.a
Conſilium humanum quale. ibidem.b
Cōſiliū ꝓ impſectis in remittendo. 236.a
Conſuetudo iurandi deteſtabilis. 265.a
Cōſtitutiōes humanæ q̄n faciēdi. 276.b
Conſtitutiones humanæ inutiles, niſi ad pietatem expendantur ibidem.b
Copula matrimōialis ſigni pfectio. 201.b
Copulati ī matri. quoq; admonen. 206.b
Cōſecratio q̄re ſub duab. ſpe. ſepati fi. 93.a
Conteptores priuatæ ꝯfeſ. qd agāt. 251.a
Continentia in cōiugio laudabilis. 203.a
Cooperatio fidei, & charitatis eſt iuſtificatio noſtra &c. 169 b
Cōtritio eſt uehemēs animi amari. 118.a
Corona iuſtitiæ cur dicatur. 129.a
Corpora noſtra poſt reſurrectionem, non erunt obnoxia doloribus noſtris. 75.a
Correptio fraterna duo requirit. 138.a
Correptio fraterna ī primitiua eccleſia frequēs. ibi.
Correptio fraterna quomodo in deſuetudinem abierit. ibidem
Corpa cœleſtia quaten⁹ ī nos agāt. 157.a
Corporum ſubtilitas poſt reſurrect. 63.b
Corruptores ſimpliciū mentium. 175.a
Creaturā eſſe nouam ī Chriſto qd. 164.b
Credere deū & credere ī deo uel ī deū. 52.b
Credimus ſanctā eccl. nō in eccleſiā. 65.b
Credēdiū peculiari rōne Chr̄us ēdn̄s. 57.b
Credere ī creaturā abunde ꝑt nemo. 64.a
Credendi ratio triplex eſt. 118.a
Criminum inquirendoꝝ formula. 130.b
Criminū enarratio eſt ſacer. facien. 142.a
Crimina ſpectāt ad idololatr. ſpūa. 254.a
Crux Chriſti quomodo nobis poſt Chriſtum ferenda. 60.b
Crucis mors redem. oīm peculiaris. 55.b
Cubiculū cordis Chr̄us. nos ītr. iu. 216.b
Culpā expiari n̄ poſſe ethnici puta. 133.b
Culpa abolita, nō ſtatī abolet. pœ. 153.b
Cultus dei uerus in ſpiritu. 216.a
Cypriani authoritas de plebe, quomodo intelligenda. 69.a
DEcalogus aptiſſima methodus agendorum &c. 175.b
Decalogus uitæ regula, & ſpeculum. 40.b
Decalogus pertinet ad oēs gentes. 299.a
Decalog⁹ cōplectit̄ ꝯſūmatā iuſtitiā. ibi.b
Decalogus omē ius ciuile ſuperat. 250.a
Decalogi collatio ad legem naturæ. ibid.
Decalogus quare a deo traditus. ibidem.b
Decalogi ſeries. ibidem
Decalogi duæ ſunt tabulæ. 151.a
Decus coniugale caſtitas. 205.a
Defunctorum commemorationem ratio miſſæ expoſtular. 129.b
Depoſitum Pauli eſt ꝓmiſſio dei. 108.a
Depcatio ꝓ ꝯfitēte nō eſt ſacri uis 176.a
Deprecatio Paulina ad Hebræos. 62.a
Deſperandū non eſt ſup mīa dei. 262.a
Deus unus eſſentia, trinus in pſonis. 53.a
Deus quā a nobis fidem exigat. ibidem.b
Deus nobis tantum per fidem uidetur. ibi.
Deus quid ſit. 54.a
Deus ſolus omnipotens ibidem
Deus pater trifariam accipitur. ibidem
Dei omnipotentia, fidei robur. ibidem
Deū eſſe teſtat̄ rerum uniuerſitas. 62.a
Deum q̄uo ethnici cognouerunt. ibidem
Deo aperta ac nuda ſunt omnia. 63.a
Dei uoluntas p charitatē adimplet̄. 56.a
Dei pietas eſt ineffabilis erga nos. 59.a
Deus præeſt piis coniugibus. 197.b
Deus eſt cōciliator religioſi matr. 198.b
De⁹ quomodo hominem deſerat. 121.b
Deus nullā in ſe habet iniquitatū. 122.b
Dei bn̄ficiis cur afficiantur impii. 228.b
Dei gratia bifariam accipitur. 123.b
De⁹ memini gratiā ſuā ex toto ſub. 125.b
De⁹ cur gratiā ſpecialē ipiis ſubtrahit. ib.b
Deo bis ſe debet homo 129.b
Dei promiſſio iuſtiſſima. 230.b

Dei pſentia nō eſt anxie ingrēda. 131.a
Dei præſentia pios lætificat 132.a
Deꝰ quare noſtrā ɔfeſſionē reqrat. 135.a
Deus opera ſua facit noſtra. 170.a
Deꝰ quare nos īterdū nō exaudiat. 213.b
Dei cultus in ſpiritu. 216.a
Deus quare uult nos petere ibidem.b
A deo quæ ſint petenda. 217.b
Deum quare appellamus patrem 219.b
Deus quō nos oēs æquales habeat 220.b
Deus ſicut & in cœlo,ita & ī terra. 221.a
Deꝰ cur ī cœlis potiſſimum eſſe dicat ibi.
Deo ꝑpitio a nulla creatura timendū. ibi.
Dei nomen īuocari ſup nos,qd ſit. 222.a
Dei nomen pollui quid ſit. 222.b
Dei uoluntas,alia atq; alia. 226.b
Deꝰ maloꝝ conatꝰ ī ſuā uertit gl'iā. 229.a
Dei uolūtati nos ſubmittere debemꝰ ibid.
Dei uerbum quomodo ſalutare. 232.a
Dei uerbum,panis animæ ibidem
Deꝰ hūilē a nobis ɔfeſſionē reqrit. 234.b
Deꝰ & diabolus diuerſa tētāt rōne. 236.b
Deus ſp paratus nos eripe a tenta. 238.a
Deꝰ opat ſenſibilr ī mētib. hoim. 243.b
Deꝰ pc̄tōri ut reſipiſcat neceſſariꝰ. 244.b
Deus ſolus uere eſt. 251.b
Deus qualiter timendus. 280.a
Deo plus obediendum q̄ hoībus ibidem
Dei noīa plurima ſunt apud Hebræos. ibi
Deus cognoſcitur ab effectibus. 252.b
Deus agnoſcitur uerbis & ſignis ibidem
Dei nomen tranſlatum ad Moſen. 253.a
Deus huius ſeculi eſt Satanas ibidem
Deꝰ agnoſci uult qualis erga nos ſit. 260
Dei noīe qbꝰ rōnib. recte utamur. 261.b
Deus ī ſcrip. cur dicat odiſſe ſabb. 268.a
Deus bis condidit mundum 269.a
Deus creauit omnia ſimul 271.a
Deus quomodo requieuiſſe dicatur. ibid.
Deus quare ſolum ſab. bn̄dixerit. 272.b
Diabolꝰ & deus diuerſa tētāt rōne. 237.a
Diaboli machina duplex ibidem
Diabolus in Chriſto uincitur. 109.b
Diabolus eſt poteſtas tenebrarum & prīnceps mundi. 42.b
Diaboli libertas quæ ſit. 249.b
Diabolus nō pōt nobis facile īcōmodare, & abhorret ſignum crucis. 257.b
Diaconoꝝ officiū q̄le apd̄ ueteres. 187.a
Diaconorum officium. 187.b
Diaconi ſunt oculi epiſcoporum I
Dicet nos līgua ſola pc̄tōres, nō ſuff. 132
Dies aduentus dn̄i nobis īcognitus. 63.b
Dies dn̄icꝰ qd nob ſignet. 268.b & 269
Dilectio eſt plenitudo legis. 63.a
Diſcrimen inter excluſos ab eccleſia & peccatores nondum refectos 67.a
Diſcrimen ueteris legis & nouæ. 96.b
Diuerſitas particularium rituum nō ſoluit catholicam cōmunionem. 71.a
Diuiſio tertiæ partis Symboli 64.a
Diuiſio clauium eccleſiæ. 141.a
Diuitibus q̄ ī ɔfeſſione iniungēda. 180.b
Diuites incedunt in tentationes. 181.a
Diuinitas in Chriſto impaſſibilis. 59.a
Diuortiū habet rōnē q̄ polygamia. 196
Diuortiū & polyg. denegat Chr̄iāis. 197.b
Diuortii quorundā rōnes expend. 200.a
Diuortiū adſtruētib. Aug. opponit. 201
Doctrīa Chr̄iana pia rediget ad unū 274.a
Dn̄ica dicunt tēpla apud ueteres. 185.a
Dn̄oꝝ patrū & matrūſam. officiū erga ſeruos. 180.b
Dona ſpūs ſancti quæ ſint. 86.b. 87.a.b
Dn̄a ſpūs & uirtutes, ſuos hn̄t gradꝰ 115
Duo liberi arb. nullum pſtantius. 131.a
Donum diuinum bene uiuere. 246.a
Dubiōi cuidā quō ſuccurrendum. 166.a
Dulcedo uitæ æternæ 75.b
Eccleſia quaſi euocata concio. 65.b
Eccleſia militans, uinea dn̄i diuerſa habet membra ibidem
Eccleſia pp malos nō deſerenda. 66.b
Eccleſiæ authoritas non extenuatur p iniquos pontifices 67.a
Eccleſiæ catholicæ certiſſima ſigna. 68.

Eccleſiæ officia p Chriſtum diſcreta. ibi.
Eccl'iæ miniſtri nõ ſũt a plebe cõſtit. 69.a
Eccl'ia primitiua agnouit ord. mi. 184.b
Eccl'iæ uet. pietas circa ſctõꝝ fidẽ. 259.a
Eccleſiarum uarii mores. 277.a
Eccleſiæ miniſtris debetur ueneratio. ibi.
Eccleſia pſens credit ſicut primitiua. 70.b
Eccleſiæ cenſura in rebus dubiis. ibidem.
Eccl'iæ ſunt cerimoniæ multũ neceſſ. ibi.
Eccleſiæ primiuę uehemẽs ĩ cunctis erudi.
Eccleſiæ præſentis par clauium au- (71.a thoritas ibidem
Eccl'ia ſemp hẽbit tã malos q̃ bonos. ibi.
Eccleſia cur ſancta dicatur. 71.a
Eccleſiæ dei unitas eſt peculiaris ibidem
Eccleſiam non habere maculam, quomodo accipiendum 72.a
Eccl'ia quã ob cauſam dicaẽ catholica. ibi.
Eccleſia non eſt affixa ulli loco. ibidem
Eccleſiæ fundamentum Chriſtus. ibidem
Eccl'iæ ĩdies maiorẽ fieri nõ ẽ neceſſe. ibi.
Eccleſiæ copula ſub paſtore uno. ibidem
Eccleſiæ duæ, altera dei, altera diaboli. ibi.
Eccleſia ſancta, quid, 73.a
Eccleſia ſacramenta ſeptem, 76.b
Eccleſia ex inſtitutione Chriſti offert ad baptiſmum paruulos 80.b
Eccl'iæ hoſtes canonẽ miſſæ iſectãẽ. 95.b
Eccleſia celebrat qđ Chrus geſſit in cœna. Eccleſiæ ſacrificiũ quale 103.b (102.b
Eccleſiæ baptiſma eſt unicum. 116.b
Eccleſiæ pſentis indulgentia. 154.b
Eccleſia, quo ſanctificationẽ regrat. ibidẽ
Eccleſia uet⁹ optimũ habuit ordi. 184.b
Eccleſiæ ueteris ordo pene cõfuſus. 185.a
Eccleſia inuiſibilis. 190.a
Eccleſia quid oret in canone. 190.b
Eccleſia ab exordio mundi Chro deſpõſa- Eccleſia quare orat per inter- (ta. 913.a ualla temporum. 217.a
Effectus baptiſmi eſt mors pcti. 73.b
Effect⁹ grãe liberæ excitãs arbitriũ. 130.a
Efficacia & uirtus baptiſmi. ibidem
Eleẽmoſy. orõ & ieiuniũ pctã delẽt. 155.a
Elementum baptiſmi eſt aqua 79.a
Elementum ſacramenti ordinis 190.b
Elemẽti loco qd ĩ ordinib⁹ minor. 183.b
Elementũ ſacramẽti mrimonialis. 111.a
Elementum ſacræ unctionis. 208.b
Eleuatio manuum in miſſa: 104.b
Epiſcoporum ſucceſſio legitima. 68.b
Epiſcopi, quos authores habuerint. ibidẽ
Epiſcopis quid olim cauendum 139.a
Epiſcopus dicitur ſuperattendens. 188.b
Epis & parochis qd debeaẽ laicis. 178.b
Epi olim de mrimonio iudicabãt. 207.a
Epl'a ad Ro. duæ potiſſimũ ↄtinet. 169.a
Error primus in eccleſia 168.b
Erubeſcentia duplex. 148.b
Eſus ſanguinis prohibitio qd ſit. 281.a
Ethnici quo deum cognouerunt. 54.a
Ethnici credebãt culpã expiari ñ poſſe. 133.b
Euãgeliũ añ finẽ ſeculi pdicabiẽ p totũ or Euangelium ſolum docet nos (bẽ. 72.b dei uoluntatem. 76.a
Euangelium quid differat a lege. 158.a
Euangelium in exhibitione iuſtitiæ ſpiritualis conſiſtit. ibidem
Euangelium nouum teſtm̃ dicitur. ibidem
Euangelium proprie quid ſit 159.b
Euangelium habet uaria nomina. 160.a
Euãgelium, quare dicaẽ lex ſpũs. 149.a
Euangelica lex eſt operoſa. ibidem
Euãgelii profeſſores debent omne uerbi factores. ibidem
Euangelium duo complectitur. ibidem
Euangelii gratia quid agat ibidem
Euangelium nõ tollit ius naturale. 282.a
Euchariſtiæ ſacrm dicitur Synaxis. 90.a
Eucha. ſacrm, q̃re pus cœnã iſtitutum. ibi.
In euchariſtia quid credendum. 90.b
Euchariſtiæ miniſter ſacerdos. 115.a
Euchariſtia certũ pign⁹ uitæ æter. 111.b
Euchariſtiæ finẽ q fructus comitenẽ. ibi.
Euchariſtia aiæ medicia efficaciſſi. 112.b
Euchariſtiæ proprius uſus. 113.a

Euchariſtia pãis qũo nobis porrigat. 230
Euchã. ſacro nihil hẽt eccleſia ſubſt. 89.a
Excõmunicati ſal⁹ nequaq̃ neglig. 138.a
Excluſi ab eccleſia qui ſint. 66.b
Excõmunicãdi ptãs ẽ diuini iuris. 125.b
Exomologeſi quid ſit. 146.b
Exempla pietatis in parentes 275.a
Exorciſmus baptiſmo adhibetur. 80.a
Exorciſtarum officium 184.a
Expoſitio canonis pia & germana. 105.b

Factores legis iuſti. 169.a
Feſta in quem finem inſtituta. 169.b
Fidei regula eſt Symbolum. 51.b
Fides eſt dei donum. 52.a
Fides q̃ dic. 51.b Fides ꝯiugalis. 105.
Fidei uis quæ ſit. 52.b
Fidei robur eſt omnipotentia dei. 52.b
Fides mortua nõ confert ad ſalutem. 63.a
Fidei noſtræ concluſio uita æterna. 75.b
Fides ſpei coniuncta eſſe debet. 105.a
Fides iformis, impfecta, uiuida, infuſa, acquſita, habitualis, actualis. 118.b
Fides in intellectu & fides in uoluntate. ibi.
Fides iuſtificãs nõ accipitur ſine ſpe & char.
Fides donũ ſpeciale etiã ſine cha. ibi. b (ibi.
Fides hiſtorica quid faciat. 119.b
Fides i deũ cõ timore filiali uerã ꝯtritionẽ parit. 120.a. Fidei iuſticãtis grad. 163.a
Fide ſola iuſtificari, quid. 164.a
Fidei præſumptio mala eſt. 165.a
Fides eſt imediatũ inſtrm̃ iuſtifica. 166.b
Fidei ꝓprium opus, quale. ibidem
Fides dæmoniacã & impiorum ibidem
Fides multiplex ibidem
Fides iuſtificans includit pœniam. ibidem
Fides quare dicitur iuſtificare. 161.b
Fides eſt inſtrm̃ iuſtificationis. 160.b
Fides accipit, non meretur. 166.b
Fides debet cooperari operibus. 168.b
Fides accedere debet ſacramento. 198.a
Fides gratuitum donum. 201.a
Fides, ſpes, & char. ꝯiunctæ eſſe debẽt. ibi. b
Fides Chriſtianorũ nõ euanida. ibidem
Fidei ſpiritus ſuggerit nobis omnia ibid.
Fides donum dei. 232.b
Fides prima orationis ala. 210.b
Fides, nobis noſtrã oñdit infirmit. 211.a
Fidei exordium quale ſit. 228.a
Fiducia in deum, unde 53.b
Fiducia noſtra omnis in quo ſit 162.b
Fiducia noſtra in quo conſiſtit 163.b
Fiducia bonæ conſciæ in cõiugio. 205.a
Fiducia miæ dei in nobis qd agat. 221.b
Figmentum dei ſumus omnes 56.a
Filii pſona de⁹ & hõ plur. nom. deſig. 55.a
Filium quare miſerit pater. 56.b
Filius quare incarnatus & quomodo per hunc ſolum ad patrem pueniatur. 58.b
Filios cœleſtes pater cœleſtis reqrit. 21.b
Finis regum omnium cõditarũ quis ſit. 53.a
Finis cerimoniarũ ad ſacra reuerentius tractanda. 70.b
Finis principalis euchariſtiæ qs ſit. 95.b
Finis principalis & multiplex etiam euchariſtiæ. 113.a & 113.b
Fomes ꝯcupiſcentiæ manet i baptiz. 81.a
Fons quare conſecretur. 80.a
Forma extremi iudicii 63.a
Forma uiſibilis, inuiſibi. eſt gratiæ 202.a
Formula inquirendorũ criminũ. 138.b
Fortitudo humana, quæ 86.b
Fortũa quos uexat aduerſa qũo doc. 257.
Forum dei aliud eſt, q̃ ſacerdotis 145.b
Fractio hoſtiæ ſaluta. fit trm̃ i ſpecie pa. 95
Fructus ſpiritus, qui ſint. 51.b
Fructus ſacrificii ſaluatoris nr̃i, qs 100.a
Fructus euchariſtiæ, qui 111.b
Fructus meditationis decalogi. 241.a
Fructus pœnitentiæ qui ſint digni. 153.a
Fundamentum eccleſiæ eſt Chriſtus. 72.b

Gentes agnouerunt matrimonium, rem ſanctam eſſe. 194.a
Gentes non uiderunt cauſam finalem iuſtificationis. 165.b
Gentes & iudæi cur ꝯtraxerint m̃rimonia
Gratia dei biſariã accipit. 123.b (194.a

Gratia propria Chriſtianorum· ibidem
Gratia duplex. ibidem
Gratia præueniens duplex ibidem
Grãm ſuá de⁹ memini penit⁹ ſubtr. 124.a
Grãm ſpecialé cur deus impiis negat.ibid.
Gratia incitás nõ ſufficit,ſed iuſtificás.ibi.
Gratiæ opera añ iuſtificationem. 125.a
De gřa ſubſequen· adiiciũť nõnulla. 126
Gratiæ teſtimonium oratio. 127.a
Gratiæ nõ tollit libeꝝ arb. ſed magis ſtatuit.ibi.
Gratia ſequens comitatur noſtram uoluntatem. 128.a
Gratiæ effectus excitás libeꝝ arbi. 130.a
Gratia Ordinatiõis qũo ſe habeat. 191.b
Gratia qd in bonis ſacerdotib.opereť.ibi.
Gratia conferť a deo coniugibus. 30.b
Glia nřa ĩ cruce dñi noſtri Ieſu Chři. 60.b
Gloria Iſrael in nos tranſlata. 250.b
Gradus pœnitentiæ. 120.b. 121.a
Gradus fidei iuſtificantis. 163.a
Gradus quidam ſunt in lædendo. 288.a
HAbitus uirtutis& opus externum diſferunt. 195.b
Halleluia quid ſignificet. 89.b
Hæreditas impioꝝ mors æterna. 5.b
Hæretici,falſo apđ ſe fidé eſſe uount. 72.b
Hæretici ipm chryſma fruſtra reſpu. 85.a
Hæretici allucinanť in Pauli uerb. 117.b
Hæreticoꝝ ſtudium ĩ quo uigilet. 182.a
Hominis mens incomprehenſibilis. 53.b
Homo quare creatus ibidem
Hoĩm mẽs ueſtigiũ diuin.exprimit. 54.a
Hominum quorundam ſtupiditas. ibid.b
Hõ ſæpe carnalis & aĩalis appellať. 65.b
Homo ex quibus conſtet 74.a
Hõ creatus ad ſacrificandum deo. 97.a
Homini quæ inſint ibidem.b
Hõ obnoxius morti duplici rõne. 98.b
Homo quomodo a deo deſeratur. 121.b
Homo nõ eſt in hac uita ſine pčõ. 127.b
Homo bis ſe debet deo 129.b
Hõ ex opib⁹ ne,an ex fide iuſtificeť. 165.a
Hõ iuſtificatus ĩdies magis iuſtific. 168.a
Hõ qre aſpgiť cineř ĩ capite ieiunii 173.a
Hoĩbus inuolutis qd agendum. 176.b
Homicida apud deum quis ſit. 249.b
Hoĩem totũ libido fœda cõmutat. 284.b
Honor tria complectitur. 274.b
Hoſtes nobis tres ſũt, quos ꝯtra ſp dimicádũ. 83.a
Hoſtes nřĩ diligédi ſũt. 241.b
Hoſtes noſtri tres & potétes ualde. 238.a b.& folio ſequenti.
Hoſtiarius,quo olim ordinabať. 184.a
Hoſtiæ ueteris legis, defuncto Chriſto euanuerunt. 59.b
IAnitorum officium quale. 184.a
Iconomachi damnati. 260.a
Ieiunium,oratio, & eleemoſyna peccata delent. 155.a
Ieiuniũ& eleemoſy.orõné faciũt alacriore 215
Iohánis Euág.loc⁹ explicať. 140.b
Imaginum uſus qũo habendus. 159.b
Imaginium utilitas ibidem
Imago ſaluatoris qũo colenda. 160.a
Imagines nõ ꝓhibeť,ſed eaꝝ adoratio.ib.
Imagines tenédæ tanq̃ mutæ hiſtoriæ.ib.
Imago crucis olim in eccleſia,ſed non lanceæ aut clauorum ibidem.b
Impietas huius ſeculi diuitum 232.a
Impioꝝ hæreditas mors æterna. 75.a
Impii ſuá damn. in deũ tráſferũt. 121.b
Impiis qbuſdá ſatis occurritur ſup illo dicto,Non uoluntatis,&c. 130.a
Impii nõ habét fidem iuſtificanté. 164.a
Impii quare dei bñficiis.afficiunť. 228.a
ĩmortalitas piis & ĩpiis cõis,ĩ pari tñ rõne. 74.b
Impoſitio manuũ qd ſignĩct. 174.a
Impoſitio manuum quare fiat. 190.b
Increpatio nulla durior q̃ gratiæ repudiate. 130.a
Indulgentia præſentis eccleſiæ. 154.b
Indulgentiarum abuſus. 166.a
Induci in tentationem qd ſit. 237.a
Infidelis, q uerbo dei in ſacramento eucharistiæ potentiam detrahit. 90.b
Initiũ ſubſtátiæ qd ſit apud Paulũ. 117.b

Iniquitas non competit deo. 122.b
Inobedientia nos peccato inuoluit. 277.a
Iraſci ſine cauſa eſt prohibitum. 280.b
Inuocatio ſanctorum an ſit licita. 264.b
ac folio ſequenti de ſctis pulcherrima.
Inuocatio, præcipuus dei cultus. 262.a
Intellect⁹ & uolūtas quō hoib⁹ iditæ. 50.b
Inunctio uerticis quid ſignet. 81.b
Iudæi ꝯfeſſionem generalē habēt. 135.b
Iudæis datus eſt ſpiritus timoris. 248.a
Iudæorum monogamia. 194.b
Iudiciū extremum ī momēto pageť. 63.a
Iudicium extremum in uiuos & mortuos, quale ſit futurum. ibidem
Iudices q̃les eē dñt ī exigēdis iura. 265.b
Iurare quatenus liceat. 264.a
Iurare q̃tenus Iudæis olim ꝑmiſſum. ibid.
Iuramenta dño reddere qd ſit. 265.a
Iurans quatenus excuſetur. 264.b
Iuramētū debet hēre tres comites. 265.a
Iuramētū nō ē oib⁹ negotiis adhibe. 265
Iuramenta forenſia moderanda. ibidem
Iura naturæ quō oīa ſint cōia. 250.a
Iuſtificatio legis quō a iuſtificatis. ipl. 74
Iuſtificatio fit ꝑ īuocationē uolūta. 157.b
Iuſtificatio duo complectitur. 158.b
Iuſtificari qd ꝓprie apd Paulū ſigñet. ibi.
Iuſtificantes ſeipſos quales ſint. 158.b
Iuſtificationes nřæ ſnīæ catholica. 160.b
Iuſtificationis inſtrumentum eſt fides. ibi.
Iuſtificationē qb⁹ modis ꝯſeq̃mur. 161.b
Iuſtificatio quando accipiatur. ibidem
Iuſtificatio quæ requirat. ibidem
Iuſtificati, quō ſe habere debeant. 162.b
Iuſtitiæ corona cur dicatur. 129.a
Iuſtitia bonæ conſcientiæ 155.b
Iuſtitia fidei cur ſic dicta. 158.a
Iuſtitia Chři & phariſæorum, differt. 263.b
Iuſti ſumus, quia Chriſto inſiti. 163.a
Iuuenes quomō doceri oporteat. 181.a
LAbor externus quid faciat. 270.b
Laici quid epiſcopis & parochis debeant. 178.b
Lapſi quō olim recipiebantur. 172.b
Latria ſoli deo debetur. 108.a
Lauren. martyr ſacrificii meminit. 112.a
Legis iuſtificatio quō a iuſti. adipiſcať. 82.b
Lex naturæ arguit diuinā ꝓuid. 54.a
Lex iubet, ſed gratia iuuat. 127.a
Lex & euangelium in quo differāt. 158.a
Lex ſeruitutis & timoris ibidem
Lex operum ſeu factorum ibidem
Lex ē idex quō ad Chřm ꝑducimur. 159.a
Lex fidei lex ſpiritus uitæ ibidem
Lex unā dicta & legis diuiſio, Multa quoq; ac uaria de lege diuia, humana, ac diabolica ſimul īuenies. 141. & foliis ſequent.
Legis diuinæ diuiſio ibidem
Lex ſcripta neceſſaria aſſumenda ibidem
Item folio. 244. & ſequentibus, optima quæq; de lege inuenies.
Lex uet⁹ quō differat ab euāgelio. 245.a
Multa ibidē & ſequentib⁹ foliis de lege.
Liber Tobiæ mřimoniū honorat. 199.a
Liberi arbitrii dono nullū melius. 131.b
Liberorum munus erga parentes. 180.a
Liberū arbit. poſt lapſum īefficax ad bonū 243.b
Libertas diabolica q̃ ſit 249.b
Libido fœda totū hoiē cōmutat. 284.b
Linitio ſputi in paruulis quid uelit. 80.b
Litigādi ꝑuicaciā dānat Pau. ñ iud. 233.b
Loci cōes ad exomolog. ſpectātes 178.b
Locus Pauli ad Corinth. explicať. 119.a
Locus Paulinus explicatur. 122.a
Locus ꝓphetæ ꝑ Paulū explicatus. 159.b
Longanimitas ſum⁹ charit. grad⁹. 182.b
MAchina diaboli eſt duplex. 237.a
Magiſtratib⁹ nō ē obediēdū contra dei præceptum. 278.b.
Magiſtratib⁹ qd ſubditi debeāt. 179.a
Magiſtratus ciuitatum honorādi. 277.b
Maleficę ſua uirtute nihil effi. ꝑāt. 257.b
Maleficis qb⁹ modis ſit obſiſtēdū. 257.b
Malitia animi aggrauat pctm̄ 174.b
Malum culpæ & malum pœnæ. 239.a
Manducare corpus dñi quid ſit. 114.b

Manichæi

Manichæi damnantur. 121.b
Manus quare imponuntur. 109.b
Maritorum officium, quale. 179.b
Materia chryſmatis. 84b
M̃rimoniũ ꝓpter quatuor iſtitutũ. 192.a
M̃rimonii deſcriptio ẽt apud gẽtes 194.a
M̃rimoniũ apd̃ gẽtes legitimũ, ſed ñ ſacr̃m
M̃rimoniũ chr̃ianũ qd habeat cũ (ibidẽ
cæteris commune. 196.a
M̃rimoniũ Iudaicũ quo an̄o diſcrepet ibi.
M̃rimoniũ, & m̃rimo. ſacr̃m diffe. 197.b
Matrimonio, qd ueteres tribuere. ibidẽ.b
M̃rimoniũ ueꝫ nõ ẽ extra legẽ dei. 199.a
M̃rimoniũ ẽ ſignũ unionis Chr̃i & eccliæ.
Matrimonii ſacramẽtũ quid ma- (202 a
gis requirat. ibidem
M̃rimoniũ ſine ſpe ꝓlis p̃t eſſe. ibidem
M̃rimo. p̃t eẽ ſc̃m̃ ſine copula carnali ibi.
M̃rimoniũ, aliud legitimũ, ratũ, & cõſum-
M̃rimonii Chr̃iani finis. (matũ. ibidẽ
principalis. 203.b
M̃rimonii abuſus ſũmopẽ cauẽd⁹. ibidẽ
M̃rimoniũ quæ in dies ꝑpendi uelit. ibidẽ
M̃rimo. miniſter legitim⁹ ẽ ſacerdos 204.a
Mediator Chr̃s nobis oĩb⁹ neceſſari⁹ 55.b
Meditatio uera ĩ lege dñi quæ ſit. 176.b
Melchiſedech typũ Chr̃i portauit. 92.a
Memoria ſanctoꝫ reuerenter habenda ob
tres cauſas 254.b. & folio ſequenti.
Mendicantes ualidi quõ inſtruẽdi. 181.a
Mens hoĩs incomprehenſibilis. 53.a
Mẽs ſibi ꝯſcia mali oĩm miſerrima 134.a
Mente & uoce orandum. 216.a
Mẽte æqua ĩ oĩb⁹ nos eẽ oportet. 228.b
Mẽs hoĩs nullis ſubiacet ꝯſtellati. 258.b
Mẽtẽ & os circa fidẽ ꝯcor. eẽ opor. 262.b
Mẽtis ꝯfeſſio nobis oĩb⁹ ſp hñda. 135.a
Mercenarioꝫ munus erga dños. 180.a.b
Meritũ ꝯgrui, meritũ improprie. 125.b
Meritũ cõdigni cur ſic dictum. 129.a
Meritũ nr̃m ĩ miſeratiõe dñi ꝯſiſtit 257.b
Methodi doctrinæ Chriſtianæ. 250.a
Militibus qd iniungendũ. 180.b
Miniſter ſacramenti ſacerdos. 83.a
Miniſter Ordinis epiſcopus. 191.b
Miniſter matrimonii ſacerdos. 206.b
Miniſtris eccleſiæ debet ueneratio. 277.b
Miſericordia dei ſup oĩa eius opa. 261.a
Miſſa ex duabus partibus conſtat. 93.b
Miſſæ mẽbra ſcd̃m ordi. enumerant. ibidẽ
Miſſæ uocabulũ qd ſignificet. ibidem
Miſſa quale ſit ſacrificium. 95.b. et. 97 a
Miſſæ ſacrificium quõ ſit eximiũ. 105.b
Miſſæ rõ cõmemorationẽ defunctoꝫ req-
Mœchiæ appellatione, oĩs illi- (rit. 107.b
citus coitus exptimatur. 284.a
Moderationes quædã per eccleſiã circa pœ-
nitentes receptæ. 139 a. & folio ſequẽti.
Modus hic uiuendi triplex. 109.a
Modus manducandi carnem dñi. 92.b
Modus cognoſcẽdi deũ p̃ſcribit. 251.b
Monicæ extrema poſtulatio. 109 b
Monogamia patrũ qd ſignificabat 194 b
Mores corrupti eccl'iaſticoꝫ, maloꝫ anſã
Moriẽs ꝑ xpo ſi (hæreticis ꝑbuerit 185.b
ne eccleſiæ unitate, non ſaluat. 73.b
Mors crucis redẽptorẽ decebat. 59.a
Mors triduana xpi a ꝓphetis ꝑdcã ẽ. 61.b
Mors æterna hæreditas impioꝫ. 75.b
Mortem dñi qs annuntiat. 114.b
Mortẽ q ſibi ꝯſciſcũt grauiſſi. pec. 283.b
Mors ſp̃ualis aſcendit per ſenſus. 284.a
Mortificatio in hoĩe, quõ peragat. 84.a
Mos bñdicẽdi cibũ &c. nob retinẽ. 231.b
Mos bñdicẽdi ramos ĩ die palmaꝫ 258.a
Mortuoꝫ reſurrect. nr̃æ ẽ baſis fidei 75.a
Mortuoꝫ reſurrectio p ſpm̃ ſc̃tm̃. 75.b
Multiloquiũ quõ a Chr̃o accipiat. 216.b
Munus, ſiue officiũ bonaꝫ uxoꝫ. 179.b.
Mun⁹ pricipũ ac mgr̃atuũ declarat. ibidẽ
Mũdi aduerſa æquo aĩo ferẽda. 240.a
Mundus cui tribuat bona tẽporalia ibidẽ
Mundus nõ habet pietatẽ ſpiritus. 87.a
Myſterium ſanctæ trinitatis incõprehenſi-
bile, etiam angelis. 64.b
Myſteria eccleſiæ ſacra per primos patres

ſatis diſcutiuntur. 71.a
Myſteriorum baptiſmi expoſitio. 82.a
Myſterioꝝ q̄ apđ ſõtẽ celebrãt expõ. ibidẽ
Myſterium dn̄icæ mortis. 168.b
Myſterii m̄rimo. breuis explicatio. 193.b
NAtiuitas filii in diuinis inexplicabil'.
Natiuitas diuina nulla ſimilitudine explicatur. 56.a
ibidem.
Natiuitates Chriſti duæ. ibidem.b
Natiuitas Chriſti ſecunda. 57.b
Naturæ lex arguit ꝓuidẽtiã diuinã. 53.a
Naturã eãdẽ cum pr̄e habet Chr̄s. 56.a
Natura corrupta quõ refingatur. 74.a
Natura quæ erat bona qualitate facta eſt mala. 126.a
Neceſſitas & charitas in oĩb⁹ externis di- (ſpẽſant. 269.a
Neceſſitas duplex. 13.a
Noĩa ſpũs ſcĩ in ſcripturis diuerſa. 65.a
Nomen pietatis quid contineat. 89.b
Noĩa ueteris teſtamẽti ſunt uaria. 158.b
Nomen domini quid ſignificet. 221.b
Nomen dei inuocari ſup nos, qd ſit. ibidẽ
Nomen dei pollui quid ſit. 222.b
Nomen dei mľtifariã afficit ꝯtumelia. ibi.
Nomen dei nobis eſt illuſtrãdum. ibidẽ.b
Nomẽ dĩ ſcĩficat̃ i nob̄ p bona opa 223.a
Nomen tetragrãmaton ineffabile. 251.b
Noĩe diuino recte utimur quadruplici rõ-
Nouatiani unde dicti. 116.b (ne. 261.a
Nouatiãi hæreticoꝝ oĩm imãiſſimi. 118.b
Nouatiani atq; anabaptiſtę ad qd cogãt.
Nouũ teſtm̃ duo ꝯplectĩt. 158.a (234.a
Nouum teſtm̃ eſt lex uiua hoĩem imutãs.
Nuptiæ quo differãt a m̄rimo. 292.a ibi.
Nuptiaꝝ celebritas eſt elementũ ſacri ꝯiu.
Nuptiæ īter amicos celebrãdę. ibi. (294.b
Nundinæ dieb⁹ feſtis agi nõ debẽt. 273.a
OBlationes noſtræ erga deum a Chriſto petendæ. 62.b
Oblatio Iſaac typus Chriſti. 99.b
Oblatio in miſſa duplex. 103.a
Oblatio corporis Chriſti myſtici. 104.a
Obedientia parentibus debita. 275.a
Occidere inuaſorem multa regrit. 281.a
Occultorum confeſſio. 148.a
Offerre ꝓ redemptiõe aïaꝝ qd ſit. 106.b
Offĩm ꝯfeſſarii & qd eidẽ cauendũ. 146.b
Offĩm ſacerdotis mun⁹ ĩpũs ſcĩ. 151.a
Officium presbyteri pœnitentium 172.a
Officium maritoꝝ, quale ſit. 179.b
Officium parentum erga liberos. ibidem
Offĩm pſbyteroꝝ in quo ſitum ſit. 190.a
Oleo cathecumenoꝝ ungit̃ pectus. 81.a
Oleum triplex in eccleſia. 85.b
Oleum quid ſignificet in ſacramento unctionis. 208.a
Omnipotentia dei eſt fidei robur. 52.b
Opera bona abſq; fide nulla ſunt. ibidem
Opera bona neceſſaria quæ ſequuntur iuſtificationem. 55.b
Opa ſatisfactiõis cur dñr ĩdebita. 153.b
Opa grãæ ante iuſtificationẽ q̃ ſint' 125.a
Opa legis a cã iuſtificatiõis excluduntur.
Opera legis pædagogia in Chri- (166.a
ſtum. ibidem.
Opa fidei poſt iuſtificationem. ibidem
Opa gratiæ ꝑuenientis iuſtificationẽ. ibi.
Opa noſtra placent ꝓpter Chr̄m. 167.b
Opa bona actualis bona uoluntas. ibid.
Optimi quiq; qd oĩbus debeãt. 181.b
Opa extra charitatem ſeruilia. 269.a
Opa bona ſunt inchoata uita æterna.
Opiniones quorundã damnant̃. 170.b
Opus miſſæ fidem exercet & bñficia Chriſti illuſtrat. 95.b
Oratio noſtra tanq̃ per unius corporis membra. 73.a
Oratio Epĩ ſuper ꝯfirmãdum. 85.b
Oratio dominica quomodo dona ſancti ſpiritus comprehendat. 87.a
Orõ in miſſa ꝓ qbus fiat fidelibus. 94.b
Orandum tã ꝓ põtifice, q̃ regib⁹. ibidem
Oratio gratiæ teſtimonium. 127.a
Orõ, ieiunium & eleemoſyna delent pecca-
Oratio donum gratiæ. Itemq; (ta. 151.a
& qs ſit, qui fideliter oret. 219.a

Orantem non oportet heſitare. 213.a
Orãtem, in ſpe patientem eſſe oportet. ibi.
Orationem faciunt alacrem, ieiunium & eleemoſyna. 214.a
Orationis tota uis, in qbus ɔſiſtat. 215.b
Orandi authoritates conciliantᷣ. ibidem.
Orandum eſt in ueritate. 216.a
Orationes Chriſtianorum breues. ibidem
Orare ſine intermiſſione qd ſit. 217.a
Oratio dñica oĩbus anteponenda. ibid.b
Orõ dñica totũ cõplectiť qcqd a deo peti.
Orationis dñicæ pfectio. ibi.b. (219.a
Orõnis dñicæ petitiões ſunt ſepté. 221.a
Oratio ꝑ qbus habenda. 224.b. ibidem.
lectu iucũdiſſima iuenies ꝑ ſalute oĩum.
Oratione feruida qd ɔſequamur. 257.b
Orandum ſedulo ꝑ magiſtratib⁹. 278.b
Ordo, ꝑ quem bõ a Chriſto curať. 73.a
Ordo pulcherrimus de tractatione ſacramentorum. 78.b
Ordo correctiõis quare neceſſari⁹. 173.b
Ordo in eccleſia quid ſit. 182.b
Ordinãdi ptãtem laici nõ habent. 183.a
Ordinatio ſpiritui ſancto tribuiť. ibidem
Ordo & baptiſm⁹. quare nõ reiterať. ibid.
Ordinum, alii maiores, alii minores. ibid.
Ordines minores primitiua eccleſia agnouit. 184.a
Ordines minores, quomodo in ɔtemptum uenerunt. ibidem.b
Ordo ueteris eccleſiæ pene ɔfuſus. ibidem
Ordines minores ex Chriſti authoritate inſtituti. ibidem
Ordo miniſteriorum eccleſiæ pulcherrimus. 190.b
Ordo catechizandi eccleſiæ. 209.b
Ordo petitionum in orõne dñica. 224.b
Ordo cathechiſmi eccleſiæ ſub baptiſmum. 240.b
PAnis i ſcripturis qũo accipiať. 91.b.
Panis i ſcripturis uarie accipiť. 229 b. & folio ſequenti.
Parabolæ de filio prodigo, quo reſpiciant.
Similiter de publicano & pharisæo. 211.a
Parabola de iudice iniquo explicať. 212.b
Parabola de amico nocte ueniente. ibidem
Parentes quomodo ſe habebunt erga ſuos liberos. 180.a
Parentes in ſcripturis ſunt uarii. 274.b
Parentes impii ad pietaté ducendi. 274b
Parochis & epis qd a laicis debeať. 178.b
Parochis añ oĩa uict⁹ ſuppeditãd⁹. 186.b
Paſſibile & impaſſibile quomodo fuerint ſimul in Chriſto 59.a
Pr ex nihilo, oĩa ꝑ fidem ɔdidit. 53.b
Pater, quare filium cœlo demiſerit. 56.b
Pater in filio loquutus eſt nobis. 78.a
Pater cœleſtis filios reqrit cœleſtes 221.b
Patrib⁹ ſpũalib⁹ maxie ſuccurrẽdũ. 276.a
Eiſdem debetur obedientia. ibidem
Partes ſymboli ſunt tres. 51.a
Patriarchæ & ꝑphetæ nõ habuerunt claues remittendorum criminum. 141.a
Patriarcharum officium. 190.a
Pr̃inoꝝ mun⁹ & q̃re puuli offeranť. 80.b
Paulus excõicat fratré inceſtum. 66.b
Pauli ſnĩa ɔtra hæreticos pulchre exponiť.
Paul⁹ patientiæ exẽplar 218.a. (117.a
Pauptas ſpũs a ſola mente metiẽd⁹ 212.a
Pax dñi quæ & quotuplex. 95.a
Pax dabať pœnitẽtib⁹ in die cœnæ. 172.a
Peccato reſiſtendũ eſt uſq; ad morté. 60.b
Pctoꝝ remiſſio eſt in ſola ec. catho. 73.b
Peccatum in baptiſmo oẽ remittiť. 83.b
Peccatum in ſpm̃ ſanctum qd ſit. 117.a
Peccatum ad mortem, quod. ibidem.b
Pctõr nullá hẽt excuſationẽ ɔtra deũ 131.b
Peccatoꝝ triplex confeſſio. 132.a
Peccati uis p Chriſtum euacuata. 128.a
Pctm̃ ñ agnitũ nec ɔfeſſũ, ñ dimittiť 135 b
Peccãtib⁹ publice qd hodie iũbat. 149.b
Peccata, qũo ſoluanť claue ſciẽtiæ. 142.a
Peccata ſigillatim confitenda. 148.a
Peccata confitenda quæ ſint. 174.a
Pctã uenialia qualiter ɔfitenda. ibidem
Pctoꝝ circũſtãtiæ q̃ ſint ɔfitendæ. ibidem
Peccata mortalia quæ ſint. 175.a

Peccatorꝫ agnitio ex ꝯfeſſione. 176.b
Pc̄tm̄, aut aio, aut uno qnqꝫ ſenſuū cōmit- (tit. 175.b
Peccata, num a ſolis ſanctis di- mittāt? lege ibidē pulcherrima. 177.b
Peccatorib⁹ quo affectu ſit orādū. 215.a
Peccatorib⁹ orādū, ſed pie affectis. 239.b
Peccādum nō ē ob dei miſericordiā. 260.a
Peccatores oēs ſum⁹ in ꝯſpectu dei. 234.b
Peccatorꝫ ueniā cōſequi eſt facile. ibidem
Perfectio euangelici præcepti, 132.a
Perfruitio deitatis qñ plena erit. ibidem
Periuriū homicidio & adulterio grauius.
Perſonarꝫ æqlitas ī diuinis. 64.a. (267.a
Phariſaica iuſtitia quæ. 168.b
Pietas & ſciētia quare ſimul eē uelit. 87.b
Pietatis nomē qd cōplectaī. ibidem
Pietas uiuentiū qbus defunctis pſit. 109.a
Pietas in parētes magna eſt religio. 275.a
Piis & impiis quomodo communis ſit ipſa immortalitas. 74.b
Pios dei præſcientia lætificat. 131.b
Pilatus ꝑpter duo in ſymbolo noīaī. 59.b
Pietas dei īmenſa eſt erga nos oēs. ibidem
Planetæ & aſtra cur creata. 257.a
Plebs nō ꝯſtituet ꝑ ſuo arbitratu eccl'iæ mi- (niſtros. 69.a
Plebi qd agendū, cui ma- lus paſtor præficitur. 70.a
Plebi, quomodo iudicium quarundam re- rum deferendum non ſit. ibidem.b
Plebs qūo īſtruēda circa ſctōꝝ inuocatio- (nem. 256.a
Plebs quomodo ad cōfitenꝺ dum inducetur. 175.a
Plenitudo legis dilectio. 63.a
Polygamia patrū nō repugnat uerbis Adæ
Polygamia xp̄ia. iuř nega. 197.b (195.a
Pœnīam ſp̄us ſanct⁹ in nobis efficit. 74.a
Pœna in ꝯfeſſari ſecreta referētē. 152.a
Pœnitentiæ tres ſunt partes. 115.b
Pœnitentiæ ſacramentum, ibidem
Pœnitentiæ ueræ deſcriptio. 116.a
Pœnitentia quotidiana. ibidem.a
Pœnia, ſcđa poſt naufragiū tabulā. 117.a
Pœnitentia in genere accepta tribus parti- bus conſtat. ibidem
Pœnitentiæ gradus qui ſint. 120.b
Pœnitētiæ affect⁹ eſt donum dei. 121.b
Pœnitētia ſedulo a deo poſtulādā. ibidem.
Pœnīam publicā, pfes olī expetebāt 137.b
Pœnīæ ſacr̄m ꝑ Chr̄m inſtitutum. 144.a
Pœnitētes olim nobis ſeuériores. 149.b
Pœnitentiæ fructus digni qui ſint. 153.a
Pœnīæ ſingulæ ꝑtes dicunī pœīa. 155.b
Pœnīa interior trib⁹ partib⁹ ꝯſtat. ibidem
Pœnitentia exterior declaratur. 171.a
Pœnīæ ſacr̄m quare inſtituſtum ibidem.b
Pœnīæ ſacr̄m nō eſt idem cum pœnía publica uel priuata. ibidem.b
Pœnitentia publica duplex. ibidem
Pœnitētib⁹ dabaī pax ī die cœnæ. 172.a
Pœnitentia publica non ſolennis. 173.a
Pœnitentiæ ſacramentum quid. ibidem
Pœnitentis affect⁹ ad ſacerdotem. 176.b
Pœna, eſt indiuidua peccati comes. 234.b
Pontifices mali non extenuant eccleſiæ au thoritatem. 67.a
Pontifices unde dicantur. 189.a
Pontifex Roman⁹ qūo cæteris p̄ſtet. ibid.
Populus admonendus ad iugem confeſſio nem interiorem. 133.a
Poteſtas ſacerdotalis in malis non contem nenda. 69.a
Poteſtas ꝯſecrādi nō ſolis data ap̄lis. 90 b
Poteſtas unde ſit nobis corpus Chriſti of- ferendi. 104.a
Ptās excōicandi eſt iuris diuini, 141.b
Poteſtas ligandi atqꝫ ſoluendi quæ. 171.b
Poteſtas tenebrarum diabolus. 242.b
Poſtulatiōes nr̄as deo īnoteſceř, qd. 217.a
Precationes cōes amat Chr̄s. 219.a
Præcepti euangelici perfectio. 138.a
Præcepta plæraque quare negatiue tradi- ta. 253.a
Præceptum primum ſecundæ tabulæ, ho- norare parentes. 274.b
Preces horariæ ad ſacerdo. ſpectāt. 217b
Prædicatio uerbi dei unde ordiēda. 120.b

Prælatis

Prælatis inqs etiã honor exhiberi. 63.b
Presbyteri, quare dicti ſeniores. 188.a
Presbyterorũ officium ĩ quo ſit ſitum. ibi.
Præſciẽtia dei nõ eſt anxie inquirẽ. 131.a
Præſcia dei nõ obſtat rerũ ɔtingentiæ. ibi.
Præſcia dei moderate prædicanda. ibid.
Præſidentes nobis, oẽs honorandi. 278.b
Præſumptio fidei eſt mala. 165.a
Præuaricatio Adæ q̃ mala ſupindu. 122.
b. ubi & multa alia præclara inuenies.
Præcipuũ ac magiſtratuũ mun⁹ explicat.
Principes ptiæ patres. 287.a (179.a
Prĩceps, ſi efferus fuerit, qd agendũ. 290.b
Promiſſio dei iuſtiſſima. ibidem
Prouidẽtiã diuinã arguit lex naturæ. 54.a
Proxim⁹ quomodo ſit diligendus. 251.a
Proceſſiones cur die dñico agant. 259.a
Proprietates, pſonarũ ĩ diuinis quõ ſeruan
Publicanis qd ſponẽdũ, 187.b (dæ. 62.a
Pudor ĩtolerãd⁹ occulta nolle cõfi. 166.b
Pudor, ɔfeſſionẽ ĩpediens pellend⁹. 176.b
Pugna in nobis aſſidua atq; ppetua. 74.a
RAdix quõ ĩ Adã corrupta fuerit. 51.a
Radix & origo caſuũ referu. 139.b
Radix indulgentiarũ papalium. 156.a
Ratio confitendi deo. 135.a
Ratio ac modus orandi. 209.b
Ratio ordinis dñicæ prçceptionis. 234.a
Reconciliatio pœnitentium quomodo fie
bat eccleſiæ. 153.a
Redẽptorẽ mũdi mors crucis diceb. 59.a
Regnum Chriſti ſpirituale. 55.b
Regnum quotuplex ſit. 224.a. ibidem &
folio ſequenti leges pulcherrimæ.
Regnum gloriæ poſtulandum. 225.b
Regula fidei eſt ſymbolum. 50.b (153.b
Reliquiæ pcti manent poſt remiſſa pctã.
Reliquæ martyrũ in omni eccliã religioſe ha
bitæ. 159.a. id qd hæreticos male hẽt. ibi.
Rememoratio bñficiorũ Chri ſaluberrima
Remiſ. pctorũ ẽ ĩ ſola Chri ec. 75.a (63.b
Remiſſio peccatorum cui debeat. 106.b
Remiſſio publica lõge alia q̃ priua. 236.b
Remiſſio ac retentio peccatorum diſcre-
tionem requirit 144.a
Remiſſio pctõrum quõ applicat p Chrm
Remiſſio pctõrũ qbus det. ibi.b (152.b
Remiſſionẽ culpæ ſubſequtur pœniæ ſatiſ.
Remittet ꝓximo, facile eſt. 271.b (171.a
Reſtitutio ad quos ſpectet. 175.b
Rerũ diuiſio, rerũ cõcionẽ ɔfirmat. 150.b
Res oblata in miſſa duplex eſt. 102.a
Res piæ nõ ſunt ĩmutandæ, ſed abuſus cor
Reſurrectio corporũ doce (rigẽdi. 110.a
tur per ſimilitudinem. 74.b
Reſurrectio mortuorum eſt fidei baſis. ib.
Reſurrectio mortuorum eſt per ſpiritum
ſanctum & in corpore proprio. 74.a
Rit⁹ diuerſi ĩ eccliã, nihil mali cauſãt. 71.a
Ritus miſſæ paucis explicantur. 93.b
Ritus pœnitendi quomodo ſublat⁹ 149.b
Ritus ordinandi hoſtiarium. 184.b
Ritus ordinãdi epm & pſbiterum. 190.a
Ritus q ĩ collatiõe ordinũ exhibet. 191.b
SAbbatum q̃ uarie ſumat. 268.a. & ſe
quentibus foliis pulcherrima.
Sabbatũ q̃re ĩ diem dñicũ trãſlatũ 269.b
Sacerdotalis ptãs ĩ malis honorãda. 69.b
Sacerdotes, Chri legatiõe funguntur. 136.b
Sacerdoti ẽ faciẽda criminũ enarr. 142.b
Sacerdos nõ remittit pctã, niſi ɔfeſſa. ibi.b
Sacerdotis ſorũ ẽ aliud q̃ ipſius dei. 145.b
Sacerdotiũ ac regnũ ĩ ſcriptu. dup. 182.a
Sacerdotiũ ſpiritale, laicis eſt baptiſma. ib.
Sacerdotiũ externũ euang. nõ abrogat. ib.
Sacerdotes unde dicti. 188.b
Sacerdotium, ſummus ordo ĩ eccleſia. ibi.
Sacerdotalem dignitatem quis deceat ho-
nos. 190.b
Scientia & pietas quare iungantur. 87.b
Sacramentum, qd ethnicis ſignificet. 76.a
Sacramenta eccleſiæ ſeptem ibidem.
Sacramenta eccleſiæ cur ſint ĩſtituta. 76.a
Sacramenta nouæ legis ſunt remedia con-
tra peccatum. ibidem
Sacramenta principalia ſunt duo. ibidem

Sacrõ eucha. nihil habet eccl'ia ſubli. 89.a
Sacrm & ſacrificium quõ differant. 93.a
Sacramenti euchariſtiæ efficacia. 110.b
Sacramentum pœnitentiæ non eſt idem
cum publica pœnitentia, &c. 171.b
Sacramentum pœnitentiæ quid. 173.b
Sacramentnm Ordinis. 182.a
Sacramenta ueteris quo pacto patribus
profuerint. 196.b
Sacramenti ratio in quo conſiſtat. 197.b
Sacrificia ueterũ q̃lia fuerit ex opti. 193.a
Sacrificia ueterũ q̃re de⁹ nõnunq̃ reꝓbarit.
Sacrificium propitiatorium unicum (ibi.
tantum pro peccatis. 96.b & 184.b
Sacrificii ueteris & nouæ legis diſcri. 97.a
Sacrificium quid ſit. ibidem
Sacrificia deo reddere in noſtra ſola nõ eſt
poteſtate. 99.a (feruntur 100.a
Sacrificia ueteris legis, oĩa ad dilectionẽ re
Sacrificiũ duplex, qđ & duo expetit. 101.b
Sacrificium miſſæ ex inſtitutione. 102.b
Sacrificia pro mortuis quõmodo offeren-
da. 110.a. & 116.b.
Sal conſecratum quid ſignificet. 80.a
Saltãdi leuitas ĩ nuptiis ꝓhibenda. 304.b
Saluatio competit his, qui in unitate eccle-
ſiæ perſeuerant. 73.a
Salus noſtra omnis eſt Chriſtus. 56.a
Sal⁹ noſtra cum tremore operãda. 121.b
Salus excõmunicati nõ negligẽda. 137.b
Sãcti ꝑ nobis apđ deum ſunt ſoliciti. 94.a
Sanctorum cõmunio quid ſignificet. ibid.
Sãguinis effuſio, remiſſionẽ parauit. 59.b
Sctõrũ cõmemoratio rite fit ĩ miſſa. 107.a
Sancti ueſtigia Chriſti ĩſecuti ſunt. 229.a
Scti ſe dei uoluntati ſp ſubmiſerũt. 213.a
Sanctorũ cineres, ſanctorũ pignora. 259.a
Sapientia in quo conſiſtat. 85.b
Sara filia Raguelis exẽplar caſtita. 206.a
Satisfactio nobis omnibus multum ne-
ceſſaria. 132.a (duplex. 152.b
Satisfactio tertia pars pœniæ, & hæc eſt
Satisfactio pro peccatis imponitur autho-
ritate diuina. 154.a
Satisfactiõis opa q̃re dicant̃ indebita. ibi.
Satisfactione penſantur delicta præterita
& pœnæ. 155.a
Satisfactio publica ueteribus gratior. ibi.
Satisfactio in ecclesia non eſt abolita. ibid.
Satisfactiões eccl'iaſticæ quõ redi. 156.a
Satisfactio uera opus deo bis gratum. ibi.
Satisfactiõis uſus uerus, retinendus eſt. ibi.
Satisfactio quõ populo inculcanda. ibi.b
Scopus epiſtolæ ad Hebræos. 117.b
Scopus epiſtolæ ad Hebræos. 194.a
Scopus ep'læ ad Romanos indicat̃. 168.b
Scopus orationis noſtræ quis ſit. 212.a
Scripturæ teſtimonia pro ſacramento cõ-
firmationis. 84.a
Scientiæ mundanæ finis. 87.a
Scriptura quare corpus dñi ĩterdum poſt
conſecrationem panem uocat. 93.b
Scopus omnis petitionis triplex. 218.a
Scripturæ. quomodo expendant hoc uer-
bum, tentare. 236.a
Scire literam legis non ſufficit. 244.a
Senes quõ ĩſtruendi ac docẽdi ſint. 181.a
Senſus horum uerborum, propter hoc ho-
mo relinquet 197.a (157.a
Sententia quorundã de ſcripturæ partibus
Sermo, quõ ad plebem habendus. 164.b
Serpens ignitus eſt diabolus. 60.b
Seruitia coacta deo non placent. 145.a
Seruorum officium erga dominos. 14.b
Signa, eccleſiã catholicã ubi ſit demõſtrãtia
Signum dignæ ſuſceptionis ipſius (67.b
euchariſtiæ. 115.a
Singulis ſua crux ferenda. 272.b
Similitudo nulla cõueniens ad indicanda
diuina. 53.b (diuinã. 57.a
Similitudines nõ exprimunt natiuitatem
Simplices oculi toti a deo pendent. 55.a
Simultas oĩs ſp nobis deponenda. 114.a
Societas ſanctorum cõionem habet bo-
norum operum. 73.a
Socordia noſtra qualis ſit. 135.a

Solatiũ nrũm eſt ſpes nræ reſurrect. 75.a
Spes reſurrectiõis eſt pioꝝ ſolatium. ibid.
Spes eſt ſecunda orationis ala. 212.b
Spei noſtræ ſcopus quis eſſe debeat. ibid.
Spes debet eẽ ſyncera, ut ſctã petat. 214.a
Spiritui ſctõ qd peculiariter attribu. 58.a
Spiritus uarie accipitur in ſcripturis. 64.a
Spũs ſctũs, deo patri, filioqꝫ coæqualis. ibi.
Spiritus unicus natura ſanctus. ibidem
Spiritus ſcti diuerſa noĩa ĩ ſcripturis. 65.a
Spiritus, quã in ſe fidem haberi uelit. ibid.
Spiritus ſanct⁹ mortificat & uiuificat. ibid.
Spiritum Chriſti nõ habentes, fruſtra eum appellant deum. ibidem
Spiritus ſanctus pœniæ effector. 74.a
Spũs dei quõ reddit teſtim. ſpũi nro. 82.b
Spiritus idẽ innouãs & defendens. 83.a
Spiritus ſanctus uaria ſpecie uiſus eſt. ibid.
Spũ paupes ẽe poſſũt eẽ diuites cẽſ. 212.a
Spũs fides ſuggerit nobis q̃ oremus. 210.a
Quo etiam ſine nemo ſalubriter orat. ibi.
Spiritus eſt q clamat ĩ cordib⁹ nr̃is. 220.a
Spirituales an ĩpſis nihil pati pñt. 228.a
Spiritualis non eſt ſub lege. 146.b
Spiritus lex, quare euãgelium dicat. 249.a
Spiritus dei in nobis bifariã opatur. 271.a
Spirit⁹ ſanctus efficit ĩ nobis requiem. ibi.
Sputi linitio quid deſignet. 89.b
Studium hæreticorum quale ſit. 182.a
Stulti q aliter orãt q̃ Chr̃us docuit. 236.b
Stupiditas hominum quorundam. 54.a
Subdiaconoꝝ officium. 186.b. & . 187.a
Subditi, qd debeant magiſtratib⁹. 178.b
Subſtantia dei quõ corpibus inferat. 58.a
Subtilitas corpoꝝ poſt reſurrectiõ. 63.b
Succeſſio patrũ legitima, ueræ dat teſtimo. 68.a
Superſtitio oĩs reprehendit. 255.b
Summa fidei noſtræ quæ ſit. 75.a
Syon mons unde dictus. 251.a
Symbolum eſt fidei regula. 50.a
Symboli partes ſunt tres. 51.b
TEmpla orationi dedicata contemni non debent. 217.b
Templa inuitãt nos ad orandum. ibidem
Tẽporalia uident, nõ autem æterna. 60.b
Tentare qd ſignificet in ſcripturis. 236.b
Tentatus aĩo puſillo eſſe nõ debet. 237.b
Tentatiõibus quo pacto reſiſtendum. ibi.
Teſtamẽtum mors ſequit teſtatoris. 60.a
Teſtes ſynodales uiſitationibus parochiarum olim adhibiti. 138.b
Timor ſeruilis timore filiali pficit. 119.a
Timor ſeruilis ſolus parum utilis. ibidem
Timor filialis p fidem ĩ deũ, uerã parit ꝯtritionẽ. ibi.b
Timor fiduciæ ꝯiunctus. ibi.
Timor duplex, ſeruilis & filialis. 85.b
Timor caſtus amori cõiunctus eſt. 88.b
Traditio eccl'iæ uniuerſalis qd poſſit. ibid.
Tropus ſcripturæ ĩ uerbo ĩdurare & tradeř. 129.b
Trinitas tota cooperata eſt myſterium incarnationis. 58.a
Typus Chriſti Melchiſedech. 92.a
Typus poteſtatis ſacerdotalis. 148.b
Tyrãnis magĩratuũ quõ molienda. 278.a
VErbum æternum ĩcõmutabile. 53.a
Verbum, uirtus & ſapia patris. ibid.
Verbum crucis uirtus dei & paſſiõis myſterium. 59.a
Verbum eſt inſtrm quo dei uoluntas ſignificatur. 87.a
Verbum formale baptiſmi. 82.a
Verba ligãdi ac ſoluendi diſcutiunt. 143.a.b
Verba abſolutiõis p ſacerdotem, q. 173.b
Verbum ſacramenti Ordinis. 189.b
Verbũ ſacri ordinis quo Epũs utit. 174.a
Verba Adæ quõ ſunt intelligenda. 194.b
Verbũ, quo mrĩmoniũ efficit ſcrm. 198.a
Verbũ hoc recõciliari, quõ capien. 200.a
Verboꝝ profuſio quõ neceſſaria. 217.a
Verbũ dei quomodo ſit ſalutare. 232.a
Verbum dei panis animæ. ibidem.
Verbi miniſterio opus eſt ĩ eccl'ia. 247.b
Veneratio reliqaꝝ & imaginũ lici. 258.b
Veteris teſtamenti uaria nomina. 158.b
Vetus teſtamentum cur. ibidem
Vetus teſt. non ex tpe uetus uocat. 159.b
Vetuli poſſunt honeſte contrahere. 206.a

omnes diebus dominicis ad parochiam conueniant audituri miſſam parochialem & prædicationem Euangelii dei. Num exeant ante finitum ſacrum & ſermonem, quod fieri non oportuit, Num fabulentur in eccleſiis uel cœmiteriis ſub ſacro, An ſemel in anno ſaltem confiteantur & ſacroſanctam Euchariſtiam percipiant.

Interrogabuntur de uita, moribus ac conuerſatione laicorum, de criminibus ac uitiis publicis quibus potiſſimũ plebs eſt infecta, ut pro qualitate morbi ſalubris medicina adhiberi poſſit, idq; per ſalubria monita, nunc leuia, nũc aſpera, iuxta datam Viſitatoribus noſtris a deo prudentiam.

Et præſertim rogabuntur, num quempiam in parochia hæreticum, ſchiſmaticum, aut ea de re ſuſpectum. Item, an conuenticulas in domum aliquã, an prædium, agrum, aut alium locum, fieri ſciant, An talium receptatores, fautores, defenſores ac miniſtros, maxime Anabaptiſtarum & Sacramentariorum nouerint. Num ſint qui nouam religionem introducere ſatagant.

¶ Num ſint in parochia publice criminoſi, uelut blasphemi, inceſti, adulteri, homicidæ, ſacrilegi, coniuratores ſeu conſpiratores, uſurarii, ebrioſi, ſolennes ferias non ſeruantes, eccleſiæ laudabiles ritus, ueluti ieiunia indicta, & id genus alias pias cerimonias contemnentes, decimas denegantes, ſeu ſimilia crimina, quæ eccleſiaſtici aut mixti fori ſunt committentes.

¶ Qua inquiſitione facta, Viſitatores facile intelligent, quæ publice concionando & priuatim admonendo, reprehendere, corrigere & reformare debeant, accommodaturi ſermonem, perſonis rebus tempori & loco diſpẽſaturiq; ſermonem, ſecundum captum auditorum & diligentiſſime expenſuri, qua uia correctioni rectius conſulatur.

QVod ſi quos in hæc enormia crimina ſæpius relapſos compererint hos publicam pœnitentiam ſubire compellant. Nam hoc eſt unicum remedium, quo eccleſia ſordibus iſtis expurgabitur. Poterint iſti integriores uiri ex laicis delecti de moribus & uita parochi ac clericorum interrogari, præſertim de auaritia & luxu, & quæ illis uitiis adhærent, & præſertim an alee luſu perditi, an in tabernis deſideant, an ebrioſi, maledici, contentioſi, pugnaces ceu percuſſores ſint.

ITem de officio eorum, an illo recte ſungamur, an res eccleſiæ & ſpiritales & corporales ſeu exteriores recte adminiſtrent.

TAmen hic uiſitatores cum quid ſiniſtum de clericis ex laicorum delatione intellexerint, non ſtatim excandeſcent, ſed in ſpiritu lenitatis clericos delatos inſtruãt, res incognitas nemini ĩputantes. Nec facile credentes. Nã ipſorum credulitas ꝓbabilis erit, & ex ueris ſignis colligenda, gaudere eñ non debemus in infamia ſubditoꝶ. Proindeq; Viſitatores noſtri nõdicent ad promiſcuum populum. Vt ſi quis aliquid de rectore aut clericis ſciat, id ut dicat, cũ laicorum accuſatio in clericos non facile audienda ſit, multominus incitanda, ſed tantum ut diximus cum aliquibus delectis bonis, prudentibus, honeſtis & fidedignis uiris, de parochia de his inquirere debent, Chartulas autem paſſim leues laici aduerſus ſuos parochos clanculum offerre ac porrigere ſo-

lent, non facile recipient.

QVod ſi offerantur inquirẽt an delatus de eiuſcemodi crimine publice diſfamatus ſit. Quod ſi delator affirmare non auſit imponant ipſi ſilentiũ. Sin affirmat, quærat unde nã id ſciat. Quod ſi dicat ſe audiuiſſe, quærãt a quibus & quot, propter enim dicta paucorũ non debet quiſquã infamatus reputari. Quærant etiã a quibus audiuit. Num a maleuolis, maledicis, aut uilibus. Nã eo caſu ad inquiſitionem procedant. Quod ſi clericũ infamatũ de crimine reperiant, accito illo narrabunt, qd de ipſo fama prædicet, & acri modeſtia obiurgabunt eũ, tamen ſe ipſi in præſentiarũ parcituros, nec ſe canonicæ diſciplinæ ſeueritate erga eum uſuros, tantũ uideat ne poſthac talia cõmittat, quibus in eandem ſuſpitionẽ ueniat. In correptione enim ſicut ſæpe diximus potiſſimum adhibenda eſt benignitas. Quod ſi infamia tanta fuerit, ut merito ob enormitatẽ criminis inqrendũ uideatur. Tum id uiſitatoribus noſtris etiã ſolenniter fieri licebit. Præmittent tamen præfatiunculam quandam, qua officii ſibi cõmiſſi neceſſitatem declarabunt, in hunc uel ſimilem modũ. Deus omnipotẽs qui eſt ſcrutator cordiũ & renum, & ante cuius oculos oĩa aperta ac nuda ſunt, ut nos a præcipitãdæ ſententiæ platione cõpeſceret, nõ antea uoluit contra Gomorrhæos ſententiã dãnationĩ ferre q̃ cognoſceret de his quæ publicitus per illos ſceleſtiſſime cõmittebanť. Vnde (ait) deſcendam & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, opere cõpleuerint. Quod Chriſtus in parabola de uillico cõfirmat. Is enim licet eſſet diffamatus apud dominũ quaſi diſſipaſſet bona illius, tamen nõ eſt dãnatus inauditus, ſed accerſito eo, dominus dixit: Quid audio de te? redde rationem uillicationis tuæ. Hæc dei & Chriſti monita, inſequẽtes, licet pleraq; a pluribus fide dignis & idoneis perſonis de te mala referantur, quæ etſi urgente cõſciẽtia & officii cõmiſſi neceſſitate, nõ potuerimus nec debebimus diſſimulare. Ea tamen uera eſſe cum hactenus nobis comprobatum non fuerit, & proinde necdum nos ad te condemnandum permouerint aduerſus te canonice inquiremus.

AC tum articulis confectis ſuper diffamatione criminum ſolẽniter inquirant, in qua ſolenni inquiſitione licebit Viſitatoribus cũ oportunũ eſſe uiderint exigere iuramentum de reſpondenda ueritate.

Poſthæc de uictu & ſuſtentatione Parochorum diligenter inquiretur, Idq; ſecundum decreta ſub titulo de uictu Parochorum poſita.

Maxime autẽ uidebũt Viſitatores, nũ expediat ut uel duæ eccleſiæ Parochiales uniant, aut uicariæ ſeu officia aliqua eccleſiæ Parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pacto illę ſint Parochialibus eccleſiis detractæ. Quod ſi iniuſte factũ cõperieť, ſtudeant modis oĩbus ut eccleſiæ in priſtinum ſtatum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi Parochiæ ſunt incorporatæ uel Collegiis uel Monaſteriis. Si comperérint portionem uicario perpetuo relictã nimis exilem eſſe, eandem ex collegii uel monaſterii redditibus augebunt ac tantũ aſſignabunt, ut Rector iura Epiſcopalia ſoluere & congruam ſuſtentationẽ habere poſſit, aut ad nos referant.

Item a prouiſoribus eccleſiæ inquirent, an eccleſiæ redditus iuxta fundatio-

nem ac alias debite diſpenſent. Num damnum fiat in diuini cultus rectoris ac aliorum miniſtrorum præiudiciū ac detrimentū, ac in ſaudē piarum uoluntatum.

Item de ſolutione decimarum, de oblationibus ac cæteris interrogādi quæ uidebuntur opportuna.

Et in primis inculcandus articulus ultimus ſub titulo de uictu Parochorū, & ad oblationem alias faciendas ex ſcripturis (quæ uictum paſtori ſuppeditari iubent) cohortandi ſunt.

Articulus quoq; poſtremus ſub titulo de conſtitutionibus & cōſuetudinibus eccleſiaſticis, qui de fraternitatibus eſt, commemorabitur, & fraternitates ad normam illius articuli poſt hac exigentur.

De uiſitatione hoſpitalium.

MAgiſtris Hoſpitaliū oēs articuli ſub titulo de hoſpitalib9 diligēter ꝓponenť declarabūturq; cū feruēti admonitiōe, ut poſt hac illis obſequāť.

Quæratur, qui ſunt patroni, qui ꝓuiſores hoſpitalis, an hoſpitalarius ibi a patronis inſtitutus ſit, a quo, & an ab Eccleſiaſtico prælato cōfirmatus, an res & bona hoſpitalis incuria hoſpitalarii deteriores reddantur aut intereant. An luxu ipſius aut alias minus recte dilapidentur, diſtrahantur, ſubtrahanturq;. An infirmis quod ipſis ex inſtitutione hoſpitalis, debetur, præſtetur.

De lectis, fulcimentis ac aliis huc pertinētibus etiā ꝑquireť. An magiſter hoſpitalis erga īfirmos ac debiles mitis ſit ac miſericors, an poti9 durus ac ſeuer9.

De eccleſiaſtico rectore hoſpitalis diligenter quærendum, quis ille ſit, an rite præſit, docendo & ſacramenta ægenis miniſtrando?

Speciatim quoq; de prouiſione hoſpitaliū quæ ad eccleſias Collegiatas pertinent uidendum, quomodo pauperes procurentur, a quibus inſtituanť. Qui ſint prouiſores, an reddatur calculus, & cui?

De uiſitatione templorum & aliarum ſacrarum ædium, quod ad exteriorem faciem attinet.

IN primis locus ubi uenerabile ſacramentum corporis & ſanguinis domini, ac ſacrum Chriſma conſeruatur ac reponitur inſpiciendus eſt, qui debet eſſe nitidus, purus, ornatus & obſeratus, an ſacramenta illa ſuis debitis temporibus renouentur. Quærendum, an lumen ante hunc locum perpetuo ardeat, quod ſecundum Canones fieri oportet ad deſignandum, quod ibi corpus eius reconditum ſit, qui eſt candor lucis æternæ.

Deinde Baptiſterium inuiſendum, in quo regenerantur infantes an mundū & clauſum retineatur? Nec eſt prætermittendus reliquiarum locus. Altaria inſuper & Capellas inſpiciat, & per totam eccleſiam ſeu templum oculis diſcurrat, uiſurus num omnia munda & nitida ſeruentur.

Deinde iuxta Articulum ultimum ſub titulo de metrop Cathedral. & coleg. eccleſiis uidendum eſt de ablutione corporalium, aliarumq; pallarum.

ET in primis de Sacriſta ſeu Cuſtode. Inquirendum eſt. Num officio ſuo recte præſit, nū redditus illi qui huic officio deputati ſunt ad reformationē ornamentorū, aut pecunia illa quæ a nouitiis Canonicis ꝓ ornamētis exigiť

recte & utiliter expendatur, An ſingulis annis legalis calculus & cõputus fiat An habeat inuentarum de omnibus capſulis ac thecis reliquiarum ac aliis ornamentis receptis, An paratus ſit inuentarium tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Viſitatores facient ad ſe adferri ornamẽta, eademq; explicari quo negligentia miniſtrorum deprehendatur, inſpicienda Miſſalia, Gradualia, Antiphonalia, ac cæteri libri ex quibus ſuccinitur, num integri ſeruentur.

Quærendum an res & bona eccleſiæ indebite alienentur an hypotecentur, an ad tempus, aut perpetuo locentur, & quorum conſenſu id fiat, an dilapidentur ſeu diſſipentur, an mobilia diſtrahantur.

Poſtremo eundum eſt ad ædes ſeu domos uirorum Eccleſiaſticorum. Et curandum ut domus ruinam minantes erigantur. ut quæ prolabuntur in ſtatũ deteriorem, reſtaurentur ac reformentur. Quod in primis ut fiat in domibus parochialibus, quas dotales dicimus, curandum eſt.

Videndum etiam ut ſuppellex ad perpetuum uſum Parochi, ſeu alterius eccleſiæ miniſtri, deſtinata, ſalua ſubſtantia manente uſui ſeruiat præſentis Rectoris & Succeſſori tradatur eadem lege cuſtodienda.

Vtile fore putamus ut in ſingulis eccleſiis duo libri conficiantur ſigillandi, aut per notarium ſignandi. In quorum altero ſcribantur. In primis bona imobilia ipſius eccleſiæ, per uocabula, confines, quantitatem ac menſuram pro ratione loci ubi fit uiſitatio. Subinde bona mobilia, in altero ſcribantur, decimæ ac reliqui cenſus ad quos ſoluendos Parochiani obligantur & annotentur nõ ſoluentes, quod multum fecerit pro conſeruatione rerum & bonorum Eccleſiaſticorum.

Generale.

VBi ſolæ Archipresbyterales ſedes inuiſuntur, ibi quæ oculis ſubiici non poſſunt ea p Archipresbyteros ex Viſitatorum noſtrorũ mandato deinceps agentur, qui & de omnibus ipſis Viſitatoribus referent, ut uel ipſi proſpiciant ubi reformatione opus eſt, uel per eos ad uos relatio fiat.

In diſceſſu quid agendum.

SI eccleſiam aut parochiam inuenerint, ubi nec doctrinæ inſynceritas, nec morum turpitudo dominantur publicitus. Inter uale dicendum ex ſuggeſto, aut alioqui in conſpectu concion. deo gratias agant, ac exhortentur cœtum, ut de uirtute in uirtutem procedat. Nam hoc ipſum alacritatem & calcar ad uirtutem addet hominibus bonæ uoluntatis. Nam & ethnicus poeta dixit: Virtus laudata creſcit.

Sin multa correctione digna compererint, ad pœnitentiam omnes cohortentur, & ad fructus pœnitentiæ dignos Paulus ubiq; copioſam ſubminiſtrat materiam neq; incommodum argumentum ex cap. 5. ad Epheſ. deſumi poterit, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate.

bulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & ueritate, probantes quid ſit beneplacitum deo, & nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum. Et cætera quæ ſequuntur.

De ſcholis, Typographis ac Bibliothecis uiſitandis.

SCholæ ac Bibliothecæ diligenter uiſitandæ ſunt iuxta Decretorum ſub titu. de ſcholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academiæ noſtræ Colonieñ. reſtaurationem ex animo cupimus, ſed quoniã res ad multos pertinet, & ut ſunt in uniuerſitate multa capita, ita multi ſenſus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipſi putent, publicis ſtudiis ſubueniendum. faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cæteræ ſcholæ tam apud Collegiatas q̃ parochiales eccleſias diligenter repurgandæ ſunt, lectiones in bonis literis, in ſacris quoq; præſcribendæ ſunt, Didaſcali quod ad eruditionem & uitam attinet diligenter examinãdi, ſimul & eorum libri inſpicendi, qui ſi ſuſpecti ac nothi fuerint, abiiciantur.

Vbi de ſtipendio ſatis prouiſum non erit, ad modum in Concilio præſcriptum prouideatur.

Cætera, Viſitatores pro ipſorum circunſpectione & prudentia à deo data diſponent.

Laus deo qui opus ſuum promoueat ac proſperet.

SEQVVNTVR POST HANC PRAESCRIPTAM FVTVræ Viſitationis formulam, Argumēta quædam ſingulorū capitū, quæ ſub titulis ſuis, in Concilio prouinciali dudum celebrato, ad Chriſtianæ pietatis augmentum, non paucis comprehenduntur, ac breue intra tempus, una cum Enchiridio (quod in tres partes diuiditur) publicitus euulgabuntur.

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIVM EPISCOPI POST VERBI PRAEDIcationem conſiſtit potiſſimum in impoſitione manuum, & uiſitatione eccleſiarum.

De impoſitione manuum, quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum, Cap. I.
Ad certum titulum eccleſiæ miniſtros canonice deligendos ordinandosq́. 2
Manum nemini cito imponendam. 3
Humani affectus & uenalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. 4
Beneficia eccleſiaſtica, priuſquàm uacent, nemini promittenda. 5
Dignis tantum beneficia eſſe conferenda. 6
Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. 7
In eligendo, ætas, mores, literatura & ſacer ordo ſpectanda. 8
Electionem ſynceram eſſe oportere. 9
In confirmatione electionis, quæ expendenda. 10
Per patronos, idoneos præſentari oportere. 11
Quid incumbat Archidiaconis. 12
Aliquot abuſus Officialium inter uiſitandum corrigendi 13
Omnes qui de beneficiis diſponunt, ſui officii admonendi. 14
Moderatio patronos laicos reſpiciens. 15
De officio Vicariorum in pontificalibus. 16
Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. 17
De ætate ordinandorum. 18
Teſtimonium uitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. 19
De eruditione ordinandorum inquirendum. 20
Videndum quo affectu ad ordines accedatur. 21
Quanto temporis ſpatio, ante maiorum ordinum receptionē, initiandi ſe præſentare debeant. Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. 22
Quale teſtimonium adferendum. 23
Die Mercurii ꝓxima ante ſuſceptionē ordinū, examinādi, q initiēt ſacris. 24
Neminem ab examinatione immunem eſſe oportere. 25
Cuius admonendi ſint pridie ordinationis die, initiandi ſacris. 26
In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. 27

Ab initiandis nihil exigendum. 28
Literæ dimiſſoriæ nulli temere concedendæ. 29
Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. 30
Peregrini Clerici quomodo admittendi. 31
Odioſa beneficiorum pluralitas in una eademq; perſona. 32
Diſpenſationes inſpiciendæ ut occurratur abuſibus. 33
In reſignationibus ac permutationibus beneficiorũ quæ cura adhibẽda. 34
Præſtat paucos eſſe bonos quam multos inutiles ſacerdotes. 35
De uiſitatione ultimo loco dicendum. 36
DE officio priuato ac publico, uitaq; ac moribus Clericoꝝ gñatim. Ca. 1
Vnde clerici appellatio deriuata. 2
Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. 3
Duplex Clericorum miniſterium. 4
Biblia a clericorum manibus nunquam deponenda. 5
De horariis precibus indies perlegendis, & reformandis Breuiariis. 6
Pro cuiuſlibet affectu, non facile nouandum qd in eccleſiaſtico officio agit. 7
Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. 8
Summa deuotione miſſæ ſacrum celebrari oportere. 9
Arguuntur qui polluta mente altare domini accedunt. 10
Reuidenda Miſſalia ac Breuiaria. 11
Quæ omitti aut decurtari, uel organorum uel cantorum concentu haud debeant. 12
Quemadmodum Miſſa legenda. 13
Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. 14
Organorum melodia quemadmodum temperanda. 15
Singulis dominicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicenda. 16
Confeſſio miſſæ præambulum, deuote recitanda. 17
Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat. 18
Omnis cultus diuinus ſumma cum ueneratione peragendus. 19
De uita ac moribus clericorum. 20
Ob quam cauſam Clerici male audiant ac puniantur. 21
Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. 22
Ambitionem ac faſtum Clericali officio maxime repugnare. 23
Omnis luxus Clerico interdictus. 24
Clerico non licere uel cauponem agere, uel tabernas, niſi neceſſitatis cauſa, intrare. 25
Habitus, ſeu exterioris corporis, cultus modeſtia, a clericis exigitur. 26
Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe uenditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. 27
Suſpecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta. 28
Auaritia in clero execrabilis. 29
Honeſto artificiolo uictum quærere clerico licet. 30

Peccatorū agnitio ex ↄfeſſione. 176.b
Pctm̄, aut aīo, aut uno qnq; ſenſuū cōmit-
Peccata, num a ſolis ſanctis di-(tif. 175.b
mittāt: lege ibidē pulcherrima. 177.b
Peccatoribꝰ quo affectu ſit orādū. 215.a
Peccatoribꝰ orādū, ſed pie affectis. 239.b
Peccādum nō ē ob dei miſericordiā. 260.a
Peccatores oēs ſumꝰ in ↄſpectu dei. 234.b
Peccatorū ueniā cōſequi eſt facile. ibidem
Perfectio euangelici præcepti, 132.a
Perfruitio deitatis qn̄ plena erit. ibidem
Periuriū homicidio & adulterio grauius.
Perſonarū æq̄litas ī diuinis. 64.a. (267.a
Phariſaica, iuſtitia quæ. 168.b
Pietas & ſciētia quare ſimul eē uelit. 87.b
Pietatis nomē qd cōplectaf. ibidem
Pietas uiuentiū qbus defunctis pſit. 109.a
Pietas in parētes magna eſt religio. 275.a
Piis & impiis quomodo communis ſit ipſa
immortalitas. 174.b
Pios dei præſcientia lætificat. 131.b
Pilatus, pp̄ter duo in ſymbolo noīaf. 59.b
Pietas dei īmenſa eſt erga nos oēs. ibidem
Planetæ & aſtra cur creata. 257.a
Plebs nō ↄſtituet p ſuo arbitratu eccl'iæ mi
Plebi qd agendū, cui ma- (niſtros. 69.a
lus paſtor præficitur. 70.a
Plebi, quomodo iudicium quarundam re-
rum deferendum non ſit. ibidem.b
Plebs quō īſtruēda circa ſctōrū inuocatio-
Plebs quomodo ad cōfiten- (nem. 256.a
dum inducetur. 175.a
Plenitudo legis dilectio. 63.a
Polygamia patrū nō repugnat uerbis Adæ
Polygamia xp̄ia. iuſ nega. 197.b (195.a
Pœnīam ſpūs ſanctꝰ in nobis efficit. 74.a
Pœna in ↄfeſſari ſecreta referētē. 152.a
Pœnitentiæ tres ſunt partes. 115.b
Pœnitentiæ ſacramentum, ibidem
Pœnitentiæ ueræ deſcriptio. 116.a
Pœnitentia quotidiana. ibidem.a
Pœnía, ſcda poſt naufragiū tabulā. 117.a
Pœnitentia in genere accepta tribus parti-
bus conſtat. ibidem
Pœnitentiæ gradus qui ſint. 120.b
Pœnitētiæ affectꝰ eſt donum dei. 121.b
Pœnitētia ſedulo a deo poſtulāda. ibidem.
Pœníam publicā, pſes olī expetebāt 137.b
Pœníæ ſacrm̄ p Chrm̄ inſtitutum. 144.a
Pœnitētes olim nobis ſeueriores. 149.b
Pœnitentiæ fructus digni qui ſint. 153.a
Pœníæ ſingulæ ptes dicunf pœía. 155.b
Pœnía interior tribꝰ partibꝰ ↄſtat. ibidem
Pœnitentia exterior declaratur. 171.a
Pœníæ ſacrm̄ quare inſtituſtum ibidem.b
Pœníæ ſacrm̄ nō eſt idem cum pœnía pu-
blica uel priuata. ibidem.b
Pœnitentia publica duplex. ibidem
Pœnitētibꝰ dabaf pax ī die cœnæ. 172.a
Pœnitentia publica non ſolennis. 173.a
Pœnitentiæ ſacramentum quid. ibidem
Pœnitentis affectꝰ ad ſacerdotem. 176.b
Pœna, eſt indiuidua peccati comes. 234.b
Pontifices mali non extenuant eccleſiæ au
thoritatem. 67.a
Pontifices unde dicantur. 189.a
Pontifex Romanꝰ quō cæteris pſſet. ibid.
Populus admonendus ad iugem confeſſio
nem interiorem. 133.a
Poteſtas ſacerdotalis in malis non contem
nenda. 69.a
Poteſtas ↄſecrādi nō ſolis data aplīs. 90.b
Poteſtas unde ſit nobis corpus Chriſti of-
ferendi. 104.a
Ptās excōicandi eſt iuris diuini, 141.b
Poteſtas ligandi atq; ſoluendi quæ. 171.b
Poteſtas tenebrarum diabolus. 242.b
Poſtulatiōes nr̄as deo īnoteſceř, qd. 217.a
Precationes cōes amat Chrs. 219.a
Præcepti euangelici perfectio. 138.a
Præcepta plæraque quare negatiue tradi-
ta. 253.a
Præceptum primum ſecundæ tabulæ, ho-
norare parentes. 274.b
Preces horariæ ad ſacerdo. ſpectāt. 217.b
Prædicatio uerbi dei unde ordiēda. 120.b

Prælatis inqs etiá honor exhiberi. 163.b
Presbyteri,quare dicti ſeniores. 188.a
Presbyterorũ officium í quo ſit ſitum. ibi.
Præſciétia dei nõ eſt anxie inquiré. 131.a
Præſcia dei nõ obſtat rerũ ↄtingentiæ. ibi.
Præſcia dei moderate prædicanda. ibid.
Præſidentes nobis,oẽs honorandi. 278.b
Præſumptio fidei eſt mala. 165.a
Præuaricatio Adæ q̃ mala ſupindu. 122.
b.ubi & multa alia præclara inuenies.
Præcipuũ ac magiſtratuũ mun⁹ explicat.
Principes priæ patres. 287.a (179.a
Priceps,ſi efferus fuerit,qd agendũ. 290.b
Promiſſio dei iuſtiſſima. ibidem
Prouidétiá diuiná arguit lex naturæ. 54.a
Proxim⁹ quomodo ſit diligendus. 251.a
Proceſſiones cur die dñico agant. 259.a
Proprietates,pſonarũ í diuinis quõ ſeruant
Publicanis qd ſponédũ. 187.b(dæ. 62.a
Pudor ĩtolerád⁹ occulta nolle cõfi. 166.b
Pudor,ↄfeſſioné ĩpediens pellend⁹. 176.b
Pugna in nobis aſſidua atq; ppetua. 74.a
RAdix quõ í Adá corrupta fuerit. 51.a
Radix & origo caſuũ referu. 139.b
Radix indulgentiarũ papalium. 156.a
Ratio confitendi deo. 135.a
Ratio ac modus orandi. 209.b
Ratio ordinis dñicæ præceptionis. 234.a
Reconciliatio pœnitentium quomodo fie
bat eccleſiæ. 153.a
Redéptoré mũdi mors crucis diceb. 59.a
Regnum Chriſti ſpirituale, 55.b
Regnum quotuplex ſit. 224.a. ibidem &
folio ſequenti leges pulcherrima.
Regnum gloriæ poſtulandum. 225.b
Regula fidei eſt ſymbolum. 50.b(153.b
Reliquiæ pcti í manent poſt remiſſa pctá.
Reliqæ martyrũ in oĩni ecclia religioſe ha
bitæ. 119.a. id qd hæreticos male hẽt. ibi.
Rememoratio bñficiorũ Chri ſaluberrima
Remiſ.pctorũ é í ſola Chri ec. 75.a(63.b
Remiſſio peccatorum cui debeat. 106.b
Remiſſio publica lõge alia q̃ priua. 236.b
Remiſſio ac retentio peccatorum diſcre-
tionem requirit 144.a
Remiſſio pctõrum quõ applicat p Chrm
Remiſſio pctorũ qbus det. ibi.b (152 b
Remiſſioné culpæ ſubſeqtur pœnæ ſatiſ.
Remitter pximo,facile eſt. 271.b(171.a
Reſtitutio ad quos ſpectet. 175.b
Regũ diuiſio,rerũ cõcioné ↄfirmat. 150.b
Res oblata in miſſa duplex eſt. 102.a
Res piæ nõ ſunt í mutandę,ſed abuſus cor
Reſurrectio corporũ doce (rigédi. 110.a
tur per ſimilitudinem. 74.b
Reſurrectio mortuorum eſt fidei baſis. ib.
Reſurrectio mortuorum eſt per ſpiritum
ſanctum & in corpore proprio. 74.a
Rit⁹ diuerſi í ecclia,nihil mali cauſát. 71 a
Ritus miſſæ paucis explicantur. 93.b
Ritus pœnitendi quomodo ſublat⁹ 149.b
Ritus ordinandi hoſtiarium. 184.b
Ritus ordinádi epm & pſbiterum. 190.a
Ritus q í collatiõe ordinũ exhibet. 191.b
SAbbatum q̃ uarie ſumat. 268.a.& ſe
quentibus foliis pulcherrima.
Sabbatũ q̃re í diem dñicũ tráſlatũ 269.b
Sacerdotalis ptás í malis honoráda. 69.b
Sacerdotes,Chri legatiõe fungunt. 136.b
Sacerdoti é faciéda criminũ enarr. 142.b
Sacerdos nõ remittit pctá, niſi ↄfeſſa. ibi.b
Sacerdotis ſorũ é aliud q̃ ipſius dei. 145.b
Sacerdotiũ ac regnũ í ſcriptu.dup. 182.a
Sacerdotiũ ſpiritale,laicis eſt baptiſma.ib.
Sacerdotiũ externũ euang.nõ abrogat.ib.
Sacerdotes unde dicti. 188.b
Sacerdotium,ſummus ordo í eccleſia. ibi.
Sacerdotalem dignitatem quis deceat ho-
nos. 190.b
Scientia & pietas quare iungantur. 87.b
Sacramentum,qd ethnicis ſignificet. 76.a
Sacramenta eccleſiæ ſeptem ibidem.
Sacramenta eccleſiæ cur ſint iſtituta. 76.a
Sacramenta nouæ legis ſunt remedia con-
tra peccatum. ibidem
Sacramenta principalia ſunt duo. ibidem

Sacro eucha.nihil habet eccl'ia ſubli. 89.a
Sacr̃m & ſacrificium qũo differant. 93.a
Sacramenti euchariſtiæ efficacia. 110.b
Sacramentum pœnitentiæ non eſt idem cum publica pœnitentia,&c. 171.b
Sacramentum pœnitentiæ quid. 173.b
Sacramentnm Ordinis. 182.a
Sacramenta ueteris quo pacto patribus profuerint. 196.b
Sacramenti ratio in quo conſiſtat. 197.b
Sacrificia ueteꝝ q̃lia fuerĩt ex opti. 193.a
Sacrificia ueteꝝ q̃re de⁹ nõnunq̃ reꝓbarit. (ibi.
Sacrificium propitiatorium unicum tantum pro peccatis. 96.b &. 184.b
Sacrificii ueteris & nouæ legis diſcri. 97.a
Sacrificium quid ſit. ibidem
Sacrificia deo reddere in noſtra ſola nõ eſt poteſtate. 99.a (feruntur 100.a
Sacrificia ueteris legis, oĩa ad dilectionẽ re
Sacrificiũ duplex, qđ & duo expetit. 101.b
Sacrificium miſſæ ex inſtitutione. 102.b
Sacrificia pro mortuis quomodo offerẽda. 110.a.&. 116.b
Sal conſecratum quid ſignificet. 80.a
Saltãdi leuitas ĩ nuptiis ꝓhibenda. 304.b
Saluatio competit his, qui in unitate eccleſiæ perſeuerant. 73.a
Salus noſtra omnis eſt Chriſtus. 56.a
Sal⁹ noſtra cum tremore operãda. 121.b
Salus excõmunicati nõ negligẽda. 137.b
Sãcti ꝓ nobis apđ deum ſunt ſoliciti. 94.a
Sanctorum cõmunio quid ſignificet. ibid.
Sãguinis effuſio, remiſſionẽ parauit. 59.b
Sctõrũ cõmemoratio rite fit ĩ miſſa. 107.a
Sancti ueſtigia Chriſti iſecuti ſunt. 229.a
Sctĩ ſe dei uoluntati ſp ſubmiſerũt. 213.a
Sanctoꝝ cineres, ſanctoꝝ pignora. 259.a
Sapientia in quo conſiſtat. 85.b
Sara filia Raguelis exẽplar caſtita. 206.a
Satiſfactio nobis omnibus multum neceſſaria. 132.a (duplex. 152.b
Satiſfactio tertia pars pœniæ, & hæc eſt
Satiſfactio pro peccatis imponitur authoritate diuina. 154.a
Satiſfactiõis opa q̃re dicant̃ indebita. ibi.
Satiſfactione penſantur delicta præterita & pœnæ. 155.a
Satiſfactio publica ueteribus gratior. ibi.
Satiſfactio in eccleſia non eſt abolita. ibid.
Satiſfactiões eccliaſticæ qũo redi. 156.a
Satiſfactio uera opus deo bis gratum. ibi.
Satiſfactiõis uſus uerus, retinendus eſt. ibi.
Satiſfactio qũo populo inculcanda. ibi.b
Scopus epiſtolæ ad Hebræos. 117.b
Scopus epiſtolæ ad Hebræos. 194.a
Scopus eplæ ad Romanos indicat. 168.b
Scopus orationis noſtræ quis ſit. 212.a
Scripturæ teſtimonia pro ſacramento cõfirmationis. 84.a
Scientiæ mundanæ finis. 87.a
Scriptura quare corpus dñi iterdum poſt conſecrationem panem uocat. 93.b
Scopus omnis petitionis triplex. 218.a
Scripturæ, quomodo expendant hoc uerbum, tentare. 36.a
Scire literam legis non ſufficit. 144.a
Senes qũo iſtruendi ac docẽdi ſint. 181.a
Senſus horum uerborum, propter hoc homo relinquet 197.a (157.a
Sententia quorundã de ſcripturæ partibus
Sermo, qũo ad plebem habendus. 164.b
Serpens ignitus eſt diabolus. 60.b
Seruitia coacta deo non placent. 145.a
Seruorum officium erga dominos. 14.b
Signa, eccleſiã catholicã ubi ſit demõſtrãtia (67.b
Signum dignæ ſuſceptionis ipſius euchariſtiæ. 115.a
Singulis ſua crux ferenda. 272.b
Similitudo nulla cõueniens ad indicanda diuina. 53.b (diuinã. 57.a
Similitudines nõ exprimunt natiuitatem
Simplices oculi toti a deo pendent. 55.a
Simultas oĩs ſp nobis deponenda. 114.a
Societas ſanctorum cõionem habet bonorum operum. 73.a
Socordia noſtra qualis ſit. 135.a

Solatiũ nr̃um eſt ſpes nr̃æ reſurrect. 75.a
Spes reſurrectiõis eſt pioꝝ ſolatium. ibid.
Spes eſt ſecunda orationis ala. 212.b
Spei noſtræ ſcopus quis eſſe debeat. ibid.
Spes debet eẽ ſyncera, ut ſctã petat. 214.a
Spiritui ſctõ qd peculiariter attribu. 58.a
Spiritus uarie accipitur in ſcripturis. 64.a
Spũs ſctũs, deo patri, filioq; coæqualis. ibi.
Spiritus unicus natura ſanctus. ibidem
Spiritus ſcti diuerſa noĩa ĩ ſcripturis. 65.a
Spiritus, quã in ſe fidem haberi uelit. ibid.
Spiritus ſanct⁹ mortificat & uiuificat. ibid.
Spiritum Chriſti nõ habentes, fruſtra eum appellant deum. ibidem
Spiritus ſanctus pœniæ effector. 74.a
Spũs dei quõ reddit teſtim̃. ſpũi nr̃o. 82.b
Spiritus idẽ innouãs & defendens. 83.a
Spiritus ſanctus uaria ſpecie uiſus eſt. ibid.
Spũ paupes ẽt poſſũt eẽ diuites cẽſ. 212.a
Spũs fides ſuggerit nobis ꝙoremus. 210.a
Quo etiam ſine nemo ſalubriter orat. ibi.
Spiritus eſt q clamat ĩ cordib⁹ nr̃is. 220.a
Spirituales an ĩpſis nihil pati pñt. 228.a
Spiritualis non eſt ſub lege. 146.b
Spiritus lex, quare euãgelium dicat̃. 249a
Spiritus dei in nobis bifariã opatur. 271.a
Spirit⁹ ſanctus efficit ĩ nobis requiem. ibi.
Spũti initio quid deſignet. 89.b
Studium hæreticorum quale ſit. 182.a
Stulti qualiter orãt q̃ Chr̃us docuit. 236.b
Stupiditas hominum quorundam. 54.a
Subdiaconoꝝ officium. 186.b. &. 187.a
Subditi, qd debeant magiſtratib⁹. 178.b
Subſtantia dei quõ corpibus inſerat̃. 58.a
Subtilitas corpoꝝ poſt reſurrectiõñ. 63.b
Succeſſio patrũ legitima, ueꝝ dat teſtimo. (68.a
Supſtitio oĩs reprehendit̃. 255.b
Summa fidei noſtræ quæ ſit. 75.a
Syon mons unde dictus. 251.a
Symbolum eſt fidei regula. 50.a
Symboli partes ſunt tres. 51.b
TEmpla orationi dedicata contemni non debent. 217.b
Templa inuitãt nos ad orandum. ibidem
Tẽporalia uident̃, nõ autem æterna. 60.b
Tentare qd ſignificet in ſcripturis. 236.b
Tentatus aĩo puſillo eſſe nõ debet. 237.b
Tentatiõibus quo pacto reſiſtendum. ibi.
Teſtamẽtum mors ſequit̃ teſtatoris. 60.a
Teſtes ſynodales uiſitationibus parochiarum olim adhibiti. 138.b
Timor ſeruilis timore filiali pficit̃. 119.a
Timor ſeruilis ſolus parum utilis. ibidem
Timor filialis p fidem ĩ deũ, uerã parit ꝯtritionẽ. ibi.b
Timor fiduciæ ꝯiunctus. ibi.
Timor duplex, ſeruilis & filialis. 85.b
Timor caſtus amori cõiunctus eſt. 88.b
Traditio eccl'iæ uniuerſalis qd poſſit. ibid.
Tropus ſcripturæ ĩ uerbo ĩdurare & tradere
Trinitas tota cooperata eſt myſterium incarnationis. (129.b
58.a
Typus Chriſti Melchiſedech. 92.a
Typus poteſtatis ſacerdotalis. 148.b
Tyrãnis magr̃atuũ quõ molienda. 278.a
VErbum æternum ĩcõmutabile. 53.a
Verbum, uirtus & ſapiã patris. ibid.
Verbum crucis uirtus dei & paſſiõis myſterium. 59.a
Verbum eſt inſtr̃m quo dei uoluntas ſignificatur. 87.a
Verbum formale baptiſmi. 82.a
Verba ligãdi ac ſoluendi diſcutiunt̃. 143 (a.b
Verba abſolutiõis p ſacerdotem, q̃. 173.b
Verbum ſacramenti Ordinis. 189.b
Verbũ ſacri ordinis quo Ep̃us utit̃. 174.a
Verba Adæ quõ ſunt intelligenda. 194.b
Verbũ, quo mr̃imoniũ efficit̃ ſcr̃m. 198.a
Verbũ hoc recõciliari, quõ capien. 200.a
Verboꝝ profuſio quõ neceſſaria. 217.a
Verbũ dei quomodo ſit ſalutare. 232.a
Verbum dei panis animæ. ibidem.
Verbi miniſterio opus eſt ĩ eccl'ia. 247.b
Veneratio reliqaꝝ & imaginũ lici. 258.b
Veteris teſtamenti uaria nomina. 158.b
Vetus teſtamentum cur. ibidem
Vetus teſt. non ex tpe uetus uocat̃. 159.b
Vetuli poſſunt honeſte contrahere. 206.a

omnes diebus dominicis ad parochiam conueniant audituri miſſam parochialem & prædicationem Euangelii dei. Num exeant ante finitum ſacrum & ſermonem, quod fieri non oportuit, Num ſabulentur in eccleſiis uel cœmiteriis ſub ſacro, An ſemel in anno ſaltem confiteantur & ſacroſanctam Euchariſtiam percipiant.

Interrogabuntur de uita, moribus ac conuerſatione laicorum, de criminibus ac uitiis publicis quibus potiſſimũ plebs eſt infecta, ut pro qualitate morbi ſalubris medicina adhiberi poſſit, idq; per ſalubria monita, nunc leuia, nũc aſpera, iuxta datam Viſitatoribus noſtris a deo prudentiam.

Et præſertim rogabuntur, num quempiam in parochia hæreticum, ſchiſmaticum, aut ea de re ſuſpectum. Item, an conuenticulas in domum aliquã, an prædium, agrum, aut alium locum, fieri ſciant, An talium receptatores, fautores, defenſores ac miniſtros, maxime Anabaptiſtarum & Sacramentariorum nouerint. Num ſint qui nouam religionem introducere ſatagant.

¶ Num ſint in parochia publice criminoſi, uelut blaſphemi, inceſti, adulteri, homicidæ, ſacrilegi, coniuratores ſeu conſpiratores, uſurarii, ebrioſi, ſolennes ferias non ſeruantes, eccleſiæ laudabiles ritus, ueluti ieiunia indicta, & id genus alias pias cerimonias contemnentes, decimas denegantes, ſeu ſimilia crimina, quæ eccleſiaſtici aut mixti fori ſunt committentes.

¶ Qua inquiſitione facta, Viſitatores facile intelligent, quæ publice concionando & priuatim admonendo, reprehendere, corrigere & reformare debeant, accommodaturi ſermonem, perſonis rebus tempori & loco diſpẽſaturiq; ſermonem, ſecundum captum auditorum & diligentiſſime expenſuri, qua uia correctioni rectius conſulatur.

QVod ſi quos in hæc enormia crimina ſæpius relapſos compererint hos publicam pœnitentiam ſubire compellant Nam hoc eſt unicum remedium, quo eccleſia ſordibus iſtis expurgabitur. Poterint iſti integriores uiri ex laicis delecti de moribus & uita parochi ac clericorum interrogari, præſertim de auaritia & luxu, & quæ illis uitiis adhærent, & præſertim an alee luſu perditi, an in tabernis deſideant, an ebrioſi, maledici, contentioſi, pugnaces ceu percuſſores ſint.

ITem de officio eorum, an illo recte ſungamur, an res eccleſiæ & ſpiritales & corporales ſeu exteriores recte adminiſtrent.

TAmen hic uiſitatores cum quid ſiniſtum de clericis ex laicorum delatione intellexerint, non ſtatim excandeſcent, ſed in ſpiritu lenitatis clericos delatos inſtruãt, res incognitas nemini ĩputantes. Nec facile credentes. Nã ipſorum credulitas ꝓbabilis erit, & ex ueris ſignis colligenda, gaudere eñ non debemus in infamia ſubditoꝝ. Proindeq; Viſitatores noſtri nõdicent ad promiſcuum populum. Vt ſi quis aliquid de rectore aut clericis ſciat, id ut dicat, cũ laicorum accuſatio in clericos non facile audienda ſit, multominus incitanda, ſed tantum ut diximus cum aliquibus delectis bonis, prudentibus, honeſtis & fidedignis uiris, de parochia de his inquirere debent, Chartulas autem paſſim leues laici aduerſus ſuos parochos clanculum offerre ac porrigere ſo-

lent,non facile recipient.

Quod ſi offerantur inquirēt an delatus de eiuſcemodi crimine publice diſfamatus ſit. Quod ſi delator affirmare non auſit imponant ipſi ſilentiū. Sin affirmat,quærat unde nā id ſciat. Quod ſi dicat ſe audiuiſſe, quærāt a quibus & quot, propter enim dicta paucorū non debet quiſquā infamatus reputari. Quærant etiā a quibus audiuit. Num a maleuolis,maledicis,aut uilibus. Nā eo caſu ad inquiſitionem procedant. Quod ſi clericū infamatū de crimine reperiant accito illo narrabunt,qd de ipſo fama prædicet,& acri modeſtia obiurgabunt eū, tamen ſe ipſi in præſentiarū parcituros,nec ſe canonicæ diſciplinæ ſeueritate erga eum uſuros,tantū uideat ne poſthac talia cōmittat, quibus in eandem ſuſpitionē ueniat. In correptione enim ſicut ſæpe diximus potiſſimum adhibenda eſt benignitas. Quod ſi infamia tanta fuerit,ut merito ob enormitatē criminis inquirendū uideatur. Tum id uiſitatoribus noſtris etiā ſolenniter fieri licebit. Præmittent tamen præfatiunculma quandam, qua officii ſibi cōmiſſi neceſſitatem declarabunt,in hunc uel ſimilem modū. Deus omnipotēs qui eſt ſcrutator cordiū & renum, & ante cuius oculos oīa aperta ac nuda ſunt,ut nos a præcipitādæ ſententiæ platione cōpeſceret,nō antea uoluit contra Gomorrhæos ſententiā dānationē ferre q̄ cognoſceret de his quæ publicitus per illos ſceleſtiſſime cōmittebant. Vnde(ait)deſcendam & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me,opere cōpleuerint. Quod Chriſtus in parabola de uillico cōfirmat. Is enim licet eſſet diffamatus apud dominū quaſi diſſipaſſet bona illius,tamen nō eſt dānatus inauditus,ſed acceſſito eo, dominus dixit: Quid audio de te?redde rationem uillicationis tuæ? Hæc dei & Chriſti monita,inſequētes, licet pleraq; a pluribus fide dignis & idoneis perſonis de te mala referantur,quæ etſi urgente cōſciētia & officii cōmiſſi neceſſitate,nō poterimus nec debebimus diſſimulare. Ea tamen uera eſſe cum hactenus nobis comprobatum non fuerit,& proinde necdum nos ad te condemnandum permouerint aduerſus te canonice inquiremus.

AC tum articulis confectis ſuper diffamatione criminum ſolēniter inquirant,in qua ſolenni inquiſitione licebit Viſitatoribus cū oportunū eſſe uiderint exigere iuramentum de reſpondenda ueritate.

Poſthæc de uictu & ſuſtentatione Parochorum diligenter inquiretur, Idq; ſecundum decreta ſub titulo de uictu Parochorum poſita.

Maxime autē uidebūt Viſitatores,nū expediat ut uel duæ eccleſiæ Parochiales unianſ.aut uicariæ ſeu officia aliqua eccleſiæ Parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pacto ille ſint Parochialibus eccleſiis detractæ. Quod ſi iniuſte factū cōperieſ,ſtudeant modis oībus ut eccleſiæ in priſtinum ſtatum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi Parochiæ ſunt incorporatæ uel Collegiis uel Monaſteriis. Si compererint portionem uicario perpetuo relictā nimis exilem eſſe, eandem ex collegii uel monaſterii redditibus augebunt ac tantū aſſignabunt,ut Rector iura Epiſcopalia ſoluere & congruam ſuſtentationē habere poſſit,aut ad nos referant.

Item a prouiſoribus eccleſiæ inquirent,an eccleſiæ redditus iuxta fundatio-

nem ac alias debite diſpenſent. Num damnum fiat in diuini cultus rectoris ac aliorum miniſtrorum praeiudiciū ac detrimentū, ac in fraudē piarum uoluntatum.

Item de ſolutione decimarum, de oblationibus ac caeteris interrogādi quae uidebuntur opportuna.

Et in primis inculcandus articulus ultimus ſub titulo de uictu Parochorū, & ad oblationem alias faciendas ex ſcripturis (quae uictum paſtori ſuppeditari iubent) cohortandi ſunt.

Articulus quoq; poſtremus ſub titulo de conſtitutionibus & cōſuetudinibus eccleſiaſticis, qui de fraternitatibus eſt, commemorabitur, & fraternitates ad normam illius articuli poſt hac exigentur.

De uiſitatione hoſpitalium.

MAgiſtris Hoſpitaliū oēs articuli ſub titulo de hoſpitalib9 diligēter pponenē declarabūturq; cū feruētī admonitiōe, ut poſt hac illis obſequāt.

Quaeratur, qui ſunt patroni, qui puiſores hoſpitalis an hoſpitalarius ibi a patronis inſtitutus ſit a quo, & an ab Eccleſiaſtico praelato cōfirmatus, an res & bona hoſpitalis incuria hoſpitalarii deteriores reddantur aut intereant. An luxu ipſius aut alias minus recte dilapidentur, diſtrahantur, ſubtrahanturq;. An infirmis quod ipſis ex inſtitutione hoſpitalis, debetur, praeſtetur.

De lectis, fulcimentis ac aliis huc pertinētibus etiā pquiret. An magiſter hoſpitalis erga īfirmos ac debiles mitis ſit ac miſericors, an poti9 durus ac ſeuer9.

De eccleſiaſtico rectore hoſpitalis diligenter quaerendum, quis ille ſit, an rite praeſit, docendo & ſacramenta aegenis miniſtrando.

Speciatim quoq; de prouiſione hoſpitaliū quae ad eccleſias Collegiatas pertinent uidendum, quomodo pauperes procurentur, a quibus inſtituant. Qui ſint prouiſores, an reddatur calculus, & cui.

De uiſitatione templorum & aliarum ſacrarum aedium, quod ad exteriorem faciem attinet.

IN primis locus ubi uenerabile ſacramentum corporis & ſanguinis domini, ac ſacrum Chriſma conſeruatur ac reponitur inſpiciendus eſt, qui debet eſſe nitidus, purus, ornatus & obſeratus, atq; ſacramenta illa ſuis debitis temporibus renouentur. Quaerendum, an lumen ante hunc locum perpetuo ardeat, quod ſecundum Canones fieri oportet ad deſignandum, quod ibi corpus eius reconditum ſit, qui eſt candor lucis aeternae.

Deinde Baptiſterium inuiſendum, in quo regenerantur infantes an mundū & clauſum retineatur. Nec eſt praetermittendus reliquiarum locus. Altaria inſuper & Capellas inſpiciat, & per totam eccleſiam ſeu templum oculis diſcurrat, uiſurus num omnia munda & nitida ſeruentur.

Deinde iuxta Articulum ultimum ſub titulo de metrop Cathedral. & colleg. eccleſiis uidendum eſt de ablutione corporalium, aliarumq; pallarum.

ET in primis de Sacriſta ſeu Cuſtode. Inquirendum eſt. Num officio ſuo recte praeſit, nū redditus illi qui huic officio deputati ſunt ad reformationē ornamentorū, aut pecunia illa quae a nouitiis Canonicis p ornamētis exigit

recte & utiliter expendatur, An ſingulis annis legalis calculus & cōputus fiat An habeat inuentarum de omnibus capſulis ac thecis reliquiarum ac aliis ornamentis receptis, An paratus ſit inuentarium tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Viſitatores facient ad ſe adferri ornamēta, eademq; explicari quo negligentia miniſtrorum deprehendatur, inſpicienda Miſſalia, Gradualia, Antiphonalia, ac cæteri libri ex quibus ſuccinitur, num integri ſeruentur.

Quærendum an res & bona eccleſiæ indebite alienentur an hypotecentur, an ad tempus, aut perpetuo locentur, & quorum conſenſu id fiat, an dilapidentur ſeu diſſipentur, an mobilia diſtrahantur.

Poſtremo eundum eſt ad ædes ſeu domos uirorum Eccleſiaſticorum. Et curandum ut domus ruinam minantes erigantur. ut quæ prolabuntur in ſtatū deteriorem, reſtaurentur ac reformentur. Quod in primis ut fiat in domibus parochialibus, quas dotales dicimus, curandum eſt.

Videndum etiam ut ſuppellex ad perpetuum uſum Parochi, ſeu alterius eccleſiæ miniſtri, deſtinata, ſalua ſubſtantia manente uſui ſeruiat præſentis Rectoris & Succeſſori tradatur eadem lege cuſtodienda.

Vtile fore putamus ut in ſingulis eccleſiis duo libri conficiantur ſigillandi, aut per notarium ſignandi. In quorum altero ſcribantur. In primis bona imobilia ipſius eccleſiæ, per uocabula, confines, quantitatem ac menſurām pro ratione loci ubi fit uiſitatio. Subinde bona mobilia, in altero ſcribantur, decimæ ac reliqui cenſus ad quos ſoluendos Parochiani obligantur & annotentur nō ſoluentes, quod multum fecerit pro conſeruatione rerum & bonorum Eccleſiaſticorum.

Generale.

VBi ſolæ Archipresbyterales ſedes inuiſuntur, ibi quæ oculis ſubiici non poſſunt ea p Archipresbyteros ex Viſitatorum noſtrorū mandato deinceps agentur, qui & de omnibus ipſis Viſitatoribus referent, ut uel ipſi proſpiciant ubi reformatione opus eſt, uel per eos ad uos relatio fiat.

In diſceſſu quid agendum.

SI eccleſiam aut parochiam inuenerint, ubi nec doctrinæ inſynceritas, nec morum turpitudo dominantur publicitus. Inter uale dicendum ex ſuggeſto, aut alioqui in conſpectu concion. deo gratias agant, ac exhortentur cœtum, ut de uirtute in uirtutem procedat. Nam hoc ipſum alacritatem & calcar ad uirtutem addet hominibus bonæ uoluntatis. Nam & ethnicus poeta dixit: Virtus laudata creſcit.

Sin multa correctione digna compererint, ad pœnitentiam omnes cohortentur, & ad fructus pœnitentiæ dignos Paulus ubiq; copioſam ſubminiſtrat materiam neq; incommodum argumentum ex cap. 5. ad Epheſ. deſumi poterit. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate.

bulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & ueritate, probantes quid ſit beneplacitum deo, & nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum. Et cætera quæ ſequuntur.

De ſcholis, Typographis ac Bibliothecis uiſitandis.

SCholæ ac Bibliothecæ diligenter uiſitandæ ſunt iuxta Decretorum ſub titu. de ſcholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academiæ noſtræ Colonieñ. reſtaurationem ex animo cupimus, ſed quoniã res ad multos pertinet, & ut ſunt in uniuerſitate multa capita, ita multi ſenſus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipſi putent, publicis ſtudiis ſubueniendum. faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cæteræ ſcholæ tam apud Collegiatas q̃ parochiales eccleſias diligenter repurgandæ ſunt, lectiones in bonis literis, in ſacris quoq; præſcribendæ ſunt, Didaſcali quod ad eruditionem & uitam attinet diligenter examinãdi, ſimul & eorum libri inſpicendi, qui ſi ſuſpecti ac nothi fuerint, abiiciantur.

Vbi de ſtipendio ſatis prouiſum non erit, ad modum in Concilio præſcriptum prouideatur.

Cætera, Viſitatores pro ipſorum circunſpectione & prudentia a deo data diſponent.

Laus deo qui opus ſuum promoueat ac proſperet.

SEQVVNTVR POST HANC PRAESCRIPTAM FVTVræ Viſitationis formulam, Argumēta quædam ſingulorū capitū, quæ ſub titulis ſuis, in Concilio prouinciali dudum celebrato, ad Chriſtianæ pietatis augmentum, non paucis comprehenduntur, ac breue intra tempus, una cum Enchiridio (quod in tres partes diuiditur) publicitus euulgabuntur.

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIVM EPISCOPI POST VERBI PRAEDIcationem conſiſtit potiſſimum in impoſitione manuum, & uiſitatione eccleſiarum.

De impoſitione manuum. quæ eſt ordinum eccleſiaſticorum collatio, ac inſtitutio miniſtrorum, Cap. 1.
Ad certum titulum eccleſiæ miniſtros canonice deligendos ordinandosq́. 2
Manum nemini cito imponendam. 3
Humani affectus & uenalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. 4
Beneficia eccleſiaſtica, priuſquàm uacent, nemini promittenda. 5
Dignis tantum beneficia eſſe conferenda. 6
Idoneos tantum in prælatos eligendos eſſe. 7
In eligendo, ætas, mores, literatura & ſacer ordo ſpectanda. 8
Electionem ſynceram eſſe oportere. 9
In confirmatione electionis, quæ expendenda. 10
Per patronos, idoneos præſentari oportere. 11
Quid incumbat Archidiaconis. 12
Aliquot abuſus Officialium inter uiſitandum corrigendi 13
Omnes qui de beneficiis diſponunt, ſui officii admonendi. 14
Moderatio patronos laicos reſpiciens. 15
De officio Vicariorum in pontificalibus. 16
Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. 17
De ætate ordinandorum. 18
Teſtimonium uitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. 19
De eruditione ordinandorum inquirendum. 20
Videndum quo affectu ad ordines accedatur. 21
Quanto temporis ſpatio, ante maiorum ordinum receptionē, initiandi ſe præſentare debeant. Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. 22
Quale teſtimonium adferendum. 23
Die Mercurii ꝓxima ante ſuſceptionē ordinū, examinādi, q initiēt ſacris. 24
Neminem ab examinatione immunem eſſe oportere. 25
Cuius admonendi ſint pridie ordinationis die, initiandi ſacris. 26
In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. 27

Ab initiandis nihil exigendum. 28
Literæ dimiſſoriæ nulli temere concedendæ. 29
Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. 30
Peregrini Clerici quomodo admittendi. 31
Odioſa beneficiorum pluralitas in una eademq; perſona. 32
Diſpenſationes inſpiciendæ ut occurratur abuſibus. 33
In reſignationibus ac permutationibus beneficiorũ quæ cura adhibẽda. 34
Præſtat paucos eſſe bonos quam multos inutiles ſacerdotes. 35
De uiſitatione ultimo loco dicendum. 36
DE officio priuato ac publico, uitaq; ac moribus Clericorũ gñatim. Ca. 1
Vnde clerici appellatio deriuata. 2
Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. 3
Duplex Clericorum miniſterium. 4
Biblia a clericorum manibus nunquam deponenda. 5
De horariis precibus indies perlegendis, & reformandis Breuiariis. 6
Pro cuiuſlibet affectu, non facile nouandum qd in eccleſiaſtico officio agit. 7
Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. 8
Summa deuotione miſſæ ſacrum celebrari oportere. 9
Arguuntur qui polluta mente altare domini accedunt. 10
Reuidenda Miſſalia ac Breuiaria. 11
Quæ omitti aut decurtari, uel organorum uel cantorum concentu haud debeant. 12
Quemadmodum Miſſa legenda. 13
Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. 14
Organorum melodia quemadmodum temperanda. 15
Singulis dominicis diebus, quæ ipſis peculiaria ſunt officia dicenda. 16
Confeſſio miſſæ præambulum, deuote recitanda. 17
Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat. 18
Omnis cultus diuinus ſumma cum ueneratione peragendus. 19
De uita ac moribus clericorum. 20
Ob quam cauſam Clerici male audiant ac puniantur. 21
Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. 22
Ambitionem ac faſtum Clericali officio maxime repugnare. 23
Omnis luxus Clerico interdictus. 24
Clerico non licere uel cauponem agere, uel tabernas, niſi neceſſitatis cauſa, intrare. 25
Habitus, ſeu exterioris corporis, cultus modeſtia, a clericis exigitur. 26
Mali exempli eſt, ſacerdotem ſe uenditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. 27
Suſpecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta. 28
Auaritia in clero execrabilis. 29
Honeſto artificiolo uictum quærere clerico licet. 30

Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores. 31
Damnantur Clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac leuiculi. 32

DE metropolitãis, cathedralib⁹ & collegiatis eccl'iis, & ĩ his miniſtrã. ca. 1
De officio Decanorum. 2
De officiis in eiuſcemodi eccleſiis miniſtrantium. 3
De Canonicorum uita & officio. 4
Quemadmodum preces horariæ aliæq; diuinæ laudes decantandæ. 5
Inter ſacra nihil nec cogitãdũ quidẽ, quod dei aut eccleſiæ oculos offendat. 6
Decani templi ſumma poteſtas in præuaricatores. 7
Quem oporteat eſſe ueſtitum miniſtrantium in hiſce eccleſiis. 8
Decani undequaq; aduigilabunt. 9
Ante omnia uero ut Canonici ſacris adſint. 10
Vicarii ut diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. 11
Ad pſonalẽ reſidẽtiã cogẽdi, qbus hæc p fundationes bñficioꝵ eſt ĩpoſita. 12
Lucri tantum cauſa ſacris adeſſe non oportere. 13
Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. 14
Officium Decani in rebelles. 15
Contentioſi ad pacem & concordiam per Decanũ & Capitulũ reuocandi. 16
Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. 17
Quo tempore Capitulorum quotidianorum cõuentus obſeruandi. 18
Volumina ſtatutorum reuidenda. 19
In Capitulis a iuramento facili exactione temperandum. 20
Inter uiſitandum de moderandis annis (qui expectãtiæ appellanť) uidẽdũ. 21
Nõ oportere a Canonico recẽs admiſſo, pecuniã ſtatutariã duplicatã ob ante-
(ceſſorẽ exigi. 22
Cõmuni neceſſitati eccl'iæ, cõmuni ɔtributiõe ɔſulẽdũ. 23
Tribunalia extra templa collocanda. 24
Optandum, ut deambulationes in hiſce eccleſiis prohiberi poſſint. 25
Theatrales ludos non inferendos templis. 26
Cuiuſdam abuſus abrogatio. 27
Proceſſionum Collegiataꝵ eccleſiarum, quæ ad maiorẽ fiũt, moderatio. 28
De proceſſionibus non abrogatis. 29
Quomodo ad anniuerſaria Epiſcoporũ in maiori eccleſia cõueniẽdũ ſit. 30
Minora miniſteria idoneis committenda ac decenter peragenda. 31

DE Parochis ac eorum Vicariis, aliisq; uerbi miniſtris. Cap. 1
Qui admittendi. 2
Orandus deus ut mittat operarios in meſſem ſuam. 3
Vnde dinoſcere oporteat Pſeudo eccleſiaſtas. 4
Soli authoritate ordinaria cõprobati, ad uerbi miniſteriũ admittendi. 5
Qui ſunt legitimi parochi, & illoꝵ uicarii, modo tñ hi exaĩati pri⁹ & admiſſi
(ſint. 6
Fratres mendicantes quatenus admittendi. 7

Quam modeſtiam fratres mendicantes in uerbi prædicatione ſeruare oporteat. 8
Nõ ferendi,q in iuriſdictiones & poteſtates temere ad plebem inuehuntur. 9
Abuſus eſt,qui parocho ſuo officio interdicit. 10
Fratres mendicantes his ſynodalibus conſtituionibus erunt parentes. 11
Decet quoq;,ut fratres eatenus ordinariæ poteſtati ſubiiciantur. 12
De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſſis non temere retrahendis. 13
Qui nulla legitima authoritate innixi, ſe uerbi miniſterio ingerunt, ut ſeditioſi comprimendi. 14
Prohibentur omnes apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. 15
De Terminariis,quatenus admittendi 16
Priuilegiis fratrum nihil derogatur. 17
Monachorum eccleſiæ per ſeculares(ut uocant)presbyteros gubernãdæ. 18
DE uita ac moribus parochorum. Cap. 1.
Vita ut doctrinæ in parocho conueniat neceſſarium. 2
Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. 3
Vitanda parocho in primis auaritia. 4
Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. 5
Parocho luxus omnino cauendus. Cap. 6
Pudicitia ſeruanda parocho. 7
Quæ fugienda, & quæ ſectanda parocho. 8
DE diſſeminatione uerbi. Cap. 1
Quid parocho meditandum. 2
Fidelitas in primis in parocho requiritur. 3
Quis ſit fidelis uerbi diſpenſator. 4
Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. 5
Summa euangelicæ prædicationis. 6
Parocho cautiſſ. ſolicitudine in prædicatione uerbi utendum. 7
Quemadmodum ſermo temperandus. 8
Quid cauendum inter concionandum. 9
Nihil aut fabuloſum aut ſuſpectum adferendum. 10
Loquacitas uitanda. 11
Quemadmodum parochum aduerſus hæreticos pugnare oporteat. 12
A ſcommatis & conuitiis abſtinendum. 13
In contentioſis dogmatibus quomodo docendus populus ſapere. 14
Qualem oportet eſſe parochum in reprehendis criminibus. 15
Manifeſta reprehenſio utriuſq; poteſtatis uitanda. 16
Quomodo corripiendi magiſtratus. 17
Admonendus populus ut oret pro magiſtratibus. Cap. 18
Notantur qui ſecus docent. 19
Summa doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion cantrahenda. 20
Enchiridion quæ docebit. 21

Enchiridion quæ docebit. 21
Ordo concionandi, quem ſimpliciores ſequentur. 22
Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ. 23
Allegoriæ quomodo explicandæ. 24
Quomodo finienda concio, 25
Quid recitandum finita concione. 26
Quomodo finita concione populus excitandus ad orandū pro defunctis. 27
DE adminiſtratione ſacramentorum. Cap. 1.
Inſtruendus populus, qd agat in cuiuſlibet ſacramenti exhibitione. 2
Quid agatur in baptiſmo. 3
Cuius ſint admonendi ſuſceptores infantis. 4
Populus docendus, quid uelint externa ſigna. 5
Quomodo accedendum ad baptiſmum. 6
Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus. 7
In confirmationis exhibitione quid docendum. 8
Quomodo ad ſacramentum confirmationis accedendum. 9
Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. 10
De moderandis donariis, quæ ſuſceptores infantibus donant. 11
Docendus populus de ſignis externis. 12
De ſacroſancta Euchariſtia 13
Quid docendus populus in huius ſacramenti miniſtratione. 14
Quibus perſuaſum eſt utranq; ſpeciem, laicum participare oportere, quomodo docendi. 15
De ueneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. 16
Quō tantum miraculum in hoc ſacramento fiat, populus docendus. 17
Quomodo admonenda plebs ad ſumendam Euchariſtiam accedens. 18
Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. 19
Quatenus alteri q̄ ſuo parocho confeſſus, ad Euchariſtiam admittendus. 20
Intra annum ſaltem ſemel communicandum. 21
Quoꝝ admoneri populus hoc ſacramentū participaturus maxīe debeat. 22
Docendus quoq;, cur hoc ſacramentū ſub ſpecie panis & uini inſtitutū ſit. 23
Quō ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendā miſſam ſe præparabit. 24
Docendus populus generatim, quid agatur in miſſa. 25
Corripiendus abuſus eoꝝ, qui ante finitā miſſam irreuerenter diſcedunt. 26
Docendus populus, quale ſit miſſa ſacrificium. 27
Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando, & cum qua admonitione celebrandæ. 28
Qui ad exequias euocandi. 29
¶ De pœnitentiæ partibus. 30
Prima pœnitentiæ pars Contritio in ſuggeſto ſemper pertractanda. 31
Neminem non ad pœnitentiam inuitari. 32
Presbyter qui a confeſſionibus eſt, qualis eſſe debeat. 33

Quid confitentem docebit presbyter confeſſarius. 34
Remedium pro ratione morbi adhibendum. 35
Nimis anxii quomodo tranquillandi. 36
Moderatio in caſibus reſeruatis. 37
Publicæ pœnitentiæ uſus in eccleſiam reuocandus. 38
Recitata confeſſione,quid agendum per parochum. 39
¶ In matrimonii ſacramento quid agatur. 40
Quemadmodum monendi ſunt,qui matrimonium contrahere affectant. 41
Matrimonium tria complecti. 42
Pium uotum & in clandeſtine contrahentes cenſura, 43
Coniunctio coniugium in facie eccleſiæ peragenda. 44
Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio non coniungendos. 45
In gradibus conſanguinitatis & affinitatis, Concilium generale obſer-uandum. 46
Ludicra tollenda. 47
¶ De ſacro ordine dictum eſſe prius. 48
Cur adhibeatur extrema unctio. 49
Quomodo impendenda unctio extrema. 50
A ſepultura nemo in communione diſcedens,repellendus. 51
Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. 52
DE uictu parochorum. Cap. I.
Parochis uictus neceſſarius ſuppeditandus. 2
Viceeuratos quos uocant,ex prouentibus eccleſiæ congruam ſuſtentatio-nem recepturos. 3
Qui eccleſias unitas habent,Vicariis perpetuis portionem congruam aſſi-gnare oportere. 4
Vbi redditus non ſuffecerint,quid agendum. 5
Denarius conſuetus,ſed duplicatus pendendus. 6
Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. 7
DE conſtitutionibus ac conſuetudinibus eccleſiaſticis. Cap. I
Ieiunia ab eccleſia indicta reuerenter obſeruanda. 2
Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. 3
Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. 4
Quid in ieiunio potiſſimum ſpectandum. 5
Redarguuntur qui quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. 6
Lætaniæ & rogationes cur inſtitutæ,& quo populus admonendus ſit. 7
Proceſſiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. 8
Admonendus populus,cur feriæ inſtitutæ. 9
In feriis ſoli deo uacandum. 10
Dies dedicationis templo extra Coloniã uno die ubiq; celebrandus,& quo-modo ſit admonendus populus. 11
Cur templa & altaria conſecrentur. 12

Populus docendus,quid agatur & ſignificetur in conſecratione templorum & altarium. 13
Cur benedicantur campanæ. 14
Docendus populus,ut ſignatis potius q̃ ſignis inhæreat. 15
Quicquid in cerimoniis ad abuſum ſpectat,caute ac diligenter cauendũ. 16
Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. 17
Quæ pollutio reconciliationem requirat. 18
Quorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. 16
Immunitatem eccleſiaſticam in duos potiſſimum ſitam eſſe. 20
Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. 21

DE uita ac conuerſatione monaſtica. Cap.1
Neminem monachiſmi profeſſione temere alligandum. 2
Admonendi parentes,ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. 3
Quo affectu monaſtica uita amplectenda. 4
In monaſteriis habendus,qui doceat legem domini. 5
Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. 6
Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. 7
Moniales non eſſe alligandas,ut nulli alii,quam ſuo (ut uocant) patri aut præpoſito confiteantur. 8
Mutatam eſſe paulatim faciem monaſteriorum,ac uſurpatum hoſpitii ius ſimul cum acceſſu moderandum. 9
Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. 10
Sũptuoſi monialiũ Præpoſiti abrogandi,& frugales œconomi cõſtituẽdi. 11
In monaſteriis monialium uictum ac menſam cõmunem eſſe oportere. 12
De Præpoſitis ſolitarie commorantibus. 13
Viſitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Iohannis Baptiſtæ & Antonitarum. 14
De uita & conuerſatione monachorum. 15
Monachorum ſtudia atq; exercitationes quales eſſe oporteat. 16
Monachos uagos ſub cuſtodiam reuocandos. 17
Literas priuatas monacho aut monachæ,iniuſſu Abb.reſignare nõ licere. 18
Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. 19

DE hoſpitalibus & orphanatrophiis,aliisq; id genus piis locis. Cap.1.
In hoſpitalibus in primis animæ curandæ,deinde corpus. 2
In hoſpitalia qui recipiendi. 3
In hoſpitalia pauperes eiꝰ loci,ubi ↄſtituta ſunt potiſſimũ recipiẽdos,&c. 4
Mendicantibus ualidis hoſpitalia clauſa,& mendicitatem interdictam eſſe oportere. 5
Magiſtrorum hoſpitalium parui affectus damnantur. 6
Quam grauiter peccent,qui ex pauperum uictu ſe ditant. 7

DE ſcholis,typographis,ac bibliopolis. Cap.1.
Scholæ inter uiſitandum repurgandæ ac inſtituendæ. 2

Qui hinc

Apud ſingulas eccleſis habendus uir eruditus, q clericos ei⁹ eccleſiæ iſtituat. 3
Qui huic uiro uictum ſuppeditabunt. 4
Quemadmodum Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. 5
Pium uotum ad ſtudia ſubleuanda. 6
Decretalem Honorii tertii, quoad eius fieri poteſt, renouari æquum eſſe. 7
Quid curandum ad Academiis. 8
Nihil imprimendum aut uendendum, niſi reuiſum prius. 9

DE iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. Cap. 1.
Excommunicationis origo & præcipuus uſus. 2
Cur paſſim in omnes inobedientes excommunicationis cenſua diſtringi cœperit. 3
Vſum excommunicationis in publice criminoſos in lucem reuocandum. 4
Quid cauendum in decernenda excommunicationis cenſura. 5
Excommunicatos uitandos. 6
Non paſſim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. 7
Manifeſti criminoſi pro quæſtu nequaquam ferendi 8
Clerici grauiſſimorum criminum rei, ſecundũ canonicas ſanctiones puniẽdi. 9
De teſtamentis inſinuandis, approbandis ac exequendis. 10
Bona presbyteri ab inteſtato defuncti, in piam cauſam conuertenda. 11
Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur, minime grauis. 12
Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrenanda. 13
Formula inquirendi hæreticos deliniandа. 14

DE uiſitatione ac ſynodis Archiepiſcopalib⁹, Archidiacoñalibusq́. Cap. 1
Quo ordine uiſitatio inſtituenda. 2
Quæ ubiq; corrigere oporteat. 3
In primis reformandos eſſe Decanos. 4
Inquietos & prælatis rebelles, corripiendos 5
In monaſteriis quomodo abuſus percipiendi. 6
In uiſitatione parochiarum quid agendum. 7
Habenda concio per Viſitatores. 8
Interrogandus parochus, quo titulo miniſterium gerat. 9
De uita, moribus & doctrina inquirendus. 10
De habitu, tonſura ac reliquis externis uidendum. 11
Nam hæreſis quæpiam ſerpat diligenter inueſtigandum. 12
Num agantur agantur alia, quæ cum dei & eccleſiæ inſtitutis pugnent, deſpiciendum. 13
De puerorum inſtitutione, & hoſpitalium cura quærendum. 14
Vitia quibus aſſueuerint parochiani, acriter corrigenda ac reſeruanda. 15
De officio parochi inquirendum. 16
Synodus epiſcopalis anno bis habenda. 17

Quid agendum in ſynodo epiſcopali.
De ſynodis Archidiaconalibus ac ruralibus. 19
Officiales Archidiaconorũ & Decanos rurales, uiros graues eſſe oportere. 20
Synodi Archidiaconales antiquitatem quandam præ ſe ferunt. 21
Abuſus in ſynodorum Archidiaconalium ac ruralium obſeruation. 2[illegible]
Inter uiſitandum abuſus corigendi. 2[illegible]
Procurationem ſuo officio recte ſungentibus pendi æquum eſſe. [illegible]

SERIES CHARTARUM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP
QQ RR SS. QQ Duernius, Cæteri Quaternius.



BIBLIOTECA NA. ROMA

Veronæ Apud Antonium Putelletum.
M. D. XLI.

A STADERINI
Legatoria di Libri
ROMA